INSTITUTIONES CRIMINALES USUI ETIAM FORENSI ACCOMMODATAE, QUATUOR LIBRIS...

Domenico Orsaio

INSTITUTIONES CRIMINALES

USUI ETIAM FORENSI ACCOMMODATÆ,

QUATUOR LIBRIS ABSOLUTÆ,

IN QUORUM PRIMO AGITUR

De Criminibus merè Ecclesiasticis. In Secundo de Criminibus merè Sæcularibus. In Tertio de Criminibus mixti Fori. In Quarto exponuntur aliqua omnibus Criminibus communia.

AUTHORE

DOMINICO URSAYA

A BOSCO NULLIUS IN PROVINCIA Salernitana, J. U. Philosophiæ, & Sacræ Theologiæ Doctore, in Almæ Urbis Archigymnasio publico J. C. Professore, & in Romana Curia Advocato.

EDITIO TERTIA, QUARTA PLUS PARTE AUCTIOR.

VENETIIS, MDCCXXIV.

Ex Typographia Balleoniana.

SUPERIORUM PERMISSU, AC PRIVILEGIIS.

ILLUSTRISSIMO, ET EXCELLENTISSIMO D.

D. FRANCISCO MARIÆ RUSPOLO,

PRINCIPI CERVETERIS &c.

DOMINICUS URSAYA FELICITATEM.

CREDO ego, mirari nonnullos, me sæcularem Hominem, Forensibus Institutis addictum, quod non paucos ediderim Libros, eos omnes iis tantummodo semper inscribere consuevisse, qui in Ecclesiastica Dignitate relucerent. Quod tamen ideo factum est, vel quod Typographiæ Locus, Virorum hujusmodi Arx, & Domicilium, Roma, id exigere videbatur, sive quod Librorum ipsorum Argumenta, quæ maximè ad illos pertinent, id postularent. Quæ cùm omnia in præsentia desi-

desiderentur, par æquè, ac operæ pretium videtur, Librum hunc sub sæcularis Patroni Insignibus, atque Auspiciis prodire. His itaque animadversis, præter E. T. seligendum putavi Neminem, cui quidem ipsum devoverem. Te enim primum Clientem, atque inter alios facilè Principem habui, cujus causa ferè Tyro ad Judicia exercenda descendi, exitu adeo tuarum gravissimarum rerum felici, faustoque, qualis usu, satis longo, atque experientia est comprobatum. Huc accedit Humanitas illa tua, quæ me semper complexus es. Neque tamen meum hunc, qualemcumque de capitalibus Quæstionibus, laborem obtulero, à tuis suavissimis moribus alienum censeri debet: Cùm enim E. T. multa Oppida non civilis tantùm, sed capitalis Juris sint, velisque in œconomicis, & legalibus Congressibus abundè, ac diligentissimè de iis rebus, quæ ibi agantur, cognoscere: Non injucundum Tibi fore arbitror, in Reis puniendis, si ea ob oculos tuos pœnarum genera proponentur, quæ in ipsos sunt constituta. Possem hoc loco, qui omnium planè Authorum mos est, in Tuas, Majorumque Tuorum laudes excurrere, quas, & quia communem modum excedunt, & clariores sunt, quàm ut possint nuncupatoria hac Epistola illustrari, ne dicendo attenuem, conticescam, modestiæque Tuæ morem in primis gerens, iis, qui singulorum annorum res gestas commentariis illustrant, commemorandas, commendandasque relinquam.

AD LECTOREM.

Miraberis fortasse, benigne Lector, quòd Institutiones Criminales, & jam semel ediderimus, & nunc iterum edamus, etiam auctiores; Cùm tamen nostrum respondendi de Jure, atque in Foro agendi studium, non in Criminalibus, sed in Canonicis, & Civilibus materiis occupetur; Neque ab ulla exercitatione magis animus noster, & professio, quàm à causis criminalibus sit aliena; Sed quoniam Jurisprudentia, quæ Romæ privatim etiam tradebatur, publicas in Scholas, publico edicto, universa commigravit, & Discipulorum frequentia, urbanique Archigymnasii majestas, & quotidiana Juris, assiduaque interpretatio, à publicis Professoribus cœperunt curam, & industriam efflagitare diuturniorem, quisque Nostrum, qui antea, in paucorum dierum angustias conjecti, toto anno, suscepta cuique materiam, summatim vix attingere poteramus, non modò copias, quas domi habebat, in communes Scholas adduxit, sed, aucta diligentia, & labore, majores contraxit, & novas, ut quantò nostri Archigymnasii dignitas cæteris antecellit, tantò publica interpretatio privatam ubertate, atque utilitate, superaret; Propterea, & Nos rei criminalis Interpretes, qui argumentum hoc propter brevitatem temporis, paucis perstrinxeramus, ubi cognovimus, totos ferè Nobis integri anni dies esse patefactos, continuò reprehendimus quidquid ante, angustiis exclusi, prætermiseramus, & Typis ea mandare decrevimus, & in nova hac impressione, multa etiam alia addenda censuimus, quo criminalis doctrina, quæ, vel in peculiaribus Tractatibus distrahitur, vel Institutionibus, jam editis, parciùs exhibetur, opera nostra, usui etiam forensi accomodata, plenior prodeat, & absolutior; Quod plurimùm conferre putavimus publicæ utilitati, siquidem cæteræ partes Jurisprudentiæ res privatas, & familiares singulorum regunt, hæc verò publicam rem gubernat universam, & Civitatum, hominumque custodit, atque tuetur statum, cùm societatis humanæ tranquillitas, & Populorum quies à coercitione criminum, & pœnarum recta distributione proficiscantur, quæ omnis cognitio è criminali scientia, doctrinaque colligitur; Ex hoc autem Opere, publicarum Scholarum, & Fori etiam causa suscepto, non modò, candidè Lector, studium nostrum animadvertes; verùm etiam intelliges, quid à provectioribus aliis Collegis nostris, ad communem utilitatem, & ad Romani Archigymnasii gloriam inflammatis, debeas expectare. Vale.

NOI RIFORMATORI

Dello Studio di Padova.

Havendo veduto per la Fede di revisione, ed approvazione del P. Fr. Tommaso Maria Gennari Inquisitore, nel Libro intitolato: *Institutiones Criminales Authore Dominico Ursaya à Bosco &c.* non esservi cos' alcuna contro la Santa Fede Cattolica, e parimente per attestato del Segretario nostro niente contro Prencipi, e buoni costumi, concediamo Licenza che possi esser stampato, osservando gli ordini in materia di Stampe, e presentando le solite Copie alle Pubbliche Librarie di Venezia, e di Padova.

Dat. 8. Ottobre 1723.

}

} Alvise Pisani Kav. Proc. Rif.

} Z. Piero Pasqualigo Rif.

Agostino Gadaldini Segr.

INDEX TITULORUM.

LIBER PRIMUS.

De Criminibus merè Ecclesiasticis.

LIBER SECUNDUS.

De Criminibus merè Sæcularibus.

LIBER TERTIUS.

De Criminibus mixti Fori.

LIBER QUARTUS.

Communia omnibus Criminibus.

IN-

INSTITUTIONUM CRIMINALIUM

ADVOCATI

DOMINICI URSAYÆ.

Liber Primus.

TITULUS PRIMUS.

De Criminibus in Genere.

1 QUoad materiale nominis Delictum, seu Crimen, à quo criminale judicium nomen habet, plura in Jure sortitum fuit vocabula; Appellatur siquidem Maleficium, Flagitium, Noxa, Injuria, Peccatum, Commissum, Excessus, Facinus, & Scelus, ut observant *Burgat. Instit. Crim. lib. 2. titul. 1. in princ. & Amen. de Delict. & Pœn. tit. 1. proœm. §. 1. n. 1.* quæ licèt partialem habeant significationem, & accidentalem differentiam, latissimè explicatam ab *Amen. ubi supra à num. 2. usque ad num. 11.* In substantia tamen ad nostrum effectum synonima sunt, & inter se confunduntur, ut patet ex *titulis Lib. 47. & 48. Digest., & ex titulis Lib. 9. Cod.* in quibus tota fermè criminalis materia continetur, ut advertit *Passerin. in Trib. Regul. quæst. 4. art. 1. num. 2. in fine*. Nos autem sermonem habebimus de his omnibus sub nomine Criminis, quo à Doctoribus trito, & vulgato vocabulo denominationem accepit.

2 Crimen igitur in hoc sensu consideratum, & in genere sumptum, definitur *Commissio, seu Omissio facta dolo, contra legem vigentem, & aliquid imperantem, seu prohibentem sub pœna.*

3 Dicitur *Commissio*, ut comprehendatur omne id, quod fit per transgressionem legis, sub pœna aliquid prohibentis; Hinc cùm lex prohibeat homicidium, procul dubio delinquit, qui illud committit.

4 Dicitur *Omissio*, ne excludatur id, quod fit contra præcepta legis positivæ, puta præceptum legis positivæ est, ut tempore Paschali Eucharistiam sumas, si omittis id facere, delinquis, quia non facis quod lex imperat, ex adductis *per Narbon. de Ætat. ann. 11. quæst. unic. per tot.*

5 Dicitur *facta*, quod verbum latissimam habet significationem, *leg. Verbum facere, ff. de Verborum signific.* Hinc facere dicitur, qui opere delinquit, ut qui factum committit; Nec non qui verbis, ut qui blasphemat; Ac etiam qui scriptura, ut Reus famosi libelli; Solius verò cogitationis pœnam nemo meretur in foro Fori, *leg. Cogitationis, ff. de Pœn. Corvin. Instit. Canon. lib. 4. tit. 1. de Delict. versic. Cogitatione.* Licèt aliud sit in foro Poli, circa quod consulendi sunt Theologi.

6 Dicitur *Dolo*, qui ad delictum omninò requiritur *Bald. in cap. 1. num. 15. de Constit.* ubi quòd omnis definitio delictorum traditur per dolum, & culpam, ex cujus defectu Infantes, Amentes, Dormientes, & à fortiori Bruta, delictum committere nequeunt, & latè *Reverendissimus D. meus Episcopus Zaul. ad Statut. Favent. tom. 1. lib. 4. rubr. 20. num. 11. & seqq.*

7 Dicitur tandem *contra legem vigentem, & aliquid imperantem, vel prohibentem sub pœna*, quia, ut aliquid sit verum crimen, & puniri possit, necesse est, quòd aliqua lege prohibeatur, cùm ante legem vetantem, licèt aliquis actus illicitus dici possit, non tamen criminis formam habere dicitur, Idque constat potissimum ex *Apostol. ad Roman. 4. 15.* dicente, *ubi enim non est lex, neque prævaricatio, & 5. 13. & 20.* ibi *Peccatum autem non imputabatur cùm lex non esset, lex autem subintravit, ut abundaret delictum.* Necesse pariter est, ut eadem lex vigeat, quia si fiat aliquid contra legem quidem, sed abrogatam, aut consuetudine præscriptam, vel per contrariam Constitutionem revocatam, tale factum, aut dictum, nullatenus delictum dici potest *Amen. de Delict. & Pœn. tit. 1. proœm. §. 2. num. 11. in fine*, ubi *num. 9.* observaverat, inter alias differentias, crimen differre à peccato per hoc, quòd peccatum Divinam tantùm ultionem expectat, crimen autem est accusatione, & damnatione dignissimum, & in Foro etiam humano vindicatur, juxta Textum *in Can. Apostolus 81. distinct.*

8 Substantialia autem criminis tria sunt. Primum est lex vetans, ex modò animadversis.

9 Secundum est voluntas, & animus delinquendi, sine voluntate enim, seu animo aliquid committendi, vel omittendi, crimen non datur, *D. Thomas 1. 2. quæst. 74. art. 1. in corpore.* Ex cujus proindè defectu ad rem observat *Hieron. de Pederic. resol. crim. 37.* non mortis, sed arbitraria pœna punitum fuisse quemdam Juvenem, qui ignem immisit in stabulo Oratoris Galliæ, non animo comburendi ædificium, ut evenit, sed ad effectum comburendi dumtaxat modicam quantitatem fœni, ad hoc, ut Orator credens illum evenisse culpa Magistri stabuli, illum à servitio dimitteret, *& de Federic.* sequitur *Rayn. tom. 1. cap. 13. §. 1. num. 31. & seq.* ubi pariter refert anno 1641. à Senatu Lipsiensi extraordinaria pœna punitum fuisse alium, qui ædes proprias incendit ad eum finem, ut liberaretur ab oneribus, & excessivis contributionibus.

10 Tertium demum substantialiale est factum ipsum criminosum. Ad crimen enim omninò requiritur aliquis actus a par-

a parte rei cum voluntate conjunctus *leg.* 1. §. *Sola cogitatio, ff. de Furt. & leg. Bovem* §. *Quæ amicum, ff. de Edilit. edict. Zuff. Instit. Crimin. lib. 2. tit.* 3. *lit. B Farin. qu.* 174. *n.* 2. & 3. *D. Canon. Rayn. Observ. Crim. to.* 2. *cap.* 14. *n.* 1.

11 Naturalia verò criminis quatuor numerantur à Doctoribus, Primum est pœna ejusdem; Hæc enim crimen sequi debet *Farin. quæst.* 18. *n.* 6. & 19. ad hoc ut cæteri punitorum exemplo edocti, ad crimina perpetranda non prosiliant, ut pœna unius sit metus multorum, *leg.* 1. *Cod. Ad leg. Juliam Repetund. Fab. in Cod. tit. de Patr. potest. defin.* 1. *n.* 4. & *Rayn. tom.* 1. *cap.* 6. §. 3. *n.* 30. Et ad rem *Senec. de Clement. lib.* 1. *cap.* 22. *in princ.* ibi *In vindicandis injuriis tria lex secuta est, quæ Princeps quoque sequi debet, aut ut eum, quem punit, emendet, aut ut pœna ejus cæteros meliores reddat, aut ut sublatis malis securiores cæteri vivant*.

12 Secundum est obligatio ad dictam pœnam luendam, nam ex perpetratione delicti nascitur in persona delinquentis obligatio ad illam *tot. tit. Instit. de Oblig. quæ ex delict. nascun. Berlich. Conclus. par.* 5. *conclus.* 52. *nu.* 13. *vers. Propterea Carpzov. in prax. Crimin. par.* 2. *quæst.* 83. *n.* 16. & *Zaul. to.* 2. *lib.* 5. *rubr.* 6. *num.* 22. & *rubr.* 18. *nu.* 4. Et cùm delinquens voluerit delictum, quod est antecedens, intelligitur voluisse etiam pœnam, quæ est necessarium consequens *leg. Illud, ff. de Acquir. hæred.* & *Rot. decis.* 68. *nu.* 20. *coram R. P. D. meo Ansaldo.* Undè moriens per manus Justitiæ voluntariè mori, & à seipso occidi dicitur, ut observant *Castracan. de Societ. Offic. cap.* 20. *n.* 11. *Carol. Anton. de Luc. in Labyrinth. cess. Jur. via* 105. *sub* §. *Si Pensionarius, Reverendis. Petr. ad Constit. Apostol. t.* 3. *fol.* 371. *n.* 65. & *Card. de Luc. de Pens. disc.* 69. *n.* 9. & *de Soc. Offic. disc.* 12. *n.* 25. Quod in *tract. de Emption. & Vendition. disc.* 53. *num.* 9. limitat non procedere in morte violenta, sequuta per manus Inimicorum. Quid quid dicat *Gonzal. in cap.* 5. *num.* 6. *in fine de Corpor. vitiat.* ibi *Quis enim dicat furem ob furtum furca suspensum se suspendisse ex eo, quòd ob culpam propriam suspendatur*.

13 Tertium est, ut pœna crimini commensuretur *cap. Sicut dignus, de Homicid.* Quantum enim quis peccavit, tantum puniri debet, juxta illud. *Deuter.* 25. 1. *Pro mensura peccati erit & plagarum modus*, & illud *Apocalips.* 18. 7. *Quantum glorificavit se, & in deliciis fuit, tantum date illi tormentum, & luctum*, & observat *De Angel. de Delict. lib.* 1. *in exord. num.* 15. & *Zacch. de Salar. q.* 56. *nu.* 39. Indeque inferunt Doctores, blasphemum puniendum esse in lingua, quia per illam deliquit, vel mediante ejus perforatione in casibus gravioribus, ut cavetur in legibus Hispaniarum teste *Azeved. Recopil. lib.* 8. *tit.* 4. *leg.* 2. *num.* 17. & in Constitutionibus Regni Neapolis, referentibus *Afflict. lib.* 3. *rubr.* 54. *in princip.* & *Novar. ad pragmat. de Blasphem. collect.* 1. *num.* 1., vel in casibus levioribus mediante sola affixione linguæ ligno, seu ferro, quod vulgò dicitur *Mordacchia*, ut observat *Rayn. tom.* 1. *cap.* 1. §. 1. *num.* 116., ubi quòd quando facienda est abscissio, seu perforatio linguæ, id practicari debet tali circumspectione, ut non secentur articuli ejusdem linguæ, quod antè eum advertcrat *Parlador. quotidian. q.* 18. §. 2. *n.* 15.

14 Quartum naturale criminis est, ut pœna criminis suum sequatur Authorem, & non alios *Honded. conf.* 95. *num.* 28. & 33. *lib.* 1. *Farin. quæst.* 24. *in princ.*, & *Zaul. tom.* 2. *lib.* 5. *rubric.* 21. *num.* 3. Ibi namque debet esse pœna, ubi noxa reperitur, suosque debet tenere authores, *leg. Sancimus, Cod. Ne Uxor. pro Marit.* Nec unus alterius odio, seu delicto gravandus est *leg. Ob Maritorum culpam, Cod. de Pœn. Barbos. Tract. var. axiom.* 68. *num.* 9. & *Conciol. resol. crimin. Verb. Confiscatio resol.* 3. *num.* 2. Quæ tamen regula limitatur in Represaliis, ut videbimus infra *lib.* 4. *cap.* 10. Ultrà septem alios casus, in quibus ob aliorum crimina quis punitur, relatos à *Luc. de Penn. in leg.* 3. *n.* 11. *Cod. de Exactor, & Exequut. lib.* 12. & latissimè re assumptos *à Carthar. in tract. de Pœn. Innoc. pro nox. nocent.*

15 Accidentalia demum criminis, quæ scilicet, neque substantiam, neque naturam ejus concernunt, sed ab extrinseco adveniunt, plura sunt, & à diversis capitibus desumuntur, enumerata in *leg. Aut facta* 16. *ff. de Pœn.* nempè.

16 Primò à persona delinquentis, Ex eisdem siquidem delictis aliter Servi, & aliter Liberi puniuntur *leg. In servorum, ff. de Pœn.* Nec non aliter homo legitimæ ætatis, & aliter minor *leg. Auxilium* §. *In delictis, ff. de Minor.* Itemque à persona offensi, *D. Thom.* 2. 2. *quæst.* 73. *art.* 4. Nam aliter punitur qui in Dominum suum, vel Parentes aliquid ausus fuerit, quàm qui in Extraneum *leg. Prætor. edictum* §. *final. ff. de Injur.* & *leg. Pœnæ parricidii, ff. Ad leg. Pompejam de Parricid.* Aliter qui in Magistratum, quàm qui in personam privatam delinquit, citata *leg. Prætor. edictum.* §. *final. ff. de Injur. Passerin. in Tribun. Regul. quæst.* 4. *artic.* 1. *num.* 4. *Matth. de Re Crimin. contr.* 14. ubi de occidente Judicem, & *contr.* 24. *num.* 17. & *Amen. de Delict. & Pœn. tit.* 1. *proem.* §. 2. *de Delict. in gener. num.* 18.

17 Secundò à causa, qua quis ad delinquendum adductus est *Cartar. decis.* 66. *num.* 18. Si enim quis extraneus ex mala intentione aliquem verberaverit, puniendus est *leg. Aut facta* §. *Causa autem, ff. de Pœn.* Non sic autem si vapulet quis à Magistro, vel à Parentibus, Id enim emendationis, & disciplinæ causæ attribuitur dicta *leg. Aut facta* §. *Qualitatem Conciol. resol. crim. verb. Defensio resol.* 8. *num.* 1. ubi ex hoc benè infert, quòd in his casibus contra Patrem verberantem non sit filio licita defensio.

18 Tertiò à Loco, Iste enim aliquando facit, ut idem crimen sit ex. gr. furtum, si in loco profano commissum sit, si autem in loco sacro, sacrilegium *leg. Aut facta* §. *Loco, ff. de Pœn. Amen. de Delict. & Pœn. tit.* 1. §. 2. *num.* 24. & videbimus infra *lib.* 2. *tit.* 9. Aliquando verò facit, ut pœna majori dignum reputetur, quando ex sua natura tale non esset, sic evaginare gladium contra aliquem, sive in rixa, sive extra illam, non est crimen puniendum pœna gravi, & tamen id facere in Urbe *à vista di Castel Sant' Angelo* gravissimum reputatur delictum ex particulari Edicto, id prohibente, ea ratione, quia Excubiæ tardiores, & negligentiores fierent ad custodiam, si assuefierent ad hujusmodi rumores, & rixas *Rayn. tom.* 1. *cap.* 10. §. 8. *num.* 43. & *seqq.* ubi quòd obtinuit liberari quemdam Militem, eo quia evaginatio sequuta fuerat in via Panici, à qua non Castrum, sed solus angulus, seu Baloardus conspiciebatur, & verbum *à vista* denotat prospectum, & conspectum, vel totius faciei, vel saltem tertiæ partis totius Castri, juxta theoricam *Bartol. in tract. de Insul.* §. *Quòd frequenter accidit nu.* 9. *vers. Quandoque extremitates.*

19 Quartò à tempore, quia illud differentiam sæpè constituit inter crimen, & crimen, & crimen, supra citata *leg. Aut facta* §. *Tempore, de Rosis resol. crimin.* 26. *per tot.* Hinc est quòd furtum nocturnum, vel aliud delictum de nocte commissum, graviùs punitur, & deterius judicatur, quàm diurnum *leg.* 1. & 2. *ff. de Furib. balnear.* & *leg. final. ff. de Effractor.* Tum quia de nocte tranquillitas, & pax Populi magis procuranda est *Rayn. tom.* 2. *cap.* 14. §. 13. *num.* 1. & 2. Tum etiam quia præsumitur commissum majori præcogitatione, & voluntate; Qui enim malè agit odit lucem, ut observat *Passer. in Tribun. Regul. qu.* 4. *art.* 1. *num.* 10. Tum demum, quia, ut dicebat *Demosthenes relatus à Gerhard. Feltman de Inclus. Anim. cap.* 44. *sect.* 9. *num.* 3. *Interdiù aliquos auxilio implorat aliquis, noctu autem frustra.*

20 Quintò à quantitate, nam qui unam Ovem surripit fur est, & tanquam talis puniendus, qui verò gregem integrum, tanquam Abigeus coercebitur *leg. final. ff. de Abig. Panimoll. decis.* 74. *n.* 39. & *sequ. de Angel. de Delict. par.* 1. *cap.* 1. *num.* 8. & *seqq.*

21 Sextò à qualitate, nam furtum propter qualitatem manifesti à non manifesto discerni solet, tanquam majori pœna dignum §. *Pœna manifesti, Inst. de Oblig. quæ ex delict. nascunt.*

22 Septimò demum ab eventu, Multum siquidem attenditur, an effectus criminis fuerit productus: Licèt enim in criminibus voluntas spectanda sit, & non exitus *leg. Divus Adrianus, & leg.* 1. *ff. ad leg. Cornel. de Sicar.* & *leg. Is qui, Cod. Eod.* & generaliter advertit *Oliver. de Matrim. nullit. pag.* 18. *in med.* quem sequuti fuimus *in Dissertat. Theolog. legal. de Matrim.* §. 1. *num.* 33. Eventus tamen magnoperè inservit ad crimen minuendum, & pœnam temperandam. Circa quæ videndus *Tiraquell. de Pœn. temper. caus.* 52. *per tot.* ubi latè ostendit, felicem, & bonum exitum nullatenus excusare delinquentem, refertque quamplura exempla, idem comprobantia, inter quæ celebre est illud *Manlii Torquati*, qui filium securi percuti jussit, eo quòd contra Patris præceptum cum hoste pugnasset, licèt eum interfecisset, referentibus *Liv.* 1. *decad. lib.* 8. & *Valer. Maxim. rer. memor. cap.* 4. *de Disciplin. militar.* & *lib.* 9. *de Ira.* In qua parte habemus etiam celebrem illam controversiam *Senec. declamat. lib.* 10. *controv.* 6. quam refert *Ancar. in cap.* 1. *de Constit. quæst.* 14. *princip. vers. Ponit Seneca*, de Fure illo, qui cùm divitem proditionis accusasset, noctu parietem domus ejus perfodiens, scrinium, in quo erant Epistolæ ab Hostibus missæ, sustulit, post multa relinquens cogitandum, an fur iste præmium, vel pœnam meruerit.

23 Cri-

23 Crimen, seu delictum sic in genere definitum, & cum suis substantialibus, naturalibus, & accidentalibus explicatum multiplex est, ut observat *Amen. in Prax. Crim. tit. 4. num. 1. fol. 187.* illiusque divisio à suis causis desumitur.

24 A causa nimirum efficiente, Nam alia sunt crimina commissa à majoribus ætate, & alia à minoribus, & Pueris, ut in *tot. tit. Decretal. de Delict. Puer.* ubi latè *Gonzalez*, qui in notis *ad cap. 1. lit. G. ex Concilio Mediolan. 5. sub Divo Carolo par. 3. tit. Quæ ad Matrimonium pertinent* observat, his temporibus tantam Puerorum licentiam esse, atque adeò effrenatam, ut Christianæ disciplinæ non levia afferat detrimenta, hinc in scholis nimia petulantia, in Ecclesiis irriverentia, turbolenta foris concitatio, atque in omni loco sese offerens imprudentia, & planè projecta audacia *Narbon. de Ætat. ann. 25. quæst. 45. num. 11. & seqq. Kornmann. de Virginit. Jur. cap. 63.* ubi ex *Marsil. in leg. Si infante in principio Cod. de Jur. deliber.* advertit, nostra ætate infantes in quinto anno scire ea, in quæ retroactis sæculis in decimo quintò vix poterant percipere, quòdque nedum sciunt perfectè ludere, sed mira facilitate colludentes secum decipiunt, *& cap. 89.* ubi curiosè quærit, quare puellæ Virgines in via præcedant Matres, Pueri verò adolescentes sequantur Patres, & inter alias congruentias, & rationes, illam ad rem facientem assignat, quòd cùm major castitas requiratur in sexu fœmineo, quàm masculino, majori cura custodiendæ sunt fœminæ, quòd facilius obtinetur præcedendo Matres. Quare autem naturale votum Parentum, ut plurimùm erga ultimum natum major sit, perbellè explicat *Rota in Fanen. successionis* 30. *Novemb.* 1705. *§. Reliqua coram R. P. D. Ansaldo*, Viro literis, ingenuitate & probitate insigni, id tribuendo desiderio perpetuationis humanæ naturæ, quæ libentiùs dirigitur ad novissimum natum, quia magis supervivere præsumitur, magisque tanquam parvulus trahere solet amorem cadentis Genitoris, ut de Jacob tenerrimè diligente Beniamin ultimo natum, legitur in *Genes.* 44. 21. 30. Rationem verò, quare plures gigni soleant fœminæ, quàm mares, assignat *Michal. de Fratribus p. 3. c. 3. num. 21.* quia scilicet in omnibus rebus naturalibus id evenire solet, ut rerum deteriorum major sit copia. Item alia crimina commissa dicuntur ex proposito delinquendi, alia impetu furoris, vel iracundiæ, & alia demum ex casu fortuito *Can. Unum orarium 25. Distinct. & leg. Respiciendum §. Delinqui, ff. de Pœn. Vermigl. consil. 26. num. 9. & seq. Graffett. de Nec. proditor. §. 2. per tot. Merlin. Pignatell. contr. for. lib. 1. cap. 66. num. 16. & seq. & Zuff. de Legitim. Process. lib. 1. cap. 23. num. 30. & seq.*

25 A causa materiali, Nam alia consistunt in facto, alia in dicto, alia in scripto, alia in patientia delicti *leg. Aut facta, ff. de Pœn. Zuff. Instit. Crim. lib. 5. sect. 1. lit. D.* Item alia sunt crimina Ecclesiastica, hoc est continentia materiam ad cognitionem Ecclesiastici Judicis pertinentem; Alia sæcularia, quæ materiam habent spectantem ad sæcularis Judicis coercitionem; Et alia mixta, quæ factum continent, quod ad utriusque Judicis forum deferri possit *Carleval. de Judic. lib. 1. tit. 1. disput. 2. num. 763. & seqq. Conciol. resol. Crimin. Verb. Delictum resol. 2. num. 1. Sperell. dec. 3. num. 3. & seqq. & Passerin. in Tribun. Regul. quæst. 4. art. 1. num. 3. & seq. & Pellegrin. in prax. Crimin. par. 4. sect. 3. num. 72. & seqq.* Item alia committuntur in Deum, alia in Principem, alia in Rempublicam, alia in proximum, seu privatum, & alia denique in semetipsum. Delicta publica (hoc est quasi popublica, quia illorum accusatio cuilibet de Populo permittitur, circa privata verò accusatio soli Parti læsæ concedatur) numerantur in *leg. 1. ff. de public. Judic.* quibus addi possunt ea, quæ immediatè tendunt in Dei offensam, ut sunt Hæresis, Blasphemia &c. Notabile autem intercedit discrimen inter delicta publica, & privata; Damnatus siquidem ex delicto publico fit infamis, secus ex delicto privato *leg. Infamem, ff. de Public. judic.* Quod intellige secundùm Jus Civile: Jure enim Canonico attento omnia delicta infamiam irrogant *Passer. in Tribun. Regular. q. 4. art. 1. num. 3.*

26 Tertiò à causa formali; Nam alia sunt crimina ordinaria, alia extraordinaria. Item alia in committendo, alia in omittendo consistentia, prout alia nominata, alia innominata; Nominata sunt, quæ habent nomen peculiare Juris, ut Furtum, Adulterium &c. Innominata verò, quæ non habent nomen Juris, nec pœnam certa lege comprehensam, sed habent nomen facti, & denominantur ab aliquo actu, qui pœnam meretur, v. g. aliquem verberare, ingredi Domum alienam *Farin. quæst. 18. num. 19. & Passerin. in Tribun. Regul. quæst. 4. artic. 1. num. 5. & 6.* Discrimen inter ipsa illud est, quòd delicta nominata semper sunt delicta, & pœna digna; Innominata verò quandoque impunè committuntur, ut ecce Præceptor verberat Discipulum, Medicus ingreditur domum Infirmi, & neuter delinquit. *Bartol. in leg. Nunquam plura numer. 4. ff. de Privat. delict. Blanc. in prax. Crimin. fol. 52. num. 111. & Pellegrin. pariter in prax. Crimin. par. 4. sect. 3. nu. 73.*

27 Quartò ab accidentibus; Nam alia sunt notoria, & manifesta, & alia occulta *cap. Evidentia, de Accusation. & cap. final. & cap. Vestra de Cohabit. Clericor. & Mulier.* Notoria sunt illa, que aliqua tergiversatione celari non possunt, Manifesta verò, quæ ex certo authore, & scientia procedunt, & probari possunt, Occulta demum, quæ nullo modo probari possunt latè *Pellegrin. in prax. Crimin. par. 4. sect. 3. à num. 58. usque ad num. 64.* Item alia sunt levia, alia atrocia, alia atrocissima *leg. Levia, ff. de accusation. Pellegrin. in prax. par. 4. sect. 1. numer. 67. & seq.* Levia sunt, quæ puniuntur pœna mitiori morte naturali; Atrocia, quæ plectuntur morte naturali, Atrocissima, quibus lex imponit graviorem pœnam simplici morte, ut si Reus sit comburendus, vel ad caudam equi trahendus, vel in frustra scindendus secundùm Juris Civilis dispositionem *Passerin. in Tribun. Regular. quæst. 4. art. 1. num. 8. & 9. Scann. de visit. Carcer. lib. 2. §. 6. cap. 7. num. 13. & Rayn. tom. 3. cap. 34. §. 6. numer. 4.* Jure verò Canonico attento illa dicuntur crimina atrocissima, quæ sunt depositione digna, quæque enumerat *Pellegr. in prax. par. 4. sect. 3. num. 47. ubi num.* 68. benè advertit, quòd hodie non multum attenditur ad quosdam antiquos Canones de facili pœnam depositionis imponentes, sed vel debet crimen esse specialiter expressum in Jure, vel maximum, circa quod statur Judicis arbitrio *Rota coram Coccin. decis. 351. nu. 7.* In hujusmodi verò delictis atrocissimis Judex dicitur habere laxatas habenas, hoc est Juris dispositionem Judaicè servate non tenetur *Zambell. in Regul. Jur. Crimin. cap. 2. num. 13. & seq.* Imò ei licitum est Jura transgredi, & quidem, tam quoad modum procedendi, quàm quoad modum puniendi ut pluribus allegatis observant *Matth. de Re crimin. controv. 25. n. 6. & Rayn. tom. 3. cap. 34. §. 6. num. 7.* Casum hujus atrocissimi delicti non sine omnium bonorum admiratione experti sumus in Urbe *die 27. Decemb.* 1702. In homicidio proditorio commisso in personam Illustriss. D. Francisci Zeccadori dignissimi Prelati, Reus tamen condignas luit pœnas die 6. Julii 1703. In Platea Sancti Petri, ubi fuit mazzolatus, & in quatuor partes disiectus, caput verò positum suprà Portam Angelicam in crate ferrea cum sequenti inscriptione.

[illegible] 1702.

Mattia Trojani Romano per omicidio proditorio commesso nel Palazzo Vaticano in persona del suo Padrone per rubarli.

Ad instar alterius similis inscriptionis, quæ legitur in Ponte Milvio, vulgò *Ponte Molle* subtus caput alterius Assassini his verbis:

Domenico Alessandrino venne in Roma, fece omicidio 1675.

28 Quintò demum ab effectu, nam alia sunt capitalia, alia non capitalia *leg. 2. ff. de Public. Judic. Brugiott. Instit. Crimin. lib. 1. tit. 3. num. 21.* Capitalia sunt illa, pro quibus pœna mortis irrogatur, Non Capitalia verò illa, quibus mitior imponitur pœna.

29 Adverte hìc, quòd cum de sui natura quilibet præsumatur bonus *Cap. Dudum 16.* ubi communiter Repetentes de *Præsumption. D. Thom. 2. 2. q. 70. art. 3. ad 2. & Rot. d. 624. nu. 6. & 7. p. 19. rec.* Rationem assignat *Rot. dec. 642. num. 8. p. 19. rec.* quia scilicet agitur de qualitate naturali, ad differentiam qualitatis accidentalis, & extrinsecæ, pura, quòd sit dives, scientificus. Delinquere autem non boni, sed mali hominis sit *Menoch. de Præsumpt. lib. 5. Præsumpt. 2. in princ.* in dubio omnis capienda est interpretatio pro exclusione delicti, ut latè probat *Conc. Resol. Crimin. V. Delictum resol. 1. per totam* & firmavit *Rota in d. 132. num. 13. coram Emer. jun. & in Perusina Repetitionis indebiti* 22. *Junii* 1693. *§. Verum coram R. P. D. Priolo.* Quod eò magis procedit si non ostendatur causa delinquendi, quia nemo sine causa præsumitur velle delictum committere *Vermigliol. cons. 35. num. 17. & seq. Conciol. resol. Crim. V. Delictum resol. 5. per tot.*

30 Quod intellige verum cum *Div. Thom. 2. 2. qu. 60. art. 2. ad 3.* sequuto à *P. Segner. nel Christ. istruit. par. 1. ragion. 24. num. 14.* in illo dubio, quod respicit judicium, seu actum judicandi; Secùs verò, quando agitur de adhibendo remedio

dio malis, sive nostris, sive alienis; Hoc enim casu (sunt verba *D. Thomæ*) *expedit, ut securius remedium, apponatur, quod supponatur id, quod est deterius, quia remedium, quod est efficax contra majus malum, multò magis erit efficax contra minus malum.*

31 Intellige secundò veram Conclusionem in qualitatibus naturalibus, quæ facilè præsumuntur, secus in accidentalibus, puta in scientiis, *Rota decis.642. numer.7. & 8. par. 19. rec.*

TITULUS II.

De Dolo, Fraude, & Culpa.

1 AD constituendum Crimen requiruntur dolus, seu collusio, fraus, & culpa; Meritò igitur de iis nunc videndum.

2 Dolus definitur *calliditas, vel fallacia ad fallendum, decipiendumque alterum adhibita leg. 1. §. Dolum malum, ff. de Dol. Passer. in Trib. Regul. quæst. 28. art. 1. num. 2.*

3 Multipliciter dividi posset dolus, ut observant *Vidal. in Casib. Conscien. tit. de Just. & Jur. inquisit. 5. numer. 2. & per tot. & Amen. de Delict. & Pœn. tit. prohem. §. 2. num. 10.* Sed ad nostrum propositum, tres sunt illius principaliores divisiones.

4 Prima divisio est, quòd dolus alius est verus alius præsumptus *DD. in leg. Quod Nerva, ff. Deposit. Dolus verus est malitia in alterius malum manifeste prorumpens; Præsumptus verò dicitur ars nocendi præsumptivè adhibita.* Primus probatur ex indiciis, & præsumptionibus manifestis, & evidentibus juxta *Text. in leg. Dolum, Cod. de Dol.* Secundus verò ex probabilibus conjecturis colligitur, seu ex verisimilibus præsumptionibus *Passer. in Trib. Regul. quæst. 210, art. 1. numer. 2. & Cobell. ad Bull. bon. regim. cap. 14. numer. 3. & seq.*

5 Secunda divisio est, quòd dolus alius dicitur commissionis, alius omissionis *Farinac. quæst. 18. nu. 22. & seqq.* Dolus in committendo gravior est eo, qui in omittendo consistit *leg. Qui vas §. Qui furem, ff. de Furtis.*

6 Tertia divisio est, quòd dolus alius sit velatus, alius non velatus *leg. 2. §. Doli mali, ff. de Vi bonor. raptor.* Dolus velatus ille est, qui committitur sine vi, simulando scilicet, vel dissimulando *leg. Ea quæ §. Dolum malum, ff. de Contrah. Empt.* Ad hanc speciem doli velati reduci potest malitia illa Uxorum, relata *per Nevizzan. in sylv. Nupt. lib. 2. verb. Diviti non est nubendum num. 68. fol. 193.* quæ scilicet simulant maritis invenisse mercatores egentes pecunia, & coactos vendere vili pretio, & tamen ipsæ clam supplent eisdem justum pretium, attestando ità vidisse practicari, & utinam nostris etiam temporibus id ad praxim non reduceretur. Antecedenter verò optimum dederat consilium viris ex integra dote emendi fundum dotalem, cum permissione Uxoribus ejus fructibus utendi pro vestibus, & pro aliis ad eorum ornatum necessariis, pro quibus quotidiè Viros fastidiunt, asserendo, ità practicasse Viros prudentissimos ex triplici causa; Primò ad evitandam Filiorum depauperationem in restitutione ejusdem dotis. Secundò ad evitandum jurgium Mulieris, objicientis suas dotes Viro; & tertiò ad evitandum fastidium emendi ex propriis pecuniis vestes Uxori, quia poterit ei respondere, habes undè emas. Dolus non velatus, sed apertus ille est, qui committitur cum violentia, ut accidit in omnibus contractibus per minas celebratis *leg. Si Mulier §. Si dos, ff. de Eo quod met. caus. Farin. quæst. 88. numer. 25.* Qui in nulla habentur consideratione, ex generaliter adductis *à Rot. in decis. 139. num. 4. coram Emer. Jun.* & in terminis professionis Religiosæ resolvit S. Cong. in *Melev.* 15. Septemb. 1703. *lib. 53. Decr. fol. 392.* Quando verò, & in quibus circumstantiis præsumatur dolus latè explicant *Bist. quæst. 135. Farin. quæst. 89. à numer. 74. & Passer. in Tribun. Regul. quæst. 28. art. 1. num. 20. & seq.* Licet autem regulariter dolus sonet in malam partem, datur tamen dolus bonus, ut observant, & exemplificant *Magalott. de Salv. conduct. p. 2., & Cobell. ad Bull. Bon. Regim. cap. 50. num. 44.*

7 Fraus (quæ licèt cum dolo fraternizet, revera tamen in multis ab eodem discrepat; id observante *Decian. tract. Criminal. lib. 1. cap. 5. numer. 12.*) Definiri potest *actus malitiosus, tendens de permisso ad prohibitum*; Nam fraus de permisso ad permissum, vel de prohibito ad prohibitum committi nequit; Dicitur autem aliquid agi de permisso ad prohibitum tunc, quando permissum agi simulatur, & tamen revera prohibitum agitur, quod enim ita fit procul dubio in fraudem legis fieri dicitur; Contra legem namque aliquid facere, est id facere, quod lex prohibet expressè; In fraudem verò legis tunc committitur, quando salvis verbis legis, sententia, & mens ejusdem eluditur *leg. Contra legem, & leg. Fraus, ff. de Legib. & leg. Non dubium, Cod. Eodem*, ubi egregiè *Gloss.* Veluti si prohibita extractione frumenti ad conservandam Annonam, extrahatur farina, vel prohibita extractione farinæ extrahatur panis. *Zaul. ad Statut. Favent. tom. 1. lib. 4. rubr. 61. num. 6.* ubi quòd prohibitus retinere aliquid in Platea, non potest id retinere suprà bancum, ibidem positum, refertque factum Gonnellæ, qui cum à Ferrariensi Duce prohibitus fuisset pedem ponere in suo Territorio, accessit Ferrariam super Plaustro cooperto Terra Veronensi, de quo etiam mentionem faciunt *Surd. cons. 137. numer. 17. Gratian. discept. forens. cap. 658. num. 6. Rip. de Pest. tit. de Remed. ad conservat. ubert. num. 42. Cobell. ad Bull. Bon. Regim. cap. 46. num. 61. & seqq. & num. 100.* ubi quòd mercator dicitur operari in fraudem, si faciat emere merces à Cive immuni, ad hoc, ut non solvat gabellam.

Observa hic ex *Baldo in leg. Contra legem, ff. de Legib.* sequuto à *Rota in Romana Pecuniaria, seu Locorum Montium 11. Junii 1706. coram Molines §. Discurrendo, seu 42.*, quòd magis est dolosus, qui legem circumvenit, quàm qui facit contra legem expressè, adeòque ob ejus majorem calliditatem, magis punibilis est Circumventor, quàm Transgressor legis.

8 Quot verò modis committatur fraus egregiè explicat *Glossa marginalis in leg. Contra legem, ff. de Legib. & in cap. fin. de Regul. Jur. in 6.* ubi quòd committitur de re ad rem, de tempore ad tempus, de loco ad locum, de persona ad personam, & de contractu ad contractum; Vide *Cyriac. contr. 10. à numer. 82. & Gratian. decis. March. 102.*, ubi latè *Scoppa, & Constant. ad stat. urb. tom. 2. fol. 240. à num. 661.* In dubio autem si non adducatur causa fraudandi fraus semper excluditur, pro illiusque non existentia omnis est capienda interpretatio *leg. Si Mulier in princip. ff. Rer. amotar. & Panim. decis. 139. num. 45. & Rot. decis. 332. num. 8. coram Dunoz. Jun.* Dividitur fraus in illam, quæ vocatur fraus Consilii, & in aliam, quæ dicitur fraus præjudicii, & re ipsa *Card. de Luc. de Prebem. disc. 13. numer. 30. R. P. D. Severol. apud Const. ad Stat. Urb. tom. 1. fol. 557. numer. 94.* Consilii fraus verificatur tunc, quando quis data opera, & ex condicto aliquid in tertii præjudicium molitur: Fraus verò reipsa, seu fraus præjudicii, tunc habet locum, quando in rei veritate tale præjudicium verificatur, licèt absque ulla præordinatione, & consilio operantis: *Rot. decis. 2. numer. 15. apud Antonell. de Jurib. Clericor., & in Romana, seu Florentina census 19. Junii 1711. §. Nec deerat, coram Ansaldo.* Ad hoc autem, ut tertio non præjudicetur, in his terminis non requiritur fraus consilii, sed sat est verificari fraudem præjudicii, seu re ipsa, ut exemplificando in civilitate concessa exteris advertit *Card. de Luc. d. disc. 13. de Prebem. numer. 26. & seqq.*

9 Deveniendo ad culpam, hæc dupliciter considerari potest, Primò in genere moris, & tunc definitur *Declinatio à bono, sive ex malitia, sive ex negligentia D. Thom. 1. par. quæst. 48. art. 5. & 6. Passer. in Trib. Regul. quæst. 28. art. 1. numer. 5.* Secundò verò modo, juridicè, & tunc licèt in genere considerata sub se dolum comprehendere videatur, & sub dolo contineatur culpa, ex notatis in *leg. Si ea causa §. Si Mulier, ff. de Minor. & in leg. Illicitas §. Sicuti Medico, ff. de Offic. Præsid.* Culpa tamen in specie, & propriè sumpta à dolo nedum diversa, sed eidem opposita est, taliter quòd ex propria natura dolum à se excludat, nam dolus sceleratæ, & flagitiosæ menti, culpa autem stolidæ, & imprudenti tribuitur. Dolus est vitium pravæ voluntatis, culpa verò defectus intellectus, vel memoriæ lapsus, ut colligitur ex *leg. Filius §. Judex, ff. de Judic. Barbos. axiom. 62. num. 6.*

10 Definitur culpa propriè sumpta, quòd *sit excessus per imprudentiam admissus in damnum alicujus Decian. lib. 1. tract. Criminal. cap. 6. num. 4.* & culpæ pariter attribuitur immiscere se rei ad se minimè pertinenti *l. Culp. ff. de Reg. Jur.*

11 Plures culpæ divisiones ponunt Doctores, & signanter *Bart. in leg. Quod Nerva, ff. Depos.* ubi illam dividit in quinque species, nempè latissimam, latiorem, latam, levem, & levissimam *Decian. lib. 5. cap. 6. per tot., & Farin. quæst. 88. à n. 53.* Nos unam textualem explicando dicimus, quòd

quòd alia est culpa lata, alia levis, alia levissima, ut in *leg. Cedere diem* §. *Lata culpa ff. de Verbor. signific. & in leg. In lege Aquilia, ff. ad leg. Aquil. & leg. Contractus, ff. de Regul. Jur.* & latè observat *Passer. in Trib. Regul. quæst.* 28. *art.* 1. *num.* 6. *& seq.*

12 Culpa lata est *nimia negligentia in non intelligendo, vel faciendo, quod omnes intelligunt, vel faciunt, leg. Lata culpæ* 223. *ff. de Verb. signif. & Rot. dec.* 10. *num.* 20. *apud Pacion. de Locat.* Ut enim ait *Text. in leg. Regula* §. *Sed facti, ff. de Juris, & facti Ignoran. Summa est negligentia tua si omnes sciant, quod tu solus ignoras*, unde benè observat *Bald.* in *leg. Quæ fortuitis, num.* 33. *Cod. de Pignor. act.* culpam latam esse deviationem à prudentia naturali, omnibus hominibus insita, & meliùs *Salyc. in leg. Si nulla, num.* 8. *& seqq. Cod. de Pignor. act.* advertit, culpam latam esse stultitiam, vel negligentiam talem, & tantam, ut pauci ex genere hominum reperiantur ita stulti, & negligentes.

13 Exempla latæ culpæ sunt, quando quis non cogitat de casibus naturalibus, vel illis non providet, Veluti navigare sine magistro Navis, vel Mari se committere tempestatis tempore, ut in *leg. Item quæritur*, §. *Si magister, ff. Locat.* Vel non patitur se curari à vulnere, *leg. Qui occidit*, §. *Malis, ff. Ad leg. Aquil.* Vel qui in die ventoso in Spinas, gratia eas comburendi ignem immittit, qui ulteriùs evagatus alienam segetem, vel Sylvam combussit, ut in citata *leg. Qui occidit*, §. *Hac actione juncto, cap. Si egressus, de Injur. & Damn. dat.* & observant *Friedlieb. de Ign. nocent. cap.* 2. §. 3. *& Rayn. tom.* 2. *cap.* 13. §. 1. *num.* 37. Vel demum si quis à custodia Caprarum sibi commissarum recesserit, ut in *leg. Si quis fundum, ff. Locat.* ubi alii exprimuntur modi, quibus hæc culpa committitur, quive videri quoque possunt in *leg. Sed etsi pupillus*, §. *De quo palam, ff. de Institutor. action.* Ad hanc latam culpam referri potest crassa illa negligentia cum candela accensa rumpendi filum, ubi adest materia combustibilis, juxta casum commiseratione dignum, relatum *à de Rubeis in disc. ad Jur. & verit. Amatores*, impresso *in par.* 11. *rec. num.* 562. de Carolo Rege Navarræ, qui cùm ob excessum suarum inhonestatem nimis debilitatus esset, ordinarunt Medici, ut ad ejus corpus nudum aptarentur lintei infusi in aquavitæ, Ille enim, qui aptabat, suebatque eosdem linteos, dum voluit cum candela accensa rumpere filum madefactum eadem aquavitæ, hæc sic avidè ignem arripuit, ut eo communicato cum linteis, qui Regem cooperiebant, statim à vehementia ignis remansit miserè exatsus, mortuusque.

14 Verùm quia lata culpa multoties consistit in omittendo, seu in non faciendo, & committitur quando quis ignorat id, quod magna pars hominum intelligit, quod intelligere tenetur, in hoc sensu definiri potest cum *Bartol. in leg. Quod Nerva, num.* 17. *&* 18. *ff. Deposit. Quod sit deviatio incircumspecta ab ea diligentia, quam communiter adhibent homines, qui sunt ejusdem professionis.* Veluti si Agrimensor contra artis regulas metiatur fundum, ut *leg.* 1. §. *Hac actio ff. Si Mensor fals. mod. dixer.* & in aliis modis, de quibus in *leg. Illicitas*, §. *Sicut medico, ff. de Offic. Præsid.* & in *leg. Hoc edicto*, §. *Quod quisque Juris, ff. Locat.* Idem dicendum si quilibet alius Artifex per imperitiam vitiosa effecerit laboraria, quo casu tenetur reficere damna omnia, & Interesse, quæ ex sua culpa evenerunt, §. *Præterea verò Imperitia, Instit. de leg. Aquil. Asin. in Prax.* §. 32. *ampliat.* 41. *Zacch. de Salar. quæst.* 55. *num.* 12. & in terminis Sutoris, *Benintend. dec. Bonon.* 9. *in princ. & num.* 1. *Conciol. ad Stat. Eugub. lib.* 5. *num.* 1. *& Caroc. de Locat. & Conduct. par.* 4. *q.* 2. *de Imperit. Caprar. num.* 55. ubi *num.* 57. observat valere hanc consequentiam, *est Sartor, ergo fur*; Quam utinam experientia non comprobaret veram. Et in terminis Medici, *P. Segner. nell' Incredulo senza scusa, par.* 1. *cap.* 24. *num.* 15. ubi quòd nimia commiseratione dignus est ægrotus ille, qui *si abbatta in un dì quei Medici, che si fanno pagare per ammazzarvi. Medici enim discunt periculis nostris, & experimenta per mortes agunt, Medicoque tantùm hominem occidisse impunitas summa est. Plin. lib.* 29. *cap.* 1. sequutus à *Nicol. in Floscul. verb. Medicina, num.* 2.

Et Francisc. Queved. nell' Estratt. delli Sogn. Sog. 4. ubi exprobando morem aliquorum Medicorum, infamantium ægrotos, postquam mortui sunt, asserentes: *Dio li dia pace il suo eccessivo bere l' à ucciso, e come poteva guarire, s'era tanto sregolato nel vivere?* Subdit: *Non vi basta, crudeli, il levare un Uomo di vita, e l' essere pagati per la sua morte, come fanno i Carnificini, che ancor tentate iscusare la vostra ignoranza con il disonore, e l' infamia de poveri Defonti &c.*

Semper tamen culpa in omittendo minor est illa, quæ in committendo consistit *Tiraquel. de pœnit. temper. caus.* 44. *num.* 31. *& seq. & Panim. dec.* 55. *adnotat.* 1. *num.* 38. ubi *num.* 39. quòd tunc culpa dicitur in omittendo, quando eam nullum præcedit factum illius, qui omisit. Benè verum est, quòd omittens, licèt non graviùs, magis tamen peccat contra officium, quia directè lædit ipsius positivam obligationem, quæ in faciendo consistit, *Merlin. Pignat. Controv. forcent.* 2. *cap.* 28. *num.* 7. ubi quòd non facere in istis circumstantiis facere est, & delictum in omittendo fit delictum in committendo, *Carleval. de Judic. lib.* 1. *disp.* 20. *quæst.* 15. *num.* 98. *& Rot. dec.* 10. *num.* 22. *apud Pacion. de Locat.*

15 Hæc culpa lata dolo proxima judicatur, ut videre est in *leg. Impuberi*, §. *Si non fraus, ff. de Suspect. Tutor. & Curator. & in leg. Si fidejussor. ff. Mandat.* ubi quòd dissoluta negligentia propè dolum est; *Upell. respons.* 150. *num.* 8. *& seqq. & Rayn. tom.* 2. *cap.* 15. *num.* 106.; ubi de eo qui per jocum, & lasciviam ignem immisit in larvatum stuppa, qui combustus fuisset, nisi statim ad nivem, qua tunc terra erat tecta, confugisset. Imò est adeo dolo propinqua, ut sæpè pro ipso sumatur, ita ut in *leg. Magna negligentia* 226. *ff. de Verb. signif.* pro regula tradatur, magnam negligentiam culpam esse, & magnum dolum culpam reputari, quod tamen juxta communem sententiam Doctorum, intelligitur de dolo præsumpto, non autem de vero, nisi illa proveniat ex versutia, & malitia operantis. Tunc enim dicitur verus dolus, *Farin. qu.* 87. *num.* 60. *& Panim. dec.* 55. *adnot.* 1. *num.* 31. Alios autem casus, in quibus lata culpa æquiparatur, vel non verò dolo late explicant *Passerin. in Trib. Regul. quæst.* 2. *& art.* 1. *num.* 10. *& seq. Rayn. tom.* 1. *cap.* 4. §. 1. *num.* 21. *vers. Quæro secundo, & Sess. in respon. Syndicat. impresso post tract. de Inhibitionibus.*

16 Culpa levis est, *deviatio incircumspecta ab ea diligentia quam adhibere solent homines diligentes, qui sint ejusdem professionis, & conditionis, Bartol. in citata leg. Quod Nerva, num.* 26. *ff. Deposit. Xamar. de Offic. Jud. & Advoc. par.* 1. *quæst.* 17. *num.* 6. *&* 7. *& Bellug. in Specul. Princip. rubr.* 35. *num.* 47. & committitur quando quis imprudenter, & sine proposito omittit id, quod quilibet diligens fecisset, ut observat *Salycet. in leg. Si nulla, nu.* 13. *Cod. de Pignor. action. Friedlieb. de Ign. nocent. cap.* 2. §. 3. *& Rayn. tom.* 2. *cap.* 13. §. 1. *num.* 43. *& seq. & Rot. dec.* 10. *num.* 20. *post Pacion. de Loc.* juxta Venetam impressionem.

17 Exempla culpæ levis sunt, si Fœnerator res sibi pignoratas minùs diligentèr excussit à tineis, Vel si Fullo vestes poliendas accepit, & à noxiorum animalium corrosione non custodivit, cùm hoc facere deberet, *leg. Cùm quæritur*, §. *Si Fullo vestimenta, ff. Locat. Zaul. ad Stat. Faven. tom.* 2. *lib.* 7. *rubr.* 8. *num.* 11. *fol.* 210. Vel si lumen accensum committit quis manibus famuli in stabulo, aut alio loco periculoso, *Friedlieb. de Ign. nocent. cap.* 2. §. 3. Vel demum si quis in Domo relinquat infantes cum commoditate ignem accendendi in eadem Domo, *Farin. qu.* 110. *num.* 46. *& Rayn. to.* 2. *cap.* 3. §. 1. *num.* 44.

18 Culpa demum levissima est, *deviatio incircumspecta ab ea diligentia, quam in rebus suis homines diligentissimi, & qui ejusdem professionis, & conditionis sunt, adhibere solent. leg. Si merces*, §. *Si columna, ff. Locat. leg. Is quoque, ff. de Action. & oblig. & leg. In rebus, Cod. Commod.* & observant *Bartol. & Salycet.* in locis supracitatis, & *Panimoll. dec.* 55. *adnot.* 1. *num.* 34. *& Rayn. tom.* 2. *cap.* 13. §. 1. *num.* 52. *Rot. dec.* 37. *num.* 4. *cor. Priol. & dec.* 10. *num.* 23. *apud Pacion. de Locat.* juxta Venetam impressionem.

19 Exemplum hujus culpæ poni potest in illo, qui diligentissimè ignem in Domo sua non custodit, ut in *leg.* 3. §. *Cognoscit, & §. Sciendum est, ff. de Offic. Præfecti Vigil.* Vel in illo, qui servos apud fornacem ardentem dormientes non excitavit *Friedlieb. de Ign. nocent. cap.* 2. §. 3. *circa finem.* Vel demum in eo, qui Stabulum non clausit, in quod postea à Tertio incendium fuit immissum, *Paris. cons.* 80. *num.* 3. *lib.* 4. *& Rayn. tom.* 2. *cap.* 13. §. 1. *num.* 52.

20 Adverte hic, quòd ex culpa levissima nemo criminaliter puniri potest, *leg. Quamvis, ff. de Condition. & demonstrat. Farin. quæst.* 110. *num.* 20. *& Joseph Ludovic. dec. Perus.* 25. *num.* 13. *par.* 1. *& Rot. dec.* 10. *num.* 10. *apud Pacion. de Locat.* An autem in hoc casu agi possit civilitèr pro damnis, & Interesse, negat *Magon. dec. Florent.* 111. *num.* 41. *& seq.* Affirmat verò *Gaill. obser.* 21. *num.* 2. *lib.* 3. Quas dissidentes opiniones conciliant *Panim. dec.* 55. *adnot.* 1. *num.* 37. *Urceol. dec. Florent.* 31. *num.* 17. *Rot. dec.* 10. *nu.* 23. *apud Pacion. de Locat.* ut prima procedat, quando culpa levissima consistit in omittendo, secunda verò quando in

committendo; Eò autem magis tenetur de culpa levissima Custos, quando non gratis, sed mercede etiam minima custodiam alicujus rei suscepit, ut advertunt *Pegas. resol. Forens. cap. 3. num. 262. & num. 281. Panim. dec. 55. adnot. 1. num. 41.* Circa quæ vide *R. P. D. Ansald. de Comm. & Mercat. disc. 23. num. 22.* probantem, id procedere in custode mercenario, Secus autem in Magistratu, qui potiùs figuram Principis faciat circa superintendentiam absque ullo bursali interesse, Vel demum quando Officialis speciali obligatione se adstringit ad fideliter, & diligenter exercendum officium suum, quo casu etiam de levissima culpa teneri, concordantibus cumulatis, novissimè firmavit *Rot. in dicta dec. 10. num. 24. apud Pacion. de Locato, confirmata.... coram Reverendiss. Molines.*

21 Adverte secundò, quòd cùm dolus nemini patrocinari debeat, ex cumulatis per *Barb. axiom. 76. num. 5. & Rot. dec. 34. num. 34. cor. Priol.* benè infert *Zaul. ad Statut. Favent. tom. 1. lib. 4. rubric. 69. num. 26.* quòd Filius Familias dolosè asserens, se esse majorem ad decipiendum secum Contrahentes, non potest se tueri exceptione Statuti, invalidantis obligationes filiorum Familias, quia esset lucrum reportare ex propria culpa, quo casu exceptio nullitatis contractus à Statuto inducta tollitur replicatione doli *juxta Textum in leg. Sed et si, §. Interdùm. ff. Quod cum eo, qui in alien. potest.* Numero autem 29. & seq. advertendo, quòd quando ex Statuti dispositione consensus Patris in contractu filii requiritur solùm prò ejus interesse, prout requiritur ex dispositione Statuti Urbis, tunc absque consensu Patris nullatenus substinetur obligatio ejusdem Filii familias, etiam respectu bonorum Castrensium, vel quasi Castrensium, tam ratione reverentiæ patriæ potestatis, quàm ratione interesse, quia posset Pater incidere in paupertatem, quo casu ex bonis Castrensibus, vel quasi Castrensibus Filii alendus esset, unde expedit ei, quòd eadem bona non alienentur, referendo ita pluries decisum à diversis Tribunalibus Urbis contra creditores Filiorum familias, habentium redditus Ecclesiasticos.

TITULUS III.

De Potestate Judicis, & Foro Competenti.

1 JUdicis potestas in genere sumpta Imperium Judicis denotat, Imperium autem duplex est, unum merum, & aliud mixtum, *leg. Imperium, ff. de Jurisd. omn. Judic. Brugiot. Instit. Crim. lib. 1. tit. 6. per tot.*

2 Merum Imperium est habere potestatem gladii ad animadvertendum in facinorosos homines, Mixtum verò præter gladii potestatem; continet facultatem, seu jurisdictionem explicandi quæstiones Civiles graviores, *DD. communiter in dicta leg. Imperium.* Merum dicitur, quasi purum, & à dicta Jurisdictione distinctum, Mixtum verò, quia cum illa est unitum, *Decian. lib. 4. tract. Crim. cap. 2. num. 4. & Pellegr. in prax. Crim. quæst. 4. sect. 2. num. 37. & 38.*

3 Definitur autem Potestas Judicis in criminalibus, *merum Imperium, & Potestas gladii ad animadvertendum in homines scelestos*, vel ad sensum *Oldrad. cons. 10. num. 2. est Jurisdictio severioris ultionis exercendæ in personas delinquentium propter publicum bonum, publica authoritate introducta.*

4 Duplex est hæc Potestas, sicuti duplex est gladius, una scilicet spiritualis, seu Ecclesiastica, alio verò temporalis, seu Sæcularis, *Extravag. Unam Sanctam, §. In hoc, de Majorit. & Obed. & cap. Dilecto, de Sent. excom. in 6.*

5 Potestas gladii Spiritualis est illa, quam habet Judex Ecclesiasticus in Foro judiciali, & externo ad animadvertendum in flagitiosos homines, pœnis, & censuris ab Ecclesia sancitis. Potestas verò gladii temporalis est illa, qua præditi sunt Præsides, & Magistratus Sæculares, in qua distinguuntur majores à minoribus, seu infimis Magistratibus, Quidam enim ex istis coercere possunt pœna corporis afflictiva, alii verò è contra hæc agere minimè possunt, sed leviter tantùm punire, seu pœna pecuniaria mulctare, *leg. In Jus vocare, ubi Gloss. verb. Coercere, & verb. Imperium ff. de in Jus vocando, & §. Audiant, Auth. de Defensor. Civitat.*

6 Notandum est hìc, quòd Magistratus, seu Judex, alter dicitur Ordinarius, alter verò delegatus; Ordinarius Judex dicitur ille, qui jurisdictionem habet, non specialiter sibi competentem, sed jure Magistratus, ad quem assumptus est; Delegatus verò dicitur is, cui mandata est specialitèr jurisdictio, & non propriam, sed alienam exercet jurisdictionem *leg. 1. ff. de Offic. ejus, & Ptolom. Instit. Crim. par. 1. lib. 1. tit. 5. vers. Tertio dividitur fol. mihi 36.*

7 Notandum secundò, Principis authoritatem aliam esse ordinariam, aliam absolutam: Absoluta Principis potestas, quam alliqui tempestatis plenitudinem appellant, & signanter *Andreol. controv. 413. num. 22. ubi latè, & Card. de Luc. de Testam. disc. 87. num. 3.* ea est qua non tenetur Princeps ob publicam utilitatem legum solemnitatibus obtemperare, in quo sensu solutus legibus dicitur in *leg. Princeps ff. de Leg.* & quando hac potestate utitur, secundùm veritatem sibi notam decernere potest, recedens ab iis, quæ in Processu constant. Ordinaria verò Principis potestas ea est, quæ regulatur à præceptis legum, unde hac utens habet summum jus, cui subjicitur merum, & mixtum imperium, atque simplex jurisdictio, *Ptolom. ubi supra, fol. 31.*

8 Forum generaliter sumptum significat competentiam Jurisdictionis, & describitur in *cap. Forus, de Verbor. signific.* quòd sit *exercendarum Litium locus*, Sic dictus, vel à fando, vel à Foraneo Rege, qui primus Græcis legem dedit, ut observant *Oliv. de Foro Eccles. quæst. 1. par. 1. num. 3. & Zaul. tom. 1. lib. 4. rubr. 72. num. 3. & seq. & Scialoy, de For. competen. 10. par. num. 1.* vide *Oliv. de For. Eccles. par. 1. quæst. 1. à num. 1.* ubi egregiè explicat verba hæc *Forus, & Forum.*

9 Ad nostrum effectum definiri potest, *quòd sit competentia coercitivæ Jurisdictionis ad universalitatem causarum, & negotiorum criminalium per publicam securitatem introducta*, estque duplex ex suprà animadversis, Ecclesiastica scilicet, & Sæcularis, utraque restricta ad locum illum, in quo Judex suam exercet potestatem. *Zaul. tom. 1. lib. 3. rubr. 72. num. 3. & seq.*

10 Multis autem modis quis Criminale Forum sortitur, id est Jurisdictioni alicujus Judicis criminalis subjicitur, adeo ut Judex ille, ad cujus Tribunal sistitur, sit competens, & locus, in quo judicatur, competens pariter debeat existimari, de quibus *Zaul. tom. 1. lib. 4. rubr. 8. num. 5. fol. 466. & rub. 58. num. 1. fol. 662.*

11 Et primò ratione qualitatis delicti, cujus respectu delinquens unum, vel aliud forum sortitur.

12 Si delictum sit merè Ecclesiasticum, tunc Ecclesiastici Judicis Jurisdictioni, & foro submittitur, Si crimen sit merè Sæculare, tunc delinquens sortitur forum Sæculare, & Laicali tantùm supponitur potestati, dummodo delinquens, & ipse sit Laicus.

13 Si demum delictum sit commune, seu mixtum, tunc delinquens utrumque forum, tam scilicet Ecclesiasticum, quàm sæculare sortitur, & utriusque Judicis potestati cumulativè subjicitur, dummodo delinquens sit Laicus, nam si sit Clericus, forum ejus competens erit forum Ecclesiasticum, non ob naturam delicti, sed propter qualitatem personæ delinquentis; Persona enim Ecclesiastica quocumque genere criminum fuerit deprehensa, judicanda semper est in Tribunali Ecclesiastico, ut inter Catholicos est innegabile. Attendenda tamen sunt in hoc privilegia aliquorum Principum ut alibi dicitur & declarat cleric. erotem. de Immunitate.

14 Secundò ratione delinquentis. Duplex autem qualitas in eo considerari potest, prima quòd sit Clericus, quo casu à Judice Ecclesiastico, tam in Civilibus, quàm in Criminalibus judicari debet, juxta *Textum in cap. Si diligenti, cap. Cùm non ab homine, & toto ferè tit. de Judic.*

15 A qua regula aliqui excipi solent casus, quando nimirum Clericus incorrigibilis est, quando reperitur in fragranti crimine, & de fuga est suspectus, quando sævis enormitatibus se immiscet, vel Assassinii reus est, propter quæ, vel similia crimina, à Judice Ecclesiastico degradatus fuit, & Canonicè monitus habitum, & tonsuram non defert, ut videre est apud *Clar. in prax. Crim. §. final. quæst. 36. per tot. & Farin. quæst. 8. pariter per tot.* Excipitur pariter ab eadem regula dispensatio, seu concessio facta à Summo Pontifice alicui Principi Sæculari in certo loco, vel casibus cognoscendi de delictis Clericorum, licèt enim generaliter in omnibus causis non possit Pontifex in totum tollere exceptionem Fori Ecclesiastici omnibus Clericis indefinitè, potest tamen alicui, & in certo loco id demandare, *Farinac. qu. 8. num. 3. Cened. practic. quæst. qu. 4. num. 4. & Rayn. to. 1. cap. 7. §. 1. num. 239. & seqq.* ubi per extensum refert simile privilegium à Gregorio XV. die 28. April. 1622. concessum Auditori Turroni Curiæ Legationis Bononiæ.

16 Alia qualitas considerabilis ad nostrum effectum in persona delinquentis, est illa Laicatus, per quam sicuti Clerici delinquentes ob prærogativam Clericatus non possunt coram

ram Judice Sæculari conveniri, ita Laici conveniendi sunt coram Sæcularibus Judicibus; Sunt enim distinctæ potestates, Ecclesiastica, & Sæcularis, *Can. Duo sunt 96. dist. Extravag. Unam Sanctam, de Major. & Obed.*

17 Dantur verò aliqui casus, in quibus Laicus delinquens efficitur de foro Ecclesiastico, vel privativè, vel cumulativè. *Privativè* in delictis merè Ecclesiasticis, *Cumulativè* autem in communibus, seù mixtis, quod tamen accidit non propter qualitatem personæ delinquentis, sed ob delicti naturam, quòd si sit merè Ecclesiasticum, ab Ecclesiastico tantùm Judice, si verò sit mixtum ab utroque cognoscibile, & punibile est, quos casus diligentissimè enumerat, & authoritatibus exornat *Ray. to. 1. ad c. 1. Suppl. 5. per totam.* An autem Laicus delinquens puniendus sit à Judice Sæculari, si post delictum efficiatur Clericus, vel officium in Curia Ecclesiastica obtineat, Respondeo semper esse conveniendum coram Judice Ecclesiastico, etiamsi in fraudem clericatum suscipiat, vel officium procuret; Cum hoc tamen, quòd si agatur de officio, & Judex Ecclesiasticus declaret, illud in fraudem obtinuisse, tunc Officialis non remanet ampliùs subditus Judici Ecclesiastico, & proinde à suo Judice Laico puniri potest: Si autem agatur de Clericatu fraudolenter suscepto solent Sacræ Congregationes rescribere ut Judex Laicus procedat contra ipsius bona ad pœnas pecuniarias, salva tamen persona Clerici, ut referendo pluries resolutum à Sacra Congregatione Immunitatis, & signanter *in Beneventana 6. Decembr. 1695. & 20. Nov. 1696.* probat *Bertachin. vot. dec. 62. per tot.*

18 Tertiò ratione Loci commissi delicti, qui modus cæteris potentior est, *leg. 1. Cod. Ubi de Crimin. ag. oport. & cap. fin. de For. compet. Sperel. dec. 17. num. 35. & Concil. Resol. crim. Verb. Forum. resol. 1. n. 3.* Cùm enim publicè intersit, quòd delicta non remaneant impunita, *leg. Ita vulneratur ff. Ad leg. Aquil.* impunè quis peccaret nisi Judex Loci delicti posset delinquentem coercere, sed expectandus esset Judex domicilii, vel originis, indeque factum est, ut delinquens sortiatur criminale forum in eo Loco, in quo delictum commisit, *leg. Præses Provinciæ ff. de Offic. Præsid.* Atque Testis falsum deponens efficitur de foro illius Judicis, coram quo falsitatem commisit, licèt illius subditus non sit, *leg. Nullum 12. Cod. de Testib. Giurb. consil. 59. num. 52. & Concil. resol. crim. V. Falsum, resol. 20. per totam & Verb. Forum, resol. 5. pariter per totam.* Quod procedit etiam si delinquens sit persona clarissima, & in dignitate posita, *leg. 1. Cod. Ubi Senator. & Clariss. civiliter, & crimin. punian.* Imò etiam si delinquens sit major Judice Loci, veluti si Archiepiscopus delinquat in Territorio alicujus Episcopi, sibi non subditi, nec Suffraganei, *Felin. & Joan. Andr. in cap. Cùm inferior, de Major. & Obed.*

19 Dixi *Major*, non *Superior* Judice Loci, Nam si sit illo Superior, veluti si Archiepiscopus delinquit in Loco Episcopi Suffraganei, ibi forum non sortitur; Inferior siquidem Superiorem suum solvere, aut ligare nullo casu potest, *Canon. Submittimus, & Can. Superior 21. dist. & citato cap. Cùm inferior, de Major. & Obed.* Sed in hoc casu talis Archiepiscopus conveniendus erit coram suo Superiore.

20 Quòd si quæras quis debeat esse Judex competens ratione Loci delicti, quando istud committitur in confinibus duorum Territoriorum.

21 Respondeo, regulam esse, quòd Judex utriusque Loci dicatur competens, servata tamen inter eos præventione *Carleval. de Judic. tom. 1. lib. 1. tit. 1. disput. 2. quæst. 7. sect. 1. n. 731. & Conciol. Resol. crim. Verb. Forum, resol. 3. num. 1.* Benè verum est, quòd si unus ex istis Judicibus sit altero superior, in dubio ad superiorem illius cognitio pertinebit, Idemque erit si unus ex Judicibus non solùm est Judex loci, sed etiam originis, vel domicilii ipsius delinquentis. Quòd si inveniretur esse vicinior locus commissi delicti uni, quàm alteri Jurisdictioni, tunc Judex Territorii vicinioris præfertur, ut sancitur *Deuteronom. cap. 21.* & latiùs observant *Farinac. q. 7. num. 51. & Decian. lib. 4. cap. 17. num. 17. & seqq.* Præfertur pariter Judex illius Territorii, in quo fuit repertum Caput occisi, si membra in alio reperiantur, quia Caput dicitur pars principalis corporis humani, & aliis membris prævalet, *Medic. de Sepultur. quæst. 19. num. 2. & 3. par. 1. Salgad. in Labir. credit. par. 1. cap. 4. num. 26. & Conciol, Resol. crim. Verb. Forum, resol. 3. num. 2. Rayn. tom. 3. ad cap. 34. supel. 9. num. 1. & seq.*

22 Quid autem dicendum in casu, quo delictum inchoatum fuit in uno Territorio, & consumatum in altero.

23 Respondeo, quòd delictum, vel est divisibile, vel indivisibile.

24 Si divisibile, puta quando quis aliquem cœpit, vel ligat in uno Territorio, committendo Carcerem privatum, vel vim publicam, & postea taliter captum, vel ligatum ducit ad alterum Territorium, in quo eum expoliat, & occidit, Vel si quis aliquem vulnerat in uno Territorio, & in alio fugientem insequitur, & occidit, tunc delinquens poterit in utroque Loco conveniri, & puniri, ea ratione, quia delictum commisit, tam in Loco inchoati, quàm in alio consumati actus, seu delicti.

25 Si verò delictum sit indivisibile, vel dubitatur, an possit dividi, puta si quis existens in uno Territorio exonerans sclopum occidat aliquem existentem in altero Territorio, tunc Judex competens non erit Judex loci inchoati delicti, sed consumati, & perfecti, ea ratione quia delictum denominatur à fine, & ab ejus consumatione tamquam à forma suum desumit esse, *Bartol. in leg. Libellorum, num. 7. ff. de Accusation. Farinac.* tamen *quæst. 7. num. 44. & seq.* benè dicit, quòd ne delicta impunita remaneant, & ad hoc ut delinquentes deterreantur, debeat in hoc casu delictum utrique Territorio, & consequenter utrique Judici in solidum attribui, quem sequitur *Gob. consult. 128. nu. 39.* ubi quòd hoc verum est in actu intrinsecè malo, & criminoso, secùs autem in aliis actibus prohibitis ex particularibus Constitutionibus Principis, in quo casu à nemine puniri potest, puta in terminis venationis prohibitæ in uno, sed non in alio Territorio, tunc si quis existens in uno Territorio, ubi non est prohibita venatio, occidat feram existentem in alio Territorio, non potest puniri à Judice primi Territorii, in quo supponimus non adesse prohibitionem, minùsque à Judice secundi, quia iste Jurisdictionem non habet contra occidentem feram in alieno statu, & cùm initium non sit punibile, nec etiam punibilis est finis. In materia enim criminosa ad excusandum reum, initium actus attenditur juxta theoricam *Bartol. in l. Quod ait lex §. fin. ff. ad leg. Jul. de Adulter.* quam doctrinam solemnem appellant *Felin. in cap. fin. sub num. 16. de For. compet. & Alexan. cons. 75. num. 6. & 7. lib. 3.* Videri potest *Felin. in cap. fin. à num. 13. de For. competen. & Decian. lib. 4. cap. 17. num. 6. usque ad 10.* Mandans autem puniri potest, tam à Judice Loci, ubi mandatum fuit datum, quàm ab illo, ubi fuit executum, cum hoc tamen, quòd locus est præventioni inter dictos Judices, ut probat *Novar. in Summ. Bullar comm. 80. num. 63. vers. Attamen contrarium.*

26 Nota hic, quòd in certis casibus solent Principes Reos in eorum Ditionibus comprehensos Principibus Loci commissi delicti remittere, non quidem ex justitia, sed ex urbanitate, affectione, & correspondentia inter eos, ut practicasse Mahumetem Turcarum Imperatorem cum Laurentio Mediceo, eidem remittendo eum, qui Julianum Mediceum interfecerat, refert *Henric. Zobel. in tract. de Exequut. in effig. Thes. 29. in fin.* nomen ejusdem referunt *Raphael. Volateran. Geograph. lib. 5. & Rayn. Ann. Eccles. tom. 19. ann. 1428. n. 1.* nempè Bernardus Bandinus, qui referunt etiam conjuratos pro signo cædis ejusdem, & Laurentii Fratris sibi dedisse tempus, quo Sanctiss. Eucharistia in Missa attolleretur; Licèt autem id practicari non deberet in Urbe, in qua tamquam in communi Patria quilibet puniri potest juxta *Text. in L. Roma ff. Ad municip.* advertit *Rayn. tom. 1. ad cap. 7. §. 6. nn. 29. & seqq.* nihilominùs fuisse etiam aliquando remissos nostris temporibus observat idem *Rayn. ubi sup. num. 31.* Solent autem à Doctoribus considerari multa, ad hoc, ut sit locus similibus remissionibus, & primò, quòd delictum nedum sit grave, sed etiam atrox, *Decian. lib. 4. c. 19. num. 7. Cresp. observ. 24. num. 19. & Parex. de Edition. Instrum. resol. 9. num. 3.* secundò quòd cesset omnis suspicio injustitiæ, si enim Princeps hoc suspicari potest, non debet delinquentes remittere, *Parex. d. resol. 9. num. 89. Zobell. de Execut. in effig. thes. 38. & Cutell. ad leg. Martin. contr. 11. num. 1. fol. 453.* ubi illam adducit congruam rationem, ne remittens sit in causa, quòd remissus indebitè molestetur; tertiò quòd constet de identitate personæ delinquentis, non enim æquum est, ut cum tanto discrimine ille, de cujus identitate non constat, vagetur, *Cresp. observ. 24. num. 16. & Laur. Matth. de Re crimin. controvers. 10. num. 39.*

27 Quæ recognitio fieri solet extrajudicialiter inter plures ab iis, qui fuerunt ad hoc transmissi à petente transmissionem, quartò demùm quòd in litteris deprecatoriis, quæ per requirentem expediri solent, & quarum formulam registravit *Brun. de Process. cap. 3. num. 18.* inserta sit aliqua saltem summaria causæ informatio, *Fermosin. in cap. Postulasti, q. 5. num. 6. & 11. de For. compet. Carleval. de Judic. disp. 2. quæst. 1. num. 26. & Parex. d. resolut. 9. num. 60.*

28 Non practicantur hujusmodi remissiones in Reis originariis, & naturalibus dominii Principis remittentis, duplici ratione, prima quia quodammodo repugnare videtur naturæ, quòd subditi, qui tanquam Filii debent considerari à Principibus, ut advertit *Bartol. in leg. Cunctos Populos nu. 47. cod. de Summ. Trinit. & Fid. Cathol.* exteris puniendi tradantur, & secunda quia expedit, ut in loco originis puniantur ad aliorum Subditorum exemplum, & documentum, *Gamm. dec. 53. per tot. & Rayn. tom. 1. cap. 7. §. 6. num. 36.* ubi respondet *Cresp. observ. 74. num. 7.* contrarium asserenti, & citat *Farinac. q. 7. in Addit. num. 25.* asserentem se nunquam vidisse Principem aliquem, qui suum subditum ratione originis, vel domicilii remiserit alteri Principi, in cujus Territorio deliquit, quòdque ipse etiam id practicavit, quando erat Auditor Turroni Bononiæ.

29 Vidimus tamen nostris temporibus in Urbe de mandato fa. me. Innocentii XII. transmissos ad locum, in quo deliquerunt, Reos, ad luendas pœnas, eorum delictis correspondentes, ad aliorum terrorem, ex gratia facta Duci Casertæ, in cujus ditione de anno 1700. executa fuit sententia capitalis contra duos Abigeos.

30 Quarto ratione originis, vel domicilii delinquentis, Certum namque est, Judicem Originis cognoscere, & punire posse Originarium suum alibi delinquentem, si tamen in loco originis reperiatur, *leg. 1. cod. Ubi de crim. agi oport. & leg. Incola, ff. Ad Municipal. Decian. lib. 4. cap. 16. in princip. & Farin. quæst. 7. num. 20. & 21.* Quod verum est, nedum pro delicto commisso in Territorio Judicis originis, quo casu concurrunt duo motiva Reum puniendi, sed etiam si ageretur de delictis extra dictum Territorium patratis, latè *Conciol. Resol. crim. Verb. Forum, res. 4. per tot.* ubi hanc conclusionem multipliciter ampliat, & limitat.

31 Locus autem originis dupliciter in Jure usurpatur, & sumitur, pro illo scilicet, in quo Pater naturalem originem ducit, ut in *leg. Assumptio, §. Filius Civitatem, ubi Gloss. Verb. Non domicilium, ff. ad Municipal.* Et pro illo, ubi ipsemet delinquens natus fuit, *leg. 3. §. Quod si cui, cod. de Natural. liber & leg. D. Marcus, ff. de Tutor. & Curator.* Atque hic secundus modus potentior est in criminibus, Magis enim attenditur locus propriæ nativitatis personæ delinquentis, quàm alterius. In casu verò, quo quis natus sit per transitum in aliquo Loco, vel ubi Parentes non habebant animum habitandi, disputant Doctores, an quis efficiatur Civis illius Loci, in quo taliter natus sit. Negant *Barbos. de Potest. Episcop. par. 2. alleg. 4. num. 7. Andreol. Controv. 239. à num. 49. & Dunoz. Jun. decis. 743. num. 8.* Affirmant verò *Gratian. discept. 75. num. 1. & seq.* ubi latè *Carol. Ant. de Luc. & Bonden. Collect. legal. 44. num. 8.* & rationem adducunt, quia origo pendet à natura, & in hac parte attenditur veritas. Utraque opinio probabilis est, & in casus contingentia sequi potest. Civis autem ex privilegio admittitur ad beneficium, ad quod vocantur soli Cives Civitatis, *Sac. Cong. Concil. in Romana 16. Septem. ann. 1649. lib. 18. Decr. fol. 674.*

32 Ratione pariter domicilii, vel incolatus sortitur delinquens criminale forum, & poterit pro delicto alibi commisso in foro sui domicilii, & incolatus accusari, & puniri, *citata leg. 1. cod. ubi de Crimin. agi oportet, & leg. Relegatorum, §. Interdicere autem*, ibique *Gloss. verb. Rescripti, ff. de Interdict.* cum aliis apud *Amen. de Delict. & Pœn. tit. præm. §. 2. num. 51. & Gob. consult. 57. per tot.* ubi respondet contrariis, asserendo, hanc opinionem esse magis communem, & melioribus fulcitam fundamentis, refertque ita decisum à Senatu Mantuano *die 16. Julii 1677.* & capitalem sententiam die sequenti fuisse exequutam.

33 Domicilium autem in aliquo loco quis contraxisse dicitur facto, vel animo, *leg. Domicilium*, ibique *Gloss. in princip. ff. ad Municipal. Card. de Luc. de Succes. disc. 20. numer. 4. Zaul. tom. 2. lib. 6. rubr. 11. à num. 5. Facto*, idest actualiter inhabitando, & in aliquo loco bona possidendo, larem suum, familiamque constituendo, *leg. Cives cod. de Incol. lib. 10. leg. final. §. penult. ff. ad Municipal. Animo* idest ea intentione hæc faciendo, ut domicilium contraheret, *leg. Si in Patria, cod. de Incol. lib. 10. leg. Placet, & leg. Nihil est, ff. ad Municipal.* Præsumitur verò animus domicilium contrahendi in aliquo loco ex habitatione decennali, *leg. 2. cod. de Incol. lib. 10. Barbos. de Epis. alleg. 4. num. 28. & 29. Panim. dec. 139. num. 33. & seq. & sign. num. 37. & R. P. D. Ansaldo de Comm. & Mercat. disc. 10. num. 10.* Dicitur autem probatus ex sola animi declaratione, juncto migrationis facto, ut post multos firmavit *Rota in decis. 71. num. 16. par. 19. rec.* Ad materiam vide *Rotam in Burgen. Beneficii 26. Februarii 1703. §. & sanè, & seq. coram Pio.*

34 Quid verò dicendum, si quis inhabitat in pluribus locis. Respondeo distinguendo, Vel enim iste æquè habitat utrobique, & æqualiter utrobique negotiatur, atque ita se instruxit in illis, ut non minùs in uno, quàm in altero loco se collocasse videatur, & tunc utriusque loci incola est, & utrobique domicilium contraxisse reputabitur, *cap. Ex parte*, ubique, *Gloss. de For. compet. cap. Dum quis, de Sepult. in 6. leg. Ejus, qui, §. Celsus, leg. Assumptio, §. Juris prudentibus, & leg. Labeo, ff. ad Municipal.* Proindeque poterit accusari, & puniri in utroque loco. Vel non æqualiter se in illis instruxit, & tunc ibi tantùm domicilium habere dicitur, ubi habitat majori parte temporis, negotiatur frequentiùs, & majorem fortunarum, & bonorum partem sitam habet, argumento ducto à contrario sensu ex citatis Juribus.

35 Si quis verò inhabitat in confinibus duarum Civitatum, vel Provinciarum, in utroque loco domicilium habere dicitur, & sic ab utroque Judice Civitatum, & Provinciarum puniri potest, *Jo. à Plat. in leg. 1. Cod. de Municip. lib. 10. & in leg. Omnes Populi, Cod. de Agricol. lib. 11. Conciol. resol. crim. verb. Forum resol. 3. num. 1. & 2. ubi num. 2.* limitat conclusionem in casu, quo caput occisi inventum fuerit in uno Territorio, quia tunc Judex dicti Territorii procedit, licèt membra in alio reperiantur separata, ea ratione, quia caput dicitur pars principalis corporis humani, quod advertunt pariter *Medic. de Sepult. q. 19. nu. 2. & 3. par. 1. & Salgad. in labyr. credit. par. 1. c. 4. n. 26.*

36 Quòd si Palatium, in quo quis inhabitat, habeat duas portas, correspondentes diversis Parochiis, tunc illi Parochiæ dicitur subjectum, cui respondet porta nobilior, & magis frequentata, *Amat. dec. 133. per tot.* post illas *Carocii, de Just. de dispens. matrim. lib. 2. cap. 19. num. 64. & 65. Bofs. de Matr. cap. 4. num. 7.* ubi alios citat, *Barbos. de Potest. Epis. alleg. 39. num. 71. & Panim. dec. 5. adnot. 1. num. 57. Sperell. dec. 87. num. 16. oliv. de For. Eccles. par. 3. quæst. 19. à num. 1. dec. 19. adnot. 1. num. 21. & dec. 120. num. 30. de Prosper. de Territor. separ. q. 9. n. 14.*

Accidit hæc quæstio in Urbe tempore mortis clar. me. Card. Tayæ, cujus Palatium, positum propè Templum Pacis, duas habebat portas, unam correspondentem Parochiæ ejusdem Templi Pacis, aliam verò Parochiæ Sancti Blasii, ad cujus favorem fuit decisa; attento quòd porta principalior, & magis frequentata ejusdem correspondebat d. Parochiæ S. Blasii, egregiè *Antonel. in Prap. lib. 1. cap. 12. num. 41.* ubi quòd quando adsunt duæ Portæ, anterior, & posterior, præfertur semper anterior, quia censetur principalior. Durum proinde mihi videtur, quod refert *Pascucc. ad Pignatell. tit. de Sepultur. elect. in fin.* quòd tempore obitus Cardinalis Crescentii inter Parochos Sancti Eustachii, & Rotundæ fuerit habita ratio cubiculi, in quo obiit, ex quo illa pars Palatii censetur nobilior, erga quam defunctus peculiarem affectum habebat, ut plurimùm habitabat, & in qua decedere voluit. Quòd si Portæ sint æquales, Episcopus potest declarare, cui Parochiæ subjectus sit. *C. C. in Pistorien. Posit. lib. 100. ad cap. 13. sess. 24. de reform.*

37 Et demum si quis nullibi fixam habeat habitationem, sed vagetur per Mundum, modò in una, modò in alia Civitate permanendo, ubique locorum conveniri, & puniri poterit pro delicto ubicumque commisso, *leg. 1.* ubique *Gloss. Cod. Ubi de crim. agi oportet, Bofs. in pract. crim. tit. de For. compet. num. 79. Clar. eod. tract. §. fin. quæst. 39. num. 7. & 8. & Sanch. de Matr. lib. 3. disp. 25. num. 1. & per tot.*

38 Diligenter autem advertendum est hìc, quòd in omnibus illis casibus, in quibus subjectio uno, vel pluribus ex dd. modis verificatur, non est indistinctè permissum Superioribus ubique eorum subditos punire, & carcerari facere, sed tunc solùm quando illos in propria Jurisdictione apprehendere faciunt, quia etiamsi subjectio verificetur, non potest illa extra propriam jurisdictionem exerceri, ut firmavit *Rot. in d. 122. num. 1. p. 15. rec.* & respondit *Sac. Congregatio Concilii in Januen. Jurisdict. 18. Novemb. 1702. lib. 52. decret. fol. 618.* contra Episcopum Brugnaten. qui mediante brachio sæculari in Civitate Januæ, inconsulto Archiepiscopo, carcerare fecerat quemdam Sacerdotem sibi subditum ratione patrimonii, originis, & delicti. In secundo dubio obligante eadem S. Congregatione eumdem Episcopum Brugnaten. ad reficiendum Sacerdoti nulliter carcerato omnia damna, & expensas, passas in Civitate Januæ occasione ejusdem injustæ carcerationis, quod resolverat priùs in una *Comen. die 9. Septemb. 1702. lib. 52. Decr. fol. 528.* Illam refert etiam, & sequitur *Monacell. tom. 2. formul. fol. 159. num. 11.*

11. Ego autem paucis verbis de illa feci mentionem in obsequium Episcopi, pro quo scripsi, & *Ansald. de Commerc. & Mercatur. dic. 36. n. 44.* probantem, nulliter, & injustè Carcerato reficienda esse omnia damna, & expensas, citans concordantes, & referentes, ita judicatum, *& disc. 37. num. 3. & 4.* ubi quòd contra Carceratum injustè competit etiam actio injuriarum. Idem contra Episcopum Bisinianì resolvit, *Cong. Episcoporum, & Regularium 14. Decembris* 1708. cum rescripto, *Processum cum omnibus inde sequutis non sustineri, & Curiam Episcopalem esse condemnandam ad expensas, & damna.* Quòd si practicarent alia Tribunalia, non audirentur forsan quotidie subditorum conquæstiones in hac parte, ex quo Superiores illos impunè vexant, cum illa animadversione, quòd etiamsi deinde declarentur nullæ similes capturæ, adhuc illas semper substituerunt iidem subditi, ut probè recordor evenisse Florentiæ circa annum 1685. cuidam Religioso, & Priori S. Augustini, qui prætextu assistentiæ præstitæ Confratribus cujusdam Oratorii in eorum Ecclesia siti, de facto in publica Platea carceratus fuit de ordine tunc temporis Archiepiscopi, cujus capturam primo loco nullam declaravit Reverendiss. Nuntius Apostolicus, in eadem Civitate degens, & deinde bis Sacr. Congregatio Episcop. & Regularium, unde exivit tandem in executionem dd. resolutionum, sed postquam per mensem cum dimidio in summis angustiis passus fuit dictam carcerationem. Similem casum vide apud *Card. de Luc. de Jurisd. disc. 36. per totum.*

Contrarium ex particularibus factis circumstantiis circa refectionem expensarum respondit *Congregatio Concilii in Theatina 9. Augusti 1704. ad 4. dubium*, ibi *an Archiepiscopus teneatur ad damna, & interesse, & expensas, passa, passas à Presbyteris dictæ Ecclesiæ S. Petri occasione vexationum, & passa carcerationis.* Negativè.

TITULUS IV.

De Inquisitione.

1 INstituitur Criminale Judicium per Inquisitionem tunc, quando præcedente notitia, quod aliquod crimen commissum sit, Judex ex officio movetur ad inquirendum, & definitur Inquisitio, *Informatio commissi delicti, authoritate, & officio Judicis facta, Jodoc. in Prax. Crim. tit. de Inquisit. c. 8. num. 1. & seqq.* Seu juxtà definitionem *Passer. in Trib. Regul. quæst. 8. artic. 1. num. 1. Inquisitio est incerta, & occulta investigatio ejus, quod certè cognosci debet, ut Judex justè judicare possit.* Quidquid autem olim practicaretur, hodie ex generali consuetudine in quibuscumque delictis proceditur per inquisitionem, ut aliis adductis observant *Clar. in Prax. §. fin. quæst. 3. num. 6.* ibique *Bajard. in Addition. quæst. 17. num. 4. Farinacc. de Inquisit. quæst. 1. num. 10. Ciarlin. controv. 165. num. 22. & Rota d. 1154. num. 6. coram Emerix Jun.*

2 Dividitur inquisitio in generalissimam, generalem, & specialem, *Brugiot. Instituti Crimin. lib. 1. tit. 11. num. 1. & seq.*

3 Generalissima est illa, quæ fit ad perquirendos facinorosos homines in genere, quæque fieri solet per Officiales in ingressu eorum regiminis, & de qua sunt Textus *in cap. 1. de Offic. Ordinar. & in leg. Congruit, ff. de Offic. Præsid.* & observat *Pellegr. in prax. crim. part. 4. sect. 2. nu. 3.*

4 Generalis illa est, quæ fit à Judice statim habita notitia alicujus patrati criminis, in casu quo delinquens ignoretur assumendo desuper generales informationes, viamque præparando ad specialem inquisitionem, ex animadversis *per Clar. in §. final. quæst. 5. num. 5. & quæst. 6. num. 1. vers. Sed certè, & Rayn. to. 3. ad cap. 32. supplet 7. num. 208.*

5 Specialis demum est, quando Judex ex generali Inquisitione descendit ad particulariter inquirendum contra aliquem, & ortum habet, vel ab indiciis, vel à diffamatione, hoc est clamorosa insinuatione, quæ vagatur de particulari persona, quòd delictum commiserit, juxta *Textum, in leg. Ea quidem, Cod. de Accusat.* & animadversa per *Pellegr. in prax. crim. par. 4. sect. 2. num. 4. & Rayn. tom. 3. ad cap. 32. supplet. 7. num. 210.*

6 Si autem quæras hìc cum *Brugiott. Instit. Crim. lib. 1. tit. 11. num. 10. & seq. & Passer. in Tribun. Regul. quæst. 8. art. 1. num. 1. & seqq.* quæ requirantur ad hoc, ut inquisitio sit valida, distinguendum est, quòd aut loquimur de inquisitione generali, vel de speciali.

7 *Si de generali*, hæc nil aliud requirit, quàm ut fiat à competenti Judice, cæterum fieri potest etiam nullis præcedentibus indiciis, *Clar. cit. qu. 5. num. 5. Pellegr. in prax. crim. part. 4. sect. 2. num. 23.* Eà ratione, quia cùm procedat Judex contra delinquentem incertum, potiùs quærit indicia, quàm ex istis moveatur, Valet pariter etiamsi nulla præcedat fama, *Clar. quæst. 6. num. 4. & 5. Passer. in Tribun. Regul. quæst. 8. artic. 8. per tot.* Item sine expressione loci, & temporis commissi delicti, *Farin. quæst. 1. num. 16.* Imò aliquando fieri potest, etiamsi non constet de corpore delicti, si periculum sit in mora, ut tradit *Ambrosin. de Process. informat. lib. 1. cap. 1. num. 9. & 10.* ubi, quod ità vidit pluriès observari.

8 Si verò sermo sit de inquisitione speciali, ad hoc ut sit valida, multa requiruntur, quorum unum si desit, non solùm inquisitio formata nulla est, sed Processus; & cætera omnia inde sequuta nullitatis vitio subjacebunt, *Farin. qu. 1. num. 5.*

9 I. Requisitum est, ut constet de corpore delicti, sine quo inquisitio nullatenus formari potest, *leg. 1. §. Item ff. ad Sen. C. Syllan. Clar. in Prax. quæst. 4. in princ.* ubi quòd hæc est vulgaris, & trita conclusio, quam omnes de Mundo sciunt, *Prat. respon. crim. 28. num. 6.* ubi quòd communis Criminalistarum Schola in hoc convenit, *Matt. de Canoniz. Sanct. p. 4. c. 21. num. 11. Eugen. cons. 76. num. 42. lib. 1. Zuff. ad Constit. Barber. num. 24. & Conciol. resolut. crim. verb. Corpus delicti, resol. 2. per tot. & Sperell. dec. 136. n. 3. & Rota coram Serafin. dec. 972. num. 2.* Idem autem est corpus delicti, ac factum aliquod, seu humana operatio per scelus, & iniquitatem commissa. Unde constare de corpore delicti, idem est ac constare, quòd factum aliquod sine scelere fieri non potuit, Ex. gr. in crimine homicidii corpus delicti, non est corpus ipsum hominis mortui, quia potuit homo ille sine alterius delicto ad cadaver reduci ex diversis accidentibus, sed est factum illud criminosum, per quod homo ad cadaver redactus fuit mediante scelere, ligno nimirum, ferro, percussione &c. juxta *Textum in leg. 1. §. Occisorum appellatione ff. Ad S. C. Syllan.* & animadversa per *Conciol. ubi suprà, num. 2. Scacc. de Judic. lib. 1. c. 83. nu. 3. & seqq. & Caren. de Inquis. par. 2. tit. 12. nu. 71.*

10 Deveniendo ad delicta distinguendum est pro faciliori intelligentia, nam, aut ista nonnisi ad figuram delictorum se habere possunt. V. G. Homicidium, Adulterium, Furtum, &c. vel sunt talia, ut possint se habere ad delicta, & non delicta, ita ut possint facto hominis, & cum scelere, & sine isto evenire, veluti præcipitatio hominis in aquis, venenatio, &c. ex his, quæ advertunt *Clar. in §. fin. qu. 4. Farinac. qu. 2. num. 6. & 29. & Add. ad Ambrosin. lib. 1. cap. 1. num. 14.*

11 Primo casu subdistinguendum est, nam vel delicta illa sunt facti permanentis, vel facti transeuntis. *Brugiot. Instit. Cri. lib. 4. tit. 3. num. 5. & seq.*

12 *Si facti permanentis*, quia scilicet post eorum perpetrationem remanent vestigia delicti, ut in homicidio, furto cum fractura, falsificatione monetæ, stupro commisso cum Virgine, &c. & tunc ad hoc ut de corpore delicti constet, liquidò, & per plenas probationes, nec non per oculorum inspectionem constare debet de cadavere occisi, de fractura armarii, capsæ &c. de falsa moneta, defloratione &c. *ut in l. 1. §. Item illud, ff. Ad S. C. Syllam. & ex leg. Si quando, Cod. Unde vi*, & tradunt *Boss. in prax. crim. tit. de Delict. num. 24. & Conciol. resol. crim. verb. Corpus delicti, resol. 3. num. 1. & seq.* ubi *resol. 4.* probat, non sufficere descriptionem factam per Notarium de cadavere, fractura &c. ad hoc ut dicatur constare de corpore delicti, sed requiri, quòd saltem examinentur duo Testes, deponentes de nomine, cognomine, & aliis qualitatibus occisi; *& resol. 5.* quòd standum est Medicorum, & Peritorum judicio circa qualitatem vulnerum, & similia, concernentia corpus delicti.

13 *Si facti transeuntis*, puta, quia vestigia delicti remanere non solent, ut in Adulterio, Stupro cum Vidua commisso, percussione sine livore, injuriis verbalibus &c. & tunc sufficit, quòd de eo constet per indicia, & conjecturas, *Brug. Instit. crim. lib. 4. tit. 3. num. 7. Farin. citata quæst. 2. ferè per tot.* ubi à *num. 14.* latè differit qualiter, & ex quibus conjecturis constet in his terminis de corpore delicti, & *Passer. in Trib. Reg. qu. 8. art. 8. num. 40.*

14 II. casu, quando scilicet factum est dubium, quia potest cum scelere, & sine illo intervenisse, putà si quis mortuus fuerit inventus in Puteo &c. tunc pariter sufficit si de corpore delicti per indicia, & conjecturas appareat, *Clar. in Prax. §. final. quæst. 4. num. 4.* ubi *num. 5.* observat, in his casibus delictum dici saltem probatum in genere, si nesciatur à quo particulariter sit commissum.

Tali-

15 Taliter verò necessaria est recognitio corporis delicti, seu ut vulgò dicitur, *Visum, & Repertum*, ut sine illa non possit Judex regulariter procedere, neque ad capturam devenire, vel ad examinandum Testes, multoque minùs ad torquendum, *leg. Neratius*, §. *Non alia*, *ff. ad S.C. Syllan. & leg. Si quis legatum*, *vers. Cæterum*, *ff. de Furt. Conciol. resol. crim. verb. Corpus delicti, resolut.* 1. *num.* 1. ubi, quòd procedit conclusio, non obstante, quòd Princeps motu proprio mandet contra aliquem inquiri.

16 *Dixi regulariter*, nam si periculum sit in mora, & prætensus Reus sit de fuga suspectus, poterit cautus Judex incontinenti ad capturam devenire contra suspectos, eosdemque cogere ad idoneè cavendum de se præsentando, ut sæpè observatum in praxi testatur *Ambros. de Process. informativ. c.*1. *num.*11. Ad hoc scilicet ne dum Judex corpus delicti investigat, delinquens aufugiat, & impunitus evadat. *Farin. q.*29. *num.*125. An autem Episcopus incurrat irregularitatem permittendo Judici laico exhumationem cadaveris in Ecclesia sepulti, ad hoc, ut fiat hujusmodi *Visum & Repertum*, negat *Bellet. Disquis. Cler. p.*1. *tit. de Discip. Cleric.* §.5. *num.* 148. *& seqq.* illa adducta congrua ratione, quòd hujusmodi actus non est ex sua natura directus ad mortem Rei, & Episcopus in hoc casu nihil operatur, sed solùm permittit exhumari corpus, & capi informationem; Addens etiam quid in casu renitentiæ Judicis Ecclesiastici in danda hac licentia sit agendum; Circa locum, in quo fieri debeat talis recognitio, non concordant *Ray. & Monac.* Primus enim in suis *observ. crim. c.*1. §.11. *num.*25. *& seqq.* asserit, illam posse fieri in loco immuni, dummodo non sit sacer, puta in Porticu Ecclesiæ, in Monasterio &c. Cujus contrarium solidè probat *Monacell. in Formular. fol.*143. *à num.* 6. referens plures individuales resolutiones Sacræ Congregat. Immunit. & signanter unam *in Maceraten.* 8. *Augusti* 1645. *lib.*1. *Decret. Paul. fol.* 259. *in Cremonen.* 1. *Aprilis* 1704. *Ponente Marefusco* respondit incurrisse Judicem & alios Ministros Curiæ, recognoscentes Cadaver, dum erat expositum in Ecclesia.

17 Adverte hic, quòd si de corpore delicti non constet, quamvis Reus fateatur, se illud commisisse, non poterit pro illo condemnari, nisi aliundè quàm ex ejus confessione de corpore delicti constet; Defectus siquidem probationis corporis delicti non suppletur per confessionem Rei, dicentis se illud commisisse, juxta *Text. in leg.*1. §. *Si quis ultro*, *ff. de Quæst.* & tradunt *Clar. in cit.* §. *final. qu.*55. *num.* 10. *& Conciol. resol. crim. verb. Corpus delicti resol.*2. ubi eam assignat rationem, quòd confessio non potest facere delictum ubi non est, *Rot. desc.* 168. *num.*17. *& seqq. p.*12.

Adverte secundò, quòd per recognitionem Corporis delicti factam à Judice Laico, quando Reus est Clericus, non dicitur lædi Ecclesiastica Jurisdictio, ut respondit *Sacra Congregatio Immunitatis in S. Severin.* 11. *Decembris* 1703. *Ponente eodem Scotto* ea ratione, quia recognitio Corporis delicti non concernit personam Delinquentis, sed nudum, & simplex factum, abstrahendo à Jurisdictione unius, vel alterius Judicis.

Adverte tertiò, quòd Judex Laicus recognoscens corpus delicti, seu Cadaver propè Ecclesiam, incidat in excommunicationem, ut resolvit *Sacra Congregatio Immunitatis in Hortana* 30. *Septembris* 1704. Ponente eodem Scotto, in qua ad dubium respondit pariter non substineri Acta, concernentia Corpus delicti, ea ratione, quia descendunt à principio infecto.

18 Quia verò aliquando Judex per seipsum non potest devenire ad recognitionem corporis delicti, sive propter distantiam Loci, ubi illud fuit sequutum, sive propter alia impedimenta, non enim Judici convenit pernoctare extra Civitatem, & locum residentiæ, inde adinventa est via commissionis, & delegationis, ex latè animadversis *per Rutger. Rulant. de commiss. & commission. lib.* 1. *cap.*1. *num.* 18. *& seq.* Isti autem Commissarii cùm non debeant suis sumptibus accedere ad recognoscendum delictum, & capiendas informationes, sed amplissima habeant privilegia pro eorum viaticis exigendis manu Regia, etiam postquam reversi sunt ad Urbem, ut declarasse *fa. me. Innocen. XI.* refert *Rayn. tom.*3. *cap.*32. §.4. *num.*222. Ideò non de facili, nec pro omnibus delictis transmitti solent, sed pro atrocibus, & gravibus, quæve *in Constit. Ægidian. lib.*2. *cap.*15. *in med.* enumerantur. Primò nempè pro rebellione, seu tumultu 2. pro homicidio; 3. pro latrocinio: 4. pro publica derobatione: 5. pro stratarum fractione: 6. pro falsificatione, seu adulteratione monetæ; 7. pro falsificatione Bullarum Appostolicarum: 8. demùm pro raptu Monialium, seu aliarum honestarum mulierum: Facultates autem, & ea omnia, quæ facere possunt, vel à quibus se abstinere debent hujusmodi Commissarii, latissimè explicat *Rayn. to.*3. *cap.*32. §.4. *à num.*32. *usque ad fin.*

19 Cùmque Reipublicæ expediat delicta manifestari, ad hoc, ut membra putrida abscindantur, ne alia membra inficiant, ut observat *Crispold. cas. milit.* 23. *num.*1. salubriter in Bannimentis Generalibus Urbis, *cap.*65. statutum est, ut Medici, Chirurgi, Barbi tonsores, & similes personæ statim ac vocati fuerint ad medendum vulneratos, teneantur relationem facere Curiæ sub pœnis pecuniariis, inhabilitationis, & aliis etiam corporalibus, ut latè explicat ibidem *Bonfin. num.*3. *& seqq.*

20 Curiosa autem in his terminis quæstio emersit de anno 1659. an teneretur Chirurgus facere relationem vulneris, seu tumoris à morbo Gallico ortum habentis, vulgò *Tincone*, in Puella teneræ ætatis, circa quam pro negativa egregiè suo more scripsit, & scripturam registravit *Rayn. in to.*3. *cap.*31. *num.* 13. *usque ad* 17. Quia similia Bannimenta intelligi debent pro vulneribus ex facto injurioso provenientibus, secu verò pro morbis, qui naturaliter possunt accidere, ut evenire posse in morbo Gallico ex motu vehementi, magna calefactione, & similibus advertit ibidem *Rayn. num.* 14. Præcipuè attento secreto, quod secundùm propriæ professionis regulas servare tenentur in his, & similibus materiis Medici, Chirurghi, Obstetrices, & similes personæ, itaut illud violare non possint, etiamsi moneantur sub excommunicationis pœna, ex adductis *per Xamar. de Offic. Jud. p.* 2. *quæst.* 4. *num.*46. *& seq. Vic. ad Pragmat. Sardin. lib.*1. *tit.*7. *cap.*4. *num.*46. *& Crispold. cas. milit.* 23. *nu.*23. Et ex Anathomicis *Plazzonus* relatus *à Regnero de Graaff.* impresso *à Manger. in Biblioth. Anathom. tom.*1. *p.* 1. *de Infirm. ventr. fol.*598. *vers. Vaginæ actio*, ubi post narrationem curæ circa partes generationi dicatas in fœminis, subdit: *Nec fabulas me narrare putandum est, si quidem possem ipsas personas nominare, nisi Hippocratici juramenti memor hujusmodi curationes inter arcana sepeliendas esse censerem.*

21 Circa morbum Gallicum, quem non benè Neapolitanum appellant aliqui, citati *à Rildopihn. in Prax. p.*3. *cap.*4. *num.* 66. forsan eò quia primò in d. Regno introductus fuit à Militibus Gallis tempore Caroli VIII. ad quod alludere voluit ille, qui circa illius denominationem ad rem cecinit:

Itala Terra mihi Patria est, Gallique Parentes
Gallicus in dubio est, Italicusne vocer.

nunquam mihi visa fuit aspernenda animadversio illa, quòd provenire non possit, nisi à Venerea infectione, eò quia ante adventum Caroli VIII. in Italia, verificabantur etiam calefactiones, motus vehementes, & similes corporis agitationes, & tamen de eodem morbo, deque illius pessimis affectionibus, nulla habebatur notitia, signum evidens quòd illius vera causa fuerit & sit venerea commixtio: vide *Zacch. tom.*3. *cons.* 28. *sub num.*16.: Non tamen semper, quia teste *Zacch. quæst. medico. leg. tom.*1. *lib.* 3. *tit.*3. *num.*28. notissimum est sæpè evenire ut aliquis cum persona infecta coitum exerceat, neque tamen inficiatur, & hoc non obstante cum alia persona non infecta hic idem congrediens eam inficiat, ut observat *Gabr. Falcopp. de Morb. Gallic. cap.*22. ubi quòd duodecim Scholares cum una Meretrice hac lue infecta rem habuerunt, & tres solùm remanserunt infecti, quod refert etiam *Sperell. d.*140. *num.*32. alios similes casus adducens. Idem verò *Zacch. loco suprà cit. num.*6. observaverat infectionem ex morbo Gallico, aliquando non pertransire pudendas partes, & eis proximas & tunc posse de facili curari, aliquando verò ad penitiores partes penetrare, sanguinemque inficere, causando dolores in universo corpore, depilationem &c. & tunc cum maxima difficultate vix posse curari. *Lib.* autem 10. *tit.*1. *qu.*22. *de Morb. Gallic.* istum dividit in tres species, quarum prima levis est, ac mitis, solis parvis ulcusculis circa pudenda, vel brevi Gonorrhæa constans. 2. gravior, vel quia contumaci gonorrhæa, & malignis ulceribus infectos vexat, vel quia fœdis maculis, & pustulis in toto corpore, & aliquando etiam in capite, & facie insignis est: 3. demum gravissima utpotè associata malignioribus ulceribus, artuum doloribus, noctu maximè affligentibus, & abscessibus ac carie ipsorum ossium, & narium ulceribus cacoethicis, & totali depilatione, etiam superciliorum.

22 Quòd autem hujusmodi depilatio, seu decidentia capillorum, & pilorum, quam Græci Alopatiam vocant, provenire etiam possit ab alio morbo, quàm Gallico, prout etiam, quòd iste propagari possit per solam conversationem, & contactum cum muliere infecta, vel per solam condormitionem

nem in eodem lecto, vel usu vestium, quibus infecta usa fuit vel quocumque modo nuda caro sana corporis sani attingat aliquid tali contagio imbutum, puta in sedilibus latrinarum, vel scamnis balneorum, quibus Gallica lue inquinata insedit, pro indubitato admittunt ex Medicis *Cardilucc. Comment. in Prax. Hamann. cap.* 166. *Vers. Causa hujus, fol.* 1841. *& Fernell. lib. de Luis Vener. curat. cap.* 4. *fol.* 1449. & ex Criminalistis *Amen. de Delict., & Poen. tit.* 4. §. 1. *num.* 98. ubi *num.* 103. quòd aliqui Nebulones palliant sub nomine Catharri falsi crustas, & bullas, quæ videntur in cute, effectus architidis esse dicunt tormina, & dolores articulares; atque omnes effectus hujus morbi tribuunt aliis causis, extorquendo à piis Medicis attestationes, idem comprobantes, ad avertendum præcipuè à Religiosis viris infamiam ex d. morbo resultantem.

23 II. Requisitum ad validam inquisitionem est, quòd contra inquisitum præcedant indicia, nam inquisitionem sine præcedentibus indiciis formatam nullam esse nemo dubitat, teste, *Boss. in prax. tit. de Inquisit. n.* 21. *Carpozov. in Prax. crimin. p.* 2. *q.* 108. *n.* 43. *Cartar. de Exequut. sent. capt. Bann. cap. final. num.* 69. *& Gob. consult.* 125. *num.* 24. Imo nec etiam confessio præjudicat Reo, si non præcesserunt indicia, ut observat *Far. quæst.* 81. *num.* 14. *&* 15. *& vidimus supra, num.* 17.

24 III. Requisitum est, quòd hæc indicia inquisitionem præcedentia, sint legitima, idest non levia, sed probabilia, & propter quæ Judex rationaliter credere possit, delictum fuisse commissum ab eo, contra quem inquirere intendit, *Farin. quæst.* 1. *num.* 45. *& seqq.* ubi, quòd hæc legitima indicia remittenda sunt Judicis arbitrio non libero, & absoluto, sed informato, & regulato à Jure, *Zuff. de Legitim. Process. lib.* 1. *quæst.* 57. *numer.* 23. *& Gob. consult.* 125. ubi *num.* 16. quòd legitima indicia dicuntur illa, quæ à Jure, & Doctorum traditionibus approbantur, & latè disserit de illorum efficacia, vel inefficacia.

25 IV. Requisitum est, quòd inquisitio sit clara, certa, & specifica, & contineat omnes delicti qualitates, & circumstantias, Ex gr. contra Titium, qui commisit furtum, in tanta quantitate, in qualitate talium rerum, vel pecuniarum, in tali loco, & tempore, & sic de aliis circumstantiis, delictum concomitantibus, juxta *Text. in leg. Libellorum, Cod. de Accusat.* & praxim traditam *à Farinac. q.* 1. *n.* 11. & 12. *& à Pelleg. in Prax. crim. part.* 4. *sect.* 2. *num.* 51. quibus deficientibus nulla erit inquisitio, ea ratione, quia propter delicti incertitudinem Reus suas parare non posset defensiones, talis autem debet esse inquisitio, ut Reo facultas se defendendi non adimatur, *Zuff. ad Constitut. Barber. num.* 22. *& seqq. & Conciol. Resol. crim. verb. Inquisitio, resol.* 3. *per tot.* Posita autem nullitate inquisitionis, nullus est etiam processus, & omnia subsequuta corruunt, itaut Reus nec torqueri, nec condemnari possit, sed absolvendus est ab observatione judicii, & novus processus inchoandus, *Boss. in Prax. tit. de Inquisit. num.* 17. *& Farinac. quæst.* 1. *numer.* 5.

26 Ultimum requisitum est, quòd inquisitio fiat à Judice competenti, & cujus jurisdictioni Reus sit suppositus, vel ratione loci, vel delicti, vel originis, &c. *cap. Si diligenti, de For. competent. Pellegr. in Prax. crim. par.* 4. *sect.* 2. *num.* 42. Hinc inquisitio formata per Judicem sæcularem contra Clericum, ipso jure est nulla; Non possunt tamen omnes Judices criminales per viam inquisitionis procedere, sed illi tantùm, qui habet merum, & mixtum imperium, ex cumulatis per *Pelleg. in Prax. crim. part.* 4. *sect.* 2. *num.* 33. *& seqq.* ubi latè explicat ea, quæ dicuntur meri imperii, tam de Jure Canonico, quàm Civili. Procedi verò potest contra Reum, sive sit præsens, sive absens, sive contumax de consuetudine, de qua testantur *Clar. in §. final. q.* 11. *num.* 1. *& Farin. qu.* 1. *n.* 6.

27 Cùmque per viam inquisitionis procedi soleat, non solùm in delictis occultis, sed etiam in notoriis, & quando quis deprehenditur in fragranti, hinc de utroque modo aliqua breviter dicenda sunt.

28 Quoad modum procedendi per viam notorii, præmittendum est, in jure sæpissimè pro eodem usurpari manifestum, evidens, publicum, notum, liquidum, indubitatum, &c. ut videre est *in c. Cùm olim, de Verbor. significat. & in Can. Manif.* 2. *quæst.* 1. Propriè tamen manifestum à notorio differt; Manifestum enim dicitur famosa insinuatio criminis ex certa scientia, certisque authoribus proveniens, *ut in cap. Ne hoc, de Simon.* Notorium verò, notitia rei indubitatam inducens probationem, discussione non indigentem, ut observant *Capr. in tract. de Notor. membr.* 2. *num.* 1. *Paulucc. in Jurisprud. sac. tom.* 2. *lib.* 5. *tract.* 7. *cap.* 9. *nu.* 6. & latè *Pignatell. consul.* 115. *num.* 1. *& pluribus seqq. tom.* 10. ubi multipliciter notorium dividit, & singulas species benè explicat, *& consult.* 120. *tom.* 10. Clariùs verò illud dividit *Gloss. in Can. manifesta* 1. *quæst.* 1. in notorium facti, notorium Juris, & notorium præsumptionis: *Notorium facti* est id, quod offert, & exhibet se omnium oculis, seu quòd ita habet facti evidentiam, quod negari non potest. Hoc notorium Facti subdividitur in notorium Facti continui, seu permanentis, in notorium facti interpolati, & in notorium facti statim transeuntis. *Notorium Juris est*, de quo aliquis est condemnatus, vel confessus. *Notorium* deniquè *præsumptum* est id, de quo lex præsumit, & difficilè probari potest, purà, quando aliquis publicè habitus est pro Filio alicujus.

29 Notorium igitur dicitur illud delictum, quod celari non potest, quia oculis hominum evidenter subjicitur, *cap. Tua nos, §. Nos igitur, in fin. de Cohabit. Cleric. & Mulier. de Angel. de Delict. par.* 1. *cap.* 126. *num.* 2. Dummodo tamen commissum sit coram Populo, vel majori parte ipsius, *Clar. in §. final. quæst.* 2. *numer.* 9. Vel saltem coram decem Testibus, *Can. De manifesta*, ibique, *Gloss. verb. Pluribus*, 2. *quæst.* 1. E contra occultum dicitur illud delictum, quod probari non potest, *Fagn. in c. Dilectus, numer.* 38. *de Tempor. Ordin. Lup. in comm. Edict. Sancti Officii, vers. Occultum, fol. mihi* 42. *& Gubert. de Sponsal. & Matrim. tit. de nupt. clandestin. sub num.* 119. *& seqq.* Ad differentiam occulti in terminis Gratiarum Sacræ Pœnitentiariæ, in quibus occultum dicitur, quando non est publicum, hoc est quando non scitur in majori parte viciniæ, vel Collegii, vel Parochiæ, etiamsi sciatur ab aliquibus, à quibus probari possit, *Bassæus in Floribus Theolog. tom.* 2. *verb. Matrimonium* 3. *num.* 26. & probavi in discursu pro veritate edito de mandato Sac. Congregationis Episcoporum, & Regularium, *in Fanen. Matrimonii num.* 114. Neganti autem factum notorium objici potest illud Lucæ 24. 18. *Tu solus Peregrinus in Hierusalem*, cum *Rot. in dec.* 72. *num.* 7. *coram R. P. D. Ansaldo.*

30 Ultra numerum Testium, requiritur pariter primò qualitas loci, idest, quòd sit commissum in publico loco, ut in *Can. Scelus*, 2. *quæst.* 1. Qualitas temporis, hoc est quòd commissum sit de die, non de nocte, nam commissum de nocte non solùm non potest dici notorium, sed difficilis reputatur probationis, itaut ad illud probandum admittantur etiam Testes inhabiles, *Grassett. de Nec. prod.* §. 29. *num.* 270. *Crisp. cas. milit.* 14. *&* 12. *& Conciol. resol. crim. verb. Nox. resolut.* 1. *per tot.* Tertiò, quòd notorietas cadat etiam circa qualitates delictum concomitantes, purà, quòd notoriè constet, homicidium factum fuisse dolo, non autem ad defensam, *Clar. in prax. q.* 9. *n.* 7.

31 Posita notorietate delicti, duo sequuntur.

32 I. Quòd Judex procedere possit ex abrupto, & juris ordine non servato; Notoria enim judiciarium ordinem non desiderant, *cap. Super eo, de Testib. & cap. Cum dilectis, §. His igitur, de Purgation. Canon. Fagnan. in cap. Vestra, de Cohab. Cleric. Mulier. & Pignatell. Consul.* 119. *n.* 9.

33 Limitatur autem hæc conclusio in casu, quo Judex, qui potest de facto, & ex abrupto procedere, *serv. serv.* procedat; Tunc enim si solemnia judicii non servet, nulliter procedit, & applicatur regula, *Quod potui nolui, quod volui adimplere nequivi*, de qua *Rota, decis.* 251. *numer.* 9. *par.* 19. *rec.* ut observat *Innoc. in cap. Venerabili, num.* 5. *de Censib. & Fagnan. in cap. Procurationes, num.* 34. *&* 35. *eodem titul.* ubi meritò redarguit imprudentes Judices, qui cùm procedere possint ex abrupto, & de facto, potiùs eligunt viam judicialem, seque proinde adstringunt ad Juris ordinem servandum, *& Rot. dec.* 122. *n.* 8. *& seq. par.* 15. *rec.*

34 Et declarando nullas censuras latas à Vicario Generali Lauden. contra D. Franciscum Catenagum Canonicum ejusdem Cathedralis, Conservatorem RR. PP. Conventualium ejusdem Civitatis, longè post hæc scripta resolvit Sac. Congreg. Concilii in Lauden. Censurarum 4. Septembris 1700. prout *in lib.* 50. *Decret. fol.* 680. Et declarando pariter nullas Censuras latas ab Episcopo S. Sepulchri contra Abbatem S. Mariæ de Balneo Congregationis Camaldulensis, resolvit Sac. Congreg. Episcoporum, & Regularium in Nullius Burgi Sancti Sepulchri 22. Februarii 1701. Prout etiam non procedit principalis conclusio, quando agitur de delictis Episcoporum, quibus, non obstante qualitate notorii, semper assignandæ sunt defensiones, *ex Constitut.* 7. *Leonis X. in Bullar. nov. tom.* 1. §. 7.

II. Quod

34 II. Quòd notorium probandum non sit, cùm dicatur probatio probata, *cap. Super eo, de Testib. & Rota, dec.* 273. *num.* 30. *p.* 16. *rec.* ubi *num.* 31. quòd in notoriis potest Judex extrajudicialiter se informare, etiam Parte non citata. Quod tamen intelligendum est de notorio facti permanentis, quod nimirum continuò omnium oculis cernitur, non autem de notorio facti interpolati, & transeuntis, quia si illud per Partem negetur, debet priùs Judici constare de notorietate per testes juratos, & citata Parte examinatos. *Conciol. alleg. forens.* 55. *num.* 10. *& Farin. quæst.* 21. *num.* 97. Dicitur pariter probatio probata, & veritas apparens Instrumentum publicum, *à Farin. quæst.* 156. *num.* 156. ubi quòd potest dici de similibus Instrumentis *Noli me tangere*, *Prat. respons. crim.* 26. *num.* 4. *& Rot. in Rom. Primog. de Bubalo* 8. *Maii* 1706. *cor. R. P. D. Ansald. & in Mediolanen. Beneficii* 1. *Aprilis* 1707. §. *Tetigimus*, *& dec.* 60. *n.* 13. *coram eodem*, *& dec.* 347. *n.* 11. *par.* 11. *rec.*

35 Quoad reprehensionem in fragranti sciendum est, tunc Reum captum dici in fragranti crimine, quando in ipso actu delinquendi deprehenditur.

36 Potest autem deprehendi coram Judice, vel sedente pro Tribunali, seu exercente suum officium, vel non. Primo casu poterit Judex ad punitionem devenire, non solùm Juris ordine non servato, sed etiam sine processu, & probationibus, *Gloss. in Can. Deus omnipotens*, §. *Quando autem*, *verb. Judicis*, *quæst.* 1. Secus autem in secundo casu, tunc enim Judex confrontare debet testes super fragrantia delicti.

37 Adverte hìc, quòd inquisitus in Partibus de delicto, recurrere potest ad Superiorem, putà ad Papam, & se constituere in carceribus in Curia, ut observant *Conciol. resol. crim. verb. Inquisit. resol.* 5. *per tot. & verb. Reus, resol.* 11. pariter per *tot.* ubi, quòd ita practicatur in Urbe, & *Rota, dec.* 27. *num.* 22. *& seq. post* 2. *volum. cons. Farin.* Supremus enim Princeps nunquam censetur exclusus à cognitione causarum, & statim ac ille incipit de causa cognoscere, abdicata censetur jurisdictio ab inferiore, *Vermigliol. cons.* 352. *num.* 1. *&* 5. *Guazzin. ad defens. Reor. defens.* 1. *cap.* 14. *num.* 16. *& Card. de Albic. de Inconst. in Judic. quæst.* 42. *per tot.* ubi quòd hoc est verum, etiamsi Princeps privilegium concedit ne ad eum appellari possit, quòdque ita practicavit fa: me: Innocent. XI. cum nobili Hispano, inquisito in S. Officio Toleti.

TITULUS V.

De Accusatione, & Denuntiatione.

1 ACcusatio, quam genus illaudabilis intentionis *ex Tex. in Can. Si quis Episcopus* 2. *quæst.* 7. appellant, *Gonzal. in cap.* 5. *num.* 5. *&* 6. *de Accusat. & Rayn. tom.* 3. *cap.* 34. §. 8. *num.* 1. definitur, *alicujus criminis ad vindictam publicam facta delatio in judicio, legitima descriptione interveniente*, ut colligitur *ex leg. Libellorum*, *Cod. de Accusation.* & observat *Azo in Summ. Cod. Qui accusar. non possunt*, *& Pellegr. in Prax. crim. par.* 4. *sect.* 4. *n.* 1.

2 Dicitur, *alicujus criminis delatio*; Accusare enim est ignotum aliquod detegere, & in publicum deferre.

3 Dicitur, *ad vindictam publicam*, quia legitimus accusator moveri non debet à privato odio, sed à publica utilitate, & ne delicta remaneant impunita.

4 Dicitur, *facta in judicio*, quia accusatio non est actus extrajudicialis, sed in judicio proponendus est, *Clar.* §. *final. q.* 12. *n.* 3.

5 Ultimò dicitur, *legitima descriptione interveniente*, per quod explicantur solemnitates, & alia requisita validæ accusationis, quæ plura sunt.

6 I. Nempe, quòd ea fieri debeat in scriptis ad instar libelli in civilibus, *leg. Libellorum*, *ff. de Accusat. & Pelleg. in Prax. par.* 4. *sect.* 3. *num.* 2. *& seqq.* ubi *num. seqq.* latè explicat omnia alia sequentia requisita.

7 II. Quòd in ea apponatur dies, & annus, in quo accusatio porrigitur.

8 III. Quòd exprimatur nomen Accusatoris, & Accusati.

9 IV. Nomen Judicis, & criminis commissi.

10 V. Locus patrati delicti.

11 VI. Tempus, nempè dies, mensis, & annus commissi delicti, nam alioquin tolleretur Reo accusato magna pars defensionis, facultas scilicet probandi negativam coarctatam, *Monticell. in Prax. crim. reg.* 7. *num.* 69. *& Pellegr. in Prax. par.* 4. *sect.* 3. *n.* 7.

12 VII. Demum requiritur, quòd Accusator se subscribat, & promittat eandem pœnam subire, quam subire teneretur Accusatus probato crimine, quatenus istud non probetur; *can. final.* §. *Libellorum* 2. *quæst.* 8. De consuetudine tamen hodie, de qua testatur *Rayn. tom.* 3. *cap.* 53. §. 8. *num.* 3. *& Zaul. tom.* 2. *lib.* 5. *rubr.* 39. *num.* 2. hujusmodi solemnitas non attenditur, recessitque ab Aula, ea ratione, quia aliàs nemo reperiretur, qui accusaret, & sic delicta de facili remanerent impunita, ut observant *Gaill. pract. observ. tit. de Pac. publ. lib.* 1. *cap.* 9. *sub num.* 3. *& Pellegr. in Prax. par.* 4. *sect.* 3. *num.* 9. ubi, quòd forsan ortum habuit, etiam ab avaritia Judicum, aut Actuariorum, qui Cancellarias retinent titulo oneroso affictus. Verumtamen est, quòd puniretur pœna extraordinaria, & arbitraria, juxta objecti criminis, & accusatoris qualitates, ex cumulatis per *Caball. resol. crimin. cas.* 166. *num.* 2. *cent.* 2. *& Conciol. resol. crim. verb. Accusatio, resol.* 1. *num.* 1. *per tot.* Pœna hæc, quæ Talionis vocatur, constituta fuit à S. Damaso Papa, ut legitur in ejus Lectionibus, & advertit *Zaul. ad Statut. Favent. tom.* 2. *lib.* 5. *rubr.* 39. *à num.* 33. ubi latè de materia differit.

13 Adverte hìc ex *Prat. respons. crim.* 6. *numer.* 13. *& seqq.* quòd deficientibus his requisitis, non debent Judices de facili attendere cartulas accusationis, quia in criminalibus non delictorum tituli Reos faciunt, sed probationes, & indicia, quod priùs observaverant *Mastrill. ad Indult. Gener. cap.* 29. *sub num.* 19. *& Rovit. in Pragmatic.* 1. *numer.* 4. *&* 5. *de Custod. Reor.* Proindeque meritò laudatur Alexander, qui, ut refert *Plutarch. in ejus vita*, quem sequitur, *P. Segner. nel Christ. instr. par.* 1. *ragion.* 28. *num.* 8. *In udire qualche accusatore costumava di chiudersi con una mano un orecchia, dicendo, che la serbava intiera per l'accusato.*

14 Dividitur Accusatio in eam, quæ intentatur civiliter, & aliam, quæ criminaliter, juxta *Text. in leg. final. ff. de Privat. delict.*

15 Intentatur civiliter, quando agitur de re familiari, seu de privato interesse, & ad pœnam pecuniariam. Criminaliter verò quando fit ad vindictam publicam, & ad pœnam corporis afflictivam.

16 Admittuntur ad accusandum in delictis publicis omnes de Populo, *leg. Qui accusare*, *ff. de Accusation.* §. 1. *Institut. de Public. Judic.* Non sic autem in delictis privatis, in quibus admittuntur solùm illi, qui suam, vel suorum injuriam prosequuntur, *leg. final. ff. de Privat. delict. & leg. Manifestissimi, Cod. de Furt. Farin. quæst.* 12. *num.* 8. *& Rayn. tom.* 3. *cap.* 24. §. 10. *nu.* 3. Tunc autem quis dicitur prosequi suorum injuriam, quando prosequitur injuriam illorum consanguineorum, qui pro eo testimonium dicere non possunt, qui juxta *Text. in leg.* 3. *& leg. Lege Julia*, *ff. de Testibus*, *& leg. Si Fœmina, Cod. ad S. C. Turpillian.* includuntur intra septimum gradum, ut observat *Pellegr. in Prax. par.* 4. *sect.* 3. *n.* 28.

17 Ex pluribus tamen capitibus, etiam in publicis delictis, quamplures personæ non admittuntur ad accusandum, enumeratis à *D. Thom.* 2. 2. *quæst.* 70. *art.* 3. *in corp. & à Bordon. in Manual. S. Offic. Sect.* 62. *per totam*, ubi ordine Alphabetico enumerat triginta novem genera personarum, quæ attenta eorum culpabili inhabilitate ad accusandum, nullatenus admittuntur, Sequenti verò *Sect.* 63. enumerat illos, qui ex eorum inculpabili inhabilitate repelluntur à testificando.

18 Et primò ex capite militiæ, tam cœlestis, quàm armatæ. *Militia Cœlestis*, hoc est ratione Clericatus; Clericus enim repellitur ab accusando in Foro Sæculari, *Can. Sacerdotem* 2. *q.* 2. *& cap. Postulasti, de Homicid. in* 6.

19 *Militia verò armata*, ratione scilicèt actualis Militiæ: Nisi suam, vel suorum prosequantur injuriam, juxta *Text. in leg. Accusare, ff. de Accusation. & leg. Prohibentur, Cod. Qui accusar. non possunt.* Quæ non procedere in Militibus nostri temporis observant *Clar. in Prax.* §. *fin. quæst.* 14. *num.* 4. *Novell. ad defens. Reor. fol.* 73. *nu.* 32. *& Pellegr. in Prax. par.* 4. *sect.* 3. *num.* 21.

20 Ex capite ætatis, nam propter ætatis defectum ab accusando repelluntur Pupilli, *leg.* 2. §. *Pupillus, ff. de Accusation. Pellegr. in Prax. par.* 4. *sect.* 3. *num.* 14. Item minores 20. annis in casibus minùs gravibus, & non exceptis, & quando veritas aliter haberi potest. In atrocibus enim, veluti læsæ Majestatis, & similibus prout etiam quando veritas aliter haberi non potest, admittuntur, ex animadversis per *Farin. quæst.* 12. *num.* 15. *Set. de Offic. Locumt. cap.* 17. *num.* 8. *& Ciarlin. contr.* 12. *nu.* 28. & præsumptio fortissima est, quòd non mentiantur, quia, ut benè observat *Senec. lib.* 7. *contr. cap.* 5.

cap.5. ante finem, quem retuli in Differtat. de Matr. nullit. §.10. num.7.... Nihil Puero est Teste certius, nam ad eos pervenit annos, ut intelligat, & nondum ad eos, quibus fingat. Atque habemus in hac parte singularem illum casum, relatum à Marsil. in leg. Infans sub num.46. ff. ad leg. Cornel. de Sicar. Zaul. tom.1. lib.4. rubr. 37. num.10. Rayn. tom.3. ad cap.34. supplet. 3. num.5. & seq. & Amen. de Delict. & Pœn. tit.7. §.6. num. 27. de Uxoricidio probato ex depositione duorum Puerorum, quorum unus erat 7. alter verò 5. annorum, ad unguem referentium Judici modum, quem tenuerat eorum Pater Joannes Dominicus Pelatterius Paduanus, Aleam eorum Matrem in Puteum projiciendo, quod Uxoricidium tandem convictus Pater confessus est.

21 III. Ex capite Sexus; Mulier enim ab accusando rejicitur leg. De crimine, Cod. Qui accusar. non poss. Nisi suam, vel suorum prosequatur injuriam, vel agatur de gravibus, & exceptis criminibus, ut de crimine Hæresis videre est in cap. Vergentis, de Heretic. De crimine Sacrilegii in leg. Si quis in hoc, Cod. de Episcop. & Cleric. Et de Simonia in leg. Quamquam, Cod. Eodem, & alios casus adducit Pellegr. in Prax. par.4. sect.3. num.18.

22 IV. Ex capite Indignitatis, & infamiæ personæ accusantis, Can. Infames 6. quæst.1. & Pellegr. in Prax. par. 4. sect. 3. num.27. ubi, quod conclusio procedit in omni genere infamiæ. Infamia autem definitur à Bonacin. oper. moral. tom.1. de Irregul. disp.7. quæst.3. punct.1. num.1. ut sit publica prava opinio de vita, & moribus alicujus: Sicuti enim fama est bona opinio alicujus, quæ oritur ex publica notitia bonorum operum, ita infamia nascitur ex publica notitia delicti: Infamia duplex est alia scilicet Juris, & alia facti. Infamia Juris incurritur tunc, quando committitur delictum aliquod, cui pœna infamiæ à Jure Civili, vel canonico imposita est, puta in criminibus læsæ majestatis, Hæresis, Infamia vero facti, tunc quando committitur delictum quod infame censetur apud graves, & honestos Viros, quod tamen debet esse publicum, seu notum majori parti viciniæ, Bonac. ubi suprà, & Garz. de Benef. par.7. cap.8. num.12. & Panimoll. dec.89. annot.3. num.1. & seqq.

23 V. Ex capite non probatæ fidei, ex quo repellitur inimicus, quia præsumitur accusare potiùs ad vindictam privatam, quàm zelo justitiæ. Rota in Romana Immissionis 2. Decembris 1699. §. Consequutivè coram Ansaldo. Quod verum intellige ad effectum condemnandi, quia ad habendam notitiam delictorum comprobandorum posteà ex legitimis probationibus, benè dicit Genuens. in Prax. Cur. Archiep. Neap. cap.28. num.3. quòd Inimici solent illa pandere, & maximus quidam Princeps solitus erat dicere suis Ministris, ut ad Inimicos recurrerent pro habenda notitia certi delicti aliorum Inimicorum, sed illis nullatenùs crederent, utendo notitia ab eis habita ad interrogandum in particulari Amicos, vel alios indifferentes, qui hoc modo non possunt non affirmare id, quod sciunt, & circa quod particulariter interrogantur. Item repellitur ex hoc capite pauper, leg. Nonnulli, ff. de Accusation. Lex enim non multùm confidit de illo, cùm propter necessitatem facilè possit pecunia corrumpi, ut advertit Pellegr. in Prax. quæst.4. sect. 3. num. 25. & generaliter Cobell. ad Bull. Bon. Regim. cap.34. art.26. num.8. ubi quòd duæ sunt res, quæ possunt homines ad turpe compendium commovere, inopia scilicet, & avaritia: nam sicuti hæc Idolorum servitus ab Apostolo dicitur, ita delictorum matrem appellat inopiam. Cassiodor. lib.9. variar. cap.13. Principalem verò conclusionem limita in paupere, qui sit honestæ vitæ, & famæ laudabilis, cum Farin. qu. 12. num.48. & seqq. & Pellegr. ubi proximè, & Rot. dec.347. nu.19. par.19. rec.

24 VI. Ex capite reverentiæ debitæ aliquibus personis; Laici enim propter reverentiam debitam Clericis ipsos accusare non possunt, nisi agatur de delictis publicis, enormibus, & exceptis, Can. Sanè 15. quæst.6. & Can. Qui autem, 17. quæst.7. Pellegr. in Prax. par.4. sect.3. nu.22. ubi hoc limitat in quatuor casibus, ibidem relatis.

25 VII. Demum ex capite benevolentiæ, & amoris; Ex quo sequitur, quòd regulariter Frater Fratrem, Filii Parentes, Parentes Filios, Maritus Uxorem, & è contra, accusare non possunt, leg. Iniquam, leg. Magnam, Cod. Qui accusar. non poss. & leg. Qui Accusare, ff. de Accusat. Dixi regulariter; quia in delictis atrocibus fallit, ut probat Pellegr. in Prax. par.4. sect.3. num.26.

26 Denunciatio, est alicujus criminis sine alia legitima inscriptione apud Curiam facta delatio, Hostien. in Summ. tit. de Denunciat. quem sequitur Pellegr. in Prax. crim. par.4. sect. 1. num. 1.

Ursaya Instit. Crimin.

Dicitur sine inscriptione, quia ad differentiam accusationis, denunciatio non requirit inscriptionem denunciantis, Decian. lib.3. cap.2. num.1. & seqq. 27

Dividunt denunciationem Canonistæ, in cap. Novit. de Judic. in tres species, Euangelicam, seu Charitativam, ut vocant unam, alteram Judicialem, & tertiam Canonicam; Rectiùs tamen Theologi duas species denunciationis assignant, Charitativam, seu Pœnitentialem, & Judicialem, ut videre est pœnes Sylvest. in Summ. verbo Denunciatio, num. 1. & Passer. in Trib. Regul. quæst.9. art.1 ... 28

Charitativa est, qua crimen defertur ad Prælatum; tanquam ad Patrem, & personam privatam, ut Reum in secreto corrigat; moderatè tamen, juxta animadversa per Gloss. in cap. Nisi cùm pridem, Verb. elicit, de Renunciat. ubi refert versus illos. 29

Qui nimis emungit, solet extorquere cruorem,
Et violenta facit correctio deteriorem.
Sed moderata satis correctio gignit amorem.

Judicialis verò, qua crimen defertur ad illum tanquam ad personam publicam, ut delinquens puniatur, & satisfiat Parti, quæ fuerit læsa per illud. Hæc judicialis denunciatio subdividitur in publicam, & privatam. Publica est quando Judex ex officio procedit ad puniendum aliquem Reum per denunciationem suorum Officialium ad publicam utilitatem: Privata verò quando quis manifestat Judici crimen alicujus pro privato commodo, puta, ut sibi damnum receptum resarciatur, Pellegr. in Prax. crim. par.4. sect.1. num.3. & seqq.

30 Hæc autem denunciatio Judicialis, non solum fieri potest per Ministros publica authoritate ad denunciandum destinatos, juxta Text. in leg. 7. Cod. de Accusat. & latè Zaul. to.2. lib.5. rubr. 39. à num.27. ubi quòd illorum ministerium odiosum semper fuit reputatum, variisque pœnis coercitum, quod adverterat prius Amaya in rubr. Cod. de Delator. num. 1. 12. & 21. Sed per quemlibet alterum privatum; Reipublicæ siquidem interest notitiam delictorum ad Magistratus pervenire, ne impunita remaneant, Clar. in Prax. §. fin. quæst. 7. n.2. Atque Accusatores esse in Civitate, utile reputari, ut metu contineatur audacia, notat Cicer. pro Sest. Rosc. Amer.

31 Non potest verò Judex propter simplicem denunciationem contra aliquem procedere, nisi accedant legitima indicia, Clar. in Prax., §. fin. quæst.7. num.2. Neque semper Delatoribus credendum est, quia, ut ad rem observant Tholos. Syntagm. Jur. lib.32. cap.4. num.8. & Cobell. ad Bull. Bon. Regim. cap.26. num.15. & seqq. & cap.34. art.5. nu.13. in fine, hoc hominum genus non rarò sua potestate abutitur, & sæpè ob simulatum, vel confictum crimen, probatorum hominum vitam, & patrimonium in discrimen adducunt, & distinguendo Denunciatorem publicum, & ex necessitate officii, à Denunciatore secreto, & privato, Gob. Consult. 128. nu.48. & seq. ubi quòd denunciator publicus recipi potest in Testem secùs denunciator privatus. De hoc hominum genere lepidè scriptum reliquit P. Segner. nella Pred. 26. nu.5. in medio – professare un' arte sempre aborrita in qualunque Popolo, mà sempre ritenuta altresì – ut de Astrologis observavit Tacit. lib. 1. Historiar. relatus ab Amen. de Delict. & Pœn. tit.6., §. 5. num.14. Nota proinde denunciationem esse parvi momenti, & sic pauca hæc de illa dicta sint satis, in casus enim contingentia videri possunt de illa latiùs differentes. Pellegr. in Prax. crim. par.4. sect.1. per totum & Passer in Trib. Regul. quæst.9. pariter per tot.

TITULUS VI.

De Crimine Hæresis.

1 Hæresis vocabulum Græcum est, idem significans ac electionem, ut ex Tertul. de præscript. Heretic. c.6. & 37. & ex Div. Hieron. in cap.5. ad Galat. probat Card. de Albic. de Inconstantia in Fide, par.1. cap. 11. num.2. Definiri autem potest ad nostrum effectum: Falsum dogma, Catholicæ veritati contrarium, assertum pertinaciter ab eo qui Christianam fidem profitetur. Ita in substantia, Ricciull. de Jur. Pers. lib.5. cap.1. num.7. & Brugiot. Instit. Crim. lib.2. tit.2. in princ.

2 Dicitur falsum dogma loco generis; Multæ enim sunt falsæ assertiones, & dogmata de rebus naturalibus, puta de numero Elementorum, de figura, & magnitudine Terræ, de ordine, & motu Cœlorum, & Syderum, quæ tamen hæreses non sunt. Dixi de, magnitudini Terræ, quia quoad illius motum si aliquis hodie assereret, Terram esse mobilem, Solem verò Orbis Centrum, & immobilem, esset hæreticus, quia contrarium à Sacra Congregatione Sanctissimæ

Inquisitionis definitum fuit die 22. Junii 1633. teste *Caferr. in Synthem. vetustat. ad d. diem 22. Junii*, condemnando opinionem præstantissimi Mathematici Galilæi, qui eamdem antiquam sententiam Copernici, & Pithagoræ totis viribus defendebat.

3 Dicitur *Catholicæ veritati contrarium* loco differentiæ, ut comprehendantur illi tantùm errores, qui cum Christiana fide stare non possunt: Quod ulteriùs intellige, non quia in contrarium directas, sed quia ab Ecclesia damnatum, & pro veritate Catholica declaratum, sicque intellige contrarium ei, quod Ecclesia Catholica determinavit, & Summus Pontifex ejus Caput, cujus est de rebus fidei judicium ferre, *Can. Quoties 24. q. 1. cap. Majores de Bapt.*

4 Dicitur *assertum*, intellectu tamen, non opere; Unde qui stuprum committit, quamvis rem faciat Catholicæ veritati contrariam, non propterea hæreticus est, nisi eodem tempore credat, illud esse licitum, *Albert. de cognosc. hær. quæst. 1. num. 4. & 5.* Nota proinde hæresim esse errorem intellectus, nam si in operibus consisteret, undique scateret Orbis Hæreticis. Non solùm autem absoluta assertio contra veritatem Catholicam hæresim inducit, sed etiam dubitatio, *cap. 1. de Hæretic.* Qui enim de fide dubitat, in consequens credit, Scripturam posse fallere, & Ecclesiam falli, quorum utrumque hæreticum est, *Farin. de Hæres. quæst. 188. §. 3. & Ricciull. de Jur. Person. lib. 5. cap. 4. per totum*, ubi *num. 7.* aliam adducit rationem, quia ex præcepto tenetur quis fidem, quam tenet Sancta Mater Ecclesia, profiteri; Dubius autem dictam fidem habere non dicitur.

5 Dicitur quartò, *pertinaciter*, Non enim sufficit, quòd quis falsa asserendo, contra fidem erret per intellectum, nisi etiam errori pertinaciter adhæreat per voluntatem, *Can. Qui in Ecclesia 24. quæst. 3. Albertin. de Hæret. quæst. 1. num. 19. & Card. de Albic. de Inconst. in Fid. par. 1. cap. 12. num. 1.* Unde si quis errore ductus negaret, Sacramenta novæ Legis fuisse à Christo Domino instituta, putando hoc esse dogma Catholicum, quamvis crederet oppositum ejus, quod fides Catholica docet, non propterea esset Hæreticus, *c. fin. de Summ. Trinit. & Fid. Catholic.* Indeque scriptum reliquit *D. Aug.* relatus *à Rayn. Annal. Eccles. tom. 19. anno 1494. sub nu. 37.* — *Errare possum, hæreticus esse non possum quando alterum sit hominis proprium, alterum perversæ, & obstinatæ voluntatis.* E contra verò diceretur Hæreticus tenens veram opinionem, putans eam esse contra Catholicam Religionem, ex adductis per *Ricciull. de Jur. Person. lib. 5. cap. 5. per tot.* ubi reprobat *Simancham*, contrarium sustinentem. Qualis autem, & quanta debeat esse pertinacia ad hoc ut Hæreticus quis dici possit, docet idem *Ricciull. ubi supra, cap. 3.* ostendens *num. 7.* illam debere esse talis naturæ, ut denominari possit consensus determinatus, admittens, *num. 12.* longum, vel breve tempus augere, vel diminuere delicti deformitatem, & gravitatem.

6 Dicitur ultimò, *ab eo, qui Christianam Fidem profitetur*, per quod differt Hæresis ab aliis speciebus, infidelitatis, Judaismo nimirùm, Paganismo, &c. quæ licet sint Fidei contraria, propriè tamen Hæreses non sunt, sed Sectæ appellantur: Cùm enim hæresis sit divisio ab unitate Fidei, ab hac dividi nequit, qui per Baptismum nunquam ei fuit unitus, *Duard. in Bull. Cœnæ lib. 2. Can. 1. quæst. 21. & Card. de Albic. de Inconst. in Fid. par. 1. cap. 11. num. 24.*

7 Quid autem dicendum de Neophytis, de illis nimirùm Paganis, Judæis &c. qui de recenti Christianæ militiæ nomen dederunt. Respondeo, quòd aut considerantur in eo statu, & tempore, quo ante baptismum instruuntur circa Fidei mysteria, & tunc idem dicendum est ac de aliis Infidelibus, Aut verò sermo est de illis postquam baptizati sunt, & tunc nulla adest inter eos, & alios Christianos distinctio, ut observat *Ricciull. de Jur. person. in tract. de Neophyt. c. 1. num. 1. & seq.* ubi *num. 2.* quòd proinde non sine injuria Neophyti vocantur illi, qui à multo tempore ad Christianismum sunt conversi, *& cap. 5. nu. 6. & 7.* advertit, solitos esse Summos Pontifices illos ad honores promovere, ut cæteri ad Fidem amplectendam alliciantur, referendo ita practicasse Gregorium XIII. cum Salamone Corcosso, ab eodem Pontifice donato proprio nomine, & cognomine de Boncompagnis, & Armis, ex quo factum fuit, ut omnes alii de illius familia Fidem fuerint amplexati. De quo Ugone Boncompagno vide *dec. 249. par. 2. rec.*, & nostris temporibus id practicavit Sanctissimus D. N. CLEMENS XI. feliciter regnans, cum Visino Hebræo, moram faciente Liburni, quem unà cum ejus Uxore, & Filia propriis manibus baptizavit in Vaticana Basilica die 12. Martii 1704. ei imposito nomine Clement. Albano, Uxori Maria Albana, & filiæ Victoria Albana.

8 Hæreticorum plures assignari solent divisiones, referendo autem illas, quæ ad praxim judiciariam magis accedunt.

9 I. Prima divisio est, quòd alii sunt Hæresiarchæ, alii simplices Hæretici, & eorum Sectatores; Hæresiarchæ sunt Hæreticorum Patres, & Principes, idest, qui errores originaliter invenerunt, vel ab alios inventos publicè docent, & defendunt, *Can. Qui aliorum 24. quæst. 3. Alberghin. in Manual. cap. 4. num. 1. & Card. de Albic. de Inconst. in Fid. par. 1. cap. 17. num. 8. & 9.* ubi, quòd Hæresiarcha dicitur quasi Princeps Hæreticorum, sumpta ethymologia ab Hæresi, & ab Archi; Hæresiarcha pariter dicitur Episcopus in hæresim lapsus, ex quo ex munere sibi injuncto sanam doctrinam docere debet, juxta *Constitut. 19. Pauli IV. Card. de Albic. ubi supra, num. 9.* ubi quòd eandem Constitutionem, à nemine citatam, allegavit S. M. *Urbanus VIII.* in Congregatione Sanctissimæ Inquisitionis, quando tractabatur Causa Marci Antonii de Dominis Archiepiscopi Spalatensis. Simplices Hæretici sunt, qui Hæresiarchas, eorumque errores sequuntur, & isti à nominibus suorum Hæresiarcharum plerumque denominantur, veluti Lutherani à Luthero, Calvinisti à Calvino, Molinistæ à Molinos, &c.

10 II. Secunda divisio est, quòd alii dicuntur Hæretici affirmativi, alii negativi. Affirmativus Hæreticus est, qui errorem in mente, aut verbo conceptum, vel prolatum, facto comprobat, & proinde manifestus dicitur Hæreticus, *Brugiot. Instit. Crim. lib. 2. tit. 2. num. 11. & seqq.* Negativus verò est ille, qui legitimè convictus persistit in negando, se esse Hæreticum, & iste pertinacissimus, & impœnitens appellatur, *Farin. de Hæres. quæst. 178. §. 1. num. 19. & seqq. del Ben. de Inquis. par. 1. dub. 13. sect. 1. num. 4. & Card. de Albic. de Inconst. in Fid. par. 1. cap. 14. num. 1. & seqq. & cap. 15. num. 1. & pluribus seqq.* ubi enumerat, & explicat quinque requisita ad hoc ut dicatur Hæreticus negativus. Quæ refert etiam *Rayn. tom. 1. ad cap. 1. supplet. 3. num. 67.* Primò nempè quòd talis hæreticus sit convictus de hæresi formali, non autem de assertione scandalosa, temeraria, vel malè sonante. Secundò quòd verba hæreticalia sint certa, clara, non autem dubia, aut ambigua; atque sint talia, ut non possint habere alium sensum, quàm hæreticum: Tertiò, quòd convictus sit à Testibus probatis, idest legitimis, idoneis, & omni exceptione majoribus, & contestibus. Quartò quòd factum, vel dictum hæreticale sit recens, non autem antiquum, itaut possit verisimiliter credi, quòd Reus de illo memoriam habeat. Quintò demum, quòd sit convictus dixisse, se credidisse talem hæresim, quæ illi opponitur, & quòd debeat ab aliis credi, prout creditur ab ipso: Unde debet esse convictus de explicita animi infecti declaratione, indeque observant *Galderic. Gallin. lib. 5. §. Hæresis, & P. Joann. Bapt. Nor. in Prax. Ss. Inquis. cap. 1. num. 9. & Rayn. ubi supra, num. 64.* quòd tales hæretici negativi non admittuntur ad abjurandum, etiamsi fateri velint id, de quo imputantur, esse hæreticos, nisi fateantur id fecisse, vel dixisse, prout Testes deposuerunt.

11

12 III. Hæreticorum divisio est, quòd alii sunt lapsi, alii relapsi. Lapsi sunt, qui à professione fidei in hæreticam pravitatem inciderunt, in eaque perseverant. Relapsi verò, qui postquam pœnitentes errorem abjuraverunt, iterùm in hæresim relabuntur, *Farin. de Hæres. quæst. 194. & 195. Brugiot. Instit. Crim. lib. 2. tit. 2. num. 9. Card. de Albic. de Inconst. in Fid. par. 1. cap. 16. num. 1. & seq.*

13 Relapsorum duæ sunt species, alii enim dicuntur Relapsi manifesti, seu verè, alii præsumpti, seu fictè. Relapsi manifesti sunt illi, de quorum primo, & secundo lapsu constat ex manifestis probationibus, *Decian. lib. 5. cap. 50. n. 1.* Relapsi verò præsumpti sunt illi, quorum duplex lapsus non est concludenter probatus, sed solùm ex vehementi suspicione.

14 Ad hoc autem, ut quis relapsus præsumatur, duo necessariò requiruntur ex animadversis per *Farin. de Hæres. qu. 195. §. 1. num. 2. 3. & 14.* I. Ut de uno lapsu; scilicet, vel priori, vel posteriori plenè constet. II. Ut de altero lapsu habeatur vehemens suspicio, & violenta præsumptio. Unde ex defectu primi requisiti non dicitur relapsus, qui prima vice ex vehementi suspicione hæresim abjuravit, & deinde iterum de vehementi abjuret, & sic nunquam sit de hæresi confessus, vel convictus. Ex defectu verò secundi, nec etiam dicitur relapsus, qui primò abjuravit hæresim, non ex vehementi, sed ex levi suspicione, & deinde de hæresi sit confessus, aut convictus, *cap. Accusatus, de Hæretic. in 6. & Farin. d. quæst. 195. §. 1. nu. 22.*

15 Non solùm autem relapsi dicuntur, qui in eandem speciem hæresis, quam abjuraverunt, relabuntur, ut in *cap. Ad abo-*

abolendam, §. *illos quoque, de Heret.* fed etiam illi, qui poft abjuratam fimpliciter, & generaliter hærefim juxta modernam praxim Ss. Inquifitionis, de qua *Mengh. nell' Arfenal. Sacr. p.* 8. *fol.* 318. *& tit.* inde in quamcumque aliam hærefim incidant, vel receptent, affocient, defendant, vel auxilium ferant Hæreticis, *citato cap. Ad abolendam*, §. *Illos quoque, de Heretic.* cum aliis apud *Pen. de Inquifit. par.* 2. *Comment.* 65. *Menoch. de Arbitr. caf.* 374. *num.* 1. *& feqq.* ubi quòd hæreticus relapfus numquam auditur in Judicio, & omnino plectendus eft pœna mortis, feu ignis, *& Card. de Albic. de Inconft. in Fid. par.* 1. *cap.* 16. *num.* 11. Abjuratio, autem nihil eft aliud quàm *Solemnis Herefum deteftatio cum affertione Catholica veritatis, obligatione permanendi in Fide Chriftiana, Brugiott. Inftit. Crim. lib.* 2. *tit.* 2. *num.* 19. *Amen. de Delict. & Pœn. tit.* 2. §. 7. *num.* 39.

16 Quoad Hæreticorum pœnas plures reperiuntur in Jure ftatutæ, tam Ecclefiafticæ, quàm Temporales, latè enumeratas, *ab Amen. de Delict. & Pœn. tit.* 2. §. 7. *num.* 47. *& feq.* Ex Ecclefiaft.

17 I. Eft excommunicatio latæ fententiæ *cap. Excommunicamus, & cap. Ad abolendam, in princip. de Heretic.* cum aliis apud *Card. de Albic. de Inconft. in Fid. par.* 1. *cap.* 18. *num.* 1. *& feqq.* ubi, quòd hujufmodi pœna non procedit à Jure Divino, fed humano, & pofitivo.

18 II. Eft Irregularitas ex delicto, *Can. Nos* 51. *dift. Can. & Saluberrimum*, 1. *quaft.* 7. quæ remanet etiam poft pœnitentiam, & abjurationem, ut probat *Ricciull. de Jur. Perfon. lib.* 5. *cap.* 18. *num.* 1. ubi *num.* 3. quòd quandoque tantus virtutum fplendor etiam fuis temporibus in talibus emicuit, ut difpenfati ad omnes Dignitates fuerint, & deinde, quafi Mundi luminaria refplendentes, ad fummos Ecclefiæ gradus, Apoftolica adjuti indulgentia, pervenerunt, *& Card. de Albici, de Inconftant. in Fide par.* 1. *cap.* 19. *num.* 1. *& feqq.* ubi quòd irregularitas adeò eft Hærefi conjuncta, ut quilibet Hæreticus externus, licèt occultus, fit irregularis, refpondendo animadverfionibus *Card. de Lug. de Virtut. fid. divin. difput.* 23. *fect.* 4. *num.* 120. contrarium authumantis.

19 III. Privatio, & inhabilitas ad Officia, Dignitates, & beneficia Ecclefiaftica, *cap. Ad abolendam, de Heretic.* latè *Card. de Albic. de Inconftan. in Fid. par.* 1. *cap.* 20. *num.* 1. *& feqq. & fignanter, num.* 8. Etiamfi agatur de maxima, & Eminentiffima dignitate Cardinalitia, juxta *Conftitution.* 66. *Pii V.* in qua eadem dignitate privavit Cardinalem Odettum à Caftillione, in Hugonottorum hærefim prolapfum.

20 IV. Privatio Ecclefiafticæ Sepulturæ, *Gloff. in cap. Sicut, verb. Oblatio, de Heretic. Turrecr. in Can. Ecclefiam* 1. *de Confecrat. diftinct.* 1. ubi illam adducit bonam rationem: *Quibus Ecclefia vivis non eft communicanda, mortuis etiam communicari non debet*, & latè *Card. de Alb. de Inconft. in Fid. par.* 1. *cap.* 18. *num.* 11. *& feqq.* ubi teftatur, ita practicatum mediante exhumatione Cadaveris cujufdam qualificatæ Principiffæ Hæreticæ Calviniftæ, *Num.* autem 86. refert celebrem illam controverfiam, an Sacerdos nominatim excommunicatus, & denunciatus, poffit abfolvere exiftentem in articulo mortis, circa quam pro negativa multùm infudavit *Fagn. in cap. Quoniam, num.* 28. *de Conftit.* & latiùs *in cap. Non eft Vobis, de Sponfal.* afferendo, quod attenta magna fciffura Theologorum, & Canoniftarum in hac parte S. M. *Innoc. XI. in Sac. Congreg. S. Officii Anno* 1682. mandavit, ne fuper hac re ampliùs difceptaretur. Vide, *Monacell. in formul. tom.* 3. §. 15. *feu in prælud. num.* 69. ubi quòd ita decifum fuit *à Gregorio XIII.*

21 Quifnam verò dicatur ad hunc effectum mortis articulus, explicat *Bonacin. oper. moral. tom.* 1. *tit. de Cenfur. in Comm. difp.* 7. *quaft.* 3. *punct.* 3. *num.* 4. periculum fcilicet mortis, nedum proveniens ab infirmitate, fed à quolibet alio probabili periculo, quod ut plurimùm foleat contingere, ut evenit, quando quis cogitur fufcipere navigationem periculofam, vel iter prædonibus expofitum, quando fœmina eft partui proxima prima vice, vel fi aliàs peperit, reperta eft parere cum periculo &c.

22 Ex pœnis temporalibus. I. Eft confifcatio, & publicatio bonorum, *cap. Cum fecundum, de Heretic. in* 6. *leg. Manichei*, §. 1. *cod. de Heretic. & Manich.* latiffimè *Card. Albic. de Inconft. in Fid. par.* 1. *cap.* 22. *per tot.* Non poteft autem Princeps Sæcularis, cujus Fifco ex Pontificum conceffione applicantur bona Hæreticorum, ante Sententiam illa remittere delinquentibus, vel demandare, ut delinquentes exempti fint, à confifcatione, aut illa eorum filiis, & Confanguineis donare, rationibus adductis per *Souf. lib.* 10. *aphorif. cap.* 20. *num.* 9. *Mour. de Enfalm. & Incant. fect.* 3. *cap.* 1. *num.* 35. *Dian. tom.* 5. *tract.* 3. *refol.* 147. *& Card. Albic. de Inconft. in Fid. part.* 1. *cap.* 22. *à num.* 183. *ufque ad finem*, ubi quòd S. M. Innoc. X. Anno 1650. reprobavit fimile Indultum, feu Albaranum à Rege Portugalliæ conceffum, mediante Brevi ibidem regiftrato fub *n.* 204.

23 II. Infamia facti, & Juris, *Auth. Gazarus, cod. de Heretic. & Manich.*

24 III. Amiffio factionis Teftamenti, tam activè, quàm paffivè, *Leg. Arriani*, §. *Cuncti, Cod. de Heret. Murg. de fepult. t.* 3. *difp.* 1. *de Heret. dub.* 12. §. 5. *& Card. de Alb. de Inconft. in Fid. p.* 1. *cap.* 23. *num.* 1. *& feqq.* ubi quòd hoc eft verum etiamfi vellet Catholicum filium hæredem inftituere, quod antea obfervaverant *Simanch. de Cathol. Inftit. tit.* 9. *num.* 4. *del Bene, de Inquifit. par.* 1. *dubitat.* 146. *fub num.* 8.

25 IV. Carcer perpetuus, vel temporalis, juxta criminis, & perfonarum circumftantias, & qualitates, *cap. Ut commiffi, verf. Et illorum, de Her. in* 6.

26 V. Eft exilii; expellendi enim funt à Civitatibus, ne alii Cives inficiantur, *Cohell. ad Bull. Bon. regim. c.* 42. *n.* 82.

27 VI. Ultimum fupplicium, citata *Leg. Arriani*, §. *Manichais, Cod. de Heretic. Bellarmin. lib.* 3. *controv. cap.* 21. *&* 22. *Alphonf. de Caftr. de Juft. hæref. punit. lib.* 1. *cap.* 9. *& Simanch. in Cathol. Inftit. tit.* 46. *num.* 44. Qui fi Clericus fit, priùs eft degradandus, ut difponitur in *cap. Ad abolendam*, §. *Prafenti, de Heretic.* & obfervat *Card. de Albic. de Inconft. in Fide, par.* 1. *cap.* 21. *num.* 22. & quidem reali, & actuali degradatione fi Clericus Hæreticus fit in facris: Verbali autem fi in minoribus tantùm ordinibus conftitutus. *Farin. quaft.* 189. *num.* 17. *& Card. de Alb.* ubi proximè, *n.* 23. referens ita fuo tempore noviffimè decifum.

28 Hæ funt pœnæ, quæ ad puniendum hærefim in corpore Juris ftatutæ reperiuntur, fed quia non omnes fimul omnibus infliguntur Hæreticis, ideò ulteriùs diftinguendum eft. Aut enim loquimur de Hæreticis defunctis, vel adhuc viventibus.

29 Si de Hæreticis defunctis pendente Judicio, & plenè conftiterit de hærefi, ifti condemnantur ac fi in humanis effent, & infuper damnatur eorum memoria, eorumque imago comburitur, ut tradit *Simanch. in Prax. haref. tit.* 62. *de Mort. n.* 2. *& feqq.*

30 Si de Hæreticis viventibus, eft fubdiftinguendum. Quia, vel loquimur de Hæreticis lapfis tantùm, vel de relapfis.

31 Si de lapfis tantùm, iterum eft fubdiftinguendum; Aut enim fponte comparent in Sacro Tribunali, mifericordiam implorantes, vel non fponte comparent, fed patiuntur accufari, & indiciis gravari.

32 Si fponte comparent, vel ifti funt fimplices Hæretici, vel funt Hærefiarchæ, Hæreticorumque Magiftri.

33 Si fimplices Hæretici, ad pœnitentiam, & mifericordiam benignè admittuntur, parciturque eis quoad pœnas temporales, impofita nihilominus falutari pœnitentia, & hærefi abjurata, *Farin. quaft.* 193. §. 1. *num.* 2. *& feqq. & n.* 13. *&* 35. *& Card. de Albic. de Inconft. in Jud. q.* 32. *n.* 16. *&* 17. ubi quòd hoc eft verum fi fponte comparens conftans fit in propria confeffione.

34 Si verò fint Hærefiarchæ, & Hæreticorum Magiftri, admittuntur quidem ad veniam, & pœnitentiam, non tamen pœnas omnes effugiunt in fententia, *Simanc. in Inftit. Cathol. tit.* 47. *num.* 50. *& feqq.* Verum tamen eft, quòd contrarium folidè probat *Farin. q.* 193. §. 1. *à num.* 7. *ufque ad* 12. quòd fcilicet etiam pœnas corporales effugiant, Quod comprobatur ex *cap. Ad abolendam in princ.* §. *Prafenti, &* §. *Laicus, de Heret. & Clement. fin. eodem titul.*

35 Si non fponte comparent, fed capiuntur, & in carceribus detinentur, & eft eodem modo fubdiftinguendum, quòd fcilicet, vel funt fimplices Hæretici, vel Hærefiarchæ.

36 Si funt fimplices Hæretici, vel funt pertinaces, & impœnitentes, vel hærefim parati abjurare.

37 Si impœnitentes, debent priùs legitimè moneri, & fi moniti ad fidem redire recufent, feverè puniuntur, ad publicum Chriftianæ Reipublicæ documentum, *cap. Ad abolendam, & cap. Excommunicamus, de Heretic.* & latè *Guarner. de Ecclef. milit. lib.* 3. *part.* 3. *cap.* 14. *numer.* 11. *& feqq.*

38 Si pœnitentes, hoc eft hærefim abjurare parati, veniamque, & reconciliationem petentes, parcendum eft eis, faltem quoad omnes pœnas, debentque priùs hærefim abjurare, & deinde condignam pœnitentiam peragere, & jurare,

Urfaya Inftitut. Crimin. C 2

tare, se Fidem Catholicam inviolabiliter servaturos, *Can. Quoties*, *& Can. Saluberrimum*. 1. q. 7.

39 Circa pœnas tamen subdistinguendum est, nam, vel loquimur de illis, quæ ipso Jure imponuntur hæreticis, ut est excommunicatio, & aliæ suprà expressæ, & istas incurrunt etiam hæretici pœnitentes, nec illas minuere possunt Inquisitores, ex animadversis per *Farin. de Heres. q. 193. n. 99.*

40 Vel sermo est de aliis pœnis infligendis à Judice, & istæ sunt Inquisitoribus arbitrariæ, & regulandæ à personarum, & facti qualitatibus, qui aliter procedere solent in simplicibus, & idiotis personis, aliter cum sagacibus, & prudentibus, aliter cum senibus, & aliter cum minoribus, vel Fœminis, aliter cum illis, qui statim in hæresi deprehensi, misericordiam petunt, & aliter cum illis, qui postquam in hæresi sunt, in illa pertinaciter perstiterunt antequam converterentur, aliter cum revertentibus statim, & aliter post longum tempus, aliter cum spontè, aliter cum non spontè comparentibus, ita ut eorum pœna sit medicina, non venenum, de quibus videri possunt *Americ. in Direct. Inquisitor. par. 3. q. 103. Decian. lib. 5. cap. 42. & Card. de Albic. de Inconst. in Fid. lib. 1. cap. 18. & seqq.*

41 Ita ut pro generali regula dici possit, quòd omnes hæretici pœnitentes, qui non spontè comparent, condamnentur ad pœnam perpetui carceris, vel ad tempus juxta qualitatem criminis, nec aggratientur sine licentia Summi Pontificis, Quodque magna cum æquitate, moderamine, & circumspectione solet Sacrum Tribunal procedere, *teste Card. de Albic. loc. sup. cit.*

42 Sed quia potest contingere, quòd hæretici pœnitentes injunctam pœnitentiam non adimpleant, ideo sciendum, quòd, vel erat eis assignatus Carcer pro pœna, vel alia pœnitentia, Primo casu si sine justa causa aufugiat, cùm ex tali fuga reputetur fictè conversus, & in pristinum errorem relapsus, relapsorum pœnis puniendus est. Quod limita in solo casu, quo spontè iterum se præsentet, & pœnitens de novo misericordiam petat, *Farinac. qu. 193. num.* 136.

43 Si verò aliæ erant ei injunctæ pœnitentiæ, & est subdistinguendum, quòd, vel illas non adimplet ex fragilitate carnis, vel ex malitia.

44 Si ex carnis fragilitate, & multò magis ex alia legitima causa, non erit reputandus hæreticus, nec relapsus, sed solùm, cessante impedimento, injunctam pœnitentiam adimplebit.

45 Si ex malitia, & tunc tanquam relapsus puniendus est, ex animadversis per *Decian. tract. crim. lib. 5. tit. 54. num.* 40.

46 Si demum non sint simplices hæretici, sed Hæresiarchæ illi, qui spontè comparent, & eodem modo subdistinguendum est, quòd vel sunt obstinati, & pertinaces, vel pœnitentes.

47 Si obstinati, & tunc ultra alias pœnas suprà expressas, adhuc ultimo supplicio puniuntur juxta ea, quæ *num.* 37. suprà diximus de simplicibus impœnitentibus; Si enim contra illos ita proceditur, multò magis taliter procedendum erit contra Hæresiarchas, de Christiana Republica adeò malè meritos, & omnium pœnarum dignissimos.

48 Si verò pœnitentes, & tunc admittuntur quidem ad veniam, absolutionemque recipiunt, & Ecclesiæ gremio reconciliantur, sed certant DD. an parcendum sit eis quoad pœnas temporales, negantibus *Farinac. qu. 193. nu. 6. & seqq. & Royas, de Hæretic. par. 2. à num.* 339. Verum tamen est, quòd praxis sacri Tribunalis ex illius ineffabili benignitate videtur in contrarium, teste *Card. de Albic. de Inconst. in Fid. par. 1. cap. 18. num.* 11. ubi quòd ita observatum fuit in duobus casibus tempore sui Assessoratus, & nostris temporibus duo in hac parte vidimus in Urbe exempla, unum in, *Francisco Josepho Burrio*, qui attenta ejus excellenti peritia in re medica, obtinuit etiam facultatem accedendi ad curam Magnatis primæ classis, ut refert *D. Abbas Rugerius Cajetanus nelle Memor. dell' Anno Santo* 1675. commendabili diligentia insimul collectis, *in adnot. dierum* 3. *&* 10. *Julii fol.* 280. & 283. & aliud in *Michaele de Molinos* relatum à *Rayn. tom. 1. ad cap. 1. Supplet. 2. num. 3. & seqq.* de qua benignitate ejusdem Tribunalis testes pariter sunt *Pegna in epist. direct. ad Eminentiss. Inquisitores*, impressa *in prin. Direct. Inquisit. Nicolai Emericii. Sousa in Aphoris. lib. 1. cap. 9. num. 1. & 3. & Casin. in Prax. Inquis. par. 2. tit. 1. §. 33. sub num.* 186.

49 Demum si loquamur de Hæreticis relapsis concludendum est, quòd ultimo supplicio affici debent, ex claro Textu, *in cap. Ad abolendam. §. Illos quoque, de Hæretic. & in cap. Super eo, eodem tit. in 6.* Quidquid dicant aliqui, quorum dictum verificari posset in solo casu, quo relapsus antequam fuerit accusatus, vel inquisitus, spontè, & ex corde pœnitens errorem fateatur, veniamque imploret, per ea quæ observat *Farin. quæst. 193. §. 1. num. 36. & 37. & Rayn. to. 1 ad cap. 7. supplet. 7. num. 88. & seqq.* ubi *num.* 110. Quòd Inquisitores facultates non habent reconciliandi hujusmodi relapsos spontè comparentes, sed debent certiorare Sacr. Congregationem, quæ ex illius pietate nunquàm claudit gremium ad fidem redeuntibus, quod adverterat priùs *Card. de Albic. de Inconst. in Fid. cap. 14. num. 47. & seqq.*

50 Eisdem subjiciuntur pœnis Credentes, & Fautores Hæreticorum, qui excommunicationem pariter incurrunt, contentam *in c. Ex communicavimus, §. Credentes, de Hæretic.* à quâ si intra annum absolutionem non procuraverint, puniuntur tanquam Hæretici formales, *cap. Ut Inquisitionis, de Hæretic. in 6.*

51 Illi Credentes hæreticis vocantur, qui profitentur se credere quod Calvinistæ Ex. gr. credunt, ignorantes interim eorum errores in particulari, nam si scirent illum particulariter, eique adhærerent, essent hæretici veri, non autem Credentes hæreticis, & rationem adducit *Guarner. de Eccles. milit. lib. 3. par. 3. cap. 9. num.* 1. quia scilicet sicuti non est necesse fidem Catholicam expressè, & in particulari credere, ut quis dicatur Catholicus, ita ex opposito ut quis dicatur hæreticus, satis est, illum in universali credere vera esse, quæ manifesti hæretici credunt, & docent.

52 Receptatores hæreticorum sunt qui hæreticos recipiunt, ne ad Inquisitorum manus deveniant, *Guarner. de Eccles. milit. fol. 391. num. 4. & seq. & Amen. de Delict. & Pan. tit. 2. §. 7. num.* 13.

53 Defensores, qui impediunt ne accusentur, denuncientur, vel ad Judicem deferantur, vel qui illorum errores argumentis defendunt, *Can. Qui aliorum 24. qu. 3. & Guar. ubi suprà.*

54 Fautores demum, qui illos laudant, vel si sint Inquisitionis Ministri, eos capere negligunt, vel captos non diligenter custodiunt, vel non puniunt, de quibus latè, *Farinac. de Heres. quæst. 182. & Menghin in Arsenal. Sacr. par. 1. fol. 5. & seqq.* ubi *in par. 10. à fol. 334. usque ad fol.* 382. ponit tercentum regulas, & receptas propositiones in sacro Tribunali, concernentes pœnas, & delictum hæresis. Circa Fautores, & Defensores Hæreticorum mediantibus Scriptis, & Libris, adverte hic in certis, & particularibus casibus solitos esse Summos Pontifices sibimetipsis reservare facultatem concedendi licentiam illos legendi, & retinendi, ut respectu illorum verè impii hæretici Caroli Molinæi sancivit Clemens VIII. *in ejus Const.* 89. sublata eadem facultate, tam Sac. Congreg. Indicis, quàm Sanctissimæ Inquisitionis, & quidem etiam sub prætextu, seu motivo illos corrigendi, & expurgandi, illa adducta ratione *num.* 4. quòd non aliter, quàm igne expurgari possint.

55 Ad cognoscendum autem Defensores Hæreticorum mediantibus Libris, & scriptis, opere pretium est videre, quænam propositiones dicantur hæreticæ, & Catholicis principiis adversantes. Sicuti enim varii sunt gradus propositionum Catholicarum, quos latè explicat, *Melchior. Can. de Loc. Theolog. lib. 12. cap. 7. & Bordon. in Man. S. Offic. Sect. 1. num. 27. & seqq.* ubi, quòd prima propositio Catholica dicitur de Fide. Secunda Theologica. Tertia Sapiens Fidem. Et quarta Pia. Asserens, quòd Propositio de Fide est illa, quæ in propiis terminis vel æquivalentibus secundùm essentiam est à Deo immediatè revelata Ecclesiæ. Propositio Theologica est illa, quæ revelata deducitur ex revelata, & non revelata, *Cordub. lib. 1. quæst. 17. §. 2. vers. 2. modo, & Francisc. Psitignan. in 3. dist. 25. quæst. 2. art. 5. vers.* 2. Propositio Sapiens Fidem est illa, quæ non est revelata, neque deducta, sed recepta communiter ab Ecclesia, puta, quòd Beatissima Virgo recepta sit in Cœlo cum corpore. Propositio demum Pia est illa, quæ non revelata, non deducta, neque recepta communiter, fovet tamen Religionem, Fidem, Charitatem, devotionem &c. Suos habent gradus certitudinis hæ quatuor species propositionum. Prima enim infallibilem habet certitudinem. Secunda certitudinem naturalem ex consequentia Logica. Tertia moralem habet certitudinem ex communi sensu Ecclesiæ. Et quarta demum ex pietate erga proximum. Indeque primus gradus constituitur ex revelatis, secundus ex deductis; tertius ex solemnizatis, & quartus ex piis operibus; Ita mul-

multiplices sunt species propositionum à Fide aberrantium, ut observant *Fagn. in cap. Damnamus, num.52. de Sum. Trin. & Fid. Cathol. Cosp. nel Giudic. Crim. par. 2. cap.5. Ricciull. de Jur. Perf. lib.5. cap.8. per tot.*

56 I. Vocatur, *propositio Hæretica*, & est illa, quæ in aliquo adversatur Catholicæ fidei, *Brugiott. Instit. Crim. lib. 2. tit. 2. num.8.* idest propositionibus contentis in veteri, & novo testamento, Conciliis, & Summorum Pontificum Constitutionibus, *Turrecr. in Sum. de Eccles. lib.4. cap.11. Mengh. in Arsen. Sacr. fol.5. & 6. à terg.* Quod verum est, sive proferatur ab Hæretico, sive à non Hæretico: Potest enim propositio aliqua esse hæretica, & Author Catholicus, quod tunc contingit quando abest pertinacia, *Alphons. de Castr. de Just. Hæres. punit. lib.1. cap.1.*

57 II. Est, *propositio sapiens hæresim*, & est illa, quæ prima consideratione habet sensum hæreticum, piè tamen intellecta, potest habere sensum catholicum. Ex. gr. Si quis dicat, Bibliam esse falsam, hoc enim simpliciter intellectum, hæresim continet, si autem intelligatur de Biblia alicujus particularis Impressoris, vel depravata, propositio, quæ erat hæresi proxima, efficitur catholica, ita *Simanc. in Enchyr. tit.24. num.4. & Guarner. de Eccles. milit. fol.374. num.3.* ubi alias refert similes propositiones, nempè, *Pater est major Filio; Christus est Creatura, Philosophi Gentiles in sola lege naturæ salvari potuerunt.*

58 III. Est, *propositio* vocatur *erronea*, & est illa, quæ minus continet quàm propositio hæretica, cùm sit contra veritatem, vel ab Ecclesia non definitam, licèt manifestam, vel à proferente ignoratam, *Albert. de Hæretic. quæst.6. num.8. Brugiot. Instit. Crim. lib.2. tit. 2. nu.7.*

59 IV. Est, *propositio temeraria*, & est illa, per quam asseritur aliquid tanquam certum, quod non potest efficaciter probari ratione, vel authoritate, Veluti si quis assereret, quòd Mundus intra decem annos finietur, *Turrec. in Sum. de Eccles. lib.4. cap. 11. Brugiott. Instit. Crim. lib.2. tit.2. n.6. & Guarn. de Eccles. milit. fol.374. num.4.*

60 V. Est, *propositio schismatica, seu seditiosa*, & est illa, quæ inducit divisionem in Ecclesia, veluti si quis asserat, posse eodem tempore dari duos Pontifices legitimè electos, *Guarner. de Eccles. milit. lib.3. cap.1. §. 2. nu.6.* ubi alia quoque affert exempla hujus schismaticæ, & seditiosæ propositionis.

61 VI. Est, *propositio scandalosa, seu malè sonans, vel piarum aurium offensiva*, & est illa, quæ legentibus ruinæ, sive peccati causam, vel facilitatem ad peccandum afferre potest, etiam si errorem in fide non contineat, Veluti si quis dinumeraret commoda ex venereis complexibus quoad sanitatem resultantia, juxta animadversa per *Tiraquell. ad leg. Connub. leg. 15. num.95. & seqq.* Illa enim, sive vera sint, sive falsa, cùm homines alliciant ad peccandum, meritò scandalosam propositionem continere dicuntur *Jansen. in concord. Evang. cap.71.* cum aliis exemplis relatis à *Guarn. de Eccles. lib.3. par.3. cap. 1. §. 2. num.7.* An autem peccet Medicus sub conditione consulens coitum Ægroto, puta, dicendo, Si esses uxoratus, coitus usus tibi sanitatem redderet, affirmat *Zacch. quæs. Medicoleg. lib. 6. tit. 1. quæst. 5. num.4.* ea ratione, quia quantùm ex parte sui Medicus consilium per dd. verba dare videtur, vel saltem dat occasionem peccandi, mediante sanitatis recuperatione, & voluptate propositi remedii; Quod limita in coitu licito cum eodem, *Zacch. ubi sup. num.7.* nam hoc casu Medicus dat consilium circa rem laudabilem, & honestam, bonis matrimonii adjunctam.

62 VII. Est, *propositio injuriosa*, & est illa, quæ detrahit Fidelium, vel Religiosorum statui, vel personæ insigni, juxta casus relatos à *Guarn. de Eccles. milit. fol.375. n.9.*

63 VIII. Est, *propositio impia*, & est illa, quæ tendit contra pietatem, ut si quis assereret, *Mortuos non esse sepelliendos, Eleemosynas non faciendas &c.* Quod enim contra pietatem est, non potest nisi impium judicari.

64 Demum IX. *Propositio* dicitur *blasphema*, & est illa, per quam Deo, & Sanctis ejus irrogatur injuria, quod tripliciter contingere potest, vel cùm tribuitur illi quod ei non convenit, vel cùm removetur ab eo quod illi convenit, vel cùm tribuitur creaturæ quod proprium est Dei. I. Casu offenditur Dei misericordia. II. Justitia. III. Majestas, *Albert. de Hæretic. citata q.6. n. 13. & 14.*

65 Adverte hìc, quòd licèt omnes hæ propositiones sint inter se distinctæ, nihilominus possunt simul, & semel concurrere, adeout una, eademque propositio diversas habeat qualitates, secundùm quas diversas appellationes sortiatur, id observantibus *Simanc. in Instit. Catholic. tit.54. num.19. & Guarn. de Eccles. milit. fol. 375. nu. 12.* ubi quòd hæc propositio, *Religiosi viventes in Religionibus privatis non sunt de Religione Christiana*, est hæretica, scandalosa, temeraria, & injuriosa.

66 Omnes igitur, vel aliquæ ex his, & similibus propositionibus solent dare causam prohibitioni Librorum, etiamsi hi à Catholicis Authoribus compositi sint, solet tamen doctis, & expertis in materiis, de quibus tractant, concedi licentia legendi duratura per triennium; quo transacto illa confirmari solet eisdem prorsus verbis, quibus concessa fuit, ut experientia notum est, & observant *Bordon. in Man. S. Offic. Sect. 50. quæst. 6. num. 30.* Sequenti verò *quæst. 7. à num. 31. usque ad 34.* benè probat, habentem licentiam generalem posse legere etiam libros prohibitos post ejusdem concessionem, & adducit illam rationem, quòd participium illud, *prohibitos*, quod apponi solet in licentia non refertur ad concessionis tempus, sed transit in naturam nominis substantivi. Idemque comprobat ducta paritate Confessarii, cui concessa sit facultas absolvendi à casibus reservatis, potest enim absolvere etiam ab illis peccatis, quæ commissa fuerunt post facultatem sibi concessam. Ego verò adderem aliam considerationem, deductam ex Facto posterioris confirmationis earumdem licentiarum, in quibus non solent excipi libri posteà prohibiti, signum evidens, quòd permissio illos legendi continebatur in generali licentia antea indefinitè concessa.

67 Sciendum nunc, quòd crimen hæresis ob sui gravitatem habeat quædam specialia, quorum I. Est, quòd quamvis Papa, cujuslibet forsan criminis reus, à nemine possit judicari, ut inter Catholicos de Fide est; ob crimen tamen hæresis condemnari potest, *Can. Si Papa, dist. 40.* cum aliis apud *Bonac. tom. 3. disp. 1. q. 2. punct. 1. in fin.*

68 II. Quòd licèt perjuri à ferendo testimonio sint repellendi, quia, ut ait *Cicero, C. Rub. posthum. Qui semel perjuravit, ei credi postea, etiamsi per plures Deos juret, non convenit* — citatus à *Gonzal. in cap. Testimonium, num. 4. de Testib. & à Rota in dec. 24. num. 13. cor. R. P. D. Ansald.* Hoc tamen non procedit in crimine hæresis, in qua si quis examinatus, vel circa se, vel circa alium pejeraverit, si deinde velit veritatem fateri, admittitur, & hoc in favorem Fidei, *cap. Accusatus, §. Licèt verò, de Hæretic. in 6.*

69 III. Quòd licèt regula Juris sit, quòd mors omnia solvit, & quòd delictum morte delinquentium una cum pœna extinguatur, de qua in *leg. Defuncto, ff. de Public. Judic.* Et integrum edidit tractatum *Sebastian. Medic.* cui titulus, *Mors omnia solvit, & Palm. inter resp. crim. Prat. resp. 48. num. 1.* ubi quod Tyrones, qui medullitus non introspiciunt Jura, & rationes facillimè ex generalibus regulis ad errata prolabuntur, dum omnia illis plana videntur, & petunt instanter quæ deneganda veniunt; In crimine nihilominùs hæresis etiam post mortem procedi contra Reum potest, ejusque memoria damnari, *cit. cap. Accusatus, §. In eo verò, de Hæret. in 6.*

70 IV. Quòd casu quo hæreticus non reperiatur in fortiis Curiæ, tunc exequutio proportionabilium pœnarum practicatur in ejus statua, seu effigie, *Card. de Albic. de Inconst. in Fid. par. 1. cap. 12. num. 30. & seqq.* ubi *numer. 35.* quod ita practicatum fuit cum *Francisco Josepho Burrio* in contumaciam condemnato, qui tamen postea carceribus mancipatus, abjuravit de formali, & damnatus fuit ad perpetuos carceres, in quibus ultimo loco obiit.

71 V. Quòd ob Patris delictum filii etiam hæreticorum, & Fautorum puniuntur, licèt pœna mitiori. Inter quas non infimum occupat locum illa, quòd priventur omnibus bonis Parentum, quamvis ipsi Catholici sint; *Farin. cons. crimin. 140. lib. 2. & Cobell. ad Bull. Bon. Regim. cap. 31. num. 46. & seqq.* ubi quòd Reipublicæ interest, ut filii hæreticorum perpetua ægestate laborent. Sunt tamen capaces succedendi, tam ex testamento, quàm ab intestato aliis consanguineis catholicis. Hoc autem verum intellige de filiis hæreticorum impœnitentium, non verò de illis, qui hæresim abjurarunt, *cap. Statutum, §. Hoc sanè, de Hæretic. in 6.* Privantur pariter hæreticorum impœnitentium filii beneficiis Ecclesiasticis, & inhabiles sunt ad publica officia obtinenda, *cap. Quorum, de Hæretic. in 6.* Quod non extenditur ad nepotes ex filia, *cap. 2. §. Hæretici, de Hæretic. in 6.* Imo si Mater fuerit hæretica, in hanc inhabilitatem, & pœnam incurrent solùm ejus filii, non autem nepotes ex illis, *Gloss. in c. Statutum fœlicis, verb. Inane, de Hæretic. in 6.*

72 An autem hæc procedant in beneficiis, & officiis obtentis ante Patris condemnationem, affirmant *Joannes Andreas, Gigas, & alii*, quos refert *Ricciull. de Jur. Person. lib. 5. cap.*

3. *cap.29. num. 4.* Negat verò *Abb. in cap. Vergentis*, *de Heretic.* Cùmque tempore fa. me. Clement. VIII. quæstio hæc ad Sedem Apostolicam delata fuisset, idem æquè Summus, ac doctus Pontifex auditis sententiis Cardinalium, approbavit hanc partem negativam, ut testatur *Ricciullus* ubi suprà, & recognosci potest ex, *decis.87.& 90. impressis post 2. volum. Consil. Farin.*

73 VI. Demum, quòd ab obligatione denunciandi hæreticos, vel de hæresi etiam leviter suspectos, non excuset necessitas correctionis fraternæ, vel quilibet alius prætextus, juxta *Constit. 96. Alexand. VII. in Bull. nov. to.6.* ubi qualificantur tanquam erroneæ opiniones Doctorum, requirentium ante denunciationem dictam correctionem fraternam, & sequitur *Passerin. in cap. Ut inquisitioni num. 121. de Heretic. in 6. & Rayn. tom.1. cap.1. §. 1. num. 50.*

74 Adverte hic, quòd in Italia, atque Insulis adjacentibus permissum non est hæreticis habitare, ex *Constit. Gregor. XV. & Urbani VIII.* de quibus *Nicol. in Floscul. verb. Heresis, num.10.* & latè *Bordon. in Man. S. Offic. sect.51. per tot. Card. de Albic. de Inconst. in Fide, part.1. cap.27. num.46. & seqq.* ubi quòd præscindendo etiam à dictis Bullis, nec ex causa mercimonii, vel alio prætextu id possunt permittere Principes Sæculares, quia dicta prohibitio promanat à Jure Divino, ut ibidem clarè ostendit à *num.48.* referendo præcisa verba sacræ Scripturæ; Tolerantur autem alicubi ad tempus, si absque scandalo moram faciant, quia multi ad cor redeunt, & Catholicam Religionem amplectuntur; manibusque palpant, esse meras nugas, mendacia, & deliramenta, quæ de Summo Pontifice, S.R.E. Cardinalibus, & Prælatis in eorum Regionibus divulgantur, ut observat idem *Card. de Albic. de Inconst. in Fide par.1. cap.27. num.44.*

75 Adverte 2. prorsùs vanas esse, & futiles hæreticorum cavillationes circa miracula à Divina Providentia usquè adhuc patrata & quę in dies videmus in confirmationem nostræ Catholicæ Fidei, dum illa, quæ negari non possunt, ex quo omnium oculis exposita sunt, referunt naturali sympathiæ, ut circa Sanguinem S. Joannis Baptistæ, & S. Januarii, qui liquefit; quando legitur Evangelium Decollationis primi, & in conspectu Capitis secundi, exemplificat *P. Segn. nell'Incredul. senza scusa, p.1. cap.8. nu.10.* & circa alia integrum edidit tractatum *Sylvester Petrasancta*. Ultra innumeras siquidem solidas rationes, & animadversiones, quæ videri possunt apud eosdem, & alios Authores, de Miraculis tractantes, hoc admiratione dignissimum videtur, quòd in Regionibus dumtaxat Catholicis similes sympathiæ passim inveniantur, & inter Infideles, & Hæreticos nullæ reperiantur; Ultra quòd circa hos mirabiles effectus, qui contingere solent semel in anno, & ut plurimùm recurrente festivitate alicujus Sancti, id pariter est considerationе dignum, quòd eveniunt etiam post correctionem Gregorianam, & sic ante decem dies, quot anno 1582. sublati fuerunt ab anno Solari; Ne igitur dicamus sympathias dependere ab extrinsecis circumstantiis, fatendum est mirabilia hæc adeò clara esse, ut nisi quis velit cum recta ratione insanire, illa cum fundamento nullatenus possit negare, ut egregiè ratiocinantur *Cardin. Baron. in notis ad Martyrolog. sub die 3. Augusti Thom. Boz. de Sign. Eccles. Dei, lib.15. cap.10. tom.2. & Ridolphus à S. Hieronym. in Vita Sancti Pantaleonis, fol. mihi 51.*

76 Et de Sanguine Domini Nostri Jesu Christi unito cum Terra, quem S. Maria Magdalena collegit propè Crucem, quive conservatur in ejus Capella posita in loco S. Maximi in Provincia, quòd in die Veneris Sancti, & præcise prope meridiem, visibiliter separetur à dicta Terra, & deinde uniatur cum illa, refert *Jo. Maria Rabitti* in libro, cui titulus *Istoria del Sepolcro, e Reliquie della Santa Penitente Maria Maddalena*, Mediolani impress. anno 1706. circa finem Libri.

77 Alia similia exempla usque ad Septem refert *Monacell. in formul. tom. 2. fol.8. num.31.* Vide etiam *Fagn. in Cap. Cùm ad Monasterium, nu.22. de Stat. Monach.*

TITULUS VII.

De Crimine Schismatis.

1 Schisma, nomen Græcum, divisionem significans, *Can. Schisma 24. quæst. 1. Ricciull. de Jur. person. lib. 9. cap.1. & Zuff. Instit. Crim. lib.2. tit. 21. lit. L.* multipliciter contingere potest, & accipi, tam in bonam, quàm in malam partem. In bonam, *Joan. 9. 16. Schisma erat inter eos.* In malam verò, *Apostol. 1. ad Corinth. cap.1. 10. Et non sint in vobis Schismata*, Simpliciter autem prolatum in malam partem usurpatur, sicque acceptum definitur, *Subtractio ab obedientia capitis Ecclesiæ, formaliter sumpti, vel ab unione universalis Ecclesiæ.*

2 Ad intellectum hujus definitionis præmittendum est cum *D. Thoma 2.2. quæst. 39. art. 1.* quòd Ecclesia militans est mysticum quoddam corpus, cujus membra sunt Fideles, caput verò fuit Christus, dum versatus fuit in hoc Mundo, post Christum verò fuerunt, & sunt Summi pro tempore Pontifices Romani, utpote Christi Vicarii, ex potestate illa, quæ Divo Petro attributa fuit, *Joan. 21. 17.* In hoc mystico corpore duplex considerari potest unitas, una, quæ consistit in connexione membrorum ad invicem, ratione cujus omnes Christifideles se habent, ut partes hujus mystici, & Ecclesiastici corporis, Altera, quæ consistit in ordine omnium dictorum membrorum ad unum caput, quod in Cœlis est Christus Dominus, in Terris autem Summus Pontifex ejus Vicarius.

3 Hoc præmisso explicando singulas particulas præfatæ definitionis, Dicitur primò, *Subtractio*, quæ stat loco generis, per quod Schisma convenit cum hæresi, quæ & ipsa subtractio est ab unitate Fidei Catholicæ.

4 Dicitur II. *Ab obedientia capitis Ecclesiæ*, hoc est Romani Pontificis, unde constat, Schisma esse errorem voluntatis, non intellectus, ut hæresis. Per illum siquidem distinguitur Schismaticus, per contemptum nempe, contumaciam, & inobedientiam, quæ actus sunt voluntatis.

5 Dicitur III. *formaliter sumpti*, nam si quis Pontifici resisterer, non quatenus est caput Ecclesiæ, sed ob alias rationes, & respectus, puta propter inimicitias, vel ex alia inordinata animi passione, seu fine, non est Schismaticus, cùm in istis casibus non subtrahat se ab obedientia Summi Pontificis in spiritualibus, & tamquam à capite Ecclesiæ, sed in temporalibus, & tamquam à quodam Rege sæculari, seu politico Principe, *Sanchez ad Præcept. Decal. lib. 2. c. 36. sub num. 3. Ricciull. de Jur. Person. lib. 9. cap. 1. num. 11. & seqq. Maced. de Clavib. Petr. q.3. art.3. & Card. de Albic. de Inconst. in Fid. lib. 1. c. 10. n. 6. & seqq.*

6 Pro cujus faciliori intelligentia advertendum est hìc cum *Cardinali de Luca, in Relat. Roman. Cur. forens. disc. 1. n. 7.* Papam quadruplicem personam repræsentare. Unam scilicet Christi Vicarii Generalis, & Episcopi Ecclesiæ Universalis, seu Catholicæ; Alteram Patriarchæ Occidentis; Tertiam Episcopi particularis Romanæ Civitatis, quæ particularem Diœcesim restrictam habet intra ambitum quadraginta milliariorum, sub qua consideratione deputat pro suo Vicario unum ex Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, & anteactis sæculis constituebat Prælatum; *idem Card. de Luc. de Jurisd. disc. 34. num. 10. & Rot. dec. 62. §. Neque, apud Bonden. collect. legal.* Et quartam demum Principis temporalis Urbis, aliarumque Civitatum sibi subditarum in Italia, & extra illam. Quando igitur dicitur in præfata definitione, *Capitis Ecclesiæ formaliter sumpti*, id verum est de Pontifice considerato tamquam Christi Vicario, & Ecclesiæ Universalis Episcopo, non autem secundùm dictos alios tres respectus.

7 In prima significatione accepto solet dici, Papæ Diœcesim esse totum Orbem, ut advertit *Corrad. in Prax. Dispens. lib.2. cap.7. num.38.* ubi *num.41.* quòd Urbs Romæ in medio Mundi posita sit, quod priùs observaverat *Mandos. ad Regul. Cancell. reg. 16. quæst. 41. num.7.* In hoc pariter sensu dicitur Pater Patrum; supremus Sacerdos, & omnium Pastor, *Gloss. in Proem. Clemen. verb. Papa, in fin. Fagnan. in cap. Præterea, num. 29. ne Prælat. vic. suas*, atque à *Divo Bernard. de Consider. ad Eugen. lib. 3. cap. 9.* vocatur [Sacerdos magnus, Summus Pontifex, Princeps Episcoporum, hæres Apostolorum, Primatu Abel, Gubernatu Noe, Patriarchatu Abraham, Ordine Melchisedech, Dignitate Aaron, Authoritate Moyses, Judicatu Samuel, Potestate Petrus, Unctione Christus, cui claves traditæ, cui oves creditæ sunt, addendo, sunt & alii quidem Janitores, & Gregum Pastores, sed tu tanto gloriosiùs, quanto & differentiùs utrumque præ illis nomen hæreditasti. Habent illi assignatos sibi Greges, singuli singulos, tibi universos credidit uni unus, non modò ovium, sed & Pastorum tu unus omnium Pastor.]

8 Appellatur verò Pontifex quasi pontem faciens, eo quòd pontem, idest viam aliis præbere debet verbo, & exemplo, unde homines transeant ad Patriam Cœlestem, juxta animadversionem *Albini Claci Alcuini, de Divin. Offic. c. 36. in fine.*

9 Dicitur ultimò, *vel à communione universalis Ecclesiæ*, ut

ut ostendatur alia Scismatis species, quæ contingit cùm Cristifidelis communicare recusat cum cæteris Fidelibus. Unde constat, duas esse Schismatis species, unamque in hoc consistere, quòd quis velit esse membrum, sed corporis acephali, ut Græci vocant, hoc est sine capite, cùm se subtrahat ab ejus obedientia, ex animadversis per *Card. de Albic. de Inconst. in Fide*, *par. 1. cap. 10. num. 18.* Alteram verò consistere in eo, quòd caput habere velit, sed membrum esse nolit, unitatem, & compaginem Ecclesiastici corporis scindendo, quorum utrumque absurdum est, *Can. Schisma 24. quæst. 1.* & observant, *D. Thom. 2. 2. quæst. 39. art. 1. in corpore*, *& Ugol. de Censur. vers. Nec non Schismaticos, num. 1. & seqq.* ubi *num. 9.* observat de utraque Schismatis specie Bullam Cœnæ Domini intelligendam esse, & *Ricciull. lib. 9. c. 10.*

10 Schismaticorum plures assignati solent divisiones: verùm illis relictis, referemus eam, quæ magis facit ad nostrum propositum. Alii igitur dicuntur Schismatici simpliciter tales, alii verò Schismatici, & hæretici simul.

11 Schismatici simpliciter tales sunt illi, qui subtrahunt se ab obedientia Romani Pontificis, vel à communione Catholicæ Ecclesiæ, sed nihil afferunt oppositum Catholicis dogmatibus.

12 Schismatici verò, & hæretici simul sunt, qui non modò discedunt ab obedientia Romani Pontificis, vel à communione universalis Ecclesiæ, sed insuper credunt aliquod falsum dogma, oppositum dogmati Catholico, puta si crederent, quòd Ecclesia multiplex esse possit, & multiplex ejus caput, quorum utrumque hæreticum est, & constat ex eo, quod Christus Dominus ad Petrum dixit, *Matth. 16. 18. Ego dico tibi, quia tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam. Ego dico tibi*, Ecce, quòd Christus loquitur uni personæ, Licèt enim omnibus Apostolis post resurrectionem parem potestatem tribuerit, dicens, *Joan. 6. 58. Sicut misit me Pater, & ego mitto Vos &c. Accipite Spiritum Sanctum &c. Joan. 20. 22.* Tamen, ut unitatem manifestaret, unitatis ejusdem originem ab uno incipientem, authoritate sua disposuit. Dixit pariter, *ædificabo Ecclesiam meam*, quæ est singularis casus, & non nisi ad unam referri potest, utramque doctrinam his ferè verbis ostendit *Cyprianus Papa* relatus in *Can. Loquitur 24. q. 1.*

13 Quàm grave sit hoc delictum patet ex gravitate pœnæ, qua Core, Datham, & Abiron Dei judicio fuerunt absumpti, siquidem ultroneo Terræ hiatu vivi sepulti, & eorum Schismati socio cœlesti igne consumpti, ut sacræ testantur Litteræ, *Num. 16.* & observant *Ricciull. de Jur. Person. lib. 9. cap. 1. num. 17. & Amen. de Delict. & Pæn. tit. 2. §. 5. num. 9.* Præterquam quòd digna consideratione in hac parte videtur sententia Bonifacii VIII. adversus Jacobum, & Petrum Cardinales Schismaticos, registrata in *capit. unico de Schismatic. in 6.* Licèt illius dispositio, confiscationibus exceptis, moderata postmodùm fuerit per *Benedict. XI. in Extravag. Dudum, seu unica de Schism. inter Extravag.*

14 Quoad pœnas Schismaticorum subdistinguendum est, Aut enim agitur de hæreticis, & Schismaticis simul, quales esse Schismaticos nostri temporis advertunt *Sanctarell. de Hæreticis cap. 43. dub. 1. num. 7. & Card. de Albic. de Inconst. in Fid. lib. 1. cap. 10. num. 19. & 20.* & contra istos omnes illæ repetendæ sunt pœnæ, quas suprà contra hæreticos decretas esse dicimus.

15 Aut agitur de Schismaticis simpliciter, & contra istos plures pariter statutæ reperiuntur pœnæ, quarum

16 I. Est excommunicatio, de qua in *cap. 2. de Schism.* Et legitur in Bulla Cœnæ Domini, quæ ut observat *D. Thom. 2. 2. quæst. 39. art. 4. per tot.* conveniens est pœna Schismaticorum, ut scilicet temporali potestate Ecclesiæ coerceantur, dum Capiti ejusdem subdi recusant, & ejusdem Spirituali potestati obedire detrectant. An autem hujusmodi excommunicatio ipso Jure incurratur à Schismaticis, omisso Jure antiquo, & attenta Bulla Cœnæ Domini, affirmativè respondet, & probat *Card. de Albic. de Inconst. in Fid. lib. 1. cap. 10. num. 33. & seqq.*

17 II. Privatio beneficiorum, & inhabilitas ad alia obtinenda, *Cap. 1. de Hæret. in 6. Garz. de Benef. par. 1. cap. 10. nu. 161. Del Bene, de Offic. Inqu. part. 2. dub. 235. sect. 4. num. 1. & Card. de Albic. de Inconst. in Fide, par. 1. cap. 10. num. 39. & 40.* ubi quòd hæc pœna locum habet etiam peracta pœnitentia; Præsertim si agatur de Episcopatu, quem nequeunt Schismatici obtinere, etiam si ad unitatem Ecclesiæ, & obedientiam Pontificis revertantur, *cap. Quia intelligentia, de Elect.*

18 III. Depositio, *cap. 1. de Schism. in 6.* loquens de Cardinalibus Schismaticis, qui propter Schisma fuerunt privati Cardinalatu, de quibus pariter, & etiam de Episcopis, & Dominis temporalibus Schismaticis, *Amen. de Delict. & Pæn. tit. 2. §. 5. num. 12. & seqq.* ubi quòd habet locum etiam quoad eorum Fautores. Quinimo Imperatores, Reges, aliique Sæculares Principes deponi debent si fuerint Schismatici, prout multos depositos fuisse observat *Decian. lib. 5. c. 64. n. 31. & 32. & c. 67. n. 2. & seqq.*

19 IV. Exilii; expelluntur enim de Civitatibus, *Diaz. in prax. verb. Schisma, cap. 115. n. 1.*

20 V. Nullitas ordinationis, collationis beneficiorum, aliorumque actuum Jurisdictionalium per Schismaticos gestorum, *Can. Novatianus 7. quæst. 1. & cap. 1. de Schism. D. Thom. 2. 2. quæst. 39. art. 3.* ubi referendo dictum Textum, & distinguendo potestatem ordinis à potestate Jurisdictionis, latè explicat qualiter, & quando Schismaticus illas amittat, *Fagnan. in cap. Quod à Prædecessore, n. 2. & seqq. de Schism. & Card. de Albic. de Inconst. in Fid. lib. 1. c. 10. num. 26.*

21 VI. Est confiscatio bonorum, *cap. 1. de Schism. in 6.* cum aliis Juribus adductis à *Card. de Alb. de Inconst. in Fid. par. 1. cap. 10. num. 41.* quæ locum habet etiam contra filios Schismaticorum, eorumque posteros per masculinam, & fœmininam lineam descendentes, qui ulteriùs usque ad quartam generationem indigni reputantur ad honores, officia, & beneficia, *Cap. 1. §. Contra natas, de Hæretic. in 6. & Farinac. quæst. 191. §. 1.* Imo habent etiam locum contra præstantes consilium, vel favorem Schismaticis, *cap. unico, §. Omnem, de Schism. in 6.*

22 VII. Demum est ultimum supplicium, *Can. De Liguribus 24. quæst. 5. & Can. Non vos, 23. quæst. 5.* cum aliis apud *Farin. quæst. 184. num. 51. & 52. & Card. de Albic. de Inconst. in Fid. p. 1. c. 10. num. 42.*

23 Verùm, quia non omnes istas pœnas semper de facto sustinent Schismatici, sed aliquando plus, aliquando minùs juxta facti, & casuum contingentiam, ideo rem ad praxim reducendo repetenda sunt hìc ea omnia, quæ suprà diximus de hæreticis defunctis viventibus, lapsis, relapsis, spontè, vel non spontè se præsentantibus, & pœnitentibus vel pertinacibus, & obstinatis.

24 An autem commercia Civilia continuare possint Catholici cum Schismaticis, Sacra Congregatio de Propaganda Fide de anno 1626. referente *Nicol. in Flosculi verb. Schis. in fine*, respondit, quòd si hujusmodi commercia Civilia sine scandalo tolli nequeant, permittendum, quòd Catholici cum Schismaticis communicent.

25 Si demum quæras hìc cum *Ricciull. de Jur. Person. lib. 9. cap. 5.* an Summus Pontifex pro Schismate in Catholica Ecclesia sedando cogi possit renunciare Papatui, Respondeo tres casus distinguendo.

26 I. Quando quæstio est de Papa electo tempore Schismatis quive ante electionem juramentum præstiterit de renunciando Papatui, si alter, qui pro Pontifice se gerebat, decederet, ut practicasse Innocentium VII. & Gregorium XII. refert *Card. de Luc. in Relat. Rom. Cur. for. disc. 2. num. 31.* & in hoc casu dicendum est, quòd taliter electus cogi possit ad renunciandum Papatui, quia juramentum in his circumstantiis præstitum nititur rationi naturali, respicitque bonum publicum, & directionem Ecclesiæ universalis, cui quilibet tenetur occurrere, *Can. Memor sum. 24. qu. 3.*

27 II. Quando, discordantibus Electoribus, duo electi sunt Pontifices, nullo præstito juramento de renunciando, sed certò non constat, quis eorum verè, & legitimè electus sit, & in hoc pariter casu locus esse potest coactioni ad cedendum Papatui, cùm enim dubium sit, quisnam ex illis verus sit Pontifex, perinde est ac si nemo esset electus, *Cap. Ex literis, de Sponsal. Puteor. in Bull. Cœn. c. 1. num. 243. & Card. de Albic. de Inconst. in Fid. lib. 1. cap. 10. num. 10.* Non secus, ac quando, ex pluribus hostiis ignoratur quæ sit consecrata, quo casu ratione incertitudinis nulla censetur consecrata, *Riccard. in 4. Sent. dist. 10. quæst. 2. art. 7.*

28 III. Denique quando agitur de vero, & indubitato Pontifice, & tunc nullo modo cogi poterit ad renunciandum Papatui, ut reprobato *Abbate*, & respondendo rationibus per ipsum adductis Federico III. Imperatori, benè probat *Ricciull. de Jur. Person. lib. 9. cap. 5. à num. 5. usque ad finem.* Nemo enim cogi potest ad renunciandum Juri suo, quando in Ecclesia Dei ex tali renunciatione, scandala sequi possunt, *Cap. Nisi cùm pridem, §. Pro gravi, de Renunciat.* Multa autem oriri possent ex affirmativa opinione scandala, & incommoda in Ecclesia Dei enumerata à *Ricciull.* ubi

ubi supra, *num.* 11. & proinde omninò tenendum est in hoc tertio casu Pontificis certi, & indubitati, nullatenus esse posse locum coactioni ad renunciandum Papatui.

TITULUS VIII.

De Crimine Apostasiæ.

1 Apostasia verbum Græcum est, idem significans ac defectionem, seu desertationem, ut observat *Fag. in c. Consultationi*, *num* 20. *de Apostat.* Unde Apostata appellari solet desertor, & transfuga, *DD. in leg. Desertorem, ff. de Re militar.*

2 Apostasia igitur in genere sumpta definitur per *Ricciull. de Jur. Person. lib.*6.*cap.*1.*num.*2. quem sequitur *Brugiot. Instit. Crim. lib.* 2. *tit.* 4. *in princip. ut sit temerarius à statu Fidei, Ordinis, Religionis, aut Obedientiæ recessus*, seu juxta *D. Thom.* 2.2. *quæst.*12.*art.*1. *& 2. est defectio à Deo facta per illum, qui Christifidelis existit, Sous. in Aphor. l.*1.*c.*8.*num.*4.*& Cortiad. dec.*67.*num.*19.

3 Dicitur *Defectio* loco generis, omnis enim Apostasia defectio est, sed non quælibet defectio est Apostasia.

4 Dicitur à *Deo* loco differentiæ, atque ut distinguatur à defectione illa, quæ non Apostasia, sed Rebellio appellatur, de qua infrà in *Lib.* 2. *tit.*1. *num.*21. *& pluribus seqq.*

5 Dicitur *facta per illum, qui est Christifidelis*, quia cùm defectio sit privatio, & hæc præsupponat habitum, *Leg. Nec utilem, ff. Ex quibus caus. major.* non potest à Deo apostatare, & deficere, qui ad illum per Baptismum nunquam accessit, *D.Thom.* 2.2.*quæst.*12.*art.*2.

6 Quia verò tribus modis cum Deo conjungimur, per fidem scilicet, per voluntatem promptam ad obediendum ejus præceptis, & per alia præcepta pertinentia ad bonum supererogationis, ideo tribus etiam modis à Deo sejungimur. I. Dimittendo Fidem II. Prævaricando ab ejus lege, & præceptis, & III. Recedendo ab Ordine, Religione, atque Instituto vivendi, ex quo etiam triplex est Apostasiæ species juxta *Gloss. in cap.*1. *de Apostat.* ubi Canonistæ communiter. I. Vocatur Apostasia perfidiæ; II. Apostasia inobedientiæ; & III. Apostasia Irregularitatis. *Amen. de Delict. & Pœn. tit.*2. *§.*1. *num.*1.

7 *Apostasia perfidiæ* est totalis defectio à fide Christi, *Far. quæst.*183. *§.*2.*num.*13.

8 Dicitur *totalis*, nam discessus à tota Christiana Religione Apostasiam perfidiæ propriè constituit, & distinguitur ab hæresi, quia licèt hæc à fide quoque defectio sit, non est tamen defectio in totum, sed pro parte tantùm, hoc est in aliquibus articulis fidei, ut observat *Ugolin. de Censur. part.* 2. *vers. Et à Christiana Fide num.*4. *& Amen. de Delict. & Pœn. tit.*1. *§.*1. *nu.*3. ubi quòd proinde omnis Apostata est hæreticus, sed non omnis hæreticus est Apostata.

9 Multipliciter committitur Apostasia perfidiæ. I. Si Christifidelis efficiatur Judæus, *cap. Contra Christianos, de Hæretic. in* 6. *& Can. final. de Pœn. dist.*7. II. Si efficiatur Turca, Saracenus, vel ad similem Sectam idolatricam se transferat, *ut in citatis juribus*. III. Si quis se tradat, devoveatque Dæmonibus, eisque sacrificet, ut faciunt Negromantes, *Decian. lib.*5. *c.*22. *num.*3. & IV. Si Judæus factus Christianus ad Judaismum revertatur, *Can. Non potest* 2. *quæst.*7. *& Farinac. quæst.* 178. *§.*6. *num.*136.

10 *Apostasia inobedientiæ* in genere sumpta definitur, *Transgressio præcepti, cui quis obedire tenetur, facta per contemptum, & superbiam, Can. Alieni erroris* 2.*q.*7. *& cap. Significasti, de Elect.* cum aliis apud *Amen. de Delict. & Pœn. tit.*2. *§.*1.*num.*5.&6.

11 Quia verò tribus obedire tenemur, scilicet præceptis Divinæ legis, sacris Ecclesiæ Canonibus, & Prælati, atque Superioris mandatis, ideo Apostasia Inobedientiæ tripliciter dividitur.

12 I. Est illa, per quam Divinorum præceptorum prævaricatores sumus, juxta illud *Psal.* 118. *vers.* 118. *& 119. Sprevisti omnes discedentes à Judiciis tuis; Prævaricantes reputavi omnes peccatores*, & observat *D. Th.* 2. 2. *qu.* 12. *art.*1. Atque hæc Apostasia includitur in omni peccato mortali, & præsertim in illo Superbiæ, per quod homo non vult Deo se subjicere, & obedire, juxta illud *Ecclesiast.* 10. 14. *Initium Superbiæ hominis apostatare à Deo.*

13 II. Est, per quam quis est transgressor Canonum Ecclesiasticorum, & Apostolicarum Constitutionum, *Cap. Illud, de Major. & obedien.* Cùm nemini Ecclesiasticas Constitutiones transgredi liceat, *Can. Nulli dist.*29. Si quis autem ex contemptu hoc faciat, ultra peccatum mortale, quod incurrit, Apostata Inobedientiæ reputabitur.

14 III. Est, per quam quis transgressor est præceptorum sui Prælati, & Superioris, *Cap. Si quis venerit, de Major.& obedient.* sive Prælatus Sæcularis sit, puta Episcopus, sive Regularis, ut Abbas, quorum præceptis non obediendo, Apostasia inobedientiæ committi dicitur, *Farin. de Heres. qu.*183. *§.*5. *per tot.* Non omnis autem transgressio veram inobedientiæ Apostasiam continet, sed solùm illa, quæ fit per contemptum, & superbiam, ad quod denotandum apposuimus in definitione verba illa: *per contemptum, & superbiam.*

15 Apostasia Irregularitatis in genere sumpta definitur, *Recessio ab aliqua Regula, & perfecto statu, quem quis assumpserat, & ad quem observandum se obligaverat. Brugiot. Instit. Crimin. l.*2. *tit.*4. *num.*8. *& 9.* Quia verò hujusmodi Status est Religionis professio, vel in Sacris Ordinatio, ideo hæc Apostasia Irregularitatis duplex est, una scilicet à Religione; & altera ab Ordine.

16 Apostasia Irregularitatis à Religione definitur à *Pesant.* 2.2. *quæst.*12. *art.*1. *disp.*1. quòd sit, à *vero Religionis statu vera recessio, & transitus ad alium statum, animo nunquam revertendi ad illum, manente obligatione prioris status*, & concordat *Amen. de Delict. & Pœn. tit.*2. *§.*1. *nu.*7.*&* 8.

17 *Recessio* stat loco generis, quia omnis Apostasia, quæcumque illa sit, semper recessio dicitur.

18 Verba autem illa à *vero statu Religionis* stant loco differentiæ, quia per illa ab aliis Apostasiæ speciebus distinguitur; Verus autem Religionis status dupliciter potest intelligi.

19 I. Pro Religione à Sede Apostolica approbata, *Cap. final. de Religios. Domib. & cap. unico de Vot. redempt. in* 6. Cùm enim *ex citatis juribus*, nemini liceat sine authoritate Summi Pontificis novam Religionem instituere, ille erit verus Religionis status, qui à Summi Pontificis authoritate firmitatem accepit, & consequenter si quis dictam Religionem deseruerit, Apostata nuncupabitur; Secus autem si quis profiteatur in Religione non approbata, & ab ea recedat, ea ratione quia à vero Religionis statu non dicitur recessisse. Idem procederet si Monialis recederet à Religione approbata quidem à Summo Pontifice, sed sine obligatione clausuræ, ut loquendo de Oblatis Turris Speculorum Urbis observat *Pignat. consult.* 24. *n.* 11. *&* 12. *t.* 10.

20 Quid autem dicendum in casu, in quo ex justa, & legitima causa Monialis, quæ professionem emisit in Monasterio, in quo servatur rigorosè clausura ad terminos, *cap. Periculoso, de Stat. Regul.* à Summo Pontifice concedatur facultas transeundi ad Domum Oblatarum, quæ clausuræ legibus non tenentur, an scilicet ad instar earumdem Oblatarum, cum quibus vivit, possit exire ab eadem Domo, vel potiùs in illa legibus clausuræ obstricta sit, R.P.D. Severolus pro veritate requisitus apud *Rayn. tom.* 1. *ad cap.* 1. *supplet.* 5. *à num.* 531. *usque ad finem*, suo more solidè, & eruditè fuit in Voto, talem Monialem nullatenus clausuræ legibus obstrictam esse, ea ratione, quia Moniales non tenentur servare clausuram, nisi in propriis Monasteriis, & Locis illis, in quibus rigorosè eadem clausura servatur, qualia non sunt dd. Oblatarum Domus, referendo *sub num.* 538. punctuale exemplum sub Urban. VIII. de quo pariter mentionem faciunt *Victorell. de Origin. & Clausur. Monial. §. An Monialibus conversis, & Tambur. de Jur. Abbatiss. disput.* 17. *qu.* 2. *n.* 3. *in §. finali*, reprobando *Pignatell. consult.* 190. *tom.*9.

21 II. Pro statu Religionis, assumpto per votorum emissionem, nam cùm quis per professionem incorporetur Religioni, & assumat novum habitum Monasticum, efficitur verè, & realiter Monachus, *cap. Ad Apostolicam, §. Quæstionibus, de Regular.* Idcirco si deinde ab hoc statu recedat, à vero Religionis statu recedere dicitur, & per consequens apostatabitur. Si verò ante professionem, & manens adhuc in anno probationis, eam deseruerit, cùm à verò Religionis statu, quam numquam assumpsit, non dicatur recedere, nullatenus Apostata Religionis judicabitur, ut probat *Farin. de Heres. q.* 283. *§.* 6. *n.* 84.

22 Dicitur pariter *recessio vera*, id est taliter ab aliquo facta, ut satis appareat, quòd jugum, & subjectionem vitæ Regularis temerè excutere voluerit, ut eo modo extra Monasterium tamquam Sæcularis vagare possit, *Azor. par.* 1. *Instit. moral. lib.* 12. *c.* 16. *quæsit.* 1. *in fine.*

23 Quoniam autem multipliciter potest contingere, quòd quis verè recedat, vel verè non recedat à Religione, & per con-

consequens, quòd sit, vel non sit Apostata, ideo ad habendam hujus rei perfectam doctrinam, est dinguendum, quòd, vel quis spontè abiit à Monasterio cum desertione habitus Religiosi, vel sine desertione ejusdem.

24 I. Casu subdistinguendum est, vel habitum desert, & nullum alium Religiosum assumit, vel deserto proprio habitu Religioso, assumit alterum pariter Religiosum. Si nullum alium habitum Religiosum assumit, sed incedit in habitu Sæculari, & tunc, vel facit hoc justa de causa, puta quia debet transire per loca Hæreticorum, Infidelium, vel alia sibi periculosa, & suspecta, vel ex alia causa justa, Judicis Arbitrio relinquenda, & non est Apostata, sive brevi, sive longo tempore hoc faciat; *Abb. in c. 1. de Apostat. & Decian. lib. 5. cap. 75. num. 3.* Vel temerè facit, & sine causa justa, & tunc, vel animo redeundi ad Religionem, & non judicabitur Apostata, sive brevi, sive longo temporis spatio extra Religionem eo modo steterit, diuque vagatus fuerit, Intentio enim redeundi ad illam ab Apostasia excusatum facit, ex adductis per *Farin. de Heres. qu. 183. num. 83.* nam hic verè fugitivus, & non Apostata dicitur. Animo autem redeundi recedere dicitur qui Monasterium derelinquit, ut pro tunc abjiciens jugum Religionis, obedientiæ subtrahat se Præpositi sui, vel eidem se celet causa mutandi illum, & alterum assumendi, quia importunos mores ejus ampliùs substinere non potest, vel causa evitandi aliquod aliud grave periculum, quod sibi imminet in Monasterio.

25 Vel animo non redeundi, sed revertendi ad Sæculum, & vitam liberam ducendi, atque exemptam ab omni observantia disciplinæ Regularis, & tunc propriè Apostata dicitur, ex adductis per *Farinac. citata quæst. 183. num. 70.*

26 Si deserto proprio habitu Religioso assumit alterum item Religiosum, & tunc, vel assumit illum occasione professionis in illa altera Religione emissæ, & eo casu, Vel hoc facit ser. ser. scilicet mediante licentia Superiorum, & non est Apostata, Vel non ser. ser. & licentia non petita, & tunc quidquid dicant *Farin. d. quæst. 183. num. 105. & Decian. lib. 5. cap. 73. num. 25.* indistinctè tenendum est, quòd non sit Apostata, ut tradit *Gloss.* communiter approbata in *cap. Ex parte, verb. Ad nigros, de Tempor. ordinat.* quam sequuntur *Abb. in cap. Sanè, de Regular. Azor. Inst. moral. par. 1. lib. 12. cap. 12. quæsit. 7. cap. 14. quæsit. 10. & Pesan. 2. 2. quæst. 12. art. 1. disput. 1. vers. Dixi.* Et ratio est, quia licèt iste graviter peccet, non recedit tamen à Religioso statu simpliciter, & absolutè, sed solùm secundùm quid, id est à certo statu unius Religionis, quod non sufficit ad constituendum aliquem desertorem Religionis, & Apostatam; Desertor enim Religionis non est, nisi qui absolutè, & simpliciter deficit à Religione, & statu Religioso, & non qui recedens ab una, se recipit in alteram; Præcipuè quia cùm in omni Religione serventur tria vota, Castitatis, Paupertatis, & Obedientiæ, nunquam Religiosus status ab illo deseritur, latè, & egregiè *Fagnan. in cap. 1. à num. 5. usque ad 22. de Apostat.*

27 II. Casu subdistinguendum pariter est, quòd, vel defert habitum discoopertum, & visibilem, & tunc, vel non defert habitum laicalem occultatum sub illo, sed gestat simpliciter habitum suæ Religionis, & eo casu, licèt ille recedat à Monasterio sine licentia Superioris animo non redeundi, non judicatur Apostata, quamvis per Mundum liberè vagetur, dummodo habitum deferat, ut probat *Clar. qu. 74. num. 4.* Vel defert habitum laicalem subtus coopertum habitu Religioso, & multo minùs judicabitur Apostata. Vel defert habitum Religiosum occultatum absque urgenti, & legitima causa, & proculdubio judicabitur Apostata, juxta *Gloss.* communiter receptam in *Clement. 1. §. Dignitatem, verb. Extrinseci, de Vit. & honest. Clericor.* & latè *Ricciull. de Jur. Person. l. 8. c. 12. per tot.*

28 Dicitur *transitus ad alium statum*, quod intellige, sive Sæcularem, sive Clericalem, vivendo scilicet ad modum, sive Laici, sive Clerici Sæcularis, *Abb. in cap. ultimo nu. 1. de Apostat. & Decian. lib. 5. cap. 73. num. 25.*

29 Dicitur, *animo non revertendi ad illum*, nam alioquin non Apostata, sed fugitivus judicabitur, ut observat *Amen. de Delict. & Pæn. tit. 2. §. 1. num. 8.* ubi *num. 9.* quòd hoc in praxi non attenditur, *& Panimoll. dec. 84. adnot. 3. nu. 22.* ubi, quòd nec Apostata, nec fugitivus, nec vagus dicitur Religiosus ille, qui exit à Monasterio animo recurrendi ad Superiorem, ut à vexatione minoris Superioris eum liberet; Prout etiam aufugiens à carceribus, in quibus ab indiscreto Superiore detinetur animo recurrendi ad Superiorem majorem, vel ad Amicum, quem apud eundem Superiorem deprecatorem habet, non diceretur Apostata, sed fugitivus dumtaxat, ut aliis adductis probat *Pignatell. consult. 24. num. 19. & seqq. to. 10. & Monacell. in Formul. legal. practic. fol. 342. num. 1.* ubi refert plures resolutiones Sacr. Cong. Episcoporum, & Regularium, & signanter *in Valent. Lectoratus 6. & 27. Junii 1698. Ponente Card. Petruccio*, Vide *Matthæuc. in offic. Cur. Eccles. cap. 5. num. 12.* ubi egregiè, in qua fuit resolutum, Regulares recto tramite accedentes ad Urbem pro recursu ad Superiores, dummodo non vagent, sed statim se presentent R. P. D. Secretar. Sacr. Cong. nec Apostatas, nec Fugitivos appellari, & proinde nullatenus molestandos esse, Advette hic, quòd Carceratus aufugiens, & frangens Carceres animo recurendi ad Principem, nullam meretur pœnam, *Rota in Comen. nullitatis Contractus 18. Junii 1706. §. Et ob id, coram Ansaldo.*

30 Dicitur denique, *cum obligatione prioris Status*. Nam si quis desereret Monasticam disciplinam sine obligatione revertendi ad illam, ut accideret in aliquo Religioso professo qui de plenitudine potestatis, & ex magna causa à Summo Pontifice dispensaretur, ut Uxorem duceret; tunc licèt esset vera recessio à vero statu Religionis, non tamen esset Apostata, juxta exemplum illud, quod referunt *Fagn. in cap. Cùm ad Monasterium, num. 66. in fine de Stat. Monach. Donat. Rer. Regular. tom. 3. tract. 1. quæst. 13. num. 15. Barthol. à S. Faust. in Thesaur. Relig. l. 3. qu. 36. num. 8.* & insignis practicus Datariæ *bo. me. Antoninus de Flore in ejus Prax. num. ss.* ante Instructionem circa materias Matrimoniales, *§. Dalla professione*, de Provinciali Cappuccinorum germano fratre Cardinalis de Jojosa, & alterius Equitis Hierosolymitani, cum quo Religioso Cappuccino Gregorius XIII. potiùs dispensare voluit, ut Uxorem duceret, quàm cum dictis aliis duobus Fratribus ad evitandum exemplum in dicta Hierosolymitana Religione. De hoc exemplo mentionem quoque facit *Dandinus de Suspect. de Heres. cap. 3. sect. 1. subsect. p. §. 2. n. 18. fol. 284.* Cum quibus tamen non concordant ea, quæ ex *R. P. D. Bottinio* leguntur penes *de Just. de Dispensation. Matrim. post. cap. 15. in Append. num. 27.* ubi, quòd dispensatio expedita fuit pro Antonio Equite Professo in Religione Hierosolymitana, & Priore Tolosæ. Iste vocabatur Scipio de Jojosa, qui erat Episcopus Hierosolymitanus, & Prior Tolosæ, & dispensatio, cujus Breve per extensum vidi in causa, *disc. 5. p. 2. tom. 4.* concessa fuit à Sisto V. Anno 1588.

31 Dixi, *De plenitudine potestatis, & ex magna Causa*, Quia *dalla professione in qualche Religione non si dispensa mai, se non per supremi Principi, da quali dipende la quiete commune, & in questo sono pari tutte le Religioni, anzi le Militie, come quella di Malta, sono in questo trattato con più rigore, come successe per la morte del Duca di Giojosa senza Eredi, lasciando tre Fratelli, uno Cardinale, uno Capuccino, & uno Cavaliere di Malta, mentre il Papa volse più tosto dispensare col Cappuccino, che con gli altri due*. Sunt verba ejusdem magni Practici, ab ultimis scilicet annis Pontificis f. m. Pauli V. usque ad Pontificatum sa. me. Innoc. XII. quo in Urbe obiit. Ex quo pariter motivo evitandi exemplum, *Sacra Congregatio Concilii in Placentina Arrogationis 4. Maii 1697.* noluit concedere gratiam Equiti Hierosolymitano, licèt benemerito, & ex primaria nobilitate, sibi arrogandi Filium, non obstante licentia ad id obtenta à Magno Magistro, ut videre *est in Lib. 47. Decret. fol. 351.* & illam exornando latè *Bertachin. vot. dec. 177. per tot.* ubi nervosè probat eandem facultatem sibi arrogandi Filios, nec de Jure competere Equitibus Hierosolymitanis, nec ex gratia illis esse concedendam.

Nota hic, quòd Equites SS. Mauritii, & Lazari, quamvis uxorati, gaudent fori privilegio, *Sacra Congregatio Immunitatis in Civitatis Vetula 24. Novembris 1071. Ponente Marefusco*, & vide *del Ben. de Immun. Eccles. c. 1. dub. 11. sect. 1. & in addition. in fin. ver. Equites SS. Mauritii, & Lazari, Pignatell. consult. 72. num. 20. tom. 6.* Generaliter verò de Equitibus S. Jacobi de Spatha, Calatravæ, Alcantaræ, &c. vide *Carleval. de Jud. lib. 1. tit. 1. disp. 2. num. 412. Barb. de Jur. Eccles. lib. 1. cap. 39. §. 2. num. 46. & de Episc. par. 2. Alleg. 12. nu. 48. Sperell. dec. 2. num. 98. & 120. Bich. dec. 288. num. 45. & 46. &* latissimè *Rota in Bononien. exemptionis 6. Junii 1708. per tot. coram Falconerio*, ubi an dicantur Personæ Religiosæ, An sint personæ Ecclesiasticæ, & an illorum bona exempta sint ab impositionibus laicalibus, ubi quòd bona propria, seu patrimonialia non sunt exempta; Secus verò bona Commendarum, quodque ita resolverunt, Anno 1696.

1696. *Sacra Congregatio Immunitatis, & Boni Regiminis*.

32 Apostasia ab Ordine definitur *Recessio à statu Ordinis Sacri ad statum Sæcularem temerè facta, animo non redeundi ad statum pristinum, manente obligatione prioris status, Bannes 2. 2. quæst. 12. art. 1. Ricciull. de Jur. Person. lib. 6. cap. 1. sub num. 2. & lib. 7. per tot.* ubi quòd tripliciter potest Clericus à statu Ordinis recedere, per contractum scilicet Matrimonii, per Militiam, & per dimissionem habitus.

33 Per ly, *recessio* importatur genus, nam omnis Apostasia recessio est ab aliquo statu.

34 Dicitur à *statu Ordinis Sacri* loco differentiæ, sive ille sit Sacerdotium, sivè Diaconatus, sive Subdiaconatus, secus autem si agatur de Ordinibus minoribus tantùm, à quibus per recessionem non constituitur Apostasia, *Gloss. in Can. final. 50. dist.* Clericus enim in minoribus non est in tali statu, à quo recedere liberè non possit.

35 Dicitur, *animo non redeundi ad statum pristinum*, quòd ex eo probabitur, si vitam Sæcularem duxerit, *cap. 1. de Apostat.* Et à fortiori si duxerit Vxorem.

36 Demum dicitur, *manente obligatione prioris status*, quia si Pontifex cum illo dispenset, non erit Apostata, & in hac parte habemus exemplum in personam Francisci Leopoldi Guglielmi Slabatæ, cum quo fa. me. Alexand. VIII. dispensavit, ut non obstante Subdiaconatu, Vxorem duceret, ut ex Brevi relato apud *de Just. de Dispens. Matrim. lib. 3. cap. 15. post. num. 31.* Alia autem exempla refert *Card. de Albic. de Inconst. in Fid. part. 1. cap. 36. num. 134. & seqq.* ubi quòd Summus Pontifex cum Subdiaconibus multoties dispensavit, cum Diaconibus nimiùm raro, cum Sacerdotibus, & Episcopis nunquam. Quod tamen non concordat cum iis, quæ ex *Fagn. Donato, & aliis* observavimus, *sup. num. 30.* vide *Merlin. dec. 460. num. 26.* ubi quòd non nisi cum Primatibus, & magna urgente causa, dispensare solet Papa.

Habemus pariter multa alia similia exempla Subdiaconorum, qui à diversis summis Pontificibus dispensati fuerant, & signanter Gregorio XIII. qui anno 1573. dispensavit cum Hermanno Deipenbroch Canonico Monslen. Anno 1574. dispensavit cum Francisco Forquers Barone in Transylvania, qui erat Diaconus. Anno 1576. dispensavit cum Theodosio Nicolao à Dubran Treverensi. Eodem anno dispensavit cum Valentino Eithero Herbipolen. Eodem anno dispensavit cum Honderico Drosten Canonico Monasterien. Eodem anno dispensavit, seu convalidavit Matrimonium per Gratiam, quam vocant, Perinde valere, cum Henrico Haitzfeld Colonien. Anno 1578. dispensavit cum Comite Philippo à Morea Leodien. Anno 1579. cum Jacobo Preullio Leodien. Anno 1580. cum Adamo Ipris. Eodem anno cum Petro à Cleria Lubozien. Anno 1581. cum Philippo Schudz. Anno 1582. cum Didaco Gomez Telasco Segobien. Et eodem anno cù Corrado Barone à Vinchors Paderbonen.

Clemens VIII. anno 1596. dispensavit cum Joanne à Lochenatez Monasterien. Eodem anno cum Guillelmo VVestfeld. Anno 1597. cum Henrico ex Comitibus Haesare Treveren. qui erat Diaconus. Anno 1600. cum Vito à VVirtbergh Bambergen. cum dispensatione ad effectum remanendi in Matrimonio jam contracto.

Paulus V. anno 1602. dispensavit cum Joanne Supputa Bonamoneto Toletano. Anno 1605. cum Brunone ex Comitibus Mansfeld Equite Hierosolymitano. Anno 1615. cum Roderico Henriquez à Mendoza.

Gregorius XV. anno 1621. dispensavit cum Francisco Clearon Archidiacono Toletano Subdiacono.

Urbanus VIII. anno 1627. dispensavit cum Joanne Henrico Auleo Canonico Muslen, seu Monasterien. Anno 1623. cum Henrico Schel Equite Theutonico.

Alexander VII. Anno 1655. dispensavit cum Nicolao Esforando à Schedelegen Osnaburgen. Eodem anno cum Corrado Gosmino Barone à Vesterlone Canonico Hildesimen.

Innocentius XI. Anno 1685. dispensavit cum Ferdinando Comite de Rosbergh.

Alexander VIII. Anno 1690. dispensavit cum Principe Carolo Lubomischi Equite Hierosolymitano, ut posset remanere cum Muliere jam ducta. Eodem anno dispensavit cum Comite Haure Bohemo. Eodem anno cum Francisco Guglielmo Slabata, de quo suprà, n. 36.

Innocentius XII. Anno .... dispensavit cum Comite de Htenlone, qui habebat alium fratrem. Anno .... dispensavit cum Comite de Lollo.

Clemens XI. Anno 1703. dispensavit, seu convalidavit Matrimonium, contractum ab Hermanno Friderico Comite de Hohenzolleten. Canonico Colonien. & Moguntino. Et anno 1715. die 13. Januarii dispensavit cum Francisco Maurilio ex Baronibus de Mensiren Treveren. Necnon Anno 1717. dispensavit cum VVilhelmo juniore Hafrozzheinfeldensi Canonico Subdiacono Metropolitanæ Colonien. ut videre est in *tom. 2. p. 1. disput. 13.*

37 Nota hìc cum *Card. de Luc. in Relat. Rom. Cur. for. disc. 5. nu. 4.* Religiosos illos, qui inordinatè Episcopatus ambiunt, & procurant, non incongruè mentales Apostatas appellari posse, ubi etiam asserit, D. Joannem Theutonicum solitum esse dicere, quòd illi Religiosi, qui Episcopatus affectant, declarari deberent omnino inabiles ad illos obtinendum, è contra verò non petentes, & in eorum Religionibus valdè probati, ac commendati, ex officio deberent promoveri.

38 Quoad pœnas hujus criminis, si loquamur de Apostasia perfidiæ, taliter Apostata variis pœnis punitur. I. Pœna est Excommunicationis majoris, de qua in *Cap. 1. de Apostat. & in Bulla Cœnæ Domini, §. 1.* cum aliis apud *Farinac. quæst. 183. nu. 12. & Card. de Albic. de Inconst. in Fid. part. 1. cap. 24. num. 2. & Amen. de Delict. & Pœn. tit. 2. §. 1. num. 40.*

39 II. Pœna est, ut Apostata societate, & consortio hominum privetur, *leg. Hi, qui sanctam, Cod. de Apostat.* ita ut non possit emere, vendere, conducere &c. & repellatur à testimonio ferendo, *leg. Qui in verbo, & leg. Apostatarum, Cod. de Apostat.* cum aliis apud, *Farin. quæst. 193. §. 4. num. 44. & seqq. Afflict. in Const. Regn. rubr. de Apost. c. 1. num. 7. & Card. de Alb. de Inconst. in Fid. par. 1. cap. 24. num. 18.* ubi quòd nulla major est pœna, quàm inter homines esse, & illorum carere suffragiis.

40 III. Quòd expellantur à Civitatibus, Si enim hæretici, qui non in totum à Fide deficiunt, expelli debent, multò magis id practicari debet cum Apostatis, qui in totum à Fide deficiunt, magisque delinquunt, *Card. de Albic. de Inconst. in Fid. part. 1. qu. 24. num. 19.*

41 IV. Est pœna infamiæ, nam cùm Apostata sit plusquam hæreticus, proculdubio incurrit illam, sicuti incurrit hæreticus, *Sanctar. de Hæres. cap. 2. dub. unic. num. 6. & del Bene de Inquis. part. 1. dub. 47. num. 4.*

42 V. Quòd sit privatus testamenti factione, tam activa, quàm passiva, *leg. Hi, qui sanctam, cod. de Apostat. Menoch. de Arbitr. cas. 546. n. 13. & Farin. q. 183. n. 48. & Zuff. Instit. Crimin. lib. 2. tit. 21 lit. Q.*

43 VI. Pœna est confiscationis omnium bonorum, *leg. 1. cod. de Apost.* sive bona propria sint, sive feudalia, Apostata enim fidei omne dominium perdit, ejusque Subditi fiunt liberi à Juramento fidelitatis, nec tenentur ei ampliùs obedire, *D. Thom. 2. 2. quæst. 12. art. 1. Farin. quæst. 193. num. 61. Decian. lib. 5. c. 72. n. 7. & Card. de Albic. de Incon. in Fid. par. 1. c. 24. n. 10. & seqq.*

44 VII. Est pœna ultimi supplicii, *Farin. q. 100. n. 34. & 52. Menoch. de Arbitr. cas. 546. n. 6. & del Bene, de Offic. Inquisit. par. 1. dub. 47. petit. 2. n. 11.*

45 Ultima demum pœna est damnationis memoriæ, sicut enim damnatur memoria defuncti hæretici, ita & defuncti Apostatæ, *Gloss. in leg. Manichæos, verb. Subire, Cod. de Hæretic. Farinac. q. 183. n. 41. & Card. de Albic. de Inconst. in Fid. par. 1. q. 24. n. 21.*

46 Pro applicatione autem dictarum pœnarùm distinguendum est, nam, vel agitur de puniendo Apostata fidei jam defuncto, vel adhuc vivente.

47 Si de defuncto, & tunc si ejus ossa in aliquo sacro loco sepulta fuerint, proculdubio exhumantur, ejusque memoria damnatur, juxta superiùs dicta, & ejus bona confiscantur. Circa confiscationem autem discordant in hac parte Jus Canonicum, & Civile, quia, hoc attento, reservantur legitimis hæredibus, non autem applicantur Fisco, *leg. Apostatarum, §. 1.* ubique *Gloss. verb. Deferuntur, & verb. Quorum etiam, cod. de Apostat.* Secus autem de Jure Canonico, quòd in hac parte attendendum est, cùm simus in crimine merè Ecclesiastico, & quidem, nedum in præjudicium proximorum Agnatorum, sed etiam ad exclusionem propriorum Filiorum, ex adductis per *Farin. q. 183. n. 41.*

48 Si loquamur de Apostatis viventibus, & tunc, vel sunt lapsi, vel relapsi, si lapsi tantùm, vel sunt pertinaces, vel pœnitentes. Si pertinaces, ultra alias pœnas, tradendi sunt Curiæ Sæculari, à qua ultimo supplicio puniuntur. Si pœnitentes, & ad confessionem veræ Fidei redeuntes, ad misericordiam recipiuntur quoad pœnam mortis, nam ea illis remitti solet, non verò aliæ pœnæ, de quibus suprà;

Regu-

Regulariter enim condemnatur, sed deinde tractu temporis juxta qualitatem Reorum, & pœnitentiæ, atque contritionis signa, magis, & minùs Judicis arbitrio remittuntur pœnæ illæ, in quas condemnati fuerunt, *Farin. q. 193. §. 1. n. 14. & seqq.* Si demum sint relapsi in fidei Apostasiam, & tunc traduntur Curiæ Sæculari ultimo supplicio puniendi, juxta ea quæ *diximus supra, de Hæreticis relapsis.*

49 Si loquamur de Apostasia Inobedientiæ punitur pariter taliter Apostata pluribus modis, quia fit infamis, repellitur ab accusando, & testimonio ferendo, excommunicatur, atque monitione præcedente, deponitur, & si fuerit incorrigibilis, & pertinax, Curiæ Sæculari traditur, *Can. Si quis à suo 3. q. 4. & Can. Si autem vobis 11. q. 3. Innoc. in c. 1. n. 2. de Apostat.*

50 Si denique loquamur de Apostasia Irregularitatis, cùm hæc sit duplex, à Religione, scilicet, & ab Ordine, quoad pœnas, Apostatæ à Religione incurrunt ipso Jure excommunicationem, de qua in *c. Ut periculosa, Ne Cleric. vel Monach. in 6.* in qua excommunicatione si per annum steterint, atque indurato animo ad Religionem redire recusent, erunt suspecti de hæresi, & poterunt ab Inquisitoribus citari ad respondendum quid sentiant de Fide. Præterea Apostata à Religione, saltem ante pœnitentiam, fit Irregularis, *Can. final. distinct. 50.* quem Textum Urbanus VIII. extendit ad ritè, & fer. fer. etiam expulsos, donec redeant, *Teste Nicol. in Floscul. verb. Apostata n. 1.*

51 Quoad pœnas Apostasiæ ab Ordine plures numerantur. I. Excommunicatio, ferendæ tamen, non latæ sententiæ, *Farin. quæst. 184. num. 107.* II. Quòd perdunt privilegium clericale quoad Forum, & Canonem si post trinam monitionem Clericalem habitum non reassumant, *cap. Contingit, de Sentent. excom.* III. Si moniti non resipiscant, ammittunt etiam beneficia Ecclesiastica, *Can. Peragimus 21. quæst. 4.* Imo hodie per Bullam Sixti V. etiam nulla præcedente monitione amittunt pensiones, & beneficia, ut advertit *Azor. Instit. moral. lib. 1. tit. 10. quæst. 16.* IV. Efficiuntur infames, & à testimonio ferendo, aliisque actis legitimis repelluntur, *Farin. quæst. 183. num. 43. 109. 121. & 123.* V. Denique pœna est, nam si taliter Apostatæ sint incorrigibiles, Curiæ Sæculari traduntur puniendi, *Farin. q. 183. §. 8. n. 109.*

52 Reducendo autem ad praxim hujusmodi pœnas Apostatarum, tam à Religione, quàm ab Ordine, distinguendum est, nam, vel Monachus Apostata, qui dimisso habitu, à Religione fuit egressus, vult pœnitens redire, & eo casu omnino recipiendus est in suo Monasterio. Imo Abbas cogi potest ad illum recipiendum, *ut resolvit Sacra Congregatio Episcop. de anno 1603. referente Nicol. in Floscul. verb. Apostata, num. 2.* Vel redire non vult, sed tamquam Apostata vagari per Mundum, & per Ecclesiasticas censuras cogi potest ad redeundum, *Cap. Tuæ Fraternitatis, de Apost.* Et cogi pariter poterit per carcerationem, juxta *Text. in cap. A nobis, de Apostat.* Atque in hoc casu, cùm taliter Apostata privilegium amiserit Clericale, absque censurarum metu poterit à Judice Laico carcerari, ex adductis per *Farin. de Heres. quæst. 183. §. 6. num. 78. 79. & 125.* Quòd si demum incorrigibiles pertinaces in Apostasia permanserint, Curiæ Sæculari traduntur puniendi, ut communiter observant *Canonistæ in c. 1. de Apostat.*

53 Diligenter verò notandum est hìc, quòd quando aliquis Religionem ingreditur ad profitendum in illa tamquam clericus, si deinde post aliquot menses mutato consilio, sive ex ejus insufficientia, sive ex alio motivo, novitiatum incipiat ad profitendum tanquam laicus, tunc tempora utriusque novitiatus junguntur, & professio facta post annum, compositum ex d. d. duobus temporibus substinetur, ut de eo, qui Religionem Capuccinorum ingressus fuerat tamquam Clericus, & novitiatum uti talis peragerat per tres menses, & deinde per alios novem, uti Laicus qualis fuit admissus ad professionem, resolvit *Sacra Congregatio Concilii in Lugdunen. seu Gratianopolitana Professionis 2. Junii 1703. lib. 53. Decret. fol. 287.*

54 Observa hic benignitatem Apostolicæ Sedis, quæ non rarò, signanter autem tempore Jubilæo universali proximo, suæ pietatis viscera erga Apostatas solet aperire, condonando eis omnes pœnas occasione Apostasiæ incursas, dummodo intra certum tempus ad cor redeant, & unusquisque ad propriam revertatur Religionem, injungendo Superioribus, ut illos benignè recipiant, & tractent, ut sequendo exempla Urbani VIII. & Clementis X. novissimè practicavit fa. me. Innoc. XII. die scilicet prima Septembris 1691. plures deinde benignè concedendo prorogationes terminorum eisdem assignatorum, ut videre est in *Collect. Bullar. ab eodem editarum, Constit. 98. & seqq.* Circa denominationem illius vocis Jubilæi, notandum est, *Sacram Congregationem Concilii in una Gerunden Jubilæi 26. Septemb. 1699. lib. 49. fol. 341.* demandasse prohibendam esse eandem denominationem, & solemnitatem Portæ Sanctæ in Ecclesia Monasterii S. Petri Rhoden. Ordinis Sancti Benedicti; non obstante asserta consuetudine vigore prætensi cujusdam privilegii Urbani II. Ex eodem motivo evitandi confusiones, quæ ex promiscua denominatione oriri solent, permitti nullatenus debet Episcopis imponere nomina Congregationum Rituum, Concilii, vel similia, illis Sacerdotum congressibus, quos nimis laudabiliter in eorum Diœcesibus instituunt, ut resolutum fuit à Congregatione particulari E. E, & R. R. D. D. Cardinalium Carpinei, Casanatæ, & Marescotti 12. Januarii 1696. in revisione Synodi Faventinæ, Cùm enim in illius, *1. par. cap. 4. Vers. Ecclesiastici* diceretur *ad pietatem fidelium excitandam Congregationem Sacrorum Rituum, quæ diebus Dominicis ex præscripto nostro habetur, ab Ecclesiasticis omnibus hortamur frequentari:* Et in vers. Quoniam frustrà, *Hortamur instituta à nobis Sacri Tridentini Concilii Congregationi qualibet hebdomada die Mercurii non impedita Ecclesiasticos omnes adesse*, loco dd. verborum, *Congregationem, & Congregationi*, subrogata fuerunt alia *Conferentiam, & Conferentia.*

55 An autem Religiosi Apostatę vigore similium Indultorum ad propriam Religionem reversi, gaudere etiam debeant antianitate à die professionis, absque ulla detractione temporis absentiæ ab eadem Religione, recedendo à decisis 15. *Januarii 1695. negativè respondit Sacra Congreg. Concilii 27. Julii 1697. in Parisien. Antianitatis, seu Primogenituræ, ut in lib. 47. Decr. fol. 293.* ea ratione, quia aliud est, quòd quis absolutus sit à pœnis ob Apostasiam incursis, ad formam similium Indultorum, aliud verò, longèque diversum, quòd tempore absentiæ ad omnes Juris effectus tanquam præsens haberi debeat, & concordat alia resol. ejusdem Congr. Concilii in *Galliarum, 2. Maji 1682. lib. 32. Decr. fol. 286.* Non sic autem practicatur respectu Religiosi ad tempus condemnati ad Triremes; iste enim eo elapso, si redeat ad Religionem, antianitatem, & primogenituram nullatenus amittit, *Novar. in Summ. Bullar. comment. 112. num. 15. & Navarr. in Comment. 4. de Regular. n. 74.* Nisi alias pœna etiam amissionis antianitatis specialiter in sententia infligatur. Adverte hìc, *san. mem. Clementem X. in Constitut. 46.* pœnam excommunicationis latæ sententiæ, & privationis vocis activæ, & passivæ, ac graduum, & officiorum quorumcumque, & perpetuæ inhabilitatis ad quævis alia in posterum obtinenda apposuisse adversus Religiosos Cappuccinos, recurrentes ad personas extra eumdem Ordinem, quamvis Ecclesiastica, & mundana dignitate, præeminentia, & potestate fungentes, pro obtinendis obedientiis, sive permissionibus visitandi eorum Parentes, seu propinquos, aut loca Sacra quæcumque, vel ut ad dignitates, officia, ut munera quælibet ejusdem Ordinis, aut ad studia promoveantur, sive ab uno ad alium locum transire, vel in aliquo particulari Conventu permanere eis liceat, vel ut cum eis dispensetur ad hoc, ut ante peractum septennale studium in Concionatores assumi, munusque Concionatoris exercere, aut ut ante completum in eodem Ordine septennium ad sacrum Presbyteratus ordinem promoveri valeant; sive ad similia consequenda, tam pro se, quàm pro aliis Fratribus ejus Ordinis. Quod expediret forsan pro omnibus aliis Religiosis, & claustralibus familiis generaliter determinare, ad hoc, ut Religiosa tranquillitas, & Regularis observantia exactiùs observetur, absque ullo diverticulo ad exteras personas pro consecutione illarum rerum, & officiorum, ad quæ ex cujuscumque Religionis præscripto, transitus fieri debeat per Constitutionum exactam observantiam.

56 Et in effectu in multis Religionibus id sancitum reperitur à diversis Summis Pontificibus, ut pro Congregatione Cassinensi videre est in *Constit. 226. Urbani VIII.* Pro Fratribus de Observantia S. Francisci Reformatis *in Constit. 250. ejusdem Urbani VIII.* Pro Monachis Cœlestinis *in Constit. 3. Alexandri VII.* Pro Monachis B. Mariæ Montis Virginis, *in Constit. 49. ejusdem Pontificis.* Pro Fratribus Eremitarum S. Augustini *in Constit. 110. ejusdem pariter Summi Pontificis Alexan. VII.* Et pro Monachis Montis Oliveti *in Constit. 31. Clementis X.*

TITULUS IX.

De Crimine Simoniæ.

1 Quàm detestabile sit Simoniæ crimen, nemo unquam satis explicare potest; Divino enim, humanoque Juri adeò exosum est, & invisum, ut inter graviora crimina illud Summi Pontifices reposuerint, hæresique comparaverint, ut observant *Clar. in Prax. §. Simonia, num.* 11. ibique *Bajard. num.* 19. *Mascar. de Prob. concl.* 1304. *num.* 1. *& seqq. & Rayn. tom.* 3. *ad cap.* 32. *supplet.* 7. *num.* 118. Imo Innoc. III. *in cap. Per tuas il* 1. *de Sim.* asserrit, cætera crimina in Simoniæ comparatione quasi pro nihilo reputari, *Rot. dec.* 116. *num.* 2. *par.* 17. *rec.* cum quo consonat dictum Lucii I. in *cap. Sicut* 6. *de Sim.* asserentis, simoniacam pestem sui magnitudine alios morbos vincere; Dicta est Simonia à Simone Mago, qui ausu temerario ab Apostolis, pecunia mediante, emere voluit potestatem dandi dona Spiritus Sancti, ut legitur in *Actibus Apostol. cap.* 8. & habetur in *Can. Qui studet.* 1. *quæst.* 1. *& in Can. Salvator.* 1. *quæst.* 3. *& in Can. Quidam* 24. *quæst.* 3. Atque observant *Cassiodor. lib.* 9. *var. cap.* 15. *D. Ambros. de Pœnit. cap.* 4. *& Gonzal. in cap.* 1. *num.* 11. *de Simon.* Quamvis autem Spiritualium venditio non Simonia, sed Giezzia appellari debeat à Ghiezzio servo Elisæi Prophetæ, qui à Naman Siro liberato à morbo Lepræ per spiritualem ejusdem Elisæi potestatem, pecuniam ab eodem Propheta repudiatam, confictò mendacio sibi dari curavit, ut legitur in *lib.* 4. *Reg. cap.* 5. & refertur in citato *Can. Qui studet.* 1. *q.* 1. & observat *D. Thom.* 2. 2. *q.* 100. *art.* 1. *ad* 4. Usus tamen obtinuit, ut tam qui vendit, quàm qui emit spiritualia, Simoniacus indistinctè dicatur à Simone Mago, qui in utroque peccavit, & non solùm spiritualia emere, sed etiam empta aliis vendere intendebat, ut notant *Hostiens. in Sum. tit. de Simon. & Brugiot. Inst. Crim. lib.* 2. *tit.* 8. *n.* 3.

2 Definitur Simonia à *Decian. lib.* 4. *tract. Crim. cap.* 77. *num.* 1. *ut sit datio, vel conventio, seu intentio dandi, vel faciendi, seu dicendi aliquo temporale pro spiritualibus, vel illis annexis, Corrad.* autem, *Kling. lib.* 3. *disp. cap.* 49. *Binsfeld. in rubr. de Sim. notab.* 7. *& Gonzal. in cap.* 1. *num.* 3. *eod. tit.* asserunt Simoniam esse *studiosam voluntatem emendi, vel vendendi aliquid spirituale, vel spirituali annexum*, cum qua concordat definitio tradita per *Tolet. Instr. Sacerdotal. lib.* 1. *c.* 84. *n.* 1. *Clar. in Prax. §. Simon. n.* 1. *& Brugiot. Inst. Crim. lib.* 2. *tit.* 8. *in princ.*

3 Pro quarum intelligentia præmittendum est, quòd hoc nomen *spiritus* propriè anhelitum, idest aerem ipsum, quem spirando attrahimus, significat, *Cicer. de lib.* 2. *de Natur. Deor.* Et quia anhelitus subtile corpus est, ideo ab Ecclesiasticis Scriptoribus translatum fuit ad significandas res omninò incorporeas, *Gonzal. in cap.* 1. *num.* 14. *de Sim.* In hoc igitur sensu res spirituales illæ sunt, quæ spiritui inserviunt, atque animarum gratia comparatæ, & institutæ sunt. Hæ autem in duplici sunt differentia, nam aliæ sunt merè spirituales, aliæ non merè spirituales, ut observat *Cajetan. in Summ. verb. Simon. in princ. §. Sunt autem res.*

4 Merè spirituales sunt dona Dei, Gratia, Charitas. Virtutes infusæ, potestas spiritualis, tam Ordinationis, quàm Jurisdictionis, dona miraculorum, Prophetiæ, morbos depellendi, ægrosque sanandi &c. Dona Spiritus Sancti, *Gloss. in cap.* 1. *verb. Gratia* 1. *quæst.* 1. Quibus addenda sunt omnia ea, quæ in aliqua spiritualitate consistunt, veluti Jus eligendi, confirmandi, conferendi, instituendi, habendi decimas, & quodcumque aliud spirituale Jus, & hæc à Summistis appellari solent res essentialiter spirituales, ut videre est apud *Tolet. Instr. Sacerd. lib.* 5. *c.* 84. *n.* 3. *& Marchant. in Tribun. Sacram. to.* 1. *fol.* 226. *q.* 5.

5 Non merè spirituales sunt illæ, quæ ex spirituali, & corporali compositæ sunt, atque hæ subdistinguuntur; Aliæ enim, licèt corporalitatem includant, sunt tamen formaliter, & principaliter spirituales, qualia sunt omnia Ecclesiæ Sacramenta, in quibus requiritur forma, & materia sensibilis, quibus positis sequitur invisibilis gratia, & à Summistis appellantur spirituales antecedenter, seu causaliter, ut videre est apud *Tolet. Instr. Sacerd. lib.* 5. *cap.* 84. *sub num.* 3. Talia pariter sunt omnia Sacramentalia, veluti benedictio fontis Baptismalis, consecratio Virginum, Templorum, & Altarium, Psalmodiæ, cæteræque orationes vocales, & Divinorum Officiorum celebrationes, omnesque externi Ritus, & cæremoniæ Ecclesiasticæ, Prædicatio verbi Dei, confectio Chrismatis, & Olei Sancti, & regulariter omnes actus procedentes ab aliqua potestate, & officio sacro, vel ex quocumque spirituali dono, veluti ipsamet miraculorum patratio super ægros manuum impositio, ægritudinum sanatio, à censuris absolutio, Ecclesiarum visitatio, Clericorum correctio, publicæ Pœnitentiæ indictio, Pœnitentium publica reconciliatio, & alia hujusmodi, quæ à DD. appellantur spiritualia effectualiter, seu effectivè, & consequenter, quia tamquam spirituales effectus sequuntur ad dicta dona, & spirituales potestates, & Officia.

6 Aliæ è contra, licèt spiritualitatem in se contineant, sunt tamen formaliter, & principaliter corporales, quales sunt Aqua benedicta, Aspersorium ad benedicendum, Thuribulum, ornamenta Altarium, vestimenta Sacerdotum, Cruces, Calices, & omnia alia vasa sacra, & reliqua utensilia Ecclesiæ, quibus ipsa utitur ad externum, & visibilem cultum Dei. Itemque omnia Ecclesiasticarum personarum officia, veluti officium Judicis Ecclesiastici, docendi Canones, Theologi Pœnitentiarii, Sacristæ, & similium. Ex dictis autem rebus illæ, quæ licèt corporalitatem includant, formaliter tamen, & principaliter spirituales sunt, vel contra, quæ licèt includant spiritualitatem, sunt tamen formaliter, & principaliter corporales, solent trito vocabulo spiritualibus annexæ appellari.

7 Duobus autem modis res spiritualibus annexæ accipi solent juxta doctrinam *D. Thom. in* 4. *Sent. dist.* 25. *& in quodlib.* 2. *&* 8. *& in* 2. 2. *quæst.* 110. I. Per dependentiam à spiritualibus, prout est habere beneficia Ecclesiastica, percipere Decimas, Primitias, & oblationes, quorum utrumque ab officio, & statu Clericali dependet, cùm hæ res nullatenus competant Laicis, sed Clericis tantùm ratione officii. Vel prout est pulsare Campanas, aperire, & claudere Ostia Ecclesiæ, & similia, quæ itidem ab Ecclesiastico Clericorum officio dependentiam habent. II. Per ordinem ad spiritualia, qualia sunt vasa sacra, & omnia ea, in quibus aliqua spiritualia ministrantur, ut suprà diximus. Talis naturæ pariter est Juspatronatus, ut in *cap. De Jurepatronatus, & cap. Quanto, de Judic.* Nam ratione illius præsentantur Clerici ad Ecclesiam patronatam, & ratione præsentationis pervenitur ad eorumdem institutionem, quæ est res merè spiritualis.

8 Præmittendum est secundò, quòd temporale pretium potest consistere in rebus innumerabilibus, quia potest esse omne id, quod non inservit spiritui, nec animæ gratia institutum est, sed ad commodum, & utilitatem humanæ vitæ corporalis, *Marchant. in Tribun. Sacr. tom.* 1. *fol.* 227. *quæst.* 6. *in princ.* Communiter tamen hæ res ad tria capita solent reduci, scilicet ad munera à manu, munera à lingua, & munera ab obsequio, ut in *Can. Si quis, & in Can. De ordinatione* 1. *quæst.* 1. *D. Thom.* 2. 2. *quæst.* 100. *art.* 5. *vers. sed contra, Passer. de elect. cap.* 7. *quæst.* 5. *à num.* 58. ubi latè, & doctè de materia disserit, & *Tolet. Instr. Sacerd. lib.* 5. *cap.* 84. *num.* 5. & generaliter *Cobell. ad Bull. Bon. Regim. cap.* 36. *num.* 1. *& seqq.* Non sine fundamento autem ad hæc tria tantùm capita reducuntur, nam temporalia commoda, vel ab animo, vel à corpore, vel ab externis bonis proveniunt; Ab animo sunt munera linguæ, & favores; A corpore obsequia, & famulatus, qui facto aliquo corporali exercentur; Ab externis autem bonis omnia munera manualiter præstabilia, ut declaratur in *Can. Sunt nonnulli, vers. Munus quippè* 1. *quæst.* 1. & observat *Marchant. in Tribun. Sacram. tom.* 1. *fol.* 227. *q.* 6. *per tot.*

9 *Munus à manu* dari dicitur cùm quis tribuit res mobiles, veluti pecunias, vasa aurea, & argentea, annulos, & gemmas, vestes, & ornamenta, & mobilia pretiosa. Item fructus Terræ, puta Vinum, Frumentum, Oleum &c. Vel res immobiles, ut Domos, Agros, Villas &c. Vel se moventia, ut sunt animalia, nempè Oves, Boves, Equi &c. Et quamvis Jura, quæ de Simonia loquuntur, utantur ut plurimum nomine pecuniæ ad significandum munus à manu, & Simon Magus, hujus sceleris Author, pecuniam obtulerit, non tamen ad pecuniam restringitur, quia omnes res, sive mobile, sive immobiles, sive se moventes, pecuniæ nomine continentur, *Leg. Pecuniæ verbum* 178. *leg. Pecuniæ nomine* 222. *& leg. Pecuniæ appellatione, ff. De verbor. signific. Barbos. tract. var. appellat.* 196. *numer.* 1. *& seqq. & Rota cor. Ludov. dec.* 28. *num.* 1. Adverte hìc, quòd Capitulum pro admissione novi Canonici nequit aliquid exigere, neque dulcia, *Sacr. Congreg. Concilii in Tudertina* 19. *Februarii* 1633. *Lib.* 14. *Decret. fol.* 709.

10 *Munus ab obsequio* præstari dicitur, cùm quis facto aliquo corporeo alicui obsequium, & famulatum, vel aliquod ser-

servitium præstat, aut utilitatem, & honorem ejus personæ, *D. Thom.* 2. 2. *quæst.*100. *art.*5. puta illum publicè comitando per Plateas, Curias, & Aulas Principum, si fuerit persona Sæcularis, vel ad Consistorium, Cappellas, Congregationes &c. si fuerint Cardinales, vel alia negotia curando, & peragendo in utilitatem etiam Consanguineorum dictarum personarum, ex gr. patrocinando eorum lites, exigendo eorum credita, & aliis quamplurimis modis, qui opere compleri possunt. Indeque infert *de Graff. de Effect. Cleric. effect.* 6. *num.*44. simoniam committere Clericum inservientem alicui Prelato, vel alteri personæ, ut ei conferat, vel conferre faciat aliquod beneficium. Quod verum est, quando eidem principaliter inservivit propter spem beneficii consequendi, secùs præciso eodem fine, *Zacch. de Salar. quæst.*48. *num.*9. ubi *num.*6. *& seqq.* probaverat, Episcopum tunc simoniam committere, conferendo suo familiari beneficium; quando istud ei confert loco mercedis: Si enim ei congruum salarium solvat, nulla adesset simonia, etjamsi post talem beneficii collationem cesset Episcopus à solutione salarii.

11 *Munus à lingua* dupliciter dari dicitur, & I. Cùm ad favorem alicujus intercedit, veluti si quis pro aliquo Principem exoret, & pro eo intercedat, petendo aliquam gratiam, vel etiam laudando, & commendando Principi, vel Magnatibus, Viriis Senatoribus &c. Vel de eo honestè; & laudaliter loquendo cum aliis, vel signa aliqua verbalis honoris in publico ei exhibendo, vel tribuendo aliquem titulum valdè speciosum, vel se ejus consanguineum publicè profitendo, ut in *cap. Cùm essent, de Sim. D. Thom.* 2. 2. *quæst.*100. *art.*5. *ad* 3. *Bonac. de Sim. disp.*1. *quæst.*1. §. 2. *num.*13. Cùm enim hæc omnia in utilitatem, & commodum ejus fiant, sunt pretio æstimabilia, cùmque à lingua procedant, nomen muneris à lingua sibi vindicant. II. Cùm ad favorem alicujus intercedit, non tamen apud alios, sed apud semetipsum, veluti cùm quis eum laudat, eique adulatur, & gratatur, atque carnales, & affectuosas preces ei porrigit, vel potentiam personarum, favores, & patrocinia apud ipsum interponit, ut aliquid ab eo consequatur, *D. Thom. & Bonac. loc. sup. cit.* Dummodò tamen omnia hæc non fiant, ad hoc, ut merita concurrentis ad beneficia, nota sint, illud conferre volenti, hoc enim, absque ulla simoniæ labe practicari potest, *P. Campion. nell'Instr. dell'Ordinand. cap.*48. *sub num.*40.

12 Præter hæc munera à manu, ab obsequio, & à lingua, dantur quædam alia, quæ licèt etiam ipsa temporalia sint, tamen intra triplicem dd. munerum speciem vix reponi possunt, qualia sunt consanguinitas, amor, amicitia, magna affectio, metus, odium, cæteræque animi affectiones, de quibus *Gloss. in cap.* 1. *verb. Carnalitatem, Ut Eccles. benefic. sine diminution. conferan. & in cap. Nemo Presbyt. verb. Consanguin. de Sim.*

13 His igitur generaliter præmissis, deveniendo ad modos quibus absque ullo dubio Simonia committitur, distinguendum est, quòd, vel loquimur de rebus merè spiritualibus, vel de non merè spiritualibus.

14 Si de merè spiritualibus, conclusivè dicendum est, quòd super illis, nec emptio, nec venditio, nec locatio, nec conductio, nec ulla alia negotiatio fieri potest, atque adeò pro temporali pretio quomodolibet datis, & receptis, Simonia committitur: Nulla enim res spiritualis potest licitè in humanam negotiationem venire, quatenus spiritualis est, seu reduplicativè; sed omnis res, quæ merè spiritualis est, considerari non potest, nisi reduplicativè talis, Igitur nulla res merè spiritualis licitè in humanum commercium devenire potest, *Chartar. dec. Crim.* 16. *num.* 13. *& dec.* 91. *num.*2. *& Pan. dec.*42. *num.*1.

15 Si de non merè spiritualibus, & tunc, vel de illis primi generis, hoc est formaliter spiritualibus, vel de secundi generis, scilicet formaliter & principaliter corporalibus.

16 Si de rebus istis primi generis, vel sermo est de emptione, & venditione, vel de illarum locatione, & conductione dumtaxat.

17 Si de emptione, & venditione, nulla ex dictis rebus temporali pretio emi, & vendi potest, non solùm reduplicativè uti spiritualis, sed etiam absolutè, & simpliciter considerata. Ea ratione, quia principale in istis rebus est spirituale, etiam quòd simpliciter, & reduplicativè tantùm contractetur; & propterea absolutè, & simpliciter intelligitur tractari, & judicari secundùm suum esse principale.

18 Hinc est quòd vendi, & emi nequeant sine labe veræ simoniæ, nedum Ecclesiæ Sacramenta, *Can. Quidquid* 1. *qu.*1. Sacramentalia, de quibus diximus, *cap. Cùm sit Romana, de Sim.* Sed nec etiam cæteri actus ab aliquo spirituali dono & officio provenientes, & descendentes, quos proprio vocabulo suprà diximus spiritualibus annexos, *D. Thom. in* 4. *Sent. dist.* 25. *qu.*2. *art.* 2. *ad* 1. *&* 9. Nedum autem aliquid accipi nequit pro ipsis Sacramentis, sed nec etiam pro ipsorum administratione, ut pro regula generali, *da non soggiacere a limitazione alcuna* statutum fuit in Taxa Innoc. §. *Parimente*, & resolvit *S. Cong. Visitationis Apostolicæ in Romana* 14. Maii 1699. in qua ulteriùs resolutum fuit, non posse Parochos pro se retinere Vasa illa, cujuscumque sint materiæ, vel Strophiola, quæ necessaria fuerunt pro administratione Sacramenti Extremæ Unctionis, *Congregatio Concilii in Senogallien.* 24. *Maji* 1710. *ad secundum*, ubi quòd neque etiam à sponte dantibus accipi potest. Pro cujus taxæ Innoc. observantia respondit pariter *S. Cong. Conc. in Amalphitana* 8. *Julii* 1699. *ad* 13. *dubium lib.* 49. *Decr. fol.*293. in qua ad primum respondit, Archiepiscopum saltem occasione visitationis teneri administrare Sacramentum Confirmationis in Locis suæ Diœcesis. In II. occasione ejusdem administrationis Sacramenti Confirmationis non potuisse, neque posse procurationem ab Universitatibus laicis exigere, & exactas à die habiti recursus teneri restituere. In III. non potuisse exigere procurationem in pecunia, sed ei deberi victualia ad formam Concilii: In IV. deberi victualia, quæ non excedant medietatem procurationis Archiepiscopi, quando visitatio expletur per Vicarium Generalem. In VII. & VIII. Parochos vigore consuetudinis non teneri munera Archiepiscopo deferre, sive in Pernis, sive in Ovis, minùsque illorum pretium solvere. In X. pro Investimento pecuniarum Locorum Piorum requiri licentiam Archiepiscopi, sed præstandam esse gratis. In XIV. demum teneri Archiepiscopum demandare, quòd Oleum Sanctum gratis ab Ecclesia Cathedrali detur Ecclesiis Parochialibus. Quæ resolutio confirmata fuit die 6. Febr. 1700. cum rescripto — *In decisis, & ampliùs lib.*50. *fol.*112. & novissimè *S. Congreg. Episc. & Reg. in Acheruntina, seu Matheranen.* 18. *Mar.* 1706. *ad secundum dub. Ponente Em. & Rev. D. Card. Coloredo*, vide similes resolutiones *in S. Marci Procurationis* 7. *Julii* 1708. *& in Ostunen. eisdem die & anno.*

19 Si loquamur de locatione, & conductione, vel agitur quòd Prælatus, & alia persona Ecclesiastica, cui Ecclesiæ & spiritualia Jura, atque officia Ecclesiastica competunt, accepta mercede locet alteri usum, & exercitium earum rerum, & ille alius data mercede illum conducat, & tunc dicimus hoc, sine pravitate simoniaca fieri non posse, quia esset data, & accepta merces, non super alio quàm super rebus ipsis spiritualibus, vel earum spiritualium, & exercitio negotiari, *tot. tit. Decretal. Ne Prælat. vic. suas.*

20 Vel è contra agitur, quòd quis operas humanas concurrentes, & necessarias ad exercitium dd. rerum spiritualium accepta mercede locet, & Prælatus, vel alia persona Ecclesiastica, ad quem earundem rerum spectat liberum exercitium, data mercede illas conducat, & tunc, quia hoc solet frequentissimè fieri, & non levis adest difficultas circa explanationem quomodo tuta conscientia practicari possit; ideò distinguendum est, quòd vel quis locat operas suas per se, vel per accidens. Si per se, & tunc concludendum, quòd hoc fieri nequeat sine simonia in exercitationibus spiritualibus, quæ sunt principaliter spirituales, qualis est celebratio Missæ, prædicatio Verbi Dei, consecrationes Virginum, Ecclesiarum, & Altarium, collationes Sacramentorum, celebratio Divini Officii, vel Exequiarum pro Defunctis, & similia; Ratio est eadem suprà adducta, quia quando ea, quæ secundùm suum esse principale spiritualia sunt, tractantur absolutè, intelliguntur tractari secundùm suum principale esse, & per consequens quando exercitium, & operæ rerum spiritualium per se locantur, & per se conducuntur mercede interveniente, intelligitur locari & conduci ipsum spirituale, vel tanquam res locata, & conducta, vel tanquam ratio locandi, & conducendi, atque adeo appretiatur opera, & exercitatio spiritualium ex ipsismet spiritualibus, quod *ex suprà animadversis* constat esse simoniacum.

21 Si verò per accidens, & tunc locatio operarum in exercitationibus spiritualibus, cujuscumque generis sint, sine simonia fieri potest, juxta approbatam Ecclesiæ consuetudinem, Per accidens autem dicitur fieri locatio operarum, hoc est propter adjunctum, quoties enim Sacerdotes locant operas suas ad officiandam aliquam Ecclesiam, & admini-

stran-

strandum Sacramenta, celebrandumque Sacrificium per annum, per mensem &c. toties celebraturi in hebdomada, vel confessiones Sacramentales audituri, intelliguntur locare suam libertatem, contra quam debent toties, juxta qualitatem vinculi *adjuncti*, se tenere occupatos, atque ab aliis operibus impeditos, nam tunc tot concurrunt corporalia, & corporales implicationes, atque defatigationes in istis annuis, & menstruis obligationibus, & serviriis, ut locata opera non intelligatur locari, & conduci aliqua res spiritualis, sed corporalis, & temporalis, *Tolet. Instr. Sacerd. lib.5. cap.88. num.5. vers. Dico* 3. *& Clar. in Prax. §. Simon. num.*2.

22 Clariùs potest hoc explicari dicendo, quòd merces illa, quæ rependitur exercitantibus spiritualia, detur eis tanquam stipendium sustentationis personæ operantis, nam quòd pro sustentatione ministrantium spiritualia licitum sit dare, & accipere temporalia, satis probatur ex *Evangelio Matthæi, cap.*10. *Lucæ eodem cap. & ex Epist.* 2. *ad Corinth. cap.*9. *atque ex cap. Cùm secundùm, de Prabend. & Dignitat.* in quibus locis habetur, quòd dignus sit operarius mercede sua, quòd qui Altari inservit, de Altare quoque vivere debet, & quòd qui seminat spiritualia, potest temporalia metere, quæ omnia latiùs observat *P. Gavard. in Theol. examiq. tom.*6. *quæst.*5. *art.*8. *num.*7. Nota hìc, quòd non potest Episcopus Missæ eleemosynam taxare in certa summa, itaut Sacerdos plus recipere non possit etiam à sponte offerentibus, *S. Cong. Conc. in Piston.* 16. *Jan.* 1649. *lib.* 18. *fol.* 575.

23 Si loquamur de rebus secundi generis, quas alio vocabulo cum Summistis spiritualibus annexas diximus per ordinationem, est pariter distinguendum eadem distinctione, quòd vel agitur de eis emendis, & vendendis, vel de locandis, & conducendis.

24 Si de emendis, & vendendis dicimus, quòd hæ res pro ea parte, qua spirituales, & quatenus spirituales sunt, nullatenus possunt vendi, nec emi, licèt earum spiritualitas sit minima; Dixi consultò, *pro parte, qua sunt spirituales, & quatenus tales*, nam si vendantur non pro parte, qua sunt spirituales, sed absolutè, & simpliciter, indubitanter possunt sine vitio simoniæ vendi, & emi, nisi in Jure positivo aliàs prohibeatur. Ratio est, quia cùm principale illius rei corporale sit, si absolutè, & simpliciter vendantur, non intelligitur vendi, & emi, nisi id, quod in se corporale est, dummodo tamen hoc servetur moderamen, ut non pluris æstimetur ratione spiritualitatis, nec pluris vendatur propter illam, sed solùm tanti, quanti valet ratione ipsius rei corporalis, veluti si vendatur Calix consecratus, nullo habito respectu ad ejus spiritualitatem, & qualitatem consecrationis, sed simpliciter ad pondus, & valorem argenti, Gemmarum, artificii, & alterius rei corporalis, nam alioquin, si ratione spiritualitatis, etiam minima æstimatio pluris fiat, simonia procul dubio dicenda erit, *Tolet. Instr. Sacerd. lib.* 5. *cap.* 87. *num.*4.

25 Eodem modo si agatur de Jurepatronatus, quod supradiximus annexum esse spiritualibus per ordinationem ad illa, de per se absque simoniæ vitio vendi nequit, *cap. Quia clerici, & cap. De Jure de Simon. Concil. Trid. sess.*25. *c.*9. *& Tolet. Instr. Sacerd. lib.*5. *cap.*90. *num.*7. Secus si vendatur cum universitate bonorum, tunc enim, nisi aliud fuerit specificè exceptum, censebitur venditum, & emptum, atque obligatum, & oppignoratum sine ulla labe simoniæ, *cap. Cum Sæculum*, ibique *Gloss. de Jurepatronat. Card. de Luca, de Jurepatronat. disc.* 56. *num.* 15. *& Rota in Augustana Jurispatronatus super negotio principali*, 17. *Febr.* 1698. §. *Potissimum, cor. Olmo*. An autem dicatur simoniacus contractus ille, in quo Dominus Jurispatronatus — *ad intuito, e contemplazione di d. matrimonio promette, e s'obliga di donare, e cedere alla Sig. &c. il Jus di nominare, e presentare al Canonicato &c.* — *Sacra Congregatio Concilii in Camerinen. Donationis* 16. *Julii* 1695. in negativam inclinavit opinionem, ea ratione, quia ad excludendam simoniacam labem dicendum est, donationem Jurispatronatus non principaliter causa dictæ dotis, vel contemplatione matrimonii, sed potiùs factam fuisse ratione amoris, & occasione nuptiarum, ut notat *Bertachin. vot. decis.* 114. ubi pariter probat nullam adesse simoniam, quando pactio respicit refectionem damnorum, & expensarum factarum, vel faciendarum circa rem spiritualem, referendo ità decisum ab eadem Congreg. Conc. 7. *Jul.* 1696. *in Civ. Plebis pratensa Simon.*

26 Si verò de locandis, & conducendis Officiis Ecclesiasticis agatur, veluti de Officio Vicarii, Officio Doctoris, & docendi, & aliis suprà expressis, & tunc, vel quæritur, an à Prælato Officia hæc alteri locari possint, & conduci sub certo pretio, & sine simonia fieri nequit, quantumcumque enim spiritualitas in istis sit minima, hoc tamen esset de Officiis spiritualibus, & Ecclesiasticis negotiari, quod non est licitum: Vel agitur, quòd ex parte alicujus Operarii propriè illius operæ locentur ad Officium illud exercendum, & Prælatus operas illas certo pretio conducat, & tunc validè fieri potest, atque concurrere conventiones, & pacta de quantitate stipendii, plus, minusve, tunc enim de corporali opere pactio fit, & non de spiritualitate, *Tolet. Instruct. Sacerdotal. lib.*7. *c.*89. *n.* 10.

27 Advertendum est hìc, quòd non solùm in dd. casibus non possunt spiritualia pro temporalibus emi, vel vendi, locari, & conduci, sed nec etiam de eis fieri permutatio, nec quæcumque alia negotiatio, pactio, & conventio celebrari, juxta regulam *Textus in cap. final. de Pact. & cap. Tua nos*, §. *Donationis, de Simon.* Unde nec etiam aliqua transactio ex eadem ratione super re spirituali fieri poterit, *cap. Super eo, & cap. Præterea, de Transact.* & ratio est, quia transactio est de re dubia, atque incerta lite, non gratuita pactio, ut dicitur *in Leg.* 1. *ff. de Transact.* & transactio nullo dato, retento, vel promisso minimè valet, *Leg. Transactio nullo dato, Cod. eodem Novar. in Summ. Bull. par.* 1. *Comment.* 118. *num.* 10. Inde fit, ut si ab aliquo teneantur res sacræ titulo transactionis aliquo dato, retento, vel promisso, speciem habeat veræ, & propriæ simoniæ, juxta tradita *per DD. in c. Super eo de Transact. & de Angel. de Delict. par.* 1. *c.* 119. *num.* 1. An autem in cessione commoditatis pensionis requiratur Beneplacitum Apostolicum, itaut eo non obtento simoniaca, & nullius roboris dicatur cessio. Respondeo cum distinctione, aut enim cessio respicit Jus ipsum exigendi pensionem, & tunc absque beneplacito Apostolico nulla semper est, rationibus adductis *à Barbos. de Jur. Eccles. Univ. lib.* 3. *cap.* 11. *num.*13. *& seqq.* Aut verò cessit respicit solam commoditatem exigendi pensionem, & hæc absque labe aliqua simoniæ etiam sine Apostolico beneplacito cedi, vendi, & alienari potest ex adductis per Rotam in *Romana pensionis* 4. *Decembris* 1684. §. *final. coram Card. Matth. Piton. discept.* 11. *per tot.* ubi latissimè.

28 Dividitur Simonia in Conventionalem, Realem, & & Mentalem, *Tolet. Instr. Sacerd. lib.*5. *c.*86. *& Via in Summ. Jur. Canon. lib.* 3. *tit.* 26. *vers. Quotuplex*.

29 Conventionalis est illa, in qua pactio aliqua fit de temporali pro spirituali, vel è contra, & licèt deinde temporalium datio non sequatur, non per hoc desinit esse simonia, nam pactum solum, & obligatio dandi atque recipiendi, illam inducit, *Gloss. in cap.* 2. *verb. Saracenorum, de Confess. Novar. in Summ. Bullar. par.* 1. *comm.* 118. *num.*6.

30 Realis est, quæ consistit in simplici datione, quando scilicet, nulla alia præcedente pactione, aliquod temporale pro habendo spirituali datur, & accipitur, de qua latè *Redoan. de Sim. p.*3. *c.*1. *per tot. & Am. de Delict. & Pœn. tit.* 8. §.7. *per tot.*

31 Mentalis demum est, quæ nullam includit vel pactionem vel dationem, sed in sola mente, & intentione hominis consumatur, & perficitur, *Fagnan. in cap. Tua nos, nu.*41. *de Simon.* ubi, quod hæc simonia mentalis solum Deum habet ultorem, qui est scrutator cordium, & cognitor secretorum, quod adverterat priùs *D. Thom.* 2. 2. *qu.*100. *art.*6. *ad* 6. Atque hoc dupliciter sumitur. I. Pro nudo proposito, & desiderio committendi simoniam, quia hæc sola mente concipitur, & nullo modo cum actu externo conjungitur, veluti si quis intentionem habeat dandi pecuniam pro beneficio consequendo, nec ullam de hac re conventionem faciat, & pœnitentia ductus, vel alia ratione motus, seu impeditus, pravam suam intentionem opere, & datione non compleat, *Novar. in Summ. Bullar. part.*1. *comm.* 118. *nu.*4. II. Modo accipitur pro illa actione, & operatione, quæ fit mente simoniaca, sed quantum est ex re, vel ex circumstantiis simoniam non præsefert V. G. Si Cappellanus pecuniam titulo sustentationis, & eleemosynæ relictam pro celebratione Missæ quotidianæ, accipiat ea intentione, ut eam habeat tanquam pretium ejusdem Missæ, nullo tamen dato signo exteriori, quod indicet, se pecuniam illam accipere tanquam pretium, & non tanquam eleemosynam, *Novar. in Summ. Bullar. par.*1. *comm.* 118. *num.* 5. *& Bonac. de Simon. disput.*1. *qu.*2. *à num.* 1. *usque ad* 7. *& Amen. de Delict. & Pœn. tit.* 8. §.7. *num.*2.

32 Probatur hoc crimen iisdem prorsus modis, quibus quodlibet aliud factum, ac crimen probari solet, ut advertunt, Re-

Redoan. de Simon. part.4. cap.6. num. 1. & seq. Pirhing. in Jus Canon. tit.3. de Simon. sect.6. §.1. num.146. Mascard. de Probation. concl. 1305. *per tot.* ubi, quòd probatur per instrumentum conventionis, & pacti, ex debiti remissione, & confessione illam committentis, per rei evidentiam, ex facto notorio, & per famam, juxta *Textus in Can. Placuit* 16. *qu.*3. *& Can. Presbyter.* 15. *qu.*5. *& Can. Si quis Diaconus* 50. *distinct.* Deficientibus verò probationibus, recurrendum est ad conjecturas, de quibus *Menoch. de Præsump. lib.*5. *præs.*8. *per tot. Rayn. tom.* 3. *ad cap.* 32. *supplet.* 7. *per tot. & sign. à num.*65. *& Amen. de Delict. & Pœn. tit.* 8. §. 7. *num.* 31. *& seqq.* Illa autem narrata in precibus Sacræ Pœnitentiariæ porrectis, facile solet esse idem Tribunal ad absolvendum Recurrentes ab hoc crimine, semper tamen cum illa clausula, *facta dimissione Beneficii simoniacè obtenti*, ut advertit *P. Campion. in Instruct. Ordin. cap.* 40. *num.* 40. & firmavit *Rota in dec.* 1024. *in princ. coram Emer. jun.* ubi *num.*6. solidè probat, id procedere etiam si quis ordinatus fuerit Sacerdos ad titulum beneficii simoniacè obtenti, ea ratione quia *Conc. Trid. sess.*21. *de Refor. cap.* 2. prohibens dimissionem beneficii, ad cujus titulum quis fuit ordinatus, loquitur de dimissione voluntaria, non autem de necessaria, & ordinata ad consulendum animæ saluti.

33 Quoad pœnas hujus criminis viden. *Redoan. de Simon. par.*4. *cap.*4. ubi de pœnis simoniæ in conferendis beneficiis: & *cap.* 13. ubi de pœnis ejusdem criminis in conferendis Ordinibus, & *Tolet. Instr. Sacerd. lib.* 5. *cap.*193. *de pœna simoniac. per tot. Foller. in prax. Crim. Can. c.* 18. *Diaz. in prax. Crim. Can. cap.* 85. *Decian. tom.* 1. *lib.* 5. *cap.* 87. *& Rayn. tom.* 3. *ad cap.* 32. *supplet.* 7. *numer.* 162. *& seqq.* & latissimè *Amen. de Delict. & Pœn. tit.* 8. §. 7. *à num.*36. *usque ad num.*72.

34 Cæterùm non potest certa assignari regula, sed secundùm qualitatem simoniæ puniendus est ejusdem criminis Reus, ut enim notabiliter distinguit, *Præposit. in Can. Presbyter.* 1. *quæst.* 1. inspiciendum in hac parte est diligenter, an simonia commissa sit in Ordine, vel in Beneficio Ecclesiastico, vel in ingressu Monasterii, aliisque rebus spiritualibus, vel annexis ad spiritualia, & sequitur *Diaz. in prax. Crim. Canon. c.* 61. *verb. Simoniaci per tot.*

35 Circa simoniam commissam in Ordine, distinguendum est, nam vel loquimur de ea, quæ committitur à simoniacè conferente Ordinem, vel à simoniacè illum recipiente, juxta *Text. in Can. Statuimus* 17. *p. q.* 1. Si de simoniacè conferente, præcipua pœna est, ut deponatur, *Can. Si quis Episcopus* 1. *quæst.* 1. *Via in Summ. Jur. Canon. lib.* 3. *tit.* 26. *vers. Qua pœna, & Rayn. tom.* 4. *ad cap.* 34. *supplet.* 7. *per tot.* ubi *num.* 197. quod ita practicatum fuit die 4. *Januarii* 1695. à Congregatione particulari nonnullorum Eminentissimorum Cardinalium, ibidem descriptorum, & determinantium, quemdam Episcopum hujus criminis reum prævia suspensione in perpetuum à collatione Ordinum, & exercitio Pontificalium, ac ab omni, & quacumque Jurisdictione, & munere Episcopali, esse detrudendum per decennium, & ultra in Monasterium à Sanctissimo designandum, juxta sententiam, quam registravit ibidem *Rayn. post num.* 278. qui Episcopus paulo post eamdem sententiam vitam cum morte commutavit; Si verò de Ordinem simoniacè recipiente, iste pariter deponendus est, *cap. Quoties, de Simon. Clar. in Praxi*, §. *Simonia*, *num.*8. *& seqq.* ibique *Bajard. num.* 17. *& Diaz. in Prax. Crim. Can. cap.*85. Quod intellige non quantùm ad formam, seu characterem, sed quantùm ad effectum, seu exequutionem, *Can. Quicumque studet.* 1. *quæst.* 1. Ideoque ipso Jure suspensus est ab exercitio sui Ordinis quoad se, quoad alios verò nemo cum eo communicare debet in exequutione Ordinis sub excommunicationis pœna, si sit notoriè simoniacus, *Can. Propter hoc* §. *Attamen*, ubi *Gloss. verb. Officium, dist.* 32. *D. Thom.* 2. 2. *quæst.* 100. *art.*6. *ad* 1. Cum quo tamen dispensare potest major Pœnitentiarius, *ut ex Constitution.* 12. *Innoc. XII. n.* 30. in occultis & in Foro conscientiæ tantùm.

36 Circa simoniam commissam in Beneficiis, aliisque Ecclesiasticis administrationibus, distinguendo dicimus, quòd, vel loquimur de illis, qui aliquam rem spiritualem simoniacè adepti sunt, vel de illis, qui pecuniam receperunt pro illis simoniacè dandis.

37 Si de primis, dicimus, quòd pœna ordinaria est privatio, & dejectio à dd. rebus spiritualibus taliter obtentis, *cap. Insinuatum, de Simon. D. Thom.* 2. 2. *quæst.* 100. *art.*6. *in corp.* ubi illam assignat congruam rationem, quia id quod simoniacè acquiritur, contra voluntatem Domini acquiritur, qui mandavit gratis esse dandum, & proinde nil mirum si retineri non possit id, quod contra Domini voluntatem acceptum fuit, & *Card. de Luca in prax. Crim. verb. Simonia, vers. Tra Cattolici, & Novar. in Sum. Bullar. par.* 1. *comm.* 118. *num.* 17. ubi quòd ad hunc effectum requiritur sententia declaratoria, quia in pœnis ipso Jure incurrendis semper requiritur dicta declaratoria, *cap. Cum secundum, de Heretic. in* 6.

38 Si verò loquamur de secundis, dicimus, quòd is qui pecuniam, vel aliud temporale simoniacè recepit, tenetur acceptam pecuniam, vel aliam rem restituere, *cap. De hoc autem*, §. *finali*, *de Sim.* ubi *Gloss. verb. Restituant. Redoan. eodem tit. par.*4. *cap.* 14. *per tot. & Amen. de Delict. & Pœn. tit.*8. §. 7. *num.* 40. ubi loquitur de Examinatoribus, qui si occasione examinis aliquid etiam minimum recipiant, tam ante, eis spontè datum ad captandam benevolentiam, quàm postea ex obligatione antidorali, omnes incurrunt pœnas contra simoniacos à *Concilio Tridentino, sess.* 24. *c.*28. *de reform.* latas, ubi *Barbos. n.* 106.

39 Ultra prædictas pœnas simoniaci incurrunt quoque pœnam anathematis, & Excommunicationis majoris, *Can. Placuit, & Can. Quidquid invisibilis*, ubi *Gloss. verb. Si Presbyter, & verb. Excommunicatione* 1. *quæst.* 1. *& D. Thom.* 2. 2. *quæst.* 100. *art.*6. *in corpore, Bajard. ad Clar. in Prax.* §. *Simonia*, *num.* 18. ubi quòd procedit contra simoniacos quacumque præfulgentes dignitate, & etiam Mediatores, & *Novar. in Summar. Bullar. par.* 1. *comment.* 118. *num.*9. ubi illam adducit rationem, quia Mediatores habentur tamquam Principales, & *Amen. de Delict. & Pœn. tit.*8. §. 7. *n.* 26. ubi Mediatores vocat Diabolicos Proxenetas, nedum proprias, sed aliorum etiam animas damnationis capistro strangulantes. An autem contra simoniacos procedi, & inquiri possit post lapsum 20. annorum, negat *Trevisan. d.* 5. *per tot.* Verùm rectiùs contrarium probant *Pax Jordan. var. lucubr. to.* 3. *lib.* 14. *tit.* 24. *num.* 233. *&* 368. *& seq. & Bertachin. vot. decis.* 114. *num.* 2. ea ratione, quia in delictis atrocibus, quale reputatur simonia, limitatur regula illa, quòd actio criminalis spatio 20. annorum præscribatur, de qua *Antonell. de Tempor. legal. cap.* 82. *in principio, & Conciol. resol. crimin. verb. Delict. resol.*7. *num.* 1. *& seqq.*

40 Si quæras hìc, an Papa dicatur committere simoniam, Respondeo cum distinctione, Nam, vel loquimur de simonia, quæ est prohibita solùm Jure positivo, prout est illa, quæ committitur circa Beneficia Ecclesiastica, & similia, & cùm Papa sit supra omne jus positivum, non dicitur in hoc casu simoniam committere; Aut verò loquimur de simonia à Jure Divino prohibita, prout est vendere Gratiam, Dona Spiritus Sancti, Sacramenta, & alia hujusmodi, & in hac etiam Papa dicitur committere simoniam, *Anan. in cap.* 1. *post num.*7. *de Simon.* ubi quòd hæc distinctio est communis, quam sequitur etiam *Clar. in Prax.* §. *Simonia*, *num.* 5. ibique *Bajard. in addition. num.* 5. *&* 17. & latè *Decian. tom.* 1. *l.*5. *cap.*78. *per tot. & cap.*82. *numer.* 9. & ad materiam *vide Fagnan. in cap. Cùm pridem, à nu.* 53. *de Pact.*

Nota hìc quòd absque labe Simoniæ potest Beneficiatus liberè Beneficium resignare in manibus Episcopi, ad hoc, ut illud rectæ Personæ conferatur, dummodò in actu resignationis, id non exprimatur per pactum, *Monacell. in Formul. tom.* 1. *tit.* 2. *formul.* 19. *nu.*7. mihi autem id videtur durum.

41 Demum nota hìc, quòd simonia nedum committitur quando temporale datur tamquam pretium pro obtinenda re spirituali, sed etiam si detur tamquam solum motivum conferendi, vel efficiendi spirituale, & etiam quando temporale est solùm gratuita compensatio pro spirituali, & è contra, ut sancivit *sa. me. Innocentius XI.* 2. *Martii* 1679. *proposit.*45. reprobando in hac parte firmata per *Escobar. Theolog. moral. tract.*6. *exam.* 2. *num.*4. *& Valent. tom.* 3. *disp.* 16. *quæst.* 3. *num.* 2044. Etiam si agatur de re quantumvis minima, & ratio est, quia, vel parvitas materiæ se tenet ex parte rei spiritualis, & hæc nullatenus excusat, quia spiritualis res non consideratur secundùm materiam, sed secundùm formam, quæ indivisibilis est, & proinde quælibet etiam minima reliquia alicujus Sancti ita adorabilis est sicut magna pars ejusdem.

42 Circa quarum reliquiarum adorationem nota hìc, non competere privativam Cathedrali, vel alteri digniori Ecclesiæ, sed permissum esse omnibus Ecclesiis, in quibus reliquiæ alicujus Sancti reperiuntur, eadem die adorandas omnibus publicè exponere, ut moderando decretum Synodale Episcopi Parmen. respondit *S. Congregatio Concilii in* Par-

Parmen. Festivitatis S. Crucis 9. Augusti 1698. & 28. Martii 1699. lib. 48. Decr. fol. 351. & lib. 49. fol. 159. Ad materiam vide *Pignatell. consult. 52. tom. 3. & Rot. in Romana Juris celebrandi 26. Junii 1697. & 28. Januarii 1698. coram Priolo.*

43 Vel parvitas materiæ se tenet ex parte rei temporalis, & tunc potiùs aggravatur magis culpa, ex quo minimo pretio comparatur res spiritualis, quæ ex vilitate pretii potiùs contemni videtur, ut discurrunt Authores, quos referunt, & sequuntur *Thesaur. de Pœn. Eccles. par. 2. verb. Simonia, cap. 1. vers. Amplia tertiò, & Amen. de Delict. & Pœn. tit. 8. §. 7. num. 10.* Licèt non desint Doctores inclinantes in contrariam opinionem, inter quos est *Decian. lib. 5. cap. 81. num. 7.* ubi quòd in consideratione parvitatis materiæ habenda sit ratio etiam ad qualitatem dantis, & accipientis, & pro hac opinione adduci solet *Textus in cap. Et si quæstiones 18. de Sim.* ubi *Alexand. III.* consultus à Strigoniensi Archiepiscopo, cujus Frater donaverat Equum Cardinali, qui deferebat Pallium dicto Archiepiscopo, respondit non fuisse simoniam congrua adducta ratione ibi, *Si ergo prædictorum, Card. & Fratris tui personam, & qualitatem pensamus, non fuit magnum ab eodem Fratre tuo Cardinali Equum unum transmitti, quem etiam Jaculatori non petenti vir tantus, & tam abundans fortè donaret.* Quas contrarias opiniones conciliat *Amen. ubi suprà*, ut prima procedat in simonia reali, secunda verò in mentali, Sed ratio conciliativa per ipsum adducta non concordat cum d. *propositión. 45.* damnata ab *Inn. XI. 2. Martii 1679.* ut ex confrontatione.

44 Nota demum, quòd in sequenti casu proposito in Congregat. Concilii 18. *Maii 1686. sub tit. Dubium Simoniæ, ut in lib. 36. Decret. fol. 205.* responsum fuit pro simoniæ exclusione, & non existentia, *Berta volens sororem monialem invisere, admittit tractatum matrimonii cum Titio, apud quem per multos dies moram facit cum promissione futuri matrimonii, sponsalibus contractis; ante celebrationem ejusdem matrimonii exquisivit Titius omnium bonorum Bertæ, nimiùm divitis donationem irrevocabilem inter vivos, quam coacta fuit facere ad proprii honoris reparationem; prætendente deinde eadem Berta à domo Viri expulsa, eandem donationem esse simoniacam, uti extortam intuitu matrimonii, tamquam Sacramenti, Sacra Congregatio Concilii negativè respondit.*

TITULUS X.

De Criminibus merè Ecclesiasticis innominatis.

Crimina Ecclesiastica innominata sunt illa, quæ in corpore Juris non habent certum titulum, nec proprium nomen, nullamque pœnam certa lege comprehensam, sed habent dumtaxat nomina facti, atque denominantur ab aliquo actu criminoso, à persona Ecclesiastica patrato, veluti si quis faciat se ordinare ab Episcopo non suo, ut observat, *Decian. lib. 5. cap. 2. num. 9.* Sunt autem crimina hujus generis in toto corpore Juris sparsa, illaque diligenter collegit *Rayn. tom. 1. ad cap. 1. supplet. 5. per tot.* ubi centum, & ultrà casus enumerat: solidisque rationibus, & authoritatibus comprobat; Possunt tamen ad nostrum propositum omnia ad quatuor capita reduci; Ad illa scilicet, quæ committuntur ratione Ordinum; Ad illa, quæ ratione Divinorum Officiorum; Ad illa, quæ occasione Ecclesiasticorum Beneficiorum; Et demùm ad illa, quæ ratione inhonestatis vitæ, ita *Decian. lib. 2. cap. 19. nu. 25.*

§. I.

De Criminibus merè Ecclesiasticis innominatis ratione Ordinum.

1 *Crimina Ecclesiastica innominata ratione Ordinum*, ex duplici capite talia dicuntur, vel scilicet ex capite Ordinis non suscepti, vel suscepti quidem, sed injustè, & illicitè.

2 Ex capite Ordinis non suscepti dupliciter committuntur. Si quis Parochialem Ecclesiam obtinuit, & intra annum non fecerit se promoveri, *cap. Licet, canon. de Elect. in 6.* juncto *cap. Commissa, eodem tit. pariter in 6.* Si Episcopus canonicè electus, & confirmatus intra spatium trium mensium non fecerit se consecrare, *Can. Quoniam, dist. 75. & Can. Quoniam, §. Si verò, dist. 100. Conc. Trid. sess. 23. cap. 2. de Reform.* ubi comprehenduntur etiam S. R. E. Cardinales; Quo casu Episcopus ille, qui intra dd. tres menses se consecrare non facit, amittit fructus Episcopatus, quos ei major Pœnitentiarius condonare nullatenus potest, *ex Const. 12. §. 33. Innoc. XII.*

3 Ex capite Ordinis illicitè suscepti multipliciter.

4 I. Si quis ordinatus fit in vinculo excommunicationis, *cap. Illorum, de Sent. Excomm.* Vel in vinculo suspensionis, *Silvest. in Summ. verb. Irregularitas, vers. Secundò quæritur, & Angel. pariter in Summ. eodem verb. Irregularitas, numero 22.*

5 II. Si quis ordinatus fit postquam fuerit rebaptizatus, *Can. Qui bis, de Consecr. dist. 4.* ibique, *Gloss. verb. Ordinari*, cum aliis apud *Bellet. disquis. Cleric. p. 1. tit. de Disciplin. Cler. §. 10. num. 34.*

6 III. Si quis Ordinem susceperit, cum impedimento Bigamiæ, *ut in tot. tit. Decretal. de Bigam. non ordin. & Corvin. in Institut. Canon. lib. 1. tit. 25. de Cleric. ordin. Vers. Vinculum civile.*

7 IV. Si quis Ordinem susceperit læsus natalibus, & illegitimè natus, *c. 1. de Fil. Presbyter. Corrad. in Prax. Dispens. lib. 3. cap. 2. num. 1. & seqq.* ubi, *num. 7.* quòd *ex Constit. Greg. XI. sub Datum Avenioni 3. idus Novemb. Pontificatus sui anno 4.* in Basilicis S. Joannis in Later. S. Petri, & S. Mariæ Majoris de Urbe, tales illegitimi prætextu cujuscumque dispensationis obtinere non possunt Canonicatum, Beneficiatum, Præbendam, vel aliquam aliam Dignitatem, seu Personatum. Sive etiam corpore vitiatus, *Can. Non confidat. 50. distinct. Seraph. dec. 625. per tot.* ubi de vitio in oculo, seu in pupilla, ex quo conclusum fuit pro invaliditate

8 Clericatus, & latè *Jo. Dart. de Benef. sect. 4. c. 3. & Rayn. tom. 1. ad c. 8. supplet. 1. à num. 58.* Nisi Summi Pontificis accedat dispensatio, *Panim. dec. 89. ann. 2. num. 20. & seq.* quæ, quando deformitas non est talis, ut scandalum in Populo generet, de facili solet concedi, Episcopis injungendo ut ante exequutionem diligenter considerent, an defectus talis, tantusque sit, ut Divinis præstet impedimentum, vel

9 scandalum in Populo generet, ut refertur, *in Lucana Dispensationis 12. Jan. 1697.* proposita in Sacr. Congregatione Concilii, in qua ulteriùs resolutum fuit, taliter dispensatum ad Ordines non indigere nova dispensatione ad Beneficia, etiam Curata, Canonicatus, & Dignitates, etiam in Cathedrali, ut videre est in *lib. 47. Decr. fol. 19.* & apud *Anton. post tract. de Jurib. Cleric. fol. 19.* Idemque resolverat priùs, *in Nuscana 26. Aprilis 1659. ut in lib. 21. Decr. fol. 624.* Concedi pariter solet, etiamsi quis careat oculo Canonis, quia tali defectui solet provideri, ponendo Tabellam Canonis in medio Altaris, *Corrad. in Prax. Dispen. lib. 3. cap. 6. num. 24. & Panim. dec. 89. adnot. 2. nu. 24.*

10 Nota hic *ex Nicol. in Floscul. Verb. Concursus in fin.* quòd carens oculo dextro, si ex dispensatione celebret, admittendus est ad concursum.

11 VI. Si quis Ordinem susceperit in vinculo servitutis sine licentia Domini sui, *Can. Nullus, & Can. de Servorum 54. dist. & cap. 1. & 2. de Serv. non ordinand.*

12 Nisi Urbis Conservatoribus se præsentando ab eis libertatem obtineat, quam dare posse indistinctè ad ipsos confugientibus probatur ex Motu proprio Pauli III. registrato *à Corrad. in Prax. Dispens. lib. 3. cap. 8. num. 5.* ubi pariter *nu. 7.* registrat patentes literas, quas in his casibus solent expedire Conservatores favore eorundem servorum, ad ipsos recurrentium pro obtinenda libertate. Et latissimè *R. P. D. Severolus apud D. Costantin. ad Stat. Urb. adnot. 32. la 2. à num. 142. usque ad num. 191.* in cujus casu agebatur de duobus Turcis, Petro Syndico, & Paulo Antonio Amodæo, qui de mense Julii 1698. aufugerant à Triremibus Pontificiis, referens, *num. 191.* eosdem Turcas è carceribus, ubi detinebantur, fuisse liberatos, ad hoc, ut libertate, eis donata à Conservatoribus Urbis, perfruerentur. Vel si hoc fece-

13 rit liber homo obligatus ad ratiocinia ante redditionem rationum, *cap. Necessaria de Obligat. ad ratiocin. non ordinan.* cum aliis apud *Bellett. disquis. Cleric. par. 1. de discipl. Cler. §. 11. per tot. & Corvin. in Instit. Can. lib. 1. tit. 25. de Ordin. Cleric. Vers. ob vinculum.* Quòd Christianus possit habere mancipium Christianum, videtur admittere *Scacc. de Appellat. lib. 3. cap. 2. q. 16. limit. 1. n. 129. fol. 405.*

14 VII. Si quis Ordinem susceperit sine convenienti literatura, *Can. Præcipimus*, ibique, *Gloss. Verb. Ignorans 34. dist. Can. Illiteratos*, ubi *Gloss. dist. 36. Can. 1. & Can. Pœnitentes 55. dist. de Grass. de Effectibus Cleric. in prælud.*

*Ind. nu.*66. *& seqq. Gambar. de Author. Legati à Later.* 15 *lib.*7.*num.*458. ubi quòd licèt illiterati characterem Ordinis recipiant, monstra tamen sunt, & opprobrium in Ecclesia Dei; Nomine autem Literaturæ in hac parte non veniunt 16 lites, & alia conducentia ad illas in quo sensu, *Perez. ad Ordin. Castell. lib.* 8. *tit.* 19. *l.* 5. *in* 1. *addit. & Rayn. tom.*1. *ad cap.*7. *supplet.* 11. *num.* 34. interpretantur verba illa, *Psal.*70. 17. *Quoniam non cognovi literaturam*, sed intelligenda est scientia, ad omnes Ordines requisita, juxta disposita *in Concil. Trid. sess.* 23. *de Reform. cap.* 4. *& seqq.*

17 Si autem agatur de Archidiaconatu, cui annexa non sit cura animarum, nec jurisdictionem habeat, conferri potest etiam non Doctori, ut respondit *Sacr. Congregatio Conc. in Caputaquen.* 4. *Jun.* 1633. *lib.*18. *Decret. fol.*737. Et quo-18 ad promovendos ad Ordines in Urbe, & in sex vicinis Episcopatibus adest specialis, *Constit.* 126. *f. m. Alexand. VII.* in qua, §.3. ultra ea, quæ respiciunt literaturam, & scientiam ad unumquemque Ordinem necessariam, præscribitur vacatio exercitiis spiritualibus saltem decem dierum spatio ante quemlibet ex sacris Ordinibus.

19 VIII. Si quis Ordinem per saltum susceperit, idest omisso aliquo Ordine, qui debebat antecedere, *c. unic. de Cleric. per salt. promot.* cum aliis apud *Amen. de Delict. & Pœn.* 20 *tit.*8.§.3. *nu.*6. ubi quod est verum etiamsi omittatur prima tonsura, quæ in Theologorum sententia non est Ordo.

21 IX. Si quis Ordinem furtivè susceperit, idest sine ordinatione, & permissione Superioris, & non prævio necessario examine, *cap.*1. ubi, *Gloss. Vers. Furtivè de Eo, qui furtiv. ordin. suscep.* Vel qui in una, eademque die suscepit quatuor minores Ordines, & Subdiaconatum; Vel eodem 22 die duos Ordines sacros, Ordinatore hoc ignorante, *c.*1. *& cap. fin. de eo qui furtiv. ordin. suscep.* & notat *Hostiens. in Summ. eodem tit.* §. 1.

23 An autem ordinatus cum falsis dimissoriis Episcopi, eo fine confectis, ut dissolverentur sponsalia, ab ipso antecedenter contracta cum muliere, quam præcedente d. promissione defloraverat, *Sac. Congreg. Concilii in Portogallien. Ordinationis, & sponsalium* 5. *Aprilis* 1704. *respondit affirmativè, ut in lib.*54. *Decret. fol.*122. In qua Pars, quæ instabat pro nullitate d. ordinationis, se fundabat in protestatione, quam præmittere solent Episcopi, se non habere intentionem conferendi Ordines illis, qui requisita essentialia non 24 habebant, & interpellatus de mandato Sac. Congreg. idem Episcopus de hac declaratione, asseruit, *quòd ante Ordinum collationem lecta, & promulgata fuit per Secretarium admonitio in Pontificali posita, & voce clara narravit, non habere intentionem ordinandi eos, qui non haberent omnia requisita essentialia juxtà Sacr. Canones, & Conciliorum decreta, & insuper se habuisse eam intentionem, quam S. M. C. E. postulat, & debet habere quisque timoratus, & Vir doctus, & Prælatus pius, adhærendo semper sententiæ Doctorum*, subjunxit tamen eadem Sacr. Congreg. procedendum esse contra taliter ordinatum per Episcopum prout de Jure.

25 X. Si quis Ordinem susceperit ante legitimam ætatem, singulis Ordinibus suscipiendis à Jure Canonico præfinitam, prout de Jure antiquo videre est *in cap. Non est compos de Tempor. ordination. & in Clement. final. de Ætate, & qualitate ordinandor.* De Jure verò Concilii Tridentini, *in sess.*23. *de Reform. cap.* 11. *&* 12. *& Rot. coram Priol. d.*397. *num.*3. ubi quòd ordinatus ante legitimam ætatem fit irregularis, & potest privari beneficiis. Dummodò non accedat Summi Pontificis dispensatio, quæ pro Sacerdotibus concedi solet, etiam per tredecim menses antè 26 dictam ætatem à Jure præfinitam, teste *Corrad. in Prax. dispens. lib.*4. *cap.*2. *num.*42. ubi quòd licèt antiquis temporibus vix pro uno, vel altero concedi soleret, ut plurimum ultra Montes, & cum maximis favoribus, hodiè tamen passim conceduntur, & originem hujus facilitatis refert ad pestem, qua tempore Urbani VIII. ferè innumeri perie-27 runt Sacerdotes, à qua motus fuit idem Summus Pont. ad illas concedendas, ne Christi fideles Sacrificii Missæ fructu aliquando destituti ob penuriam Sacerdotum remanerent.

28 In ætate verò requisita à Constitutionibus Religionis dispensare solet Sac. Congreg. salva tamen dispositione Concilii, ut respondit *in Messanen.* 17. *Junii* 1645. *lib.* 14. *Decr. fol.* 454. *& in Congregationis Cassinensis* 17. *Januarii* 1643. *lib.* 17. *Decr. fol.* 237. *& in Caven.* 2. *Maji* 1648. *lib.* 18. *Decret. fol.* 472.

29 XI. Si quis Ordinem suscepit non in statutis à jure temporibus, *Can. fin.* ibique *Gloss. dist.* 65. *c.* 1. *& cap. Cum quidam de Tempor. ordinat.* cum aliis apud *Corvin. in Instit. Canon. lib.* 1. *tit.* 25. *de Ordinat. Cler. vers. Extra statuta.* Nisi id pariter fiat cum dispensatione Pontificis, mediante Bre- 30 vi, quod vocant *Extra tempora*, cum illis restrictivis concedi hodie solito, quæ videri possunt *in decreto Congregationis particularis S. M. Innoc. XI. deputata*, edito *die* 14. *Decemb.* 1693. *& impresso in collect. Bullar. ejusdem Pontificis la* 91. *in ordine.* An autem Regulares vigore privilegiorum, quæ asserunt à diversis Summis Pontificibus habere, extra dd. tempora absque ullo pœnarum incursu ab Ordinariis locorum Ordines suscipere possint: Respondeo cum distinctione: Aut enim eadem privilegia clara sunt, & specificè uni, vel alteri Religioni concessa, ut est illud contentum, *in Const.*77. *Gregorii XIII.* pro Jesuitis, & nulla adest in his terminis difficultas; Aut verò prætendunt uti privilegiis concessis aliis Religionibus per privilegiorum communicationem, & tunc illicitè ordinantur, ut notant *Barbos. de Jur. Eccles. lib.* 1. *cap.*33. *num.* 182. *Ventrigl. in Prax. part.* 1. *annot.* 44. §. *unico num.* 12. *& Monacell. in Formular. fol.* 170. *num.* 36. ubi quòd ita resolvit *Sac. Cong. Conc. in Senen.* 11. *Aprilis* 1696.

Indeque meritò eadem Sac. Congreg. *in Assisien. Ordinationis* 23. *Januarii currentis anni* 1706. noluit indefinitè resolvere dubium, *An Episcopus potuerit Ordines extra tempora Regularibus conferre*, rescribendo *Dilata, & scribatur Episcopo, quòd se abstineat, donec exhibeantur privilegia Regularium*, ad hoc scilicet, ut ex illorum visione, & recognitione appareat, an illa sint clara, & literalia, vel potiùs eadem facultas prætendatur per inductiones, & communicationem privilegiorum quo casu nullatenus suffragatur *ex sup. allegatis.*

XII. Si quis in una, eademque die suscepit à suo Episco- 31 po duos Ordines sacros, non furtivè, ut supra, sed cum scientia Episcopi, *cap. Literas, & cap. Dilecto de Tempor. ordinat.*

XIII. Si quis ordinem suscepit ab Episcopo non suo, sine 32 licentia proprii Episcopi, *Can.* 1. *dist.* 71. *& S. M. Innocent. XII. constit.* 44. *num.*7. impressa etiam apud *Pignatel. consult.* 13. *tom.* 10. in qua plures alii deciduntur casus, in quibus quis malè ordinatur sine literis testimonialibus proprii Episcopi, sub pœna suspensionis à collatione Ordinum per annum respectu ordinantis, & ab executione Ordinum susceptorum ad arbitrium proprii Ordinarii respectu ordinati, ultra alias pœnas graviores, Summo Pontifici arbitrarias.

An autem possit quis ordinari cum literis dimissorialibus, 33 concessis ab Episcopo ægritudine detento, post istius obitum, *Sac. Congreg. Conc. in Mexicana literarum Dimissorialium*, 24. *April.* 1700. cum distinctione respondit, quòd scilicet, vel dd. literæ sunt concessæ nominatim Subditis Episcopi ægroti, & id possit fieri; Vel sunt generaliter concessæ omnibus aliis Subditis, qui eas postulabunt post ipsius mortem, etiam intra annum sedis vacantis, & tunc respondit, id fieri non posse, non obstante prætensa consuetudine, quæ in eodem Regno Mexicano allegabatur, innixa longevæ vacationi Ecclesiarum, & distantiæ 300. milliariorum ab Episcopis vicinioribus per loca ferè inaccessibilia, montibus, crebrisque fluminibus referta, ut videre est *in lib.* 50. *Decr. fol.* 184.

XIV. Si quis Ordinem suscepit ab Episcopo, qui, justa 34 concurrente causa, cum licentia Apostolicæ Sedis renunciavit loco, & dignitati Episcopali, *cap.*1. *de Ordin. ab Episcopo, qui renuns. Episcopat. & Ricciull. var. lucubr. lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 1. *& seqq.* ubi quòd Episcopus renuncians loco, & dignitati perinde habetur ac si nunquam fuisset Episcopus, 35 quia sublato loco, & deposita dignitate, nihil remanet, in quo Episcopale nomen valeat conservari, *& num.* 5. quòd nemo poterit ampliùs Episcopalibus insignibus uti. Imò si 36 talis Episcopus sit Regularis, rediens deinde ad claustra, ad nullam suæ Religionis dignitatem assumi debet, *ex Const.* 21. *fen. uls. Pauli IV.*

Quale verò Jus reciperet hujus modi Episcopus Regula- 37 ris ad effectum succedendi suis consanguineis, vide resolutiones Sac. Congreg. Concilii *in Nullius* 15. *Januarii* 1631. *lib.* 14. *fol.* 336. *in Hispaniarum* 11. *Januarii* 1631. *lib.* 14. *fol.* 371. *& in Neapolitana*, 3. *Decembris* 1636. *libr.* 17. *fol.* 292.

XV. Dixi *loco, & dignitati*, quia si renunciavit dumta- 38 xat loco, idest administrationi, sed non dignitati, ei remanet habitualis potestas eorum, quæ sunt Ordinis, non autem exercitium, *Fagnan. in cap. Requisivit, num.* 1. *de Ordin. ab Epis. qui ren. Episc.* ubi quòd iste Episcopus caret Subditis,

ditis, sicut Episcopi Titulares Clero, & Populo carent, *Mastrill. de Magistr. tom. 2. lib. 4. cap. 10. num. 7. & seqq.* ubi quòd sunt similes Canonicis in herba, hoc est non habent præbendas, & dicuntur tales, sicut dicitur Rex Taxillorum, Canonicus Ravennæ, & similes quos proinde Episcopos Nullatenentes vocat, *Rota in decis. 212. num. 13. coram Pamphil. & decis. 599. num. 11. part. 18. rec. Franc. de Eccles. Cathedr. cap. 6. num. 351.* ubi quòd in Italia appellantur, *Nullatenentes*, in Hispania verò *Obispos de anillo*, *& cap. 32. num. 12.* ubi illos vocat *Nullatenentes*, *Titulares*, *anulares*, *portatiles*, *commodatitios*, *ambulativos*, *portativos*, *& mobiles*, *& Ricciul. var. Lucubr. lib. 2. cap. 1. num. 1.* ubi *per 13. sequentia capita* latè de eisdem tractat, *& cap. 7.* observat.

40 Summos Pontifices parcè nimis, & ex causis sibi benè visis, solitos esse Viros vitæ, & morum probitate insignes, ac facultatibus Ecclesiasticis, vel patrimonialibus pollentes, ad hanc Dignitatem evehere, ut plurimum verò; Vel ad hoc, ut reperiantur semper aliqui, in quorum persona Ecclesiarum ab hostibus occupatarum memoriam contemplare possimus; Vel ut præsto sint, qui Summo Pontifici in functionibus Pontificalibus assistant, absque animarum propriis Pastoribus commissarum præjudicio; Vel demum pro Nunciis, apud Supremos Principes deligendos, apud quos non nisi insigniti Ordine Episcopali accedere consueverunt, & propter Principum majestatem, & propter Episcoporum, quibus præsunt, honorem, atque decentiam, 41 vide *tom. 3. par. 2. discet p. 16. num. 152. & 294.* Isti autem Episcopi ex adductis per *Pignatell. consult. 137. per tot. tom. 10.* locum habent, & vocem in Conciliis Generalibus, ut observant *Franc. de Eccles. Cathedr. cap. 32. num. 19. & seqq.* & reprobando *Marc. Ant. de Domin. Spalate. Archiep.* dupliciter Apostatam, à Societate nimirum Jesu, & à Catholica Religione *lib. 2. de Republic. cap. 7. num. 26. & 27.* benè probat *Ricciul. Var. lucubrat. lib. 2. cap. 6. per tot.* Causas seu veriùs prætextu discessus hujusmodi perfidi apostatæ à Religione, illiusque accessus ad Anglias, fusè narrat *Trajanus Boccalinus*, *tom. 3. della Bilantia Politica*, *lett. 3. fol. 7.*

42 Nec non si sint Canonici, in Choro, Capitulo, & aliis publicis functionibus, omnes alios Canonicos, & dignitates præcedunt, atque in primo stallo sedere debent, ut testantur *Barbos. in Summ. Apostol. decis. collect. 111. num. 12. & seq. & Panimol. dec. 1. adnot. 4. num. 21.* & in Urbe quotidie id practicari videmus in tribus Basilicis & Joannis in Laterano, Principis Apostolorum, & S. Mariæ Majoris.

43 An autem Familiares hujusmodi Episcoporum titularium gaudeant privilegio Fori, & à quo puniendi sint in casus contingentia; Dico, illos gaudere, & puniendos esse ab Ordinario Loci, ubi degunt iidem Episcopi, ut resolutum *à Sacra Congreg. Imm. die 3. Januarii 1620.* observant *Dian. Coordinat. tom. 9. tit. de Immunit. Eccles. resol. 184. per totam*, *& Ciarlin. controv. 20. pariter per totam*.

44 Nota hìc *ex Albino Flacco Alchuino de Divin. Offic. cap. 36. in fin.* Episcopum Græcè appellari superintendentem ex eo, quia antiquis temporibus in singulis Civitatibus erant Turres altissimæ, & unaquæque Civitas habebat suam Turrim, in qua stabat speculator assiduè, ut à longè posset aspicere venientes, cujus speculatoris similitudinem modò gerit Episcopus, sicuti enim ille stabat in altitudine Turris, ita Episcopus debet consistere in altitudine virtutum, & sicut eadem Turris cæteras domos excellebat, sic Episcoporum vita debet excellere vitam subjectorum, & sicuti ille speculator nunciabat adventum hostium, ut sibi providerent Cives, sic Episcopi debent annunciare Populis sibi subjectis adventum nequissimi hostis Diaboli, ut provideant, ne ejus laqueo capiantur.

45 XVI. Si quis Ordinem suscepit ab Episcopo hæretico *cap. 1. & 2. de Schismaticis*, *& Card. de Alb. de Inconst. in Fid.* 46 *par. 1. cap. 37. num. 16.* ubi quòd taliter ordinatus dicitur non parum de hæresi suspectus.

47 XVII. Si quis Ordinem suscepit ab Episcopo excommunicato, ut *in causa 9. quæst. 1. per tot. & cap. fin. de Ordin. ab Episcopo, qui renunt. Episcopat.*

48 XVIII. Si quis Ordinem suscepit ab Episcopo ab Ordinum collatione suspenso, cùm enim ad hunc finem suspendatur, ne alicui Ordinem conferat, & ne alius ab eo illum suscipiat, ideo criminosa, & illicita reputabitur ordinatio.

49 XIX. An autem Episcopus à collatione Ordinum suspensus, efficiatur irregularis, si Ordinem conferat, affirmat *Fagn. in cap. Vel non est compos n. 17. & seqq. de Tempor. or-* 50 *dination.* etiamsi conferat minores Ordines, vel primam tonsuram, eo quia exercet tanquam Minister proprium actum illius Ordinis, à quo fuit suspensus, exinde inferendo, quòd non fiat irregularis, si beneficia conferat, eo quia beneficiorum collatio est actus Jurisdictionis, non au- 51 tem Ordinis.

52 XX. Si quis patiatur, Ordinem jam susceptum reiterari, puta, quia cùm esset ordinatus Subdiaconus, Subdiaconatus Ordinem iterum suscipiat. Cùm enim Ordines chara- 53 cterem imprimant absque gravi culpa reiterari non possunt, *Card. de Lug. de Sacram. in gen. disp. 6. sect. 1. num. 5. Hallier. de Sacr. elect. & ordin. sect. 3. de effect. ordin. cap. 2. §. 1. & Card. de Albic. de Inconst. in Fid. par. 1. cap. 37. num. 1. & seq.* ubi *num. 9.* quod hoc est verum, etiam, si reiterentur Ordines minores, & *num. 10. & seq.* quod idem erit si quis reiteratò initiaretur prima tonsura.

54 XXI. Si quis ordinatus fuit ad Episcopo Schismatico, *Via in Summ. Jur. Can. lib. 3. tit. 47. de mal. ordin. reception. Versic. Suscipiens*, ubi quòd idem erit, si quis ordinetur 55 cum ficto patrimonio, quod non posse constitui super litte- 56 ratura ordinandi resolvit *Sac. Cong. Concilii in Bracharen. 23. Februarii 1630. ut in lib. 14. Decr. fol. 244.* Constitui ta- 57 men potest, tam super pensione, *eadem S. Cong. in Tudertina 23. Febr. 1635. lib. 15. Decr. fol. 317.* Quàm super lega- 58 to perpetuo, ad congruam sustentationem sufficiente *eadem Sacr. Congr. in Lauden. 7. Septembris 1652. lib. 9. Decr. fol. 205.* Posito autem, quod hoc patrimonium verè, & 59 realiter fuerit Clerico constitutum, & assignatum, tunc gaudet omnibus privilegiis, & immunitatibus aliorum bonorum Ecclesiasticorum ex latè deductis per *Panim. dec. 6. adnot. 3. num. 1. & seq.* ubi hoc limitat in duplici casu, postquam scilicet Clericus ad sacros Ordines est promotus, & statim ac idem Clericus alia beneficia Ecclesiastica fuit 60 consequutus, ex quibus commodè vivere potest, & Episcopus illa in locum patrimonii subrogavit, *& refert ita decisum à Sac. Congr. annis 1635. 1639. & 1654.* vide resolutionem Cong. Concilii *in Senogallien. 20. Junii 1705.* ibi 4. *An impetrato Beneficio bona in titulum Patrimon. antea assignata redeant ad primævum statum? Affirmativè, factâ prius subrogatione per Ordinarium.* De Patrimonio Clericorum vide *Cobell. ad Bull. Bon. Regimen. cap. 35. à num. 53.* ubi latissimè.

61 Quòd si hujusmodi patrimonium constituatur Clerico in bonis fideicommisso subjectis, illo mortuo reincidunt sub eodem fideicommisso, nec remanent libera, & transitoria ad hæredes Clerici *Bertachin. vot. dec. 133. per tot.* ubi bonam assignat rationem, seu disparitatem, quare id non procedat in dote assignata ex bonis fideicommissariis, quæ semel à fideicommisso legitimè extracta, nunquam ampliùs 63 in illud incidit, *Rot. in Rom. Census 22. Junii 1689. coram Ursino.*

63 Adverte hìc, quòd mortuo Episcopo, illius Suffraganeus Ordines conferre non potest. *S. C. Conc. in Constantien. 4. Febr. 1645. Lib. 17. Decr. fol. 39.*

64 Adverte 2. quòd habenti requisita personalia, etiamsi Patrem habeat bitruarium, vel Baroncellum, Ordines conferri debent, *S. Cong. Conc. in Aquen. 13. Septemb. 1653. lib. 19. Decr. fol. 275.*

65 Ordinandorum requisita pro quocumque Ordine distin- 66 ctè enumeravit *Monacell. in Formul. fol. 61. & 62.* An autem onera Missarum detrahenda sint à redditu Beneficii, ad cujus titulum, quis vult ordinari. R. Negativè, nisi in ca- 67 su, quo in fundatione cautum sit, quòd Beneficiatus in eo casu impedimenti teneatur celebrare per alium; *Ità S. C. Conc. in Tyburtina 8. Julii 1690. Lib. 40. Decr. fol. 434. & in Signina Ord. 14. Apr. 1696. lib. 46. Dec. fol. 160.* & latè, *Piton. discep. 40. num. 8. & 9.*

68 Inter crimina demum Ecclesiastica innominata ratione Ordinis reponi potest vis illa, & violentus modus operandi aliquorum Dominorum temporalium, omni via tentantium impedire, ne eorum Subditi militiæ adscribantur Clericali, absque eorum expressa licentia. Quod tamen, semper improbavit Sacra Congregatio Immunitatis, ut recognosci potest *ex tomo Epistolarum ann. 1691. fol. 34. à tergo*, ubi seriò injunxit, ut Locorum Ordinarii Ecclesiastico Zelo, & Canonicis viis provideant, ne in similibus casibus Ecclesiastica lædatur Immunitas, tàm directè ob pœnas inflictas contra illos, qui cupiunt initiari prima tonsura, quàm indirectè mediante scilicet Consanguineorum persequutione. *Leo. in Prax. for. Eccles. par. 3. cap. 7. num. 59.* ubi *num. 60.* illam adducit congruam rationem, quia.. *non omnes, quemadmodum S. Thomas Cantuariensis, qui non respexit carnem, & sanguinem, pericula Propinquorum non curant, sed quamplu-*

plures, ut temporalia Consanguineorum, vel affinium damna, hac de causa imminentia, evitent, Ecclesiasticam immunitatem non sustinent... Monacell. in formul. tom. 3. tit. 1. formul. 6. num. 18., & Sacra Congreg. Immunitatis in Uritana 18. *Octobris* 1633. *lib. 2. decr. Paul. fol.* 174. in qua fuit decisum, talia facientes non solùm incurrere excommunicationis majoris pœnam, sed ab illa non posse absolvi, nisi ab Apostolica Sede.

§. II.

De Criminibus Ecclesiasticis innominatis ratione Divinorum Officiorum.

1 C*Rimina Ecclesiastica innominata ratione Divinorum Officiorum*, vel committuntur ratione impotentiæ illa celebrandi, vel ex capite inordinati modi, quo à celebrare potentibus, celebrantur.

2 Commissa ex capite impotentię celebrandi subdistinguuntur, nam alia committuntur ab iis, qui nullam prorsus habent potestatem illa celebrandi, quam nunquam ab Ecclesia acceperunt; Atque hæc committi possunt, tam à Laicis, 3 quàm à Clericis; A Laicis, quando non ordinatus celebrare præsumit, puta tanquam Sacerdos sacrificium offerendo in Altari, vel audiendo confessiones; A Clericis, quando Clericus in Ordine non adhuc suscepto celebrare, & ministrare attentaverit, *cap. 1. & 2. de Cleric. non ordinat. ministrant. Clem. VIII. Const.* 81. *& Urban. VIII. Const.* 79. & latè observant, *Amen. de Delict. & Pœn. tit.* 9. §. 3. *num.* 8. *Panim. dec.* 80. *num.* 13. ubi refert plures Constitutiones diversorum Summorum Pontificum, in quibus rigorosæ impositæ fuerunt pœnæ contra hoc attentantes, à qui-4 bus nec etiam minor ætas excuset; Laicus etiam si annum 25. compleverit, Curiæ Sæculari tradendus erit, debitis pœnis plectendus, & *Card. de Albic. de Inconst. in Fid.* 5 *par. 1. cap.* 34. *num.* 98. *& cap.* 35. *num.* 123. *& seqq.* ubi quod hoc non procederet, quando similia attentans esset mente læsus, quia tunc puniretur sola extraordinaria pœna.

6 Dixi, *Si annum* 25. *compleverit*, quia si fuerit minor d. ætate, non pœna mortis, sed alia extraordinaria puniendus erit, ut probat, *Bordon. in Manual. S. Offic. sect.* 22. *nu.* 11. 7 ubi quod ætas ad d. effectum numeranda sit à die baptismatis, non autem à die nativitatis, quia, sicuti Papa se ostendit misericordem erga talem delinquentem compatiendo illius teneram ætatem, ita Judices numerando delinquentis ætatem à baptismo imitantur benignitatem Pontificis, qui interrogatus idem respondisset, ne commiserationi suæ detraheret, circa quod tu Lector cogita, non enim mihi videntur solida.

8 Licèt autem à communiter accidentibus Pueri baptizari soleant paucis diebus post eorum nativitatem, ut observat, *Adden. ad Pamphil. dec.* 456. *nu.* 7. & firmavit, *Rot. in dec.* 389. *num.* 6. *coram Priolo.*

9 Non exindè fides baptismatis concludenter probare dictam ætatem baptizati, quia etas non incipit à die baptismatis, sed nativitatis, & non omnes statim, seu post determinatum tempus baptizari solent, ut advertunt, *Menoch. de Præsump. lib. 2. præsumpt.* 51. *num.* 56. *Barbos. de Can. c.* 13. *nu.* 19. *Card. de Luc. de Judic. disc.* 30. *num.* 9. *& Rot. dec.* 263. *num.* 16. *dec.* 686. *num.* 14. *par.* 18. *rec.*

10 Quæ vera sunt in casu, quo agatur ad effectum probandi majorem ætatem, hæc enim concludenter probatur à Fide baptismatis; Si enim aliquis reperiatur natus ex. gr. anno 1686. & hoc anno 1706. die 13. Julii, quo hæc imprimuntur, quæratur, an dicendus sit major, id remanet concludenter probatum ex dicta Fide baptismatis, ut observant Authores suprà citati.

11 Ad vitanda dicta inconvenientia, ultra disposita in, *Conc. Trid. sess.* 22. *de Sacrif. Miss. cap.* 8. ubi latè, *Barbos. nu.* 14. seriò semper invigilavit, & invigilat Sacra Congregatio Sanctissimæ Inquisitionis, quæ nedum *die* 20. *Febr.* 1649. sed etiam *die* 26. *Januarii* 1692. enixè injunxit Locorum Ordinariis sub rigorosis pœnis, ne permittant aliquem Sacerdotem, sive Sæcularem, sive Regularem Missam celebrare, *Se prima non presentaranno le lettere testimoniali del Sacerdotio de' proprii Ordinarii, e Superiori, e quelle siano tali, che non habbiano minima ombra di sospetto d'esser false*, ut videre est in enciclica Epistola, *impressa post novissimam Synodum Provincialem Beneventanam fol.* 135.

12 Commissa verò ab iis, qui habent quidem celebrandi potestatem, sed ligatam, mediante prohibitione Superioris, vel alio legitimo impedimento, multa pariter possunt esse, puta.

13 Si Divina officia celebrentur ab Excommunicatis, sive excommunicatione majori, *cap. Clerici, cap. Latores, & cap. Fraternitati de Cleric. excom. ministran.* Sive minori *cap. fin. eod. tit.*

14 Si ea celebrentur à Ministris Ecclesiæ interdictis, *citatis cap. Clerici, & cap. Latores.*

15 Si celebrentur à Ministris suspensis, *cap. 2. & cap. Apostolicæ Eodem tit.*

16 Si celebrentur à Clericis jam depositis, idest à dignitate, & Ordine clericali in perpetuum remotis, & ejectis, *cap. 1. & 2. de Clerici, excomm. ministr.* Quid autem dicendum de 17 hominibus adeò brevis staturæ, ut scandalum generent, & admirationem in adstantibus. R. quòd licèt isti sint capaces 18 Ordinis, non tamen de facili admitti debent ab Episcopis, 19 *Corrad. in Addit. ad tract. de Dispens. nu.* 25. ubi quod cùm Summus Pontifex Gregorius Primus miratus fuisset, Gregorium Episcopum Turonensem statura pusillum, fuisse ordi-20 natum Episcopum, respondit iste eidem Pontifici – *Deus fecit nos, & non ipsi nos*, & de Joanne Maria de Castello Bonorien. Mansionario refert, *Majol. de Irregular. lib.* 1. *cap.* 13. *sub num.* 9. quòd tam brevi statura erat, ut verba faciens coram Bonifacio VIII. credebatur esse genuflexus.

21 Idemque de Alphonso Ritio referunt, *Corrad. ubi suprà, & Menoch. in addit. ad lib. 2. de Arbitr. Judic. cas.* 226. *nu.* 12. cùm enim staret coram eodem Summo Pontifice, & cre-22 debatur genuflexus, præcepit ei Pontifex, ut surgeret, at ille statim respondendo – *Beatissime Pater non sum plus* – non modò adstantibus, sed ipsimet Pontifici risum movit. Ex 23 eodem defectu pusillæ staturæ parum absuit, quin tempore fa: m: Innoc. XI. ad Episcopatum Puteolanum non mitteretur bo: m: Dominicus Maria Marchesius, anteà Religiosus ex Ordine Prædicatorum, sed se præsentando eidem Pontifici, fuit existimatus sufficientis staturæ, habita præcipuè 24 consideratione ipsius magnæ doctrinæ, quæ similibus defectibus præponderare solet, ut de citatis Gregorio Episcopo Turonen. & Joanne Maria Mansionario testantur, *Majol. & Corrad. ubi proximè*, & latissimè, *Theoph. Raynaud.* in Libro cui titulus, *Laus brevitatis* inter ejus Opera, *to.* 13. *à fol.* 363. ubi illum dividit in tres sectiones, in quarum prima agit de brevitate, & longitudine in sacris: In secunda de brevitate, & longitudine in humanis, Et in tertia de brevitate, & longitudine in naturalibus, & *fol.* 485. observat, præci-25 puè Ecclesiæ Doctores statura pusillos fuisse, inter illos collocando D. Paulum, D. Joannem Euangelistam, D. Jo: Chrysostomum, D. Joann. Nazianzenum, D. Hieronymum, D. Antoninum Florentinum Archiepiscopum, asserens ejus pusillam staturam nomen ei inflexisse ex Antonio in Antoninum, D. Joannem à Capistrano, Cardinalem Cajetanum, Cornelium à Lapide, aliosque innumeros, ibidem descriptos maximaque diligentia, & eruditione ex antiquitatis tenebris ab eodem diligentissimo Scriptore erutos, vide resolutionem *Congregatio Concilii in Mexicana* 12. *Julii* 1721.

26 Demum si Religiosi absque licentia proprii Parochi Sacramentum extremæ Unctionis Sæcularibus ministrent, etiamsi id intrà septa proprii Claustri sequatur, juxta, *Text. in clem. prima de Privil. & excessibus Prælator.* quam sequuta fuit, *Sacr. Cong. Conc. in Neapolitana Censurarum* 5. *Junii* 1700. *lib.* 50. *Decr. fol.* 270. rescribendo, censuras ex dicto motivo ab Ordinario latas sustineri, eidemque dandam esse facultatem absolvendi eundem Religiosum in forma privata.

Commissa ex capite inordinati modi celebrandi sunt itidem multa, puta.

27 Si quis ad Altaris ministerium offerendum accedat non jejunus, Abstinere enim debet à sumptione cujuscumque rei, 28 etiam modicæ per modum cibi, vel potus, Sacerdos antè 29 Missæ celebrationem, & Laicus antè communionem. *Can.* 7. *qu.* 1. *Can. Sacramenta de Consecr. dist.* 1. *& cap. Si constiterit* 3. *de Acusat.* & latè, *Vidal. cas. conscien. tit. de Sanctiss. Euchar. Sacram. inquisit.* 3. *per tot.* ubi, quòd jejunium hoc debet esse naturale, non autem Ecclesiasticum, &, *Card. de Alb. de Inconst. in Fid. par.* 1. *cap.* 34. *num.* 65. ubi quòd quidquid dixerint, *Transmier. de Poligam. lib.* 1. *quæst.* 2. *num.* 53. *& Alberg. in Manual. cap.* 23. *num.* 3. Sacerdos celebrans non jejunus non est de 30 Fide suspectus; & refert ita decisum, *Fagn. in cap. Si constiterit num.* 16. *& seqq. de Accusat.* ubi quòd quando dubium est an Sacerdos sumpserit, vel non sumpserit cibum ante mediam noctem, tunc observandum est diligenter, an comederit, & biberit in propria Domo, vel in Cauponis, quia si pernoctavit in Taberna, ibique comedit, & bibit, præsumptio est, quòd etiam post mediam 31 no-

noctem biberit, ſicque non jejunus celebraverit juxta caſum, *dicti Textus*. An autem neceſſe ſit ut cibus ſit digeſtus quando Sacerdos celebrat, negativè reſpondet, *Paſqual. de Jejun. dec.* 349. ea ratione, quia hæc obligatio nullibi legitur Sacerdotibus impoſita, ex quo infert, Sacerdotem qui propè mediam noctem Nativitatis cenavit, poſſe ſtatim poſt eandem mediam noctem celebrare, etiam ſi nec digeſſerit cibum, nec dormierit, quia hæc non ſunt neceſſaria. Quod tamen *num.6.* limitat in caſu, quo adeſſet periculum irreverentiæ, & *Bellett. diſq. Cler. p.2. de Pœn. Cler.* §. 29. *num.* 31. Dixi *per modum cibi, aut potus:* ſi enim quis non per modum potus, ſed potiùs per modum ſalivæ aliquid trajiciat, veluti ſi abluendo faciem, & os parum aquæ, aut vini, præter intentionem tranſmittat ad ſtomachum per modum ſalivæ, aut ex caſu, & præter intentionem trajiciat reliquias cibi, quæ heſterno die dentibus adhæſerunt, aut per modum reſpirationis attrahat parum terræ, pulveris &c. non dicitur frangere jejunium naturale, quia nihil ſumit per modum cibi, aut potus, quod tunc verificatur, quando ore aliquid accipitur ab extrinſeco, & propria actione vitali tranſmittitur ad ſtomachum edendo, aut bibendo, *Bonac. de Sacr. diſp.4. qu.6. punct.2. num.6.*

Quod ſi quæras hic, an chocolates aqua dilutus, prout uſualiter ſorbetur, jejunium Eccleſiaſticum frangat, Reſpondeo negativè, ſequendo, *Navar. in Conſult.* quam requiſitus ex mandato ſan. me. Gregorii XIII edidit, relatam ab, *Hurtad. tract.10. cap.10. Verricel. de Miſſion. tract. 4. qu.98. num.133. verſ. Probo*, ubi quod chocholatis potus eſt materia baptiſmi, eo quod denominatio fit à majori parte, & in uno potu adſunt ſex unciæ aquæ & minor portio aromatum, *& Card. Brancac. in Diſſertat. ſeu Diatribe de Chocolat. Potu*, ubi, nedùm ſolidis rationibus hanc opinionem comprobat, ſed ulterius reſpondet, & declarat contrarium ſentientes, & in fine ejuſdem Diatribæ apponit methodum ad concinnandam chocolatis potionem, obſervando antiquiorem ejuſdem uſum in Europa fuiſſe an. 1520. quodque noxius ſit chocolates congelatus, & frigidus, ex quo illa repentina frigiditas in materia craſſa, qualis eſt illa chocolatis, membra torpedine ligat, morteſque repentinas cauſat. Ratio autem hujus opinionis ea eſt, quia communiter receptum eſt inter Theologos, in præcepto jejunii Eccleſiaſtici dari parvitatem materiæ, ut ſequendo illorum Principem, *in 2. 2. qu.147. art.6. ad* 3. advertunt adducti per, *Paſqualig. de Jejun. dec.* 139. *per tot.* Licèt autem diſcordent deinde in aſſignanda quantitate hujus parvitatis, nec deſint putantes duas uncias dici parvam materiam ad hunc effectum, ut videre eſt apud, *Turrian. in Sum. Theolog. p.1. cap.252. dub. 27. num.2. Martin. à Sanct. Ioſeph. Oper. moral. tom. 1. lib. 1. tract. 5. de Jejun. num.3. & Dian. Coordin. tom.4. tract.6. reſolut. 92. nu.6.* Nemo tamen negat, quin unica uncia dicatur materia parva; Quæ ſufficiens reputatur pro unico chocolatis potu, ut obſervat, *Robl. de Plant. Occid. Ind. cap.54.* ibi -- *luego lo echan en caxitas, ò lo hazen. panezillos de à onza, que es lo que ha da llevar una xicara de bevida* -- & admittit, *Card. Brancacc. in Diatrib. fol.*20. Et quia aliquibus ſollitis ſe ingurgitare potiùs chocolatis potibus, quàm moderatè illam ſumere, quantitas hæc nimiùm tenuis viſa eſt, indeque jocoſè vocari ſolet, *Cioccolata del Cardinal Brancaccio* ille potus chocolatis, in quo non diluitur niſi quantitas unius unciæ.

Licèt tamen contrariam ſubſtineant partem, *Anton. de Leon. in tract. de Chocolat. qu.* 3. *num.* 20. *Paſqualig. de Jejun. dec.*149. *Lezzan. conſult.*48. *à num.*28. *Franc. de Re moral. conſult.*19. ubi quod noluit tanquàm Reviſor deputatus approbare Librum, cujus titulus erat -- *Levamen jejunii à chocolato ex conſuetudine* -- *Dian. cordin. oper. moral. tom.4. tract.6. reſol.91. & ſeqq. & Gaſpar. Calder. in ſuo Tribun. Medic. magic.* ea ducti ratione, quòd ſit contra jejunii eſſentiam, ex quo magno perè nutriat, & pro alimento deſerviat. Nec defuerunt illam appellantes Panaceam, ſeu univerſalem medicinam, *cum Henric. Stubeo Anglo Diſſert*, cui titulus, *Inditum Nectar, & Thoma Gaggeo fol.*125 Nihilominùs non videtur recedendum à priori opinione, pro cujus firmitate adduci poteſt communis praxis doctiſſimorum Theologorum, & aliorum cordatorum virorum, ut plurimum timoratæ conſcientiæ Religioſorum nam, ut obſervat, *Machab. del perfect. Confeſſor. tom.1. lib.2. par.4. tract.3. docum. 1. num.8.* relatus à *Dian. tom. 4. tract.6. reſolut.92. num.5. la verdad es, que caſi nadie haze eſcrupolo de tomarla el dia de ayuno* Quibus non contradicunt aliqui ex ſupra citatis, *Caldera* enim, & *Diana* admittunt probabilitatem hujus opinionis, ut videre eſt reſpectu primi in ejus epiſtola, regiſtrata poſt, *Diatribem Card. Brancacci*, Reſpectu verò ſecundi, *in reſolut.93. in fine*, ubi notabiliter ait -- *Stando etiam in ſententia rigoroſa ſi quis ſumeret duas uncias chocolatis non frangeret jejunium ratione parvitatis materiæ, ita contra Paſqualiq. dec.141. num.5. dicendum eſt per ea, quæ alibi firmavi, & me citato docet Murcia in Regul. S. Franciſ. quæſt.* 15. *ſuper cap.* 3. *& me citato Leander, ubi ſuprà*, nempè, *de Præcep. Eccleſ. tr.5. diſp. 4. quæſt.* 4.

Poſita verò probabilitate maxima, ſaltem extrinſeca, hujus ſententiæ, illam benè limitat *Card. Branc. in Diatr. fol.* 21. ut locum habeat in uno dumtaxat potu, nam ſi replicentur pocula, non verificabitur ampliùs materiæ parvitas.

Si quis celebret ſæpiùs in die; Licèt enim per ſacros Canones expreſsè non reperiatur prohibitum, ſed dicatur ſolùm, quòd ſufficiat unam Miſſam celebrare, ut in *can. Sufficit, de Conſecrat. diſtinct.* 1. *& in cap. Conſuluit, de Celebration. Miſſarum*, vide *Monacell. in Formul. tom.* 2. *tit.* 15. *formul.* 3. *à num.* 13. *fol.* 159. ubi reprobat *Amenum* contrarium ſentientem. Hodie tamen reiterata celebratio tanquam potiùs avaritiæ, quàm devotionis cauſa facta, judicatur valde gravis, inhoneſta, & non leve crimen continet, punibile etiam ab Inquiſitoribus Hæreticæ pravitatis, ut obſervant *Gonz. in d. c. Conſuluit in fine de Celebrat. Miſſar. Panim. dec.*83. *num.* 1. *& ſeq.* latè *Bellet. diſquiſ. Cleric. par.* 2. *tit. de Pœn. Cleric.* §. 29. *num.* 1. *& ſeq. & Pignat. conſult.* 1. *tom.*4. *& conſ.* 43. *tom.* 7. ubi quod celebrans efficitur irregularis, quodque *Sacra Congregatio Concilii* 16. *Novembris* 1686. reſcripſit cum Reo hujus criminis, quo ad irregularitatem, *diſpenſandum eſſe infra tempus Archiepiſcopo benè viſum. Et in Placentina Irregularitatis* 11. *Januarii* 1710. *ad primum dubium*, ubi quòd incurrit in Irregularitatem Sacerdos bis celebrans in eadem die.

Niſi adeſſet moralis neceſſitas, puta, quia in Terris Hæreticorum unus, vel duo reperirentur Sacerdotes, & ſimiles alii neceſſitatis caſus, quos enumerat *Paſqual. de Sacriſ. Miſſ. quæſt.* 389. *& ſeq.* ubi quod nedum poſſit Miſſæ celebratio bis in die iterari, ſed etiam pluries, quoties neceſſitas id exigat ex animadverſis per *Gavant. ad Rubric. Miſſ. par.* 3. *tit.* 12. *num.* 7. *& Pan. dec.*83. *per tot. & Bell. ubi ſuprà, nu.* 3. *& Corrad. in Addit. ad tract. de Diſp. num.* 28. ubi quòd attenta penuria Sacerdotum Epiſcopus etiam diſpenſare poteſt, ut Parochus bis in diebus feſtivis celebret, referendo ita deciſum *à Sac. Congreg. Concilii die* 7. *Aug.* 1627.

Quando tamen huic neceſſitati ſuppleri poteſt per Sacerdotes, non eſt permiſſum Epiſcopis bis in die celebrare, *ut reſolutum à Sacra Congregatione Concil. contrà Bernardinum de Cardenas Epiſcopum in Regione Paraguaye* bis celebrantem, eo quia in ejus Civitate aderant multæ perſonæ, quæ ob illorum paupertatem pleno die erubeſcebant ſine congruis habitibus in Eccleſia comparere, teſtis eſt *P. le Tell. in Def. nov. Chriſt. par.* 2. *fol. mihi* 462.

Vel niſi adſit privilegium à Summo Pontifice conceſſum, prout adeſſe in Regno Valentiæ, ut Sacerdotes bis in die Defunctorum celebret, teſtantur *P. Maur. in Theol. tom.* 3. *lib.* 14. *quæſt.* 213. *num.*6. *Card. de Lugo, diſp.* 20. *ſect.* 1. *num.*43. *Trullenk. de Saram. lib.* 3. *cap.*8. *dub.* 10. *num.* 3. *& Hurtad. par.* 1. *reſolut. Moral. par.* 1. *tract.* 2. *cap.* 7. *reſol. ult. num.* 14. ubi quod Dux de Alcalà petiit ab Urbano VIII. extenſionem ejuſdem privilegii per totam Hiſpaniam, ſed non potuit obtinere; Talem extenſionem rejecit etiam *S. Congr. Concilii anno* 1711. *in una Bracharen.* 14. *Martii* 1711. Et pro die Nativitatis Domini adeſt Textus *in dicto cap. Conſuluit, de Celebrat. Miſſar.* ubi obſervat *Gonzal.* antiquis temporibus id practicatum quoque fuiſſe in feſtivitatibus Reſurrectionis Domini, Sancti Joannis Baptiſtæ, & SS. Petri, & Pauli, quòd adverterant priùs *Strabon. de Eccleſ. Offic. cap.*21. *& Amalar. Fortunat. eodem tit. lib.* 4. *cap.*2. in quo die Nativitatis poteſt Sacerdos tribus obligationibus ſatisfacere *Sac. Cong. Concil. in Nullius*, 18. *Apr.* 1654. *l.* 19. *f.* 336.

Adverten. tamen eſt hic, quòd hujuſmodi tres Miſſæ in die Nativitatis non poſſunt omnes celebrari in nocte, una poſt aliam, minùſque in illa communionem ſumere poſſunt Fideles, ut reſolutum *à Sac. Cong. Rit. diebus* 7. *Decembr.* 1641. 9. *Aug.* 1603. *&* 20. *April.* 1664. refert *Matthæuc. in Official. Cur. Regul. Verb. Officialis quoad celebration. Miſſ. num.*46. *fol.*135.

Si quis celebret in loco interdicto, *cap. Poſtulatis*, §. *Quæſivi*.

fivistis, de Cleric. excom. minist. Ugolin. de Censur. tab. 6. cap. 11. §. 1. num. 8.

67 Si quis Sacrificium offerat super Altari non consecrato, *can. 1. & 2. & can. Nullus Presbyter. 25. de Consecrat. dist. 1. Diaz. in Prax. crim. can. cap. 37. Panimoll. decis. 83. num. 8. & Bellet. disq. Cleric. par. 2. tit. de Pœn. Cleric. §. 29. n. 10. & 26.*

68 Si quis Sacrificium offerat sine aqua, *cap. Fin. de Celebr. Missar. Rayn. tom. 1. ad cap. 10. supplet. 1. num. 62.* Aqua 69 enim miscetur in Calice, quia sanguis, & aqua fluxit de latere Domini, *cap. In quandam, & cap. Marthæ, §. Quæsivisti, eodem tit.* An autem aqua sacri Calicis convertatur 70 priùs in vinum, vel potiùs directè in sanguinem, videndus *Cardinalis Capisuccus in suis Contr. contr. 1. per tot.* ubi nimis solidè probat, juxta D. Thomæ sententiam priùs converti in Vinum, & deinde in Sanguinem, & respondet omnibus contrariis, *& Bellett. ubi supra, num. 21.* ubi tamen, quòd aqua est immiscenda vino ex necessitate præcepti, non autem Sacramenti.

71 Si quis Missam celebret sine candelis accensis, *cap. fin. de Celebr. Miss. Dec. in cap. At si Clerici, num. 204. de Judic. Panim. dec. 83. num. 8. & Amen. de Del. & Pœn. tit. 8. §. 3. num. 10.* ubi quod quidam Presbyter Brixiensis, qui hoc faciebat, & ob alios abusus circa Eucharistiam, fuit Officio, & beneficio privatus. Ex necessitate tamen, atque dispensatione Apostolica posse adhiberi lumen ex oleo, vel 72 ex adipe, probant *Pasqual. de Sacrif. nov. leg. q. 726. n. 4. & Pignat. cons. 55. eodem n. tom. 7.*

73 Si Latinæ Ecclesiæ Sacerdos celebret non in Azymo, sed in fermentato, *Diaz. in Prax. crimin. can. cap. 36. & Panim. dec. 83. num. 8.* Licèt enim necessaria materia hujus Sacramenti sit panis triticeus, sive azymus, sive fermenta-74 tus, & in utroque æquè benè confici possit Sacramentum, quia azymum, & fermentatum sunt differentiæ accidentales, quæ substantiam triticei panis non mutant, ut latè probat *Gonzal. in cap. Literas, num. 3. & seqq. de Celebrat. Missar.* & latiùs ostendit *bo. me. R. P. D. Ciampinus in Dissertatione* 75 *de Azimo.* In Ecclesia tamen Latina Sacerdotes aliter agentes peccarent contra Ecclesiæ ritum, *Tamburin. in Method. Commun. cap. 2. §. 9. de Commun. in Azym. num. 1. & seq. & signanter num. 10.* Dixi *Latinæ Ecclesiæ*, quia Sacerdos Græcus nedum potest, sed debet sacrificium offerre in pane fer-76 mentato, alias peccaret, quia in Ecclesia Græca, non in azymo, sed in fermentato celebratur, latè, *Vidal. Cas. Conscien. tit. de Sanctiss. Euchar. Sacram. inquisit. 2. per tot.* ubi *à num. 15.* octo adducit, & expendit con-77 gruentias ad ostendendum, quòd convenientior sit usus Latinorum, consecrantium in azymo; An autem in susceptione sacrorum Ordinum Græci teneantur servare interstitia Ecclesiæ Latinæ, quoad Græcos in Italia existentes affirmativam sententiam latè comprobant, *Leo Allat. in tractat. de Ætat. & Interstit. & Pignat. consul. 135.* 78 *tom. 8.* Servandæ pariter sunt à Græcis cum Latinis commixtis Latinorum festivitates, *Sac. Con. Concil. in Rossanen. 12. Julii 1653. lib. 19. Decr. fol. 262.* Neque possunt iisdem Latinis Sacramenta ministrare, sed omnino curandum est, ut id faciant Sacerdotes Latini, eadem *Sac. Congreg. Concil. in Rossan. 19. Julii 1655. lib. 19. Decr. fol. 262.*

79 Si quis conficit Sanguinem Christi in Calice ligneo, vel vitreo, *can. Ut calix, & can. Ut vasa de Consecrat. dist. 1. & can. final. de Celebr. Missar.* cum aliis apud, *Bellet. Disquis. Cleric. par. 1. tit. de Disciplin. Cleric. §. 15. num. 24. & seq.* ubi quod interrogatus de hoc San-80 ctus Bonifacius martyr respondit, *Quondam Sacerdotes aureos ligneis Calicibus usos fuisse, nunc è contrario ligneos Sacerdotes aureis uti Calicibus;* quod refertur etiam *in can. Vasa de Consecr. dist. 1. ab Alciat. lib. 7. Pareg. cap. 42. & à P. Segner. nel Christ. inst. 1. p. ragion. 26. num. 11. e nel Panegir. in onore della Catedra di San Pietro in fine, & ab Abb. Piazza nella Gerarch. Cardinal. tit. 4. di S. Anastas. fol. 396.* Ob paupertatem nihilominus Ecclesiarum permittitur, ut fiant ex stamno; & deinde deaurentur, ut experientia est manifestum.

81 Si quis sacrificium sine vestibus sacris celebraverit, *can. Ecclesiastica distinct. 23. Diaz. in Prax. Crim. cap. 38. &* 82 *Panim. decis. 83. num. 8.*

83 Si quis sacrificium offerat in Locis privatis, vel in Oratoriis sine Episcopi licentia domi retentis, *Can. Hic, ergo, & Can. Nullus de Consecr. dist. 1.* De quibus Oratoriis privatis, & clausulis, atque restrictivis, cum quibus concedi solent, tam quoad Personas illis fruentibus, quàm quoad certos dies, & similia, latissimè tractat, *Pignatell. consul.* 84 *98. per totam to. 6.* Cappella autem erecta in privatis domibus cum dote, & titulo non cadit sub decreto prohibi-85 tivo de celebratione missarum in privatis oratoriis, *Sacra Congreg. Concil. in Polignan. 23. Aug. 1653. l. 19. Decr. fol. 268.*

86 Si Sacerdos ob ebrietatem, vel crapulam Eucharistiam evomeret, *Can. Si quis per ebrietatem de Consecrat. dist. 2.* cum aliis apud, *Menoch. de Arbitr. cas. 405.*

87 Si per negligentiam Sacerdotis aliquid de Sanguine Christi distillaverit in terram, vel in tabulam, vel super Sacris vestibus, vel super linteo, *Can. Si per negligentiam de Consecr. dist. 2.*

88 Si Sacerdos celebrando Missam fingit se hostiam consecrare, & non consecrat, illamque non consecratam Populo adorandam ostendit, & sumit, *cap. De homine de Celeb. Miss. & Card. de Albic. de Inconst. in Fide par. 1. c. 34. num. 51. & seq.* ubi quod excepto casu, in quo Sacerdos id faciat ex conscientia criminis, de quo dum celebrat recordatur, in aliis casibus est suspectus de Fide, & puniri potest in 89 Tribunali Sanctissimæ Inquisitionis.

90 Si aliquis ad Presbyteratus ordinem non promotus Missam celebret, vel Sacramentum pœnitentiæ ministret; Ille enim prævia degradatione Curiæ Sæculari debitis pœnis puniendus tradi debet, *ex Const. 81. Clem. VIII.* quam Constitutionem ad omnes quomodocumque, & qualitercumque exemptos, etiam minores 25. annis, dummodò vigesimum annum compleverint, extendit *Urban. VIII. Const. 79. incipien. Apostolatus. Dandin. de suspect. de Heres. c. 3. sect. 1. subsect. 1. num. 3. f. 266.* Casus iste evenit in Urbe, anno 1711. in Dominico Spallaccino, Urbevetano, qui sub mentito nomine Joannis Baptistæ Rossignoli, Andreæ Rossignoli, & Josephi Bonifacii per annos quinque sæpissime Missam celebravit, cùm tamen nullos haberet sacros ordines, in acie Campi Floræ, Furca suspensus, & deinde igne crematus fuit die 12. Julii ejusdem anni 1711.

91 Si Sacerdos post consecrationem Corporis, & sanguinis Domini, ad ejus sumptionem, & consumationem non devenerit, & communicari non curet, *Can. Relatum, de Consecrat. dist. 2.*

92 Si Sacerdos non ea, qua decet cura, Eucharistiam in Altari custodiat, taliter quòd aditus pateat immundis animalibus, *can. Qui benè, de Consecrat. dist. 2. & cap. 1. de Custod. Eucharist. Amen. de Delict. & Pœn. tit. 8. §. 3. num. 10.* Vel si negligens fuerit in Sacramentorum administratione, ita ut ejus negligentia, & incuria infirmus absque Sa-93 cramentali confessione decedat, quia tunc ab Officio Parochi removendus est, *Gloss. in cap. Officium, verb. Sine confessione, de Offic. Archid.* cum aliis citatis *à Panim. dec. 87. num. 9.*

94 Si Sacerdos in celebratione Sacrificii nefarios, & sacrilegos usus, & superstitiosas preces commisceat, & utatur rebus aptis ad facienda sortilegia, *Abb. in cap. Quidam in fine, de Celebr. Miss. & Ghirlandar. de Sortileg. qu. 14.* Si Sa-95 cerdos anticipatè Missas celebret pro iis, qui in futurum eleemosynam præstabunt, consuetudinem enim in aliquibus Hispaniarum Regnis vigentem anticipatè celebrandi Missas pro illis, qui in futurum eleemosynam Sacerdotibus Sæcularibus, vel Regularibus præstaturi sunt, tamquam pluribus nominibus periculosam, fidelium scandalis, & offensionibus obnoxiam, atque à vetusto Ecclesiæ more nimium aberrantem, improbavit *Sac. Cong. Conc.* & f. m. Innocentius XI. illius resolutionem approbavit anno 1680. *ut videre est in lib. 31. Decret. fol. 304.* & *late R. P. D. Dandinus de suspect. de Heres. cap. 3. sect. 1. subsect. 5. num. 17. f. 313.* ubi quod ita mandavit f. me. Paulus V.

96 Si Sacerdos materna, & vulgari lingua Missam celebret; Id enim *Concil. Trid. sess. 22. cap. 8.* justis de causis prohibuit, de quibus *Card. Bellarmin. tom. 1. contr. lib. 1. cap. 2. Vall. de Incant. & Ensalm. opusc. 1. sect. 2. cap. 6. Vener. in Exam. Episcop. lib. 1. cap. 10. num. 11. Verricell. de Mission. tract. 8. quæst. 140. per tot.* & latè *Card. de Albic. de Inconstant. in Fid. par. 1. cap. 34. num. 40. & seqq.* ubi refert per extensum Breve, quo *S. M. Alexand. VII. 12. Januarii* 97 *1661.* prohibuit Missale Gallica lingua impressum, quo publicato statim omnia exemplaria abolita fuerunt, observando *d. num. 41.* Sacerdotem aliter facientem esse vehementer de hæresi suspectum, dum nostri temporis hæretici id obsti-98 natè servandum esse contendunt. Non est pariter permissum 99 Concilia in alias vulgares linguas traducere, ut respondit *Sac. Cong. Conc. in Galliæ 2. Julii 1629. ut in lib. 16. Decr. fol. 109.*

Si

100 Si Sacerdos ante mortem alicujus Missam, vel Officium Defunctorum pro eo celebret; Licèt enim in Sacr.Congreg. Concilii dubium hoc non semel propositum, nunquam fue-
101 rit resolutum, ut testatur, *Card.de Alb. de Inconst. in Fid. par.*1.*cap.*34. *num.*19. *& seqq.* atque in affirmativam incli-
102 nent, *Zerol. in Prax. v. Missa par.*2. *vers.* 10. *& Nov.*
103 *in Summ. Bullar. tom.*79. *num.*7. dummodò non recitentur orationes mortuorum, vide *Dandin.de suspect.de Heres. cap.*3. *sect.*1. *subsect.* 5. *à num.*20. *fol.*314. Ex iis nihilominus, quæ idem, *Card. de Alb. ubi sup.* doctè, & nervosè probat, usus hujusmodi utpotè superstitiosus ab Ecclesia
104 Dei omninò eliminandus videtur, & respondendo exemplis *B. Alberti Magni*, de quo, *Castell. in Histor. gener. S. Domin. par.* 2. *lib.* 3. *cap.* 46. *S. Theodosii*, de quo, *P. Ribad. tom.*2. *Sanct. extravag. ad diem* 11. *Januarii*, *& Henrici Episcopi Ratisbonen.* de quo *Ondus in Histor.* ait eadem exempla admiranda potiùs esse, quàm imitanda, quodque tempore, quo ipse moram in Hispaniis faciebat, fama erat idem practicare Comitem Ducem de Olivares, & de Carolo V. observat, *Famian. Strad. de Bell. Belgic.*
105 *l.* 1. *pag.* 17. *Card. Pallavic. in Histor. Concilii Trident. lib.*14. *cap.*11.*nu.*3. *in fin. Ant. Forest. nel Mappamond. Istor. tom.* 2. *ann.* 1556. *Donat. Rer. reg. tract.*7. *qu.*90. *num.* 5. ubi refert alios similes casus *tom.*3. *& Cafer. in Synth. Vetust. ad die* 30.*Aug.* Quibus Sanctorum exemplis ulteriùs responderi potest, illa practicata fuisse antiquis temporibus, quando major aderat libertas circa Ritus Div. Offic. & ante reformationem Missalis à S. Pio V.
106 factam, in qua cùm strictè præcipiatur, servandum esse Ritum ibidem præscriptum, iste ritus est, ut Missæ de Requiem dicantur pro mortuis, non autem pro vivis, & contrarium faciendo, mutaretur, dum Missa assignata pro uno ordine, personarum, ad alium transferretur: Authoritati
107 demum *Sancti Gregorii lib.*4. *Dialog. cap.* 18. asserentis, *Tutior est via, ut bonum quod quisque post mortem suam sperat agi per alios, agat ipse dum vivit per se, beatius quippe est liberum exire, quam post vincula libertatem quærere*, intelligenda est de aliis piis operibus, & de modo ab Ecclesia permisso, non autem de Missa Defunctorum pro vivis egregiè, *Pasqual. de Sacrif. nov. leg. qu.* 292. *per tot. & signanter num.*8.*& Card.de Albic. de Inconst.in Fid. par.*1. *cap.*34. *num.* 35.*& seqq.* vide *Clericat. de Sacrif. Miss. dec.* 36. *à num.* 36. *usque ad finem*, ubi inclinat in opinionem affirmativam.
108 Missæ autem pro Defunctis in vita celebratæ non liberant eum à pœnis Purgatorii post mortem. *Sac.Congreg. Concil. in Nullius Regul.* 23. *Augusti* 1653. *lib.* 19. *fol.* 271. Quo-
109 ties verò celebrari non possunt in Altare designato, ob illarum afluentiam, desistendum est à receptione aliarum, donec satisfiat antiquæ obligationi *S. Cong. Concil. in Matheranen.* 23. *Novemb.* 1631. *lib.* 14. *Decr. fol.* 536. *& in Nullius* 15. *Maii* 1641. *lib.* 14. *fol.* 407. ubi quòd Episcopus re-
110 movere debet capsam, destinatam pro oblationibus, donec satisfiat oneribus antiquis.

Nota hìc, quòd in Missis Defunctorum non est permissum celebranti Eucharistiam laicis ministrare ex decreto *Congr. Rituum* 16. *Aprilis*, *&* 2.*Augusti* 1701. Verum Contrarium tolerari solet, ut egomet pluries vidi.

Circa alios casus, in quibus Missæ Defunctorum celebrari possint in Festis duplicibus, & in aliis diebus impeditis adest resolutio Congreg. Rituum in Urbis, & Orbis 15. Septembris 1714. Specialiter approbata à Clemente XI. die 29. dicti Mensis sequentis tenoris:

URBIS, ET ORBIS.

Cum occasione Missalis, Typis Sacræ Congregationis de Propaganda Fide summa cura, ac diligentia novissimè impressi, & propediem publico usui exponendi, sacræ Rituum Congregationi enixè fuerit supplicatum, ut nonnulla ejusdem sacræ Congregationis Decreta, jam aliàs edita & approbata, in prædicto novo Missali summatim apponi & imprimi posse benignè concedere dignaretur, videlicet:

Missæ pro Defunctis, sive de Requiem in festis duplicibus, contra præscriptum Rubricarum Missalis Romani nullatenus celebrari debent. Quòd si ex Benefactorum institutione Missæ hujusmodi celebrandæ incidunt in festum duplex tunc, ne dilatio animabus, suffragia ex peccantibus, detrimento sit, in aliam diem non impeditam minimè transferantur; sed dicantur de festo currenti, cum applicatione Sacrificii, juxta mentem eorumdem Benefactorum die 5. *Augusti* 1662.*approbatum à fel. recor. Alex.VII. eadem die.*

Prædictum Decretum ab ejusdem fel. recor. Alexandro VII. speciali Brevi, quod incipit: Creditæ Nobis: *denuò fuit confirmatum, ac insuper statutum, idem servandum esse quoad Missas in Altaribus Privilegiatis, & obligatione celebrandas, & Indulgentias, per ejusmodi Privilegia concessas animabus in Purgatorio existentibus, suffragari, perinde ac si celebrata fuissent Missæ Defunctorum. Ac denique declaratum, Anniversaria, & Missas cantatas de Requiem, relicta ex dispositione Testatorum, quotannis in die ipsorum obitus, etiam in duplici majori contingentis, in prædicto Decreto die* 5. *Augusti edito minimè comprehendi, prout antea in una Novarien.* 22. *Novembris* 1664. *eadem Sacra Congregatio declaraverat die* 22. *Januarii* 1667. *Pontificatus XII.*

Deinde fel. recor. Clemens IX. eadem Sacræ Congregationis Decreta alio Brevi, cujus initium: Cùm fel. recor. *iterum confirmavit, prædictamque Alexandri VII. dispositionem ad Altaria, non in perpetuum, sed ad septennium, seu aliud brevius, vel longius tempus, ac non in omnibus, sed aliquo, vel aliquibus tantùm hebdomadæ diebus nunc, & in futurum quandocumque privilegiata extendit die* 23. *Septembris* 1669. *Pontificatus III.*

Tandem proposito dubio, an supradictæ Alexandri VII. & Clementis IX. Declarationes sibi locum vindicarent, etiam in diebus Dominicis, & infra Octavas Paschatis, Resurrectionis, Pentecostes, & Corporis Cristi, aliisque annis diebus, quibus, licèt à festo duplici non impediantur, adhuc tamen Missæ Defunctorum juxta Ritum Ecclesiæ celebrari nequeunt, quatenus nimirum Missæ, quas iisdem diebus celebrari licet, servata ceteroquin Privilegiatorum forma, ad Altaria privilegiata celebrarentur. Eadem sacra Rituum Congregatio die 3. *Aprilis* 1688. *prædictorum Pontificum declarationes pro omnibus diebus, quibus juxta rubricas Missæ Defunctorum celebrari non possunt, intelligendas esse respondit, ejusque Decretum subinde confirmatum fuit à fel. recor. Innocentio Papa XI. speciali Brevi, quod incipit.* Aliàs postquam, *dato die* 4. *Maji* 1688.

Decretum à Sacra Rituum Congregatione anno 1630. *editum quo permittitur posse in Ecclesiis recitare officia, & Missas celebrari de illis sanctis, quorum Corpora, vel Reliquiæ insignes in eisdem asservantur, intelligendum esse de Sanctis dumtaxat in Martyrologio Romano descriptis, & dummodo constet de identitate Corporis eorumdem, vel insignis Reliquiæ. Secus verò de sanctis, in eodem Martyrologio non descriptis. Quorum tamen Corporibus, & Reliquiis ab Ordinariis Locorum approbatis debita à fidelibus veneratio adhibenda est, sed absque Officio, & Missa, sub pœnis de non satisfaciendo præcepto recitandi Officium, aliisque in Constitutionibus S. Pii V. contentis die* 11. *Augusti* 1691. *approbatum à fel. recor. Innocentio XII. die* 19. *Octobris.*

Ad augendam Fidelium venerationem erga Augustissimum Eucharistiæ Sacramentum, ejusque cultum in toto Terrarum Orbe promovendum, prohibitum est celebrari Missas votivas, vel pro Defunctis infra Octavam Corporis Christi die 21. *Junii* 1670. *Eadem die à fel. recor. Clemente X. approbatum.*

*Item prohibitum est, easdem Missas celebrari infra Octavam Nativitatis Domini; in Missis verò solemnibus pro re gravi infra eamdem octavam celebrandis, dicenda est Præfatio juxta rubricam generalem tit.*12.*n.*4.*die* 25. *Septembris* 1706. *jam à Sanctissimo approbatum.*

Re verò in Sacra Rituum Congregatione ad relationem Eminentiss. & Reverendiss. Domini Cardinalis Barberini pluries discussa, & maturè propensa, Sacra eadem Rituum Congregatio supradicta Decreta, tum ut celebrantium instructioni, & usui sint, tum ut nonnulli abusus, qui in aliquibus Locis irrepserunt, penitus evellantur, in Missali post Rubricas generales apponi, & imprimi posse censuit, si Sanctissimo Domino Nostro visum fuerit, die 15. *Septembris* 1714.

Factaque deinde per me Pro-Secretarium de prædictis Sanctissimo Domino Nostro relatione, sanctitas sua sensum Sacræ Congregationis approbavit, eademque Decreta in Missali apponi, & imprimi mandavit, die 29. *Septembris ejusdem anni* 1714.

F. Cardinalis de Abdua Præfectus.

N. M. Tedeschi Episcopus Liparitanus Sac. Rit. Congr. Pro-Secretarius.

111 Si Sacerdos, vel Clericus in Sacris constitutus, vel beneficium Ecclesiasticum habens, Divinum Officium non reci-
tet,

tet, *Bonac.* concordantia Jura referens, *tom.* 1. *tit. de Hor. Can. disp.* 1. *quæst.* 2. *punct.* 3. *& 4. per tot.* ubi *num.* 7. probat 112 eum teneri ad recitationem Divini Officii, vel alterius parvi Beatissimæ Virginis, ad cujus commodum reservata fuit pensio, non verò eum, in cujus capite imposita fuit, qui 113 vulgò solet denominari, *Testa di ferro*. Non desunt tamen contrarium sustinentes, ab eodem Authore citati, quorum opinio fortè probabilior est, eo quia obligatio recitandi officium inhæret ei, qui Jus habet ad beneficium, aut pensio- 114 nem, non autem ei, cui solum commodum spectat, *Sacr. Congreg. Conc. in Cajetana*, 6. *Aprilis* 1647. *lib.* 18. *Decr. fol.* 310. ubi quòd hoc est verum, etiamsi redditus sint paucissimi, & rationem assignat *Corrad. in Pra. dispens. lib.* 115 4. *cap.* 2. *num.* 53. quia nempè, licèt tenue sit beneficium. Beneficiatus tamen gaudet cæteris privilegiis Beneficiatorum, benè *Dian. tom.* 3. *tract.* 6. *resolut. ult. num.* 5. ubi quòd propter hoc observatur in Urbe, ut pensiones in Hispaniarum Regnis, quæ imponuntur favore Italorum, re- 116 serventur pro persona in Sacris constituta, ut scilicèt iste, jam obligatus ad Divinum Officium recitandum, non gravetur onere illud recitandi.

117 Idem verò *Testa di ferro* dicitur nudus minister ad commodum illius, pro quo fuit reservata pensio, juxta praxim Regnorum Hispaniarum, de qua testantur *Corrad. in Prax. Benef. lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 241. *& seqq. Gonzal. ad Regul. Cancell. gloss.* 34. *num.* 116. *Pereyr. de Man. Reg. par.* 2. *cap.* 64. *num.* 41. *Zaceh. de Salar. qu.* 8. *nu.* 19. ubi, quòd in casibus contributionis iste ad nihilum tenetur, sed ille, ad cujus commodum fuit reservata, *Barbos. in Prax. exigen. pension. par.* 1. *qu.* 5. *num.* 39. ubi quòd hoc non procedit in Regno Portugalliæ, in quo Itali proprio nomine pen- 118 siones possunt retinere, & *Rot. d.* 761. *cor. Dun. Jun. & d.* 13. *cor. Celso, & in par.* 19. *rec. dec.* 351. *num.* 11. *&* 12. ubi quòd talis praxis introducta est ad removenda impedimenta, Pensionariis exteris opponi solita.

119 Per cujus proindè mortem nullatenus extinguitur eadem pensio, sed per obitum illius personæ, ad cujus commodum fuit reservata, ut experientia est manifestum, & observat *Card. de Luc. de Pension. disc.* 73. *num.* 10. ubi quòd in hac 120 parte applicatur regula, *Plus valere quod agitur, quàm quod simulatè concipitur*, & *Roccam cap.* 49. *à num.* 82. Quidquid dicat *Zacch. de Salar. quæst.* 8. *num.* 21. Verum tamen est, quòd solent Summi Pontifices imminente obitu ejusdem, *Testa di ferro* illam transferre in alium fiduciarium successorem ex eadem Natione, ut semper adsit ille, in cujus 121 capite pensio cantet, & à quo exigi possit, sed quia idem obitus evenire potest tempore sedis vacantis, quando dicta subrogatio practicari nequit, ideò ex stylo ejusdem Datariæ, quando deputantur hujusmodi fiduciarii, *Teste di ferro*, contextualiter deputari solet ejus successor, in quem generalis translatio fiat pro tempore, quo casus ejus mortis 122 contigerit, *Card. de Luc. de Pensi. disp.* 73. *num.* 17. ubi tamen, quòd usque adhuc hujusmodi praxis Foro ignota est, vide *Dunoz. jun. dec.* 761. loquentem de simili Testa di ferro. Illa tamen originem forsan habuit ab eodem casu, qui evenit vacante sede, per obitum sa. me. Clementis IX. quando idem, *Testa di ferro* mortuus fuit, & subrogatio post multorum mensium intervallum facta fuit à successore Pontifice Clemente X. Cujus respectu nervosè probat *d. Card.* 123 *de Luc. citat. discurs.* 73. *per totum de Pension.* easdem pensiones nullatenùs fuisse extinctas, minùsque obligationes Ce- 124 dulistarum, sed perseverare in primævo statu, ex optimis rationibus ab eodem adductis, frustrà hic transcribendis.

125 Quòd si quæras hic, an possit Pensionarius in præjudicium sui Creditoris extinguere pensionem, illi obligatam, vel hypothecatam quoad commoditatem exigendi; Adversùs *Tond. de Pension. cap.* 21. *num.* 25. *& resol. benefic. tomo* 1. *cap.* 35. *& Amaiden. de Styl. Datar. lib.* 1. *c.* 27. *num.* 15. affirmativæ adhærentes opinioni, R. contrariam esse veriorem, quam sequuntur *Lotter. de Re benefic. lib.* 1. *quæst.* 42. *num.* 19. *& Salgad. in Labyrin. Credit. part.* 1. *cap.* 43. *nu.* 52. Et reprobando dd. Tondutum, & Amayden firmavit *Rot.* articulo maturè discusso *in dec.* 561. *part.* 19. *rec.*

126 An autem facultas transferendi pensiones competens vigore specialis Indulti, vel alterius gratiæ Pontificiæ, exerceri possit respectu illius pensionis, cujus commoditas al- 127 teri fuit cessa, *Rot. in dec.* 101. *& dec.* 265. *coram Priol.* negativam sequuta fuit opinionem; Illius tamen oppositum magis fundatum in Jure censuerunt, eisdem decisionibus respondendo *Card. de Luc. de Pension. disc.* 68. *per totum, & in Summ. num.* 76. *& D. Advoc. Piton. discept. Eccles.* 47. *num.* 18. advertentes, Sacram Rotam motam fuisse ob particulares circumstantias in d. casu vigentes: Ad materiam vide *Rotam in Novarien. Pensionis* 24. *Martii* 1710. *coram Falconerio, &* 5. *Decembris ejusdem anni coram Kaunitz*; Ratio verò ejusdem affirmativæ opinionis videtur nimis clara, quia per cessionem pensionis nullatenùs tacta fuit substantia pensionis, sed solùm concessa cessionario mera facultas illam exigendi procuratorio nomine cedentis; 128 Verum tamen est, quòd in his terminis transferens tenebitur cessionario commoditatis ad damna, & interesse pro eo tempore, quo supervivit, & cessionarii Jus non extinguitur, ut advertit idem *Card. de Luc. d. disc.* 68. *de Pension. nu.* 28. *& D. Piton. citat. discep.* 47. *num.* 19.

129 Circa compositionem officii parvi Beatiss. Virginis, *Card. Baron. ann.* 1056. in ea fuit opinione, ut attribuenda sit, *Petro Damiano Cardinali*; Verùm *Biss. in Hierurgia ver. Officium parvum Beatissimæ Mariæ Virginis lit. O. num.* 36. id non admittit, sed vult ab eodem fuisse idem officium dumtaxat restitutum, & movetur ex eo, quod antè tempus, quo floruit d. Cardinalis, nempè circa annum Domini 1072. in Monasterio Cassinensi recitabatur in Choro simul cum Divino Officio, *ex adnot. ad regul. S. Benedicti P. Augustini de Ferrariis cap.* 64. *num.* 78.

130 Ab obligatione recitandi officium potest à Summo Pontifice, majori Pœnitentiario, vel Sacris Congregationibus Episcoporum, & Regularium, & Concilii, concedi dispensatio, cum illis tamen conditionibus dari solita, quæ leguntur *in Const.* 12. *num.* 50. *s. m. Innoc. XII.* & referuntur, *per Corrad. in Prax. disp. lib.* 4. *c.* 2. *à num.* 54.

131 An autem Beneficiatus, qui Divinum Officium non recitavit, teneatur ante sententiam Judicis restituere fructus beneficii, correspondentes eidem omissioni, vel potiùs in conscientia ad id statim sit obligatus, non defuerunt Theologi asserentes, expectandam esse Judicis sententiam, eo prætextu, quòd ageretur de pœna; Verùm cùm hæc sit conven- 132 tionalis, cui se adstringit beneficiatus in adeptione beneficii statim incurritur, ut adductis concordantibus affirmat, *Am. de Delict. & Pœn. tit.* 5. §. 1. *nu.* 13. & sancivit *s. m. Alexand. VII.* 24. *Septemb.* 1665. *propos.* 20.

133 Nota hic, Canonicos, obligatos ad recitandum Officium in Choro, non satisfacere eorum obligationi illud submissa voce recitando, vel simpliciter legendo, sed teneri ad illud canendum, & alta voce psallendum, ut pro Canonicis Vaticanæ Basilicæ, articulo diligenter discusso à Sac. Congregatione Concilii 12. *Novemb.* 1592. resolutum refert *Pignatell. consult.* 115. *num.* 16. *&* 17. *tom.* 9. advertens, id verum esse, tam attento Jure communi, *& Concil. Tridentin. in sess.* 24. *cap.* 12. *de Reformat.* quàm vigore specialium Constitutionum ejusdem Basilicæ.

134 Si Sacerdos curam animarum non habens, legitimo impedimento cessante, Missam non celebret, saltem quater in anno, & in præcipuis festivitatibus; Tum quia alioquin præberetur scandali occasio; Tum etiam quia id præcepisse videtur Christus Dominus, cùm dixit Apostolis, *Hoc facite in meam commemorationem*, *D. Th.* 3. *par. quæst.* 82. *artic.* 10. *& Fagn. in cap. Dolentes num.* 13. *de Celebrat. Missar.* ubi quòd Sac. Congregatio Concilii consulta, an Episcopus posset sub pœnis, & censuris ad id simplices Sacerdotes cogere, respondit, solis admonitionibus, & hortationibus 135 uti posse; Quidquid dixerit *Antonell. de Jurib. Cleric. lib.* 2. *par.* 6. *num.* 9. asserens, Episcopum posse ad id compellere tales Sacerdotes sub pœna peccati mortalis.

136 Dixi *curam animarum non habens*, quia Parochi celebrare tenentur saltem diebus Dominicis, & aliis festis solemnibus anni, in quibus Populus Missam audire est obligatus *ex Concilio Trident. sess.* 23. *de Reformat. cap.* 14. ibique *Barbos. num.* 4. & respondit *Sac. Cong. Conc. in Hydruntina*, 13. *Februarii* 1639. *in lib.* 16. *Decr. fol.* 143. ubi quòd id procedit etiamsi Parochialis Ecclesiam habeat solùm redditus incertos, & aliis adductis, *Antonell. ubi sup. num.* 2. *& Ludov. à S. Joan. de Administr. Sacrament. artic.* 1. *tit. de Resid. num.* 13. *in fin.* ubi quòd tenetur Parochus celebrare etiam diebus non festivis ad benedictiones nuptiales impertiendas, & pro sepeliendo mortuo, ubi consuetudo est, 137 ut cum Missa sepeliatur, in quibus diebus Parochi pro eadem Missa nequeunt eleemosynam accipere, *Sac. Cong. in Civit. Castelli* 8. *Aug.* 1648. *lib.* 18. *fol.* 476. *Areti.* 28. *April.* 1629. *lib.* 14. *fol.* 78. *& in Fanen.* 1. *Sept.* 1629. *lib.* 14. *fol.* 153.

Quia verò dantur multi Conventus Familiarum Regularium, quorum Ecclesiis annexa est Animarum cura, observa hic, quòd illorum Prior non potest eodem tempore esse etiam Curatus, juxta resolutionem Sacræ Congregationis super disciplina Regularium sequentis tenoris.

Mau-

Maturè discussa in Sacra Congregatione super Disciplina Regulari habita, sub die 28. Maji currentis anni 1715. causam incompatibilitatis Prioratus Conventus Sancti Marcelli de Urbe, Ordinis servorum B. M. V. & Curæ Animarum ejusdem Ecclesiæ, unitim in persona Patris Hieronymi Allegri. Eminentissimi Patres, auditis Partibus unanimiter censuerunt, prædicta duo munia esse inter se incompatibilia, & insuper nominationem Præfati Patris Allegri in Priorem dicti Conventus esse nullam. Mandantes insimul, Sanctissimo Domino Nostro approbante, ut enunciata duo officia seorsim provideantur in omnibus, & singulis Conventibus cujuscumque Ordinis, societatis, aut Instituti, quibus cura Animarum incumbit, aut incumbere contingerit, & ita perpetuo, & inviolabiliter observentur sub pœnis arbitrio ejusdem Sacræ Congregationis.

J. R. Card. Imperialis Præfectus.

F. de Vico Secretarius.

138 Si Canonici Ecclesiarum Cathedralium, & Collegiatarum, necnon Religiosi Mendicantes, Missam Conventualem pro Benefactoribus non applicent, ex adductis per *Pignatell. consult. 322. per totam, tom. 1. & consult. 60. tom. 3.* & resolvit Sac. Congregatio Concilii *in Comen. Missæ Parochialis, & Conventualis, 11. Maji 1720. ad primum dubium*, & *in Civitatis Castelli, 2. Augusti 1631. lib. 14. Dec. fol. 480. & in Urbanien. 22. Novemb. 1640. lib. 16. Decr. fol. 464. & in Floren. 5. Maii 1646. lib. 19. Dec. fol. 97. Cæsenaten. 24. Maii 1681. Hydruntina 1. Martii 1692. Lancianen. 13. Novembris 1694. & Cathacen. 29. Novembris 1698.* ca-

139 ratione, quia Canonici fructus percipiunt suorum Canonicatuum sub onere inserviendi Ecclesiæ in celebratione Divinorum Officiorum, quorum præcipua pars est applicatio Missæ Conventualis, *Monacell. in formul. tom. 1. fol. 39. n. 27. & fol. 356. num. 12.* Mendicantes verò cùm ex eleemosynis vivant, tenentur illam pro Benefactoribus applicare.

140 Non sic autem respectu Religiosorum non mendicantium, qui præcisa obligatione resultante ex Testatorum jussionibus, vel ex litteralibus Constitutionibus Ordinis, præcipientibus Missæ applicationem, ad illam nullatenus sunt obligati, quia ex obligatione illam celebrandi non infertur obligatio applicandi, nec dicuntur illam celebrare ex obligatione Justitiæ, aut beneficii, sed ex vi Regulæ, & ad satisfaciendum Rubricis Missalis, quæ applicatione fructus specialis non præcipiunt, *Quart. ad Rubr. Missal. par. 1. tit. 5. dub. 3. Peyrin. in Compend. Privil. Regular. tom. 3. cap. 1. num. 20. & Pasqualig. de Sacrif. nov. leg. quæst. 899.* & resolvit *Sac. Cong. Conc. in Dub. applic. Miss. 9. Aprilis 1701. lib. 51. Dec. fol. 207. Et in Camerinen. celebrationis Missarum, 4. Junii 1701. lib. 51. Decr. fol. 304. & in Lucana celebrationis missarum, 4. Februarii, & 18. Aprilis 1702. libr. 52. Decr. fol. 40. & 65.* Non attenta consuetudine, etiam immemorabili in contrarium, ut in specie respondit ead. Sac. Cong. Concilii *in Forosempronien. 7. Augusti 1683. lib. 33. Decr. fol. 250. & in Feretrana, 25. Septemb. 1694. lib. 44. Decr. fol. 495. à tergo, & in Camerinen. applicat. Missæ Conventualis, 28. Junii 1704. lib. 54. Decr. fol. 264.* confirmata 9. Junii 1714. In illis verò casibus, in quibus Canonici ad applicationem Missæ Conventualis tenentur, non debet eis permitti, ut deputent Capellanos ad id quotidie adimplendum, ita ut iidem Canonici eximantur à d. onere celebrationis, & applicationis Missæ Conventualis, ut novissimè respondit *S. C. Conc. in Callien. Missæ Conventualis 19. Junii 1706. lib. 56. Decr. fol. 276.* & *in Squillacen. 17. Martii 1714. ad 1. dub.*

141 Si autem quæras hic, an Episcopus cogere possit Cappellanum obligatum ex præcepto Testatoris ad celebrandum bis in hebdomada, ut Missas determinatis diebus celebret, puta feria 4. vel Sabbato: Respondeo negativè, quia non potest Episcopus in præjudicium libertatis, competentis Cappellano talem innovationem facere, etiamsi id redundaret in commodum Ecclesiæ. Hæc siquidem in his circumstantiis agit de lucro captando, majoris scilicèt sui commodi, quod cum aliena jactura practicari numquam debet, ut latè probat *Pignatell. consult. 111. per totam, tom. 9.*

Si Sacristæ Ecclesiarum permittant in Urbe, ut Personæ Sæculares, quacumque præfulgeant dignitate, Regalibus dumtaxat exceptis, ad Ecclesias, eorum curæ commissos, Strata deferre faciant, & cum illis Missæ Sacrificio aliisque Divinis Officiis assistant, ut resolvit Congregatio Cæremonialis die 3. Octobris 1701. illiusque resolutio approbata fuerit à Clemente XI. juxta sequentem declarationem:

Proposito in Sacra Congregatione Cæremoniali quodam abusu inter alios, qui de recenti in Urbe irrepserunt, eadem Sacra Congregatio ad eum omnino tollendum, die 30. Maii currentis anni 1701. decrevit.

Non licere cuicumque Personæ, quovis gradu, conditione, ac dignitate insignita (ipsis Personis Regalibus tantùm exceptis) ad Ecclesias strata sibi deferri facere, & si secus actum fuerit, immediatè cessandum fore à Divinis. Quod nisi servetur, Rectores, cæterosque Ecclesiarum Ministros, ipso facto Excommunicationis pœnam, aliasque arbitrio sacræ Congregationis incurrere, eamque Ecclesiam, in qua talis abusus permissus fuerit, habendam esse pro interdicta.

Et facta per me Pro-Secretarium relatione Sanctissimo Domino nostro, Sanctitas Sua Decretum præfatum approbavit, nec non promulgari, atque executioni tradi, & in omnibus Urbis Sacrariis affigi mandavit, die 3. Octobris 1701.

C. Cardinalis Barberinus Pro-Præfectus.

Candidus Cassina Carem. Magister Pro-Secr.

142 Si Prothonotarii Apostolici honorarii, & utriusque Signaturæ Referendarii in illis Civitatibus, in quibus sunt Gubernatores, missam celebrent more, & ritibus Episcoporum, ut adversùs Gubernatorem Cæsenæ resolvit *Sac. Congreg. Rit. die 9. Februarii 1675.* ibi *Sac. Rit. Congreg. declaravit, non licere Illustriss. DD. Referendariis Utriusque Signaturæ Sanctiss. D. N. PP. ac Prothonotariis Apostolicis honorariis Missam celebrantibus in Civitatibus, quarum regimini præficiuntur uti ritibus, qui proprii Eminentissimorum Cardinalium, & Episcoporum videntur; sed iidem rem sacram facere tenentur more cæterorum Sacerdotum, prout in privatis missis præscriptum fuit Abbatibus in decreto circa usum Pontificalium Prælatis Episcopo inferioribus concessorum, emanato ab eadem Sac. Congreg. habita coram fel. me. Alexandro VII. die 27. Septembris 1659. & ita servari mandavit ab Illustriss. Gubernatore Civitatis Cæsenæ die 9. Februarii 1675.*

143 In casibus verò permanentiæ in eodem Loco circa præcedentiam Archiepiscoporum, & Episcoporum, cum Vicelegatis, adest decretum ejusdem Sac. Cong. Rit. *in una Pisauren. 22. Novemb. 1643.* tenoris sequentis: *Quæsivit Episcopus Pisauren, cui competat præcedentia inter ipsum, & Vicelegatum, tam in Ecclesia, quàm extra, & tam præsente, quàm absente Legato, & Sac. Congregatio mandavit, oretenus eidem insinuari id, quod aliàs mandatum fuit in Bononien. 8. Julii 1602. scilicèt Archiepiscopo deberi præcedentiam in functionibus Ecclesiasticis, extra verò illas Archiepiscopo in Mozzetta, & Rocchetto incedente, debere invicem se vitare.*

Si Regulares absque speciali Privilegio, sed sola communicatione Privilegiorum aliarum Religionum addant nomen sancti Fundatoris in Litaniis, & Confiteor, vel recitent Officia, & Missas, concessas aliis Religionibus, ut resolvit Congregatio Rituum, die 20. Martii 1706. seqq. verbis.

Cum Sacrorum Rituum Congregationi demissè supplicatum fuerit sequentia dubia declarare.

Primum. An, cùm multis Congregationibus, Religionibus, sive Ecclesiis, vel Nationibus concessum sit à Sancta Sede Apostolica, ut semel, vel pluries in singulis hebdomadis, vel mensibus celebrentur varia Officia per annum, V. G. de Sanctissimo Sacramento, vel de Sanctis in diebus non impeditis aliquo Festo duplici, vel semiduplici, liceat ejusmodi Officia facere etiam in diebus Sanctæ Quadragesimæ, Adventus, Vigiliarum, & Quatuor Temporum, etiam si de his diebus nulla sit facta specialis mentio in aliquibus Officiorum concessionibus?

Secundum. An dies impeditus Festo duplici, vel semiduplici pro dictis Officiis recitandis, intelligantur etiam dies, in quibus ponendum est Officium de Festo duplici, vel semiduplici translato, quemadmodum dicitur responsum fuisse olim à Sacra Congregatione; Quod scilicet Festum duplex, vel semiduplex etiam translatum, necnon dies Octava sit dies impeditus respectu talium Officiorum?

Tertium. An Regulares absque speciali privilegio, sed sola communicatione privilegiorum aliarum Religionum possint addere nomen Sancti Fundatoris in Litaniis, & Confiteor, itemque recitare Officia, & Missas concessas aliis Religionibus.

Sacrorum Rituum eadem Congregatio ad relationem Eminentissimi & Reverendissimi Domini Cardinalis Colloredo respondit:

Ad Primum Negativè, & hujusmodi indulta non habere locum in Feriis Adventus, Quadragesimæ, Quatuor Temporum, Vigiliarum, sive cum jejunio, sive absque jejunio, nec in Feria secunda Rogationum, nec in illa Feria,

ria, in qua secundùm Rubricas sit reponendum Officium Dominica.

Ad Secundum Affirmativè.

Ad Tertium Negativè in omnibus.

Et ita declaravit, ac servari voluit. Ac insuper ut Declarationes, seu Decreta prædicta omnibus innotescant, typis ea imprimi mandavit. Die 20. Martii 1706.

G. Card. Carpineus.

B. Inghirami Sac. Rit. Congr. Secr.

144 Si Sacerdos auditam confessionem propalaverit, *Can. Si Sacerdos de Pœnit. dist. 6. & cap. Omnes utriusque sexus de Pœnit. & Remission. Menoch. de Arbitr. cas. 414. Panimoll. dec. 46. per totam* & latè *Pignat. cons. 54. per tot. tom. 7.* ubi quòd revelatio simplex est delictum grave, sed spectat ad 145 Judicem Ecclesiasticum ordinarium, non sic autem qualificata, de qua cognoscit Tribunal Sanctissimæ Inquisitionis, & explicat deindè, quando revelatio dicatur simplex, & quando qualificata.

146 Nimis autem cauti esse debent in hac parte Confessarii, quia potest dari casus, quòd etiam præter eorum intentionem revelatio verificetur, mediante nimirum combinatione circumstantiarum, diverso tempore ab eisdem declaratum, ut observat *Amen. de Delict. & Pœnit. tit. 8. §. 4. nu. 22.* ubi quòd quidam Sacerdos in compotatione cum multis Amicis dixit illis, quòd prima fœmina, cujus confessionem exceperat, commiserat adulterium; Post multum verò temporis ab uno ex dictis Amicis invitatus fuit ad prandium in propria domo, ubi cùm fuisset comiter exceptus ab ejus Uxore, pro motivo particularis benevolentiæ erga eam, dixit, illam fuisse primam ipsius pœnitentem. Maritus autem id audiens, & memor primi discursus, venit in cognitionem adulterii Uxoris, quam proinde cum cultro à mensa parata arrepto statim jugulavit. Et id quilibet ex pluribus Adstantibus potuisset combinare currenti anno Jubilæi, quo quidam Confessarius in mei, multorumque præsentia asseruit, se excepisse confessionem Parochi parvi Oppidi, qui per spatium 17. annorum semper vixerat in sacrilegio, subjungendo, qui modò est meus amicus, & adest inter Nos continua epistolarum transmissio, & receptio. Facilè siquidem negotio curiosus aliquis potuisset venire in cognitionem illius Parochi parvi Oppidi, inter quem, & dictum Confessarium à paucis mensibus adest mutua Epistolarum transmissio, & receptio.

147 Indeque meritò *P. Frigerius in Vita D. Th. Aquin. lib. 2. cap. 4. num. 9.* ad cœlum extollit ejusdem Angelici Præceptoris consilium, quod dare solebat Confessariis, nè unquam extra Confessionem loquantur de iis rebus, quæ in Confessione ipsis notæ sunt: *acciocchè manifestandosi talvolta qualche circostanza di tempo, di luogo, ò della persona, non venisse a scoprirsi il peccato, ò l'Autore di esso, con grave ingiuria al sugello della Confessione, ò almeno in odio della medesima.*

148 Imo non solum merum consilium, sed etiam præceptum in hac parte meritò recognoscit, *Abbas Siculus in cap. Omnis, num. 8. in ultimo notabil. de Pœnit. & Remiss.* ea ratione, quia Sacerdos ita scit peccatum, sicut peccatorem, hoc est tamquam Dei minister, ergo non debet tamquam homo peccatum revelare, quia nescit ut homo, sed ut 149 Deus, & rejectis, vel declaratis Authoribus contrarium sentientibus, *Abbatem* sequitur *Fagnan. in cap. Officii à num. 23. usque ad fin. eodem tit. de Pœnit. & Remiss.* ubi ta-150 men quòd obligatio non revelandi peccatum non cadit sub sigillo, sed sub prohibitione positiva Ecclesiæ ob probabile periculum manifestationis etiam peccatoris, conjungendo tempus, locum, speciem peccati, qualitatem personarum, & alia similia. Quæ animadversio deservire potest pro congrua responsione ad motivum, *Navarr. in Can. Sacerdos num. 25. de Pœn. distinct. 7. tom. 2. comment. pag. 793.* quia scilicet revelando peccatum, non habetur notitia peccatoris, cujus favore factum est, ne Confessarius peccata revelet, ne scilicet fideles à Confessione suorum peccatorum retrahantur; Si enim ex revelatione peccati sequi potest manifestatio pœnitentis, ab illa semper abstinendum est.

151 Diligenter nota hìc, quòd si aliquis Superior Regularis ex Confessione sciat Religiosum sibi Subditum per aliquam Portam Conventus ad malum finem introducere Mulierem, nequit mutare Seram, seu Vectem ejusdem Portæ sub quocumque prætextu ad obviandum eidem malo; Id enim redundaret in gravamen pœnitentis, atque in injuriam sacratissimi Sigilli, quod Divino mysterio confessioni injunctum est, essetque ad exteriorem gubernationem uti notitia in confessione habita, quod permissum non est *ex oraculo sa. me. Clem. VIII. 26. Maii 1592.* quod referunt *Quar. in sum. 152 Bullar. ver. casus reserv. fol. 154. vers. Tam superiores, & Dian. tom. 1. tract. 8. resol. 9. num. 2.* Quòd licèt loquatur de Regularibus, comprehendere etiam Sacerdotes Sæculares observant *Marchant. in Trib. Sacr. tom. 1. tract. 4. tit. 6. quæst. 6. concl. 1. fol. 140.* ubi quòd reus pariter hujus criminis est Confessarius negans suffragium ad aliquod officium Pœnitenti, quod, præcisa notitia ex confessione, ei non negaret, & *Torrebl. in Dæmonolog. lib. 4. cap. 7. de Sigill. Confess. num. 14.* & latè *Panim. dec. 46. num. 5. & seq. & Rent. in Enciclop. univ. Theol. lib. 1. de Sacram. tract. 5. de Pœnit. c. 5. q. 7. & 8. per tot.*

Ursaya Institut. Crimin.

An autem frangat confessarius confessionis sigillum si ex 153 pœnitentis licentia peccata revelet, negant, *Fagn. in cap. Officii nu. 32. de Pœnit. & Remiss. & Tolet. Instr. Sacer. lib. 3. cap. 16. de Sigil. num. 6.* quia potest Pœnitens suo favori renunciare, & *Barbos. de Paroch. p. 2. cap. 19. num. 56. & seqq.* ubi etiam quærit, quando non credendum sit 154 confessario, asserenti sibi hanc facultatem à pœnitente traditam fuisse. Verùm parvi facienda non videtur opinio doctissimi, *Marchant. in Trib. Sacram. tom. 1. tract. 4. tit. 6. quæst. 6. append. 2. de Secr. & Sigill. Confess. fol. 140. & seqq.* contrarium egregiè defendentis, ea ratione, quia Christus Dominus ea, quæ in confessione exprimuntur, celata voluit, nedum in favorem pœnitentis: sed etiam in reverentiam Tribunalis Divini, & Sacramentalis, in quo, dispensare non potest pœnitens, quòd omnem habens potestatem in famam propriam, nullam habet in bonum Sacramenti, & illius mysterium, cujus dignitati, & reverentiæ annexum est sigillum, *Franc. de Remoral. consult. 1. per tot. & Rayn. tom. 1. §. 4. sub num. 26.* Sequitur *Monacell. in formul. tom. 3. lib. 2. form. 1. num. 4. fol. 125.* Poterit tamen 155 pœnitens id, quod confessario in confessione exposuit, extra illam iterum aperire, & hoc casu non dicitur relaxari sigillum, sed res in Sacramento nota, alio manifestatur modo, quod pœnitenti permissum est, *Barbos. ubi supra numer. 57.*

156 Si confessarius habens facultatem absolvendi ab omnibus casibus, Sedi Apostolicæ reservatis, absolvat etiam à casibus reservatis Episcopis in eorum Diœcesibus, hæc enim facultas, licèt videatur minor, nullatenùs continetur sub prima. Eodem modo nequit confessarius in aliqua Diœcesi 157 ad audiendas confessiones approbatus, absolvere ad ipsum ex aliena Diœcesi confluentes à peccatis in eadem Diœcesi reservatis, quando noscit illos in fraudem reservationis ad alienam Diœcesim pro absolutione obtinenda migrasse, ut sancivit, *Clem. X. constit. 7. quæ incipit Superna §. 7.* & observant, *Card. Denhoff. in Instruct. Pastoral. fol. mihi 64 in medio*, & anno 1628. die 17. Novemb. ità resolvisse, *Sac. Cong. Episc. & Regul.* testis est, *Barbos. ad Concil. sess. 14. de Sacr. Pœnit. c. 7. num. 23.*

158 Dixi, *quando nescit &c.* quia si non concurrat fraus recurrentium ad alienam Diœcesim, illos validè, & licitè potest absolvere, & ratio est quia reservatio respicit confessarios, non autem pœnitentes, neque tenetur confessa- 159 rius scire omnes casus Episcopis reservatos, ut advertunt adducti per, *Bonac. tom. 1. de Pœnit. Sacr. disp. 5. qu. 7. punct. 5. §. 2. num. 9. & seqq. & P. Campion. in Instruct. pro Ordinand. cap. 40. num. 38.* ubi quòd tunc quis dicitur accedere in fraudem ad locum, ubi non est casus reserva- 160 tus, quando eo animo peccavit, ut accederet ad d. locum; vel noluit se submittere suo Ordinario, in quibus nihilominùs circumstantiis absolvi poterit in Urbe à Pœnitentiariis Basilicarum, tanquam Ministris Summi Pontificis, su- 161 perioris omnibus Episcopis, tales casus reservantibus: Nisi adsit mortis periculum, quia in articulo mortis nulla adest 162 reservatio, & quilibet Sacerdos potest absolvere, *Concil. Trident. sess. 14. de Sacram. Pœn. c. 9.* ubi latè, *Barbos. qui* 163 *num. 17.* observant, quòd si taliter absolutum reconvalescat, non est iterum absolvendus, quod priùs adverterat, *Sous. in Bull. Cœn. cap. 3. disp. 100. num. 6. Melch. Zambr. in dec. pro mort. artic. cap. 4. de Pœnit. dub. 4. & Ricciull. de Jur. Person. lib. 4. cap. 65. num. 16.* Rationes autem, seu potiùs congruentias, quarè similes reservationes non repu- 164 gnent institutioni Sacramenti pœnitentiæ, quomodò locum habeant in Parochis, qui jurisdictionem ordinariam habent in Populum, & ex quibus motum fuit Sacrum Concilium ad permittendam Episcopis hanc facultatem, vide apud, *Pignatell. consult. 163. tom. 10.*

Nota hìc, confessionem per Epistolam, seu Internun- 165 cium, faciendam confessario absenti, improbatam fuisse, *ad Clem. VIII. in ejus constit. 87.*

Si Confessarii absolvant, absque speciali facultate, Pœnitentes à casu publico violatæ clausuræ Monialium ad malum finem, vel eum, qui Presbyterum publicè occiderit, vel à casu publico violatæ Immunitatis Ecclesiasticæ juxta resolutionem resolutionis Congregationis particularis approbatæ à Clemen. XI. die 13. Maii 1711. Sequentis tenoris.

Quoniam Sanctissimus D. N. Clemens XI. pro Pastorali in commissum sibi Gregem zelo, & pro Ecclesiasticæ disciplina recta ratione conservanda, deputavit Congregationem particularem Eminentissimorum DD. S. R. E. Cardinalium Sancti Clementis, Paulucii Majoris Pœnitentiarii, & Fabroni, nec non RR. PP. Corradini Sanctitatis Suæ Auditoris, mei infrascripti, S. Congregationis Concilii, & hujus deputatæ Secretarii, ac RR. PP. Damasceni, Consultoris Sancti Officii, & Alfari, Consultoris Theologi Sacræ Pœnitentiariæ. Eadem Congregatio, considerata reformatione facultatum Officii Sacræ Pœnitentiariæ à fel. record. Innocentio XII. in ejus Constitutione, edita 3. Septembris 1692. Censuit si Sanctissimo placuerit, præcipiendum esse omnibus, & quibuscumque Presbyteris, tam Sæcularibus, quàm Regularibus, in Urbe ad Confessiones audiendas deputatis, ne inposterum, etiam in foro conscientiæ absolvant extra mortis articulum quoscumque Pœnitentes, tam Incolas Urbis, quàm ad eam confluentes ab infrascriptis casibus, nempe à casu publico violatæ clausuræ Monialium ad malum, seu inhonestum finem, à Presbytericidio publico, & à casu publico violatæ Immunitatis Ecclesiasticæ, in terminis Constitutionis Gregorii XIV. incipientis: Cùm aliàs nonnulli, *& etiam à casu occulto dictæ violationis Immunitatis, si fuerit sequuta authoritate publica, idque omnino servari ab omnibus, & quibuscumque Confessariis, in Urbe degentibus cujuscumque Religionis, Instituti, etiam Societatis Jesu, ac Congregationis, quacumque speciali nota & explicandis, prout explicati latius fuere in Decreto Sacr. Congregationis Episcoporum, & Regularium die 9. Mensis Januarii 1602. sub fel. record. Clemente VIII. ac illius confirmatoriis sub fel. record. Paulo V. die 7. Januarii 1617. & Urbano VIII. die 17. Novembris 1628. editis. Ac sub præsenti prohibitione comprehendi etiam Pœnitentiarios Basilicarum Urbis, & ab omnibus Confessariis prædictis eam observari sub iisdem pœnis, & censuris, eo ipso, & absque alia declaratione incurrendis, quæ continentur in præfatis Decretis. Noverintque Pœnitentes absolutionem si quam in posterum obtinuerint à præfatis Casibus in præsenti Decreto expressis, esse nullam nulliusque roboris, & momenti, eaque omnia observari. Non obstantibus quibuscumque Privilegiis absolvendi à prædictis Casibus sub quibuscumque tenoribus tam ante, quàm post dicta Decreta, tam particularibus Personis, quàm ratione Religionis Societatis, vel Instituti obtentis, & juxta latam derogationis formam, in iisdem Decretis contentam quæ in præsenti repetita censeatur, & non obstantibus omnibus, quæ idem Clemens VIII. Paulus V. & Urbanus VIII. voluerunt non obstare; Rursus declarando, prout declaratum fuit in præfatis Decretis, quòd circa alios casus, Sanctæ Sedi Apostolicæ reservatos, non expressos in præsenti Decreto (exceptis illis, quæ continentur in Bulla in die Cœnæ Domini legi consueta) ita intelligatur præservata facultas absolvendi Confessariis privilegiatis, in Urbe degentibus, quatenus tamen eam habeant & legitimis Privilegiis, non revocatis, & in usu existentibus, ac juxta eorum tenorem tantùm exequendis. Aliis verò in Urbe Confessariis Privilegia non habentibus, nihil de novo sicuti per præfata Decreta, ita per præsens censeatur concessum.*

Facta per me infrascriptum hac die 13. Mensis Maii 1711. relatione prædictæ resolutionis Sanctissimo D. N. Sanctitas sua, eam, omniaque, & singula, in ea contenta cum omnibus clausulis derogatoriis benignè probavit, ac inviolabiliter in posterum servari præcepit ab omnibus, ut supra expressis, præsensque Decretum in forma solita publicari jussit, atque mandavit.

Vincentius Petra S. C. Concilii, & dictæ Deputatæ Congreg. Secretarius.

166 Si Sacerdos secundas nuptias benedixerit, *cap. 1. & cap. Missarum de Secund. nupt. Hostien. in Summ. eodem tit. num.* 3. Jus autem nuptias benedicendi, privativè quoad

167 alios Sacerdotes, Parochis competit, tanquam sequela administrationis Sacramenti Matrimonii, ut pluries resolvit *Rota in Corduben. Benedictionum nuptialium 5. Julii 1683. & 17. Martii 1684. coram bon. mem. Paulutio 20. Junii 1685. & 20. Novemb. 1686. coram Ursino*. Estque facienda in Ecclesiis, non autem domi, *Sacr. Cong. Conc. in Nullius 17. Aprilis 1649. lib. 18. Decr. fol. 363.*

168 Non sic autem dicendum de benedictione Ovorum in Paschate, & Purificatione mulierum post partum, cùm enim *die 12. Novemb.* 1665. Parochi Urbis recursum habuerint ad Sac. Congregationem Visitationis Apostolicæ, prætendendo, easdem functiones privativè ad ipsos spectare, eorum instantiam multis fulciendo authoritatibus, cum insubsistenti etiam supposito, quod id declaraverit *s. m. Paulus V.* nihilominùs Sac. Congreg. re maturè perpensa, *nihil rescribendum censuit*, ut videre est, *in lib. 2. Decr. fol.* 290. &

169 probat, *Novar. in Summ. Bullar. comm. 51. num. 14. & seqq.* ea ratione, quia hoc non est propriè munus Parochorum, cùm in dd. benedictionibus nulla de jure debeatur oblatio, *num. 17.* referen. ità resolutum *à Sacr. Congreg. die 2. Julii* 1620. in respons. ad unum ex 14. dubiis ex parte Curati Civitatis Bononiæ propositis, *Cong. Rituum in Urbis, & Orbis* 10. *Decembris* 1703. *dub. 6.* his verbis concepto: *An benedictiones Mulierum post partum, fontis Baptismalis, Ignis, Seminis, ovorum, & similium, sint de Juribus merè Parochialibus*, respondit, *Negativè, sed benedictiones Mulierum & fontis Baptismalis fieri debere à Parochis*, ut videre est apud *Monacell. tom. 2. fol. 11.*

170 Si Sacerdos Missam celebret sine Clerico, seu alio adjutore, *cap. Ut quisque, de Vit. & honest. Cleric. Bott. consil. 2. num. 15. & seq. Amostaz. de Caus. piis lib. 5. cap. 3. nu. 53.*

171 ubi quòd licèt primis temporibus etiam fœminæ in Missis psallerent, hodie tamen rectissimè id interdictum est, *Rayn. tom. 1. ad c. 10. supplet. 1. num. 60.* ubi numeris sequentibus alios enumerat similes casus, *Pignat. consult. 97. num. 52. tom. 9. & P. Campion. in Instruct. Ordinand. cap. fin. num. 31.* Quod limita *cum Verricell. de Apostol. mission. tit.*

172 *4. quæst. 98. num. 206. & Serr. in 3. p. D. Th. quæst. 83. art. 5. §. An verò*, in casu necessitatis, puta, ut detur Via-

173 ticum moribundo in diebus festivis, & similibus. Quando Sacerdos Missam inceptam interrumpit, *Canon. Nullus Episcopus de Consecr. dist. 1. & Rayn.* ubi *suprà num. 67.* ubi quòd potest suspendi, excommunicari, & arbitraria pœ-

174 na puniri. *Tambur. in Method. Celebr. Miss. lib. 2. cap. 7. per totum*, ubi latè explicat octo causas, ex quibus Missa absque culpa interrumpi potest. I. Ob metum mortis, vel grave malum. II. Ob supervenientem memoriam impedi-

175 menti ex assumpto cibo, ex peccato, ex censura, & ex tempore indebito III. Ob supervenientiam Excommunicati non tolerati. IV. Ob supervenientem violationem Ecclesiæ, vel Altaris. V. Ob corporalem necessitatem supervenientem. VI. Ob supervenientem proximi necessitatem spiritualem, VII. Ob adventum Magni Principis, Prælati, vel Populi, & VIII. Ob Concionem, Ordinationem, Communionem Populi, & Publicationem Edictorum, & latè *Pasqual. de Sacr. nov. Leg. quæst. 195. & seqq.*

176 Hac occasione observa hìc, quòd cùm soleant Summi Pontifices in concessione Indulgentiarum, præfigere certum numerum Missarum, dicendo, *dummodo in d. Eccles. septem, quinque &c. missæ quotidiè celebrentur*, fuit dubitatum, an si ob legitimam causam per aliquod breve tempus, d. Missarum numerus non celebretur, gratia suum habeat effectum.

177 In qua parte omissis iis, quæ afferuntur *per Gobat. in Theo. experim. tract. 3. Alphab. sacrif. cas. 19. nu. 641. & Matthenc. in Official. Cur. Regular. Verb. Officialis quod Altar. privileg. num 2.* inclinantes in opinionem negativam, quando impedimentum durat etiam per mensem, procedendum puto cum *Pasqualig. de Sacrific. nov. leg. quæst. 748. num. 2.* cujus opinionem sequuta fuit *Sacra Congregatio Concilii in Dubio Indulgentiarum 30. Julii 1701. lib. 51. Decret. fol. 414.*

178 In quo dubio, *An absentibus Religiosis ex causa Prædicationis tempore Quadragesimæ, & Adventus, vel quando occasione Festivitatum, vel funerum, aut similium à Superioribus ad celebrandum alibi transmittuntur, Indulgentiæ concessæ cum certo numero Missarum, qui ob dd. causas adimpleri non potest, prorsùs cessent, vel pro eo tempore, quo d. numerus Missarum non fuerit adimpletus sint suspensæ, vel potiùs remaneant in suo robore*. Eadem Sac. Cong. respondit: *Pro tempore Adventus, & Quadragesimæ remanere suspensas, non autem in reliquis dummodo rarò contingat*. Secundo verò dubio.

179 *An idem sit statuendum, deficiente numero præfixo Missarum ob infirmitatem Sacerdotum, tam Regularium, quàm Sæcularium*, respondit, *Non remanere suspensas*. Tertio demum.

180 *An pariter idem sit statuendum, deficiente d. numero Missarum ob absentiam ab Ecclesiis sæcularibus Canonicorum,*

& Sa-

& Sacerdotum per aliquot dies, & menses. Respondit: *Satis provisum in primo*.

181 Cùm quibus resolutionibus novissimè processit *in Placentina, seu dubio Indulgentiarum 6. Februarii 1706.* respondendo, non esse exequen. Breve concessionis similium Indulgentiarum cum clausula *dummodo in ipsa Ecclesia quin-* 182 *que Missæ quotidiè celebrentur*, attento quòd d. conditio punctualiter non verificabatur quolibet die, licèt in fine 183 anni, ducto calculo Missarum, quæ in d. Eccl. annuatim celebrabantur, earum numerus in die singulos distributus, d. quinquenarium numerum excederet.

184 Quando Parochus recusat assistere Matrimoniis ser. servandis contrahendis, *Gonzal. in c. Cum inhibitio num.7. & seq. de Clandest. Desponsat. Avers. de Matrim. qu.6. sect.5. Vers. Tenetur Parochus, & Ventrigl. de Jurisd. Archiep. cap. 148. per tot.* ubi quòd hoc casu Superiores solent subrogare quemlibet Sacerdotem, ut vices Parochi 185 gerat. Imò quòd in casu irrationabilis recusationis Parochi, licitum sit contrahere volentibus dolosa æquivocatione, vel aliis artibus illum ad interessendum adducere, dummodò vis personæ non inferatur, observant *in eorum Tract. de Matrim. Peres disp.40. sect. 10. num.6. in fine Dicast. disp.3. num.168. Hurtad. diffic.15. nu.51. & Avers. qu.6. Vers. Tenetur, fol.347.*

186 Dixi *Matrimoniis servatis servandis contrahendis*, quia si agatur de Matrimoniis clandestinis, seu denunciationibus non præmissis, nedum malè non facit Parochus non assistendo, sed imò peccat, & suspensionem incurrit, si voluntariè assistentiam præstat, juxta *Text. in cap. Cùm inhibitio de Clandest. despons.* & animadversa *per de Justis de Disp. Matrim. lib.2. cap.19. nu.38. Vivald. in Candelab. aur. par.1. tit.18. de Matrim. num.239. & Barb. de potest. Episc. par.1. alleg.32. num.4. & Rota in Leodiem. Matrimonii 29. April.1698. §. Nec relevat coram R. P. D. Prio-* 187 *lo*, & Nos latè probavimus in dubiis Matrimonialibus *dub.1. per tot.* & pro indubitato id supposuit *Sacr. Congr. Conc. in Romana super Dubiis Matrimoniorum 7. Martii 1700.* quando resolvit, *physicam præsentiam Parochi non sufficere pro validitate Matrimoniorum*, *ut in lib.50. Decr. fol.185.* Quæres hìc, an substineatur excommunicatio ab Episcopis comminata contrà clandestini Contrahentes Matrimonia? respondetur negativè cum Sacr. Congreg. Conc. *in Bergomen. 25. Januarii 1681.* in qua nedum respondit non posse, sed injunxit Episcopus Bergomen., ut excommunicationem latam revocaret, ut videre est *in lib.31. decr. fol.323.* cum qua processit in *Casertana anni 1717. de qua in tom.3. par.1. num.9.*

188 Quando idem Parochus, vel alter Sacerdos baptizans, vel confessarius non habet intentionem baptizandi, & absolvendi. Idemque dicendum respectu Sacramenti Ordinis quoad Episcopos. In istis enim casibus nullatenus conficitur 189 Sacramentum: quia Ministri intentio necessaria omninò est ad illius validitatem, ut damnando Lutheri errores sancivit Leo X. in *Const.40. n.12. & Conc. Trid. sess.7. de Sacram. in gen. can.11.* & declaravit *f. m. Alexand. VIII. 8. Decem. 1690. propos.28.* Cujus delicti recentem casum refert *Amen. de Delict. & Pœn. tit.8. §. 1. num.3.* ubi quòd quidam scelestus Parochus, cùm aliter non posset hostili animo, quem habebat erga quemdam Principem, satisfacere, ejus Infantes, quos baptismali aqua abluebat, in peccato originali relinquebat, ad vindictam contra eorum Patrem, inter quos unus erat ex Ordine Minorum Strictioris Observantiæ Sancti Francisci, Sacerdos, Concionator, & qui plures Prelaturas, tam Locales, quàm Provinciales admi- 190 nistraverat, quivè post baptismum ritè susceptum, iterum omnes sacros Ordines suscepit, juxta Textus *in cap. 1. & cap. fin. de Presbyt. non baptiz.* Subjungens *num.12. & 13.* nullam inveniri in hac parte statutam pœnam à Jure Canonico, & Civili, quia in mentem Pontificum, vel Imperatorum nunquam venire potuit, quòd reperiretur homo ita scelestus, & iniquus, ut in tantam prorumperet impietatem, quòdque posset talis Reus ad Triremes transmitti, & si in multis Infantibus tantum scelus commisisset, esset etiam relaxandus brachio sæculari, ultimo supplicio irremissibiliter puniendus.

191 Nec opponatur authoritas *S. Joannis Chrysostomi* homil. 85. in *Joann. circa finem*, dicentis, *Sacerdos, & linguam, & manum præbet. Nec enim justum est propter alterius malitiam, ad salutis nostræ Symbola bona fide accedentes offendi*, Illa enim, una cum animadversione, Justum non esse, eum, qui bona fide accedit, ob malitiam Ministri, absque propria culpa offendi, nullatenus obstant, quia injustitia refundi nequit in Deum, qui sufficienter providit homini modo illi accommodato, sed iniquo attribuitur Ministro, & is, qui eam patitur, non damnatur propter alterius malitiam, sed ob proprium peccatum, originale in Pueris, & actuale in adultis; Sacerdos autem est veluti causa per accidens, non applicans scilicet remedium salutis, quod Deus in ejus manibus constituit, ejusque arbitrio commisit, ut his ferè verbis observat *Filliuc. tract. 1. de Sacram. in commun. c.5. sub n.80.*

192 Nota hìc, quòd validum est Baptisma, licèt baptizans bis exprimat verbum *in nomine Sac. Cong. Conc. in Poloniæ 4. Maii 1641. lib. 16. Decr. fol. 519.* Quæ tamen *Sac. Cong. in Belgii 16. Januarii 1625.* reprobaverat consuetudinem baptizandi Pueros in propriis domibus, statim ac lucem aspiciunt, *ut in lib. 12. Decr. fol. 200.*

193 Nota 2. Parochum, seu Curatum Sacrosanctæ Vaticanæ Basilicæ in Urbe baptizare posse omnes accedentes ad ipsas ex quibuscumque aliis Parochialibus Ecclesiis ejusdem Urbis, sive ex consuetudine, sive ex Privilegiis Summorum Pontificum Innoc. III. Eug. IX. Innoc. VI. ac B. Pii V. allegatis in *Sac. Cong. Conc. in Romana Juris Baptizandi, 15. Maii 1700. lib. 50. Decr. fol. 225.* Ad materiam verò, vide *Rot. in Romana funeralium, 15. Junii 1699. §. final. coram Molines*, quæ est *dec.22. apud Monacell. t.4. R. P. D. Petr. t. 4. fol. 289. nu. 35.* & vide resolutionem *Congregationis Concilii in Fulginaten. 22. Junii 1720.*

Dixi *sive ex consuetudine, sive ex privilegiis &c.* quia Jure communi attento Parochiani cujuslibet Ecclesiæ à proprio Parocho baptizari debent, ex doctrina *Innoc. in cap. Dilect. de Cappell. Monachor.* quem sequitur *Card. de Albic. de Jurisdict. Card. discept. 2. quæst. 6. in princip. Murg. de Benef. quæst. 2. num. 475. & seqq.* ubi quòd baptizans aliquem sine proprii Parochi licentia mortaliter peccat. Eodem modo quo in eadem Parochia Paschale præceptum adimplere debent Parochiani, neque satisfaciunt illud adimplentes in Cathedrali in partibus, vel in Basilicis Lateranensi, & Vaticana in Urbe, ut latè probat *Pignatell. consult. 89. per tot. tom. 7.* ubi *n. 18.* quod ita mandavit *sa. me. Innoc. XI. die 5. Februarii 1682.*

194 Si in die Sabbati Sancti Ministri Ecclesiarum inferiorum, sive Sæcularium, sive Regularium, etiam Sancti Joannis Hierosolymitani, Campanas pulsent ante Ecclesiam Cathedralem, sive Matricem, ut referendo *Constit. Leonis X.* quæ tamen non reperitur impressa in Bullario, observant *Novar. in Summ. Bullar. comment. 133. num. 1. & 2. par. 1.* ubi *num. 3.* advertit id non procedere in aliis diebus per annum, & circa Salutationem Angelicam. Idemque 195 dicendum in aliis festivitatibus anni, puta in nocte Nativitatis Domini, probat *Quaranta in summ. verb. Confessor*, & resolvit *Congregatio Episcoporum in Monopolitana, 18. Februarii 1723. ad dub. 17.* & concordat *Rota in Assisien. Præminentiarum, 2. Junii 1704. §. parumque, coram Ansaldo, Barbos. in Sum. Apost. decis. Verb. Campana collect. 82. num. 3. & seqq.* ubi refert ita pluries decisum *Gavant. ad Rubr. Miss. par. 4. tit. 10. sub num. 31. Panim. dec. 5. annot. 1. num. 22. & seqq. & Card. de Luca, de Praem. disc. 42. n. 14.* Ratio autem, seu potiùs congruentia, ea est, quia signa Paschalis lætitiæ illa Ecclesia præbere debet Populo, quæ dignior est, & prima in Civitate, vel Oppido; Ultra quod aliàs in parvis Locis de facili sequeretur inconveniens anti- 196 cipationis soliti temporis pro Missæ celebratione ex vanis prætensionibus, & æmulationibus, quæ cùm in Urbe locum non habeant, prout etiam attenta horæ tarditate, qua terminari solet Cappella Pontificia, non mirum si in eadem Urbe id non practicetur.

197 Notabis hìc, quod non est permissum construere Campanile prope Ecclesias, & Choros Monasteriorum in distantia adeò exigua, ut Campanarum strepitus impedimento sit Missarum celebrationi, & Divinorum Officiorum recitationi, ut observant adducti *per Tondut. quæst. Benef. par. 1. quæst. 133. num. 12. Franc. de Eccles. Cathedr. cap. 24. nu. 157.* ubi quòd ratione vicinitatis Ecclesiarum aliquando 198 taxatur pondus Campanarum, ne Divina Officia turbentur, latè deinde *nu. seqq.* explicans fines, propter quos Campanæ pulsari solent, *Rot. cor. Seraph. dec. 847. num. 1.* ubi ad impediendum magnum strepitum limitatum fuit pondus Campanæ ad libras dumtaxat 25. & *dec. 6. & 7. apud Antonell. de Jur. Cleric.* in quibus resolutum fuit, locum esse Edicto prohibitorio pro non constructione novi Cam- 199 panilis, attenta distantia 40. dumtaxat palmorum inter Chorum Monialium S. Josephi Neapolis, & Campanile, non sine æmulatione inceptum à Monialibus Donnæ Regi-

næ ejusdem Civitatis; Et demandando amoveri Campanas jam collocatas in novo Campanili, *resolvit Sac. Congreg. Episcoporum, & Regularium in Florentina* 31. *Januarii* 1642. relata in *d. dec.* 6. *num.* 5. *apud Antonell. de Jurib. Cleric.*

200 Dixi *in parva distantia*, quia si hæc sit talis, ut strepitus non impediat celebrationem Divinorum Officiorum, non procederet conclusio ex allegatis, *in dec.* 17. *num.* 11. *apud eundem Antonell. de Jurib. Cleric.*

201 De Campanis autem latè scripserunt, *Cocc. in Thesaur. Cathol. tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 7. *Jodoch. Lorith. in nov. Thesaur. Theologic. verb. Campana*, & *Fagn. in cap. Custos Ecclesiæ de Offic. Custod.* ubi sequendo *Gloss. in extravag. unica Joann. XXII. de Offic. Custod. verb. Campanam* explicat usus Campanarum cum istis versibus:

Laudo Deum verum, Plebem voco, congrego Clerum.
Defunctos ploro, pestem fugo, festa decoro,

& *num.* 7. *cum Joann. de Selv. de Benef. par.* 1. *quæst.* 5. *num.* 98. & *pluribus sequentibus*, distinguit sex genera Tintinnabulorum, quibus Ecclesia utitur, nempe Squillam, Symbolum, Nolam, Nolubam, seu duplam, Campanam, & Signum. Squilla pulsatur in Triclinio, idest Refectorio; Symbolum in Claustro; Nola in Choro; Noluba, seu Dupla in Horologio, Campana in Campanili: & demum Signum in Turri *Kormann. de Miracul. Elem. tom.* 2. *consider.* 27. *conclus.* 1. & *seqq.* ubi enumerat celebres totius Orbis Campanas, & *Zaul. tom.* 2. *lib.* 7. *rubr.* 29. *fol.* 325. Alios

202 Campanarum prodigiosos effectus narrant Historici, sicuti de Campana cujusdam Loci, Villulæ nomine, Cæsaraugustanæ Diœcesis, quæ ex se sola pulsate solet ad præsagiendum aliquam Christianis futuram ærumnam, testatur *Anton. Tarraconen. Archiepiscopus Numism. dial.* 6. *Hieron. Zurrit. lib.* 10. *cap.* 93. *Martin. del Rio lib.* 4. *cap.* 3. *quæst.* 2. & alii, ut etiam accidit in prædatione Urbis tempore Clem. VII. Campanulam super portam Capituli Dominicanorum Conventus Salerni, pariter ex se sola pulsari narratur, & experientia jugiter comprobatur, ante obitum alicujus ex dicto conventu, ut testatur *Angel. Rocc. in Tract. de Campan. cap.* 7. In Collegiali Ecclesia Arcis Amatoris Galliarum reperitur campana ex se pulsatrix, quando navigantes tempestoso mari agitati intercessionem ejusdem S. Amatoris invocant, & tunc illius Ecclesiæ Canonici ad precandum eumdem Sanctum pro incognitis peregrinantibus eum invocantibus congregantur, ac simul campanæ pulsationis tempus, & horam connotant, ut à reducentibus posteà, & voventibus Naufragantibus verificetur gratia ejusdem Sancti Tutelaris. Ultra effectus istos, ut ita dicam, permanentes, & regulatos diversarum Campanarum, solet aliquando evenire, ut illæ insensibiliter pulsentur, vel ex causa prorsùs ignota, ut evenit hoc anno 1706. quo hæc imprimuntur, in Monasterio S. Claræ Burgi S. Petri Reatinæ Diœcesis, in quo diebus 10. & quinque sequentibus mensis Aprilis ejusdem anni 1706. cum earumdem Monialium maximo timore, & terrore, non semel auditus fuit illarum sonitus, tam ab ipsis Monialibus, quàm ab aliis habitantibus ejusdem Burgi, absque eo, quòd aliquis illas pulsaret, imò pulsare posset, attento, quòd à speciali Delegato ad capiendam Informationem ejusdem facti — *à fine di riconoscere, se erano cose naturali, ò nò haveva sigillate, e serrate con chiave di ferro la Porta del Campanile, & una finestra di esso* — ut refert P. Angelus Benedictus à Roma ex Minoribus Observantibus Reformatis Confessarius ejusdem Monasterii in Relatione, seu Depositione, quam de proprio auditu, die 20. Aprilis ejusdem anni 1706. fecit coram eodem Delegato per acta Petri Antonii Petrangeli Cancellarii Episcopalis Curiæ Reatinæ.

203 Occasione autem strepitus Campanarum observat hic cum *Barbos. vot. dec.* 102. *num.* 85. posse Doctorem, & Scholarem impedite immodicum, & non necessarium Campanarum sonitum, quando ille impedimento est suis studiis, & applicationibus, ibique *num.* 84. advertit, verba illa *Divi Pauli* 2. *ad Corinth.* 12. 7. *Datus est mihi stimulus carnis meæ Angelus Sathanæ, qui me colaphizet.* per *D. Joan. Chrysostom. tom.* 26. *in explicat. d. cap.* 12. relatum à *Joann. de Horosco*, & *Covarruv. in tract. de ver. & fals. Pro-*

204 *phet. lib.* 1. *cap.* 6. *ad finem*, intelligi posse de quondam quodam Alexandro Fabro Ærario, de quo conqueritur alibi idem *D. Paulus*, nempè 2. *ad Thimot. cap.* 4. *num.* 14. cum istis verbis — *Alexander ærarius multa mala mihi ostendit, reddet illi Dominus secundùm opera ejus* — Verba autem ejusdem *de Horosco* sunt hæc — *Y de San Pablo sabemos todos, dize de se que porque la grandeza de las revelaciones non le ensorbevecisse, le fue dado el estimolo, que llama de la carne, paraque le abofeteasse y en lo que era esto, aunque de ordinario se esplica como suena, San Crysostomo dize, que era la persecution ordinaria de un Alexandro vezino suyo herrero, que lo inquietava, y de muchas maneras le persegui a siempre.*

205 Quam molestiam expertus ego anno 1699. post multas Informationes, & replicatas Scripturas, obtinui tamen ab integerrimo, & æquè docto Judice decretum contra Dominum domus, per me inhabitatæ, qui unam ex inferioribus Apothecis cuidam Fabro ferrario, facienti ex professo nova Incundina, locaverat sequentis tenoris — *Ex tunc Dominus relaxavit mandatum executivum contra citatum pro restitutione pensionum domus decursarum, & per d. Instantem solutarum à die interpellationis, nec non declaravit inposterum illas ampliùs non currere usque quò fuerint remota omnia impedimenta, pacificum domus, & locationis usum, impedientia, sine præjudicio aliorum quorumcumque damnorum, & Interesse hucusque passorum, & patiendorum* — A quo Decreto suspensivam appellationem nullatenus dare voluit, tunc temporis Signaturæ Justitiæ vigilantissimus Auditor remittendo simpliciter recurrentem ad Signaturam, quæ tamen non fuit adita, ex quo Dominus

206 domus ejecit Fabrum ferrarium, sicque defuit occasio ulterioris disputationis, pensionibus tamen decursis à die interpellationis, & tempore litis, ex mea spontanea voluntate à me erogatis in voluptuosa melioramenta domus ad mei beneplacitum.

207 Aliquibus Curialibus levis armaturæ visum fuit d. decretum à regulis Juris aberrans, quasi quòd, eo mediante, possem ego domum inhabitare absque solutione pensionum; Aliis tamen in praxi magis versatis, & Juris principia callentibus justissimum visum fuit, & meritò: Quando enim conductor uti non potest re locata, ex facto locatoris, qui erat casus præcisus, tunc nedum datur ei actio pro repeti-

208 tione pensionum anticipatè solutarum, sed usque quo idem locator non removet impedimenta, nullatenus potest prætendere pensiones, sed imò tenetur reficere conductori damna illa, quæ patitur ob liberum non usum rei locatæ.

209 Exorbitantia autem verificaretur in casu opposito, quia locator mediante locatione, concedendo usum rei locatæ conductori, quod solùm importat locatio ex animadversis per *Pacion. de Locat. cap.* 1. *num.* 3. & *seqq.* deinde illum ex proprio facto impediendo, reciperet pensiones ex usu illius rei, quem conductori liberum non permittit. Inde-

210 que in sequelam Textus literalis in *leg. Si in lege*, §. *Colonus*, & *leg. si fundus* 36. §. *Locati*, communiter firmant in

211 his circumstantiis Doctores, locatorem teneri etiam ad damna per conductorem passa, & patienda ex libero non usu rei locatæ, ut videre est apud *Surd. cons.* 400. *num.* 8. *ver. Quinimo*, & *dec.* 326. *num.* 25. *Bero. cons.* 143. *num.* 2. & *cons.* 144. *num.* 1. & *per tot. Cephal. cons.* 527. *num.* 9. ubi

212 *num.* 10. quòd non potest percipi quonam motivo conveniri possit conductor ad solvendam pensionem conventam quando non potest uti re locata, *Garg. cons.* 2. *numer.*

213 61. ubi, quòd est axioma indubitatum, quòd conductor si non potest uti re locata, non tenetur solvere pensiones, & solutas potest repetere, & *cons.* 52. *num.* 63. & *seq.* & *cons.* 96. *n.* 41. & 42. *Cyriac. contr.* 214. *n.* 7. & *contr.* 274. *n.* 1. & 4.

214 ubi quòd si locator prohibere potuit molestias, & non prohibuit, tenetur ad totale interesse, etiam lucri cessantis, *Menoch. de Præsumpt. lib.* 3. *præsumpt.* 86. *n.* 1. ubi quòd sicuti

215 conductor tenetur præstare promissam pensionem, ita lo-

216 cator adhibere debet omnem diligentiam, ut conductor valeat uti, & frui re conducta, & *num.* 4. quòd locator contrarium faciens, nedum faceret contra legem, & promissionem, sed etiam delinqueret *Gratian. discept. for. cap.* 376.

217 *num.* 21. ubi quòd si non usus proveniat ex facto locatoris, nedum datur repetitio pensionum solutarum anticipatè, sed præstatur totale interesse, *Ossasc. dec.* 50. *num.* 8. & *seqq. Marescott. var. resolut. lib.* 1. *cap.* 88. *num.* 5. *Caroc. de Locat. quæst.* 4. *tit. de Evict. in* 1. *addition. num.* 115. *fol. mihi*

218 374. ubi quòd locator tenetur ad interesse, etiamsi impedimentum proveniat à Tertio, quando illud locator tollere potest, & *num.* 22. *Add. ad Magon. dec. Lucen.* 69. *lit. A.*

219 & C. ubi quòd tenetur ad plenum interesse locator, si potuit impedire molestias, & non impedivit *Cobell. ad Bull. Bon. Reg. cap.* 48. *num.* 16. & 17. *Barbos. in leg. Licèt*, *num.* 17. *Cod. de Locat.* ubi quòd conductor omni jure agere po-

220 test contra locatorem, ut sibi resarciat omnem utilitatem, & interesse, quod ex conductione percipere poterat, si ipse locator impedimentum non præstitisset, *Tondut. quæst. Civil.*

[221] *Civil. tom. 2. cap. 31. num. 36. & seqq.* ubi quòd in hoc omnes Doctores conveniunt, quòdque Judex dicitur spoliare [222] conductorem, quem condemnat ad solutionem pensionis, si non potuit uti re locata, sive factum locatoris sit justum, sive injustum, *Rocc. select. Interpr. cap. 121. num. 16.* ubi quòd tenetur ad reficiendum conductori id, quod po- [223] terat lucrari ex pacifico usu rei conductæ, *& capit. 122. numer. 1. R. P. D. Ansald. de Com. & Mercat. disc. 96. num. 19. & 31.* ubi quòd ita obtinuit à Judice definiri, *Ro. cor. Veral. dec. 83. per tot. par. 1.* ubi quòd tenetur locator ad [224] interesse, quando fuit in causa, ne conductor uteretur re conducta, & etiam, quando potuit prohibere, & non pro- [225] hibuit Tertio, usum rei conductæ impedienti, *& cor. Mantic. dec. 240. num. 1. & cor. Buratt. dec. 669. num. 5. & cor. Seraphin. dec. 995. num. 1. & cor. Dunoz. sen. dec. 150. num.* [226] *5. & in par. 14. rec. dec. 38. num. 18.* ubi quòd conductor non valet ad solutionem pensionum adstringi, quando ex culpa locatoris uti non potuit re conducta, *& in par. 15. dec. 139. num. 16. & in par. 17. dec. 181. num. 3. & 4.* ubi quòd condu- [227] ctor pensionem solvens debet habere rem conductam in tali statu, ut ea uti valeat ad usum destinatum pro toto tempore conductionis.

[228] Quòd autem ex facto locatoris apothecam locantis Fabro ferrario, seu veriùs Incudinario, impossibile erat, nedum applicare studiis, sed nec etiam per momenta quiescere in domo conducta, Imò nec etiam spatium ad quietem non tribuens, juxta phrasim Judic. 16. 16. intra evidentiæ fines positum erat ex jurata attestatione totius Viciniæ, seu 40. vicinorum uno ore asserentium, eundem Fabrum Incudinarium – *per esercitio della sua professione lavorando continuamente intorno à ferri grossi, e battendo perciò strepitosissimamente con pochissima intermissione dalla mattina assai per tempo, sino à molte ore della sera fà tanto fracasso, & rumore, che per poco uguaglia quello delle Ferriere di Ronciglione, à segno tale, che à chi vi abita da vicino riesce totalmente impratticabile, & affatto impossibile il poter attendere à materie, che richiedono applicatione di mente.*

[229] Observa 2. *ex Pacichell. de Distant. cap. 6. membr. 6. num. 15. in princip.* ex eadem ratione posse Doctorem expellere à vicinia ejus domus vendentem castaneas elixas, vel assas, quas in Urbe vocamus *Calde arroste*, Neapoli verò *Caude va cocino*, ubi pariter notat, prohiberi posse [230] exercentes artem Sulphetariam in vicinia, per quam scilicet malus odor fit vicinis, prout etiam artes fœtidas, quod adverterant etiam *Avendan. lib. 2. cap. 6. & cap. 26.* & *Rocc. respond. 89. num. 20.* ubi de Fornello, aliove ope- [231] re, fumi causa noxio, & de arte Candelariorum, quod non possit indistinctè in Urbe exerceri, sed in locis determina- [232] tis in Motu proprio Pii IV. istud sequendo observat *Zaul. tom. 1. lib. rubr. 70. nu. 5. fol. 713. & Bertachin. vot. 131. per totum.*

[233] Circa præjudicium fumi, Domini habitantis in parte superiori, & periculum ignis provenien. ex camino apothecæ, seu Appartamenti inferioris, est distinguendum, nam vel iste de novo constructus fuit, & tunc locus est remotioni ob dd. præjudicium, & periculum, vel agitur de camino [234] antiquo, & tunc concedenda est manutentio illius Domino ut benè distinguendo observat *Bertachin. vot. dec. 131. per tot.* & firmavit *Rota in Romana usus Caminorum 10. Decemb. 1691. §. Constat enim, & per tot. cor. Emin. Caprara.*

[235] Inventis Campanis, introductus fuit horologii usus ad distinctionem horarum, ut observat *Barbos. vot. 102. nu. 39.* cujus inventores enumerant *Garzon. nella Piazza univers. cap. 80. & Govar. in Horolog. Princip. in Præfat. ad fin. & Polidor. Virgil. de Rer. Invent. lib. 3. cap. 18.* ubi quòd nihil jucundius reperiri potuit horologii instrumento, hodiè autem ad illam reducta sunt perfectionem, ut vix possit major excogitari, nedùm enim ostendunt horas, sed etiam minuta, diem hebdomadæ, lunationes, & multa alia nimis curiosa.

[236] Quid dicendum, quando in Civitate adsunt plura horologia, quæ inter se discrepant; Respondeo, quòd si agitur de materia favorabili, statur illi horologio, quod favet causæ favorabili, in causa verò odiosa dicendum est contrarium, *Bobadill. in Polit. lib. 5. cap. 2. numer. 25. & Parlador. rer. quotid. lib. 3. quæst. 9. n. 10.* ubi quòd hoc limitatur in casu, quo duo tantùm adsunt horologia in Civitate.

[237] Ad effectum verò collationis beneficiorum, circa horam, qua obiit Beneficiatus, standum est numero pluribus horologiis, ut servatur in Testibus, *Rot. dec. 19. num. 7. cor. Cels.* Ad jejunium tandem servandum, ad hoc, ut quis sequenti die valeat communicari, potest eligere horologium, quod ultimo loco mediam noctem indicavit, ea ratione, quia diversa horologia habentur, acsi essent diversi classici [238] Authores, qui possunt tuta conscientia sequi *Barb. de Potest. Episc. par. 3. allegat. 57. sub num. 186. & Zaul. tom. 2. lib. 7. rubr. 29. num. 11.* ubi *num. 13. ex Garzon. nella Piazza univers. cap 80. in fine* observat, Rusticos habe- [239] re horologium in ventre, scientes ad unguem tempus jentaculi, prandii, cœnæ, & similium, & alias quæstiones circà horologia vide apud *Fortiam. de Jur. nov. urb. conden. cap. 9. lib. 2. Kloch. de Contribut. cap. 9. nu. 79. & seqq. Hieronym. Mag. de Tintinn. cap. 6. Angel. Rocc. de Campan. cap. 3. & seq. & Barbos. de Potest. Episcop. par. 3. allegat. 57. num. 183. & seqq.* ubi *num. 184.* benè observat, [240] mediam noctem ex. gr. tunc esse, quando incipit sonare hora 6. etiam antèquam desinat sonare pulsus illius horæ, quia dùm primus ictus horologii sonat, tunc jam expleta est hora, *& Bertachin. vot. dec. 142. per tot.* ubi quòd horologia Episcoporum ad effectum regulandi vacationes in eorum mensibus sunt suspecta, & in suo casu ex publi- [241] ca voce, & fama constabat, Episcopum fuisse in causa, ut ejus horologium more solito non curreret, ad excludendam reservationem Apostolicam, *& Rota in Palentina Abbatiæ 27. Aprilis 1693. §. Sed omnia coram R. P. D. Muto.*

[242] Cùm in Beneficiali materia communiter receptum sit ad metiendum tempus reservationis Beneficiorum procedendum esse cum dispositione Textus in *leg. More Romano, ff. de Feriis*, incipiendo scilicèt diem à media nocte sequentis diei, ex adductis *per Rot. in dec. 19. num. 5. cor. Cels. & dec. 804. num. 25. cor. Dunoz. jun. & in Palentina Abbatia 27. Aprilis 1693. §. Hinc firma coram R. P. D. Muto.*

[243] Hinc inter quamplures alias curiosas quæstiones, de quibus agunt DD. adducti *à Rip. de Nocturn. tem. cap. 3. per tot. & Scacc. de Iudic. lib. 2. cap. 33. num. 295. & seqq.* quæri solet, an media nox. ad d. effectum probetur ex Galli cantu, posito, quòd Testes concordent in assertione, Beneficiatum fuisse mortuum ante gallicinium; Quamvis autem *Bald. in cap. Consuluit. de Offic. deleg.* scripterit, mediam noctem probari ex d. gallicinio, communiter nihilominùs [244] à DD. reprobatur, ex quo Galli cantus tribui debet diei sequenti, ut videre est apud *Antonell. de Temp. legal. lib. 3. cap. 1. num. 3. Bertach. vot. dec. 144. per tot. Rot. cor. Emer. jun. dec. 1061. num. 6. & seq.* ubi ad id probandum refert [245] Hymnum Ecclesiæ, in quo dicitur *Ales diei nuncius lucem propinquam cecinit, & in Palentina Abbatiæ 27. Aprilis 1693.* quæ est in eadem Causa, *§. ultim. & seq. coram R. P. D.* [246] *Muto*, ubi noctem in decem dividit partes, crepusculum nempè, primam facem, concubium, noctem intempestam ad mediam noctem, gallicinium, conticinium, & diluculum observando, gallicinium semper inclinare ad diem, quod adverterant priùs, noctem pariter in dd. decem partes dividendo, *Crus. de Nocturn. offic. c. 3. per tot. & Rip. de Noct. temp. cap. 3. num. 31.*

[247] Neque ad hunc effectum relevat consuetudo, in aliquibus Regionibus vigens, attendendi scilicet gallicinium ad denotandam mediam noctem, vel ad cognoscendum dies festivos, vel pro observatione jejuniorum, vel circa similes effectus, ea ratione, quia in his terminis agitur de rebus [248] moralibus, in quibus Theologi passim indulgent latitudini, non sic autem ad effectum reservationis Beneficiorum, ad quem precisè reservari debet tempus mediæ noctis, ut in specie respondit *Rot. in d. Palentina Abbatiæ coram Emer. jun. dec. 1061. num. 8. & seq. & cor. R. P. D. Muto 27. Apri-* [249] *lis 1693. §. ultimo.* Quamplures alias curiosas, & utiles quæstiones in hac parte vide apud *Narbon. in Horograph. Juris*, Matriti impressa anno 1652. in qua eleganter æque, ac solidè distinguendo diem naturalem in horas 24. latè ostendit, quæ fieri, vel non fieri validè, & licitè possint in unaquaque ex dd. 24. horis, ex quibus dies naturalis constat.

[250] Demum quando Parochi, vel Confessarii recusant accedere ad Conferentias casuum conscientiæ, vel alia pia, literaria, & Ecclesiastica exercitia, ad animarum salutem, & Ecclesiasticam eruditionem directa, *Barb. ad Conc. sess. 5. de Refor. c. 1. n. 7.* & respondit *S. C. Conc. in Nucerina, 14. Maii 1639. lib. 16. Decr. fol. 191.* ubi quòd id verum est, etiam si degant extra Civitatem. Idem de Archipresbytero [251] Cathedralis, curam animarum habente resolvit *Sac. Congr. Concilii in Comen. 16. Decembris 1645. lib. 17. Dec. fol. 533.*

ubi

252 ubi etiam de Canonico Pœnitentiario, non autem de Theologo, idem etiam de aliis Regularibus, curam animarum haben. *in Forosempronien.* 3. *Decembris* 1650. *lib.* 15. *fol.* 76. *& in Justinopolitana*, 24. *Septembris* 1939. *lib.* 18. *fol.* 258.

253 Dixi *Parochus, vel Confessarius*, quia simplices alii Sacerdotes, & multò minùs Clerici in minoribus, quidquid dicat *Card. Pallavic. nell' Istor. del Conc. lib.* 21. *cap.* 13. *nu.* 12. ad id cogi nequeunt, sed solùm hortari, & absque alicujus pœnæ comminatione moneri, ut quotidie respondet *Sac. Congreg. Concilii*, & novissimè in *Viglien.* 25. *Septem.* 1700. *ut in Lib.* 50. *Decr. fol.* 581. nullas declarando censuras ab Episcopo contrà inobedientes inflictas Ratio est, quia 254 iidem simplices Sacerdotes, & Clerici in minoribus non possunt cogi ad discendum ea, quæ proprio statui non sunt 255 necessaria. Scientia enim triplex est, eminens, mediocris, & infima, seu sufficiens, Eminens est, quæ subtiles quæstiones habet in promptu, vel saltem cum apertione 256 librorum. Mediocris, quæ aliquo modo scit examinare negotia, & in Libris quærere, aut consulere peritiores, licèt non omnia in promptu habeat. Sufficiens verò, quæ 257 sufficit ad faciendum id, quod sibi imminet ex officio *Nicol. in Flosc. verb. Scientia num.* 1. Eo igitur ipso, quòd 258 sciunt ea, quæ ad proprium pertinent officium, non possunt obligari ad aliud. Verum tamen est, quòd in provisione, & concursu ad beneficia, præsertim curata, solent, imò debent Episcopi rationem habere inclinationis, & propensionis eorumdem ad ignorandum ea, quæ licèt proprio statui simpliciter non sunt necessaria, sunt tamen ni-259 mium utilia, & commendatione digna. Principalis tamen conclusio vera est, etiam si agatur de Canonicis; Isti enim si animarum curam non habeant, cogi nequeunt ad interessendum conferentiæ casuum, *Sac. Congreg. Concil. in Nullius*, 26. *Aprilis* 1636. *lib.* 16. *Decr. fol.* 211. *& in Civitatis Plebis*, 15. *Martii* 1692. *lib.* 42. *Decr. fol.* 147. *à tergo*, *& in Ariminen. Conferentia casuum Conscientiæ*, 18. *Julii* 1699. *lib.* 49. *Decr. fol.* 251. moderando in hac parte disposita in Synodo clar. me. Card. Cursii.

260 Si verò agatur de Processionibus, vel assistentia in diebus festivis, tunc attenta necessitate Ecclesiæ, velsi adsit consuetudo, etiam Clerici simplices possunt ad assistendum cogi, *Sac. Congreg. Concil. in Brittinorien.* 11. *Januarii* 1648. *lib.* 18. *Decr. fol.* 436. *& in Brugnaten.* 13. *Septembris* 1653. *lib.* 19. *Decr. fol.* 278. *& in Brixien.* 30. *Januarii* 1646. *lib.* 16. *Decr. fol.* 312. *& in Nullius Forimpol.* 17. *Januarii* 1652. *lib.* 19. *Decr. fol.* 247. Contrarium nihilominus resolvit in *Nullius S. Laurentii in Campo*, 27. *Januarii* 1697. *lib.* 41. *fol.* 28.

261 Quid dicendum circa servitium præstandum Ecclesiæ ab illis Clericis, & Sacerdotibus, qui in illa, nec officium, nec beneficium habent, Sac. Cong. Concilii in pluribus resolutionibus relatis *à Monacell. in Formular. fol.* 39. *num.* 32. respondit, non posse cogi ad inserviendum in functionibus 262 Ecclesiasticis, non obstante exiguo numero Canonicorum, & aliorum Ministrorum. Nisi adesset in contrarium immemorabilis consuetudo, legitimè probata, & novissimè in *Auximana Servitii Chor.* 26. *Novemb.* 1701. *lib.* 51. *Decr. fol.* 529. Imò *in Signina Servitii Ecclesiæ* 15. *Decembris* 1703. nedum respondit, non posse cogi, nec etiam per 263 Constitutiones Synodales, sed non esse locum mulctæ, quam Episcopus vigore dd. Constitutionum Synodalium exegerat, ut *in lib.* 57. *Decr. fol.* 540. vide *Neritonen. servitii Ecclesiæ in tom.* 1. *par.* 2. *discept.* 24. *per totum.*

§. III.

De Criminibus Ecclesiasticis innominatis ratione Ecclesiasticorum Beneficiorum.

CRimina *Ecclesiastica innominata, commissa occasione Ecclesiasticorum Beneficiorum*, omissa simonia, de qua tanquam de delicto nominato, specialiter egimus, plura sunt, puta.

1 Si Clericus per suum Superiorem à beneficio suspensus, suspensioni non obtemperaverit.

2 Si Parochus in sua Ecclesia Parochiali, vel Beneficiatus in Collegiata, seu Cathedrali non resideat, sed illam deserat, *cap. Ex parte cap. Qualiter, & toto ferè tit. de Cleric. non residen.*

3 Nisi id sequatur ex legitima causa, puta ex infirmitate, quæ operatur, ut pro præsente, & residente habendus sit Beneficiatus ad omnes Juris effectus, *Gonzal. in cap.* 1. *nu.* 4. *de Cler. agrot.* ubi *ex Justin. in §. Item surdus Instit. Quibus non est permiss. facer. testam.* notabiliter observat, Viris li-4 teratis, ut plurimum accidere, quòd gravi, diuturnoque morbo laborent *Graff. de Effectib. Cler. effect.* 1. *num.* 1172. ubi quòd iste unus est ex illis casibus, in quibus infirmitas prodest, statim tamen subjungens, *Sed à tali prodesse libera Nos Domine, & Cobell. ad Bull. Bon. Regim. cap.* 34. *art.* 10. *num.* 4. ubi quòd ratione infirmitatis generaliter recedi-5 tur à regulis Juris communis, & priùs observaverat propter infirmitatem, Lectorem posse legere per Substitutum. Si-6 ve Beneficiatus, solitus alioquin Ecclesiæ inservire, infir-7 metur in loco Beneficii, sive extra illud, ut de Beneficiato, qui recreationis gratia vacationis tempore se contulerat in parvum Oppidum, ubi ei supervenit infirmitas, *resolvit Sac. Cong. Concil. in Nullius Distribut.* 18. *Decembris* 1666. *in lib.* 21. *Decr. fol.* 29. impressa *apud Antonell. Jurib. Cleric. fol.* 16. Et de alio Beneficiato Vaticanæ Basilicæ, qui ex Medicorum consilio in Patriam se receperat, valetudinis recuperandæ causa, *resolvit pariter eadem Sac. Congreg. in Romana Distributionum*, 16. *Novembris* 1699. *in lib.* 49. *Decr. fol.* 196. demandando, ut ei restituerentur distributiones omnes pro tempore præterito, cum concessione Indulti ad aliud futurum biennium, si tandiu ejus infirmitas perdurasset, quo tamen rescripto frui non potuit, quia post paucos menses in eadem Patria vitam cum morte commutavit, *& in Firmana*, 10. *Julii* 1627. *lib.* 13. *fol.* 288. ubi quòd debentur etiam absenti ad recuperandam valetudinem ob aeris 8 mutationem, *& in Ferrarien.* 27. *Junii* 1641. *lib.* 16. *fol.* 542.

Quæ omnia procedunt, etiamsi agatur de Laudemiis, 9 Quindenniis, Capitulis, aliisque actibus Capitularibus, Anniversariis, Festivitatibus, Processionibus, & quibuscumque aliis functionibus in Ecclesia peragendis, quibus intervenire debeant Canonici pro lucrandis eorumdem actuum emolumentis, ut resolutum fuit *à Sac. Cong. Conc. in Romana Jurium Canonicalium*, 5. *Maji* 1703. *ad primum dubium, lib.* 53. *Decr. fol.* 186. *à tergo*, in quo S. Cong. excepit dumtaxat illa Anniversaria, & conventiones non fixas, in quibus diversimodè à Testatore dispositum fuerit: Et in 2. dubio respondit pariter, Indultario deberi suam ratam illarum distributionum, & communium, quæ ob absentiam, vel vacationem Canonicorum interessentibus accrescunt, à die tamen præsentationis Indulti: Quam ratam deberi pa-10 riter Canonicis Jubilatis pro emolumentis Processionum etiamsi illis vigore jubilationis non interfuerint, resolvit *eadem Sac. Congreg. in Romana Distributionum*, 5. *Martii* 1678. *lib.* 30. *fol.* 31. *&* 36. *à tergo & in Romana Jubilationis* 24. *Martii* 1703. *lib.* 54. *Decr. fol.* 113. in cujus Facti serie 11 refertur consuetudo aliarum Ecclesiarum Urbis, & signanter Sacrosanctæ Basilicæ Lateranen. & Collegiatarum S. Mariæ in Via lata, & S. Marci admittendi Jubilatos ad participationem Juris accrescendi ob aliorum absentiam.

12 Si quis beneficium Ecclesiasticum retinere præsumpserit ex sola, & mera recognitione laicali, absque consensu Episcopi, *can. Si quis clericus* 16. *quæst.* 7. *& cap. Relatum, de Jurepatr.*

13 Si quis Ecclesiam patronatam à Patrono institutionis titulo acceperit, neglecta authoritate Episcopi, ad quem spectabat præsentationis confirmatio, & præsentati institutio, *can. Laici q.* 7. *c. Præterea, de Jurepatr. & cap. Cum, & plantare de Privileg.*

14 Si quis Ecclesiasticum beneficium, aut Cappellaniam Jure sanguinis vindicare, & habere præsumat, *can. Apostolica* 8. *q.* 1. *& c.* 1. *de Preb.*

15 Si quis literas Apostolicas super beneficio impetraverit per subreptionem, aut obreptionem, idest, vel malitiosè suppressa veritate, vel expressa falsitate, *cap. Super literis, de Rescript. Lotter. de Re benef. lib.* 2. *quæst.* 54. *num.* 10. *&* 16 *seqq.* Quos tamen terminos synonimos putat *Fagn. in d. cap. Super literis num.* 5. *de Præscript.* impugnando distinctionem illam, quòd obreptio dicatur, quando exprimitur falsum, subreptio verò, quando tacetur verum, quem sequi videtur *Rot. in dec.* 533. *n.* 1. *par.* 18. *rec.* vide *Rot. de Execut. liter. Apost. p.* 1. *c.* 5. *n.* 17. *& seqq.*

Quid dicendum de dispensatione ob causam angustiæ loci obtenta ab illis, qui commodè virum, vel Mulieres paris conditionis in eodem loco valent invenire, *Sac. Cong. Concilii in Bisaccien. Dispensationis*, 19. *Junii* 1706. respondit, illam non esse subreptitiam, sed exequendam, ea ratione, quia dicta causa passim admittitur in oppidis, & aliis locis, quæ Civitates non sunt, non attento, an in illis possit, vel non possit scrupulosè dicta conditio verificari.

17 Si quis procuraverit, ut Ecclesiasticæ personæ capiantur, easque captas eo usque detinuerit inclusas, donec sua bene-

ſiela ad ejus favorem reſignaverint *Clem. Multarum de Pæn.*
18 ubi latè *Vitalin. num. 90. & ſeq.* Si autem iſte Eccleſiaſticus ſit Epiſcopus, tunc ultra alias pœnas *in d. Clem.* ſtatutas, adeſt etiam illa confiſcationis omnium bonorum, applicandorum illi Eccleſiæ, cui Epiſcopus læſus præerat *Vital. ubi ſuprà n. 92.*

§. IV.

De Criminibus Eccleſiaſticis innominatis ratione inhoneſtatis vitæ.

CRimina demum Eccleſiaſtica innominata ratione inhoneſtatis vitæ plurima pariter ſunt. Si Religioſi pro-
1 feſſi, exeuntes de ſuis Clauſtris, accedant ad audiendas Sæculares leges, & Phyſicam, ſeu Medicam facultatem *cap. Non magnoperè Ne Cleric. vel Monach. & cap. Ut periculoſa eodem tit. in 6.* cum aliis adductis *à Rot. in dec. 26. num. 29. poſt Antonell. de Iur. Cleric.* Vel ſi idem faciant Clerici
2 Sæculares, & Sacerdotes *cap. Super ſpecula eodem tit.* ubi latè *Fagn. d. n. 30. & Gonz. n. 2.* ubi non integraliter refert diſticon illud:

Dat Galenus opes, & Iuſtinianus honores
Ex aliis paleas, ex iſtis collige grana.

& Rot. dec. 846. num. 2. & 3. coram Emer. jun. ubi quòd gradus Doctoratus in medicina nullam tribuit præeminentiam Clerico in Eccleſiaſtica Hierarchia, eo quia illius exercitium eidem prohibitum eſt. *Vide ex Anſaldo dec. 62. num. 24. & Panim. dec. 40. num. 8. & ſeqq.* Quod tamen non procederet, ſi Clericus Sæculares leges audiret ad meliorem
3 Canonum intelligentiam, & majorem eruditionem, *Gloſ. in Can. Epiſcopus 35. diſt.* & latè *Rota in d. dec. 26. poſt Antonel. de Iur. Cler.* ubi quòd inter Leges, & Canones adeſt
4 quædam connexio, ita ut ſine ſcientia legum, perfecta Canonum notitia haberi non poſſit, & *num. 32.* refert vul-
5 gatum illum dicterium *Roman. in ſingul. 654.* nempè *Legiſta ſenza Capitolo val poco, ma il Canoniſta ſenza Legge val niente*, quòd refert pariter *Card. de Luc. de Canon. diſcur.*
6 *33. num. 9.* ubi quòd bonus Legiſta nimia facilitate efficitur optimus Canoniſta, quòdque hodie facultas legalis conſiſtere videtur in receptis concluſionibus, deſumptis ex utroque Jure communi, Civili, & Canonico; nec non Feudali, Locali, ſeu Statutario, & receptis DD. opinionibus, adeoque ſi reſurgerent Accurſius, Bartolus, Innocentius, & alii antiquiores Magiſtri, imperiti dijudicarentur, quia ex decem partibus Juris, duæ vel tres ſolùm conſiſtunt in mero Jure Civili, vel Canonico.

7 Non procedit pariter principalis concluſio in Almæ Urbis Archigymnaſio ex ſpeciali privilegio ſa. me. Leonis X. ejuſdem Archigymnaſii munificentiſſimi Fundatoris, ut in ejus *Conſtit. 4. §. 13.* de qua *Paſſerin. in cap. Cum de diverſis num. 9. de Privil. in 7. Panimoll. dec. 40. num. 13.* & quam ſequuta fuit Sacra Congregatio Concilii in *Romana ſeu Neoteren. Legati 14. April. & 30. Maii 1699. lib. 49. Decr. fol. 207. à terg.*

8 Et demum non habet locum quoad ſtudium privatum in Camera, ut reprobato, *Hoſtien.* demonſtrat *Anchar. in d. cap. Super ſpecula num. 4.* & ſequitur *Fagn. num. 36.* cum iſtis verbis: *Quid ſi magnus Iuriſta promoveatur ad Sacerdotium, an ſi ſtudebit, ligabitur hac pœna, renunciarem Papatui ſi crederem mihi ſub hac pœna ſtudium legalis Sapientiæ prohiberi & Dian. Oper. moral. tom. 5. tract. 1. de Excom. reſolut. 73. num. 2.* ubi *ſub num. 4.* quòd in dicta prohibitione non comprehendantur Diaconi, & Subdiaconi, & *Gratian. diſcept. for. 39. n. 8.* ubi quòd gratis, & in Camera pro
9 Amicis poſſunt etiam id facere Epiſcopi, & Cardinales.

10 A fortiori tamen procedit principalis concluſio, quando iidem Religioſi non ſolùm operam dare volunt ſtudiis legalibus, ſed etiam alios docere Leges, ſive Civiles, ſive Canonicas, ut contra Patres Societatis Jeſu, id attentantes in Urbe, mediante ſeparata Cathedra Juris Canonici, de facto erecta in Collegio Romano, noviſſimè firmavit Sacra Rota, acriter ſe opponentibus iiſdem Patribus *in Romana Iuris legendi, 16. Maii 1698. 9. Januarii, & 22. Iunii 1699. coram R. P. D. Muto*, quæ deciſiones adeò ſolidis innixæ ſunt rationibus, & punctualibus fulcitæ authoritatibus, ut iidem PP. facientes de neceſſitate virtutem, illi, & prætenſioni *di leggere li Canoni nella Catedra ſeparata* expreſsè renunciaverint, ut ex publico renunciationis Inſtrumento, rogato per acta Cæſarini Sac. Rot. Notarii, *die 6. Auguſti 1699.* illaſque ſequitur *R. P. D. Petra ad Conſtit. Pontif. tom. 4. ad Conſt. 6. Ioann. 22. n. 12. fol. mihi 54.*

11 Dixi, *quod Religioſi &c.* quia ſi Presbyter Sæcularis doctus Jus civile vellet docere, non incurreret pœnam aliquam, ex quo ei nullibi reperitur prohibitum legere, & docere, ſed ſolùm addiſcere, & dare operam ſtudiis legalibus, quæ in Jure laudantur potiùs, ut videre eſt *in leg. p. ff. de var. & extraord. cognit.* ibi — *eſt quidem res ſanctiſſima civilis ſcientia* — & latiſſimè probat *Barboſ. de Poteſt. Epiſc. alleg. 56. à num. 34. uſque ad fin.* obſervans cum turba Docto-
12 rum, quos allegat, verbum illud legere quod reperitur *in d. c. Magnoperè*, intelligendum eſſe de legentibus leges non tamquam purè magiſtris, ſed de illis, qui eas docendo ſtudent, juxta verſiculum illum, relatum *à Rebuff. de Privil. Scholar. privil. 51. num. 136. Dicere ſi quæris, doceas, ſic ipſe doceris.* Verum tamen eſt, quòd oppoſitum videtur determinaſſe *Sac. Cong. Conc. in Ceſenaten. 18. Decembris 1627. lib. 13. Decr. fol. 364. & in Neapolitana 18. Martii 1649. lib. 17. Decr. fol. 296.* quando reſolvit, Clericos Sæculares abſque Apoſtolica diſpenſatione Jus Civile in publico Gymnaſio explicare non poſſe; Quod ampliavit multò magis procedere in Parocho *in Piſtorien. 8. Auguſt. 1648. lib. 18. Decr. fol. 502.*

Nota hìc, quòd privilegium Doctoratus, conceſſum à particulari aliqua Familia in nulla habetur conſideratione, ex benè animadverſis per *Rot. in dec. 846. num. 3. coram Emer. jun.* Et ratio eſt, quia conceditur cuicumque illud petenti abſque ullo præcedente examine, imò nec etiam mediante cognitione Perſonæ, cui conceditur.

13 Si Clericus ad bellum armatus proceſſerit, ſive iſtud maritimum ſit, ſive terreſtre, *can. Reprehenſibile 23. qu. 8. & cap. Quòd in dubiis de Pœnit.*

14 Pro cujus majori intelligentia ſciendum eſt, bellum, ad quod lepidè *Boterus apud P. Segn. nel Chriſt. inſtr. par. 2. ragion. 3. num. 4.* dixit requiri — *un torrente di perſone, un torrente di monete, & un torrente di monitioni*, aliud dici aggreſſivum, aliud defenſivum; Aggreſſivum, ſeu offenſivum verificatur, quando quis alium aggreditur, ſeu offendit. Defenſivum verò, quando quis ſe ab offendente
15 tuetur, vim vi repellendo. Præterea bellum aliud eſt juſtum & aliud injuſtum. Juſtum eſt, quod à legitima poteſtate, & juſto titulo neceſſitate quadam ſuſcipitur *Bonacin. de Contract. tom. 2. diſp. 2. punct. ult. per tot. Bertacchin. vot. dec. 156. num. 2.* Injuſtum verò quod deficientibus his conditionibus geritur *Gonzal. in c. Peritiſo num. 3. de Homic.* Procedit autem d. concluſio ſive bellum injuſtum ſit, ſive juſtum, puta contra Piratas, Turcas &c. *d. can. Reprahenſibile 23. qu. 8.* Quando autem bellum dicatur juſtum,
16 vel injuſtum ad excludendam irregularitatem in milite, vide *Bertachin. vot. 156. per tot.* Cum hoc tamen, quòd ſi bellum ſit juſtum, poterunt Clerici, alios milites ad pugnam exhortari & ad juſtam oppreſſorum defenſionem, quod in bello injuſto eis permiſſum non eſt *can. Maximianus 23. q. 3. & c. Quod in dubiis de Pœn.* Et ratio deſumitur ex averſione, quam Eccleſia habet à ſanguinis effuſione, quæ talis, & tanta eſt, ut nulli Eccleſiæ miniſtro permittat humanum ſanguinem fundere, ut probat *Gonz. in cap. Sententiam Ne Cleric. vel Monac.* Non habet verò locum principalis concluſio in bello defenſivo, quod cùm ſupponat vim,
17 hanc quilibet repellere poteſt, ſervato moderamine inculpatæ tutelæ, ut videbimus in *Lib. 2. tit. 5. de Homicid. à num. 352.*

18 Si Clericus ſit Procurator, vel Advocatus contra Eccleſiam ſuam, in qua ſcilicèt beneficium obtinet, *cap. fin. §. Clericus de Poſtul.* Quod eſt adeò verum, ut ſi quis benefi-
19 ciatus ſit in duabus Eccleſiis, & patrocinium præſtiterit uni contra alteram, ab hoc crimine non excuſetur *Gloſ. in can. Si qui verb. Contra 1. quæſt. 7.* quando aut & quomodo in Urbe Sacerdotes exercere poſſint officium Procuratoris, in quibus curiis, vide *Monacell. in formul. t. 2. fol. 115. à nu. 22. tit. 16.*

20 Si Clericus in Sacris exerceat Officium Tabellionatus in Curia Sæculari, *c. Sicut nè Cleric. vel Monach.* Dixi in *Curia Sæculari*, nam in Eccleſiaſtica, & Epiſcopali Cleri-
21 cus poteſt eſſe Tabellio, ut obſervat *Abb. in citat. cap. Sicut*, ubi pariter latè *Fagnan. qui num. 27.* benè probat
22 hanc prohibitionem comprehendere etiam Clericos minorum Ordinum, dummodò ex beneficio, vel patrimonio habeant undè commodè vivere poſſint.

23 Limitantur hæc in Prothonotariis Apoſtolicis, à Summo Pontifice, vel à Legatis Sedis Apoſtolicæ creatis. Iſti enim in Terris Eccleſiæ, niſi ex particulari ſanctione contrarium ſit determinatum, omnia Inſtrumenta, etiam de rebus temporalibus, validè conficere poſſunt, extra verò Statum Eccleſiæ

clesiæ conficere possunt Instrumenta rerum spiritualium dumtaxat, vel spiritualibus annexarum, ut latè probat *Heer. Fabr. de Prothonot. Apost. cap. ult. num.*81. *& seq.* & loquitur non solùm de Prothonotariis Apostolicis de numero 24 participantium, sed etiam de honorariis, de quorum prærogativis, & muneribus latè differit per integrum d. tractatum, qui congruentiùs Scriptura denominari potest in 13. articulos, seu capita divisa.

25 Si Clericus in Sacris constituatur Minister Laicorum, & Procurator rerum, ad Laicos pertinentium *can. Credi, & ferè per tot.* 11. *quæst.*3. *& cap.*1. *de Postuland.* Pro sua tamen 26 Ecclesia, pro personis miserabilibus, & pro semetipso, poterit esse Procurator, & Administrator *cap.*1. *& fin. de Po-* 27 *stuland. & c.* 1. *Ne Cleric. vel Monac.* Dixi *in Sacris*. Nam Clericis in minoribus Ordinibus constitutis, nec Beneficiatis, Sæcularia negotia aliàs licita, & honesta, non 28 prohibentur, dummodò non omnium litium sollicitudinem & omnium agibilium alicujus Laici curam suscipiant *Abb. in cap. Ne Sacerdotibus Ne Cleric. vel Monach.* & latè *Rota in dec.*15. *per tot. & dec.*17. *num.*5. *& seqq. apud Novar. in Sum. Bullar.* ubi quòd Clericis primæ Tonsuræ, & mino-29 rum Ordinum licitum est proprio nomine cambia contrahere, quia Sacri Canones negotiationem prohibent solùm Clericis in Sacris constitutis, & beneficia retinentibus. *Redoan. de Spol. qu.*2. *num.*60. ubi quòd hoc est menti tenendum, & illam adducit rationem, quia potest impunè 30 ad sæculum redire, & laicare, *& quæst.*15. *num.*15. *&* 16. *Gait. de Cred. cap.*2. *tit.*7. *quæst.*5. *nu.*2136. *& seq. Lez. in Summ. verb. Negotiatio num.*4. *Card. de Luc. de Camb. disc.*32. *sub num.*2. ubi quòd quidam Clericus ibidem no-31 minatus, qui pœnè nudus accesserat ad Urbem ex Civitate Florentina, assem medii millionis sua industria comparavit, & reliquit, juxtà Urbis, aliarumque magnarum Civitatum mirabiles effectus, non tamen de facili ad praxim reductos, *& Rot. dec.*378. *nu.*5. *par.*17. *rec.* ubi quòd cambium 32 contractum à Clerico minorum Ordinum non est irritum, sed certis pœnis afficiantur Clerici illa contrahentes. *Rotam in Romana Pecuniaria* 1712. *coram Falconerio, & in Eugubina fructuum Cambii* 18. *Maji* 1718. *per tot. cor. Lancetta* ubi alii Concordantes allegantur.

33 Si Clericus turpis lucri gratia aliquod mercaturæ genus exerceat, puta Agriculturam, & more Laicorum negotietur *can.* 1. *& can. Placuit* 2. *quæst.*3. *cap.*1. *& cap. Secundùm instituta Ne Cleric. vel Monac. & Rot. dec.*167. *nu.*9. *par.*16 *rec.* & loquendo de Pharmacopolis latè *Pignat. consl.*74. *to.*5.

34 Dixi *turpis lucri gratia*. Nam necessitatis causâ, & si sua bona ad vivendum ei non sufficiant, poterit etiam Villas, & Agros alienos conducere *Glos. in d. cap.* 1. *Verb. Nec tamen justum, & in citato cap. Secundùm statuta Verb. Causa lucri, & Pacion. de Locat. cap.*10. *num.*71. ubi id ampliat etiam 35 pro sustentatione suorum Consanguineorum, & *num.*73. asserit, prohibitionem hanc non habere locum in prædiolo aliis bonis Clericis circumdato, & *Pignat. consult.* 76. *to.*6. ubi quòd *Sacra Congreg. Concilii in Nullius, sive Squillac.* 15. *Novembris* 1626. declaravit, *Presbyteris, & Clericis licere terras beneficiales, ac patrimoniales opera Laicorum colere, & pro necessariæ culturæ usu Boves, aliaque animalia emere, illorumque fructibus vendere, eosque si in propriis bonis habeant quercus, & castaneas, posse animalia, quæ illarum fructus vescuntur, emere, eaque alere, ac pro suæ familiæ sustentatione vendere ut in lib.* 13. *Decr. fol.*145. *& in Bisinianen.* 3. *Julii* 1628. *lib.*13. *Decr. fol.*472. *Acheruntina* 15. *Martii* 1630. *lib.*14. *fol.*404. *Nullius* 13. *Maji* 1651. *l.*19. *fol.*126. & advertit *Grass. de Effect. Cleric. effect.*6. *nu.*18. *& seqq.* Non licere tamen eisdem Oves, Boves, & similia ani-36 malia emere, eaque locationis aut societatis titulo conductori, aut socio tradere, & lucrum ex hujusmodi locatione & societate percipere, resolutum asserit ab eadem *Sacra Congregat. in Romana negotiationis* 7. *Octob.* 1652. An autem possint Ecclesiastici vendere etiam minutatim panem, 37 & vinum, collectum in eorum bonis patrimonialibus, vel beneficialibus absque Gabellæ solutione, videndus *idem Pig. consult.*34. *per totum tom.*2. ubi affirmativam sententiam latè comprobat. Nec non vide *Nicol. in Floscul. Verb. Clericus num.* 36.

Circa aperitionem furni ab Ecclesiasticis, adest Decretum Sacræ Congregationis Immunitatis *in Faventina* 20. *Martii* 1695. cujus tenor est: *Licuisse, & licere Mensæ Episcopali aperire furnum, sed quatenus appaltator infra quindecim dies offeret, se empturum frumentum Mensæ pretio currenti, cum augumento vigesima Mensæ, se abstineat ab aperitione furni*. Cum quo decreto procedere solet, ut fecit *in Assisien.* 2. *Octobris* 1713. *Ponente Card. Scotto*, ubi tamen subjunxit: *Licere Eminentiss. Commendatario* (qui erat Card. Bichius) *aperire furnum, facta tamen declaratione in principio Octob. quantitatis certæ frumenti explanandi, & quatenus modo prædicto non deveniat ad dictam declarationem, servetur decretum in Faventina*. Quam declarationem eo fine requisivit, ut Appaltator Communitatis sciret quantitatem frumenti, quam promptam habere debebat pro Populi victu. Eandemque resolutionem *Faventina* sequuta fuit *Rota in Bononien. Manutentionis* 2. *Decembris* 1707. *coram eodem Card. Scotto*.

Circa verò Vini venditionem adest decretum, seu resolutio *Sacræ Congreg. sublevaminum in Tudertina* 14. *Junii* 1656. quam servandam mandavit *S. Congreg. Immunitatis in Faventina* 5. *Martii* 1697. *& in Firmana* 10. *Februarii* 1705. *Ponente Card. Scotto*, verba dictæ resolutionis Tudertinæ sunt hæc.

La mente di Nostro Signore è, che s'intende fare bottola, ogni qualvolta, che si dà commodità, che il vino si beva nelle Case, o Cantine, dove si vende, e perciò vuole in tal caso, che ogn'uno paghi la gabella della foglietta, o Laico, o Ecclesiastico, che sia, e perche per ricorsi, fatti à Sua Santità da cotesto Publico, à inteso essere costì in controversia, questa materia da molti anni, vuole onninamente, che resti terminata con questa dichiaratione. Onde Voi per incontrare li Sensi di S.B. darete mano, che la Communità possa essigere liberamente detta Gabella da chiunque Ecclesiastico Secolare, o Regolare, che vendendo il vino à minuto, dà commodità, ò permette, che il vino si beva nella Casa, ò Cantina, dove si vende. Roma 24. *Giugno* 1656.

Nota proinde hic differentiam inter Negotiatorem, & 38 Mercatorem, iste enim dicitur ille, qui emit aliquas res puta, lanam, ceram, & similia, & non mutata illarum forma, cariùs, vel aliàs illas revendit; Negotiator verò ille, qui easdem res mutando, vel in aliam formam reducendo vendit, *Conciol. alleg.* 58. *num.* 5. *& seq. & R. P. D. Ansald. de Comm. & Mercat. in Disc. gener. num.* 57. ubi quòd 39 Artifices distinguuntur ab utrisque ex communi usu loquendi, dum vulgò vocantur magistri, nempe *Mastro Luca, Mastro Antonio &c.* quæ denominationes, nec mercatoribus, nec negotiatoribus conveniunt.

Si Clericus in Curia Principis Sæcularis sit Officialis, se-40 que immisceat in cognoscendis causis sanguinis, atque exerceat actus, tendentes ad justitiam vindicativam *c. Sed nec Clerici, & cap. Sententiam Ne Cleric. vel Monac. & Rot. coram Cels. dec.* 216. *per tot.*

Si Clericus personaliter, & publicè exerceat sordida mu-41 nera, puta Carnificinam, seu Lanienam, *Clem.* 1. *de Vit. &* 42 *honest. Cleric. Menoch. de Arbitr. cas.* 412. *per tot.* Dixi *personaliter, & publicè*, quia si id faciat Clericus non per se ipsum, sed per interpositam personam, non privaretur privilegio Clericali, *Gait. de Credit. cap.* 2. *tit.* 7. *quæst.* 5. *nu.* 2141. *&* 2152. *Card. de Luc. de Camb. disc.* 18. *num.* 8. *Dian. de Contract. resolut.* 180 *& seq. Bellet. Disquis. Cler. tit. de Discipl. Cler.* §. 21. *n.*17. *& Grass. de effect. Cler. effect.*6. *n.*23. & nihilominus adhuc delinqueret, & pœna arbitraria puniendus esset, ex adductis per *Panim. dec.* 40. *num.* 1. *& seqq.* & signanter *num.* 18. 19. An autem licitum sit Clericis propria animalia mactari facere in determinato macello, Sacra Congregatio Immunitatis in una Spoletana macelli, 20. Decembris 1702. respondit: Licuisse, & licere; quæ resolutio mihi videtur dura.

Dixi pariter *sordida munera*, quia si agatur de arte hone-43 sta, & nullatenus ignominiosa, permissum erit Clerico pauperi, illa mediante, sibi victum quærere, juxta *Text. in can. Clericus dist.* 81. & exempla Apostolorum, relata à *de Angel. de Confess. tom.* 2. *cap.* 78. *num.* 4. Imò si agatur de 44 Clericis nullam applicationem habentibus, utilius erit aliquo honesto exercitio tempus consumere, ut illos semper Diabolus inveniat occupatos, juxta monitum *D. Hieron. ad Rustic. Monach.* relatum *in can. Nunquam de Consecrat. dist.* 5. ibi — *Facito aliquid operis, ut semper te Diabolus in-* 45 *veniat occupatum*. An autem in illis casibus, in quibus Clericus propter suas operationes non est dignus uti Clericalibus privilegiis, id non obstante, possit Episcopus illum repetere à Curia sæculari, *Sac. Cong. Immunitatis, die* 17. *Februarii* 1705. *Ponente Card. Scotto*, respondit *Affirmativè in una Civitatis Castelli*, ea ratione quia vel non est in arbitrio Clerici ita se privilegiis Clericalibus expoliare, ut illum Episcopus repetere non possit, quando ei videtur.

Si Clericus sit Joculator, & exerceat Histrionicam ar-46 tem

tem *can. Clericum dist. 46. c. Cùm decorem de Vit. & honest. Cleric. & cap. 1. eodem tit. in 6. Panim. dec. 40. n. 9.*

47 Si Clericus assistat spectator in publicis spectaculis, in colluctationibus, ludis, repræsentationibus scenicis, torneamentis, & pugnis, quæ fiunt ab Immanibus Feris, *can. Non oportet de Consecr. dist. 5. & can. Presbyteri 34. dist.*

48 Si Clericus comam nutriat, & relaxet *can. Clerici 23.*
49 *dist. & cap. 1. de Vit. & honest. Clericor.* Debet namque caput tonsum deferre, & ad modum sferæ coronam portare *can. Duo sunt 12. quæst. 1. D. Thom. in Supplem. 3. par. quæst.*
50 *4. art. 1.* Ob honorem, & imitationem Principis Apostolorum, qui ob prædicationem ludibrio affectus, & tonsus fuit, ut ex *German. Episcop. Constantinopol.* referunt *Baron. Ann. 58. vers. Adhuc, & Verricell. de Mission. tract. 1. q. 23. num. 6.*

51 An autem permitti possit Clericis usus adscititii Capillitii, vulgò *Perucca*, etiam tempore quo Missam celebrant, in affirmativam inclinant partem *Gobat. in Theolog. experim. tract. 8. num. 680. & Pasq. de Sacrific. nov. leg. quæst. 832. Theophil. Rayned. oper. tom. 13. de Pileo, & aliis Capit. tegument. sect. 2. §. Nunc è contrario versùs finem*, dummodò cœsaries artificialis taliter fit arte facta, ut naturalem repræsentet, & moventur ea ratione, quia hoc modo salvatur honor, & reverentia externa, ducto argumento ex eo, quod videmus coram magnis Principibus, Regibus, Imperatore, & ipsomet Summo Pontifice practicari, coram quibus ii, qui cum adscititio capillitio permanent, habentur perinde ac si cum capite discooperto essent, *Thiers de Perucc. pag. 373.* refert permissionem datam à Card. Grimaldo Aquensi Episcopo. Aliam refert fol. 410. datam à Card. de Vandomo Legato Clementis IX. Joanni de N. Eleemosinario Ludovici XIV. Verum anno 1690. de mandato sa. me. Alexandri VIII. re diligenter discussa in particulari Congregatione multorum insignium Romanæ Curiæ Prælatorum, & aliarum Personarum, in Ecclesiasticis rebus, & Ritibus nimium versatarum, non fuit approbata opinio *Pasqualighi*, & conclusum id, non esse permittendum, & cum effectu ita practicatur; Extra verò tempus Sacrificii permitti potest Clericis, etiam in Sacris constitutis, usus adscititii capillitii, moderati tamen, & modesti, non autem ad merum luxum, & vanitatem, nec non cum capillis cincinnatis, & calamistratis, justa concurrente causa, puta, vel ad tegendam deformitatem ex capillorum deficientia, & calvitie resultantem, vel ob humiditatem Ecclesiarum, in quibus Clerici longo tempore occasione Divinorum Officiorum moram facere tenentur, vel ex alio æquè subsistenti, & rationabili motivo, arbitrio Episcoporum, & aliorum Ecclesiasticorum Superiorum ponderando, quod à fortiori comprobatur ex Gobato, & Pasqualigo locis supra citatis. Si enim id permittunt etiam tempore Missæ, multò magis in illorum sententia extra idem tempus per-
52 missum erit, & comprobatur etiam ex animadversis per *Bell. Disquis. Cleric. par. 2. tit. de Pœn. Cleric. §. 29. num. 20. & Verricell. de Mission. quæst. 253. num. 4. & Marchin. de Ordin. tract. 3. par. 3. cap. 4. num. 9.* inter justas causas missam celebrandi cooperto capite numerantes nimiam Regionis frigiditatem capitis debilitatem, senectutem, calvitiem &c. Circa usum Pileoli in Missa in decretis Sacræ Congregationis Rituum impressis in principio Missalis, ita disponitur -- *Nemo audeat uti Pileolo in celebratione Missarum sine expressa licentia sedis Apostolicæ, non obstante quacumque contraria consuetudine.*

53 Authoritates autem, quæ in contrarium allegantur à *Monacell. in Formul. fol. 359. num. 19. & 20. & in tom. 4. fol. 27. num. 259. & seq.* nempè *Concilium 3. Constantinopolitanum can. 96. & resolutio Congr. particularis in Vigilien. Synodi 28. Maji 1699. in resp. ad 28.* declarantis, excommunicationem ferendæ sententiæ contra Beneficiatos, & in Sacris constitutos, deferentes comam fictitiam, substinendam, & imponendam esse, contrà verò cæteros Clericos minorum Ordinum esse procedendum juxtà dispositionem *Concilii Tridentini sess. 23. de Reformat. cap. 6.* locum habent, procedunt, & intelligi debent deficiente justa, & legitima causa, & de cæsarie artificiosa, ad meram vanitatem, ornatamque capillis cincinnatis, & calamistratis. Ad materiam verò hujusmodi adscititii capillitii videri possunt *Martin. Scook. exerc. var. 24. num. 8. fol. 347. Thom. Rhenes. in epist. ad Christoph. Adam. Report. epist. 35. pag. 261. Joseph. Anton. Gonzal. de Salas comm. in Petr. Arbitr. Satiricon. pag. 269. Christ. Lup. in Schol. ad Synod. Gener. & Provinc. t. 2. in Schol. ad Can. 96. Trullan. Synod. pag. 1059. & seq. Elias Schedius de Diis German. Syngram. 2. c. 4. pag. 265. Theophil. Raynaud. in tract. de Pileo, cæterisque Capit. tegum. sect. 2. §. Nunc è contrario post medium inter ipsius Oper. to. 13. Philolog. pag. 591. medium Jacob. Revius de Usu Capillitii, necnon aliud Opusculum in 12. impressum Magdeburg. ann. 1663. cui titulus C. T. Rang.* Quam distinctionem noluit admittere Congr. Concilii in Melphicten. Edicti 8. Augusti 1722. quando propositis duobus dubiis. I. *An edictum Episcopi prohibitivum* usus Perucchæ *sustineatur*; & II. *An sit tolleranda gestatio Perucchæ, in casu de quo agitur. Ad primum*, Responsum fuit *Affirmative*; Ad secundum verò, *Negative, in casu de quo agitur.*

54 Quòd autem Clerici possint non deferre tonsuram, quando ex Morbo illis ceciderunt Capilli, probat de *Graff. de effect. Cleric. effect. 1. num. 1171. Clar. in §. final. quæst. 36. num. 17.* qui citant Concordantes. Imò, quod in his terminis ex gratia speciali tollerari possit, ut quis celebret cum Coma ficta, resolvit *Congr. Concilii in Imolen. 30. Martii 1675.* cum rescripto: *Assertio juxta mentem, & mens fuit, ut Episcopus tolleraret, Si SS. placuisset.* Dator erat Nicolaus Terellus Præpositus Cathedralis Imolensis, qui per annos 38. tolleratus fuerat ab antecessoribus Episcopis, *ut videre est in Lib. 49. Decr. fol. 41.*

55 Quid autem dicendum de Monialibus, an scilicet comam nutrire possint, illam honestè, & occultè deferendo *Textus in clement. Attendentes de Stat. Monach.* videtur illis solùm prohibere comatos, & cornutos crines, ut ibidem observat, *Gloss. verb. Et cornutis*: Cæterum Doctores in negativam inclinant opinionem ex adductis *per Pellizzar. de Monial. tit. de Precip. Monial. prohibit. cap. 7. num. 43. & Tambur. de Jur. Abbatis. disput. 10. qu. 2. num. 17.* & ità in praxi servatur, dum Moniales nedum fucatas crinium compositiones, atque comatos, cornutos, & tortos crines non deferunt, sed nec etiam simplicem comam licèt occultam, & velatam
56 & rationem adducit Glossa, ubi suprà afferens -- *Sic puto plus Monialibus expedire deformato capite Deo convenire, quàm crines poliendo, humani generis hosti servire.*

57 Quæ diximus de corona clericorum, & quæ dicemus *nu. 65. & seqq.* de illorum Vestibus, non procedunt, accedente Summi Pontificis dispensatione, quæ concedi solet Conclavistis, & Dapiferis, ut videre est *in Const. 1. & 10. Innoc. XII.* & in aliis antecessorum Pontificum, dummodò tamen habitum decentem, & honestum deferant. Quibus etiam
58 solet concedi, inter alia, privilegium transferendi pensiones, si quas habent in alios Clericos, qua occasione coram *Ninot. dec. 61. & 89.* fuit in Sacra Rota disputatum dubium an hujusmodi privilegium, nedum suffragetur illis Dapiferis, qui de tempore concessionis erant uxorati, sed etiam illis, qui posteà duxerunt uxores, & affirmativè resolutum, ut scilicèt suffragetur etiam Dapiferis, qui post privilegium dumtaxat duxerunt uxores, sive quia cum in privilegio nulla fiat distinctio inter uxoratos, & non uxoratos, nulla etiam facienda sit à Judicibus; sive quia idem privilegium conservet Dapiferos in primævo statu, ac si matrimonium non contraxissent, quæ decisiones confirmatæ posteà fuerunt *in p. 14. l. 369. in ordine*, illasque sequitur *Bertachin. in vot. dec. 171. per tot.* In casu autem hujusmodi translationis datur translatario manutentio in quasi possessione illa exigendi
59 in qua reperiebatur transferens, ut in *dec. 369. num. 8. par. 14. rec. & in Romana pensionis 4. Decembris 1684. §. Justitia verò coram Card. Matthejo*, confirmata *13. Maji 1686. coram eodem*. Vide *Emer. jun. dec. 671. per totum*, ubi loquitur de Conclavista promoto ad Episcopatum, & S. Rota noluit admittere argumentum à Matrimonio carnali ad spirituale.

60 Pro validitate autem ejusdem translationis non solùm debent Dapiferi ostendere personæ, in Ecclesiastica dignitate constitutæ, coram qua fit translatio, Constitutionem Pontificis, in qua idem privilegium continetur, sed etiam judicium, & approbationem trium Cardinalium Capituum Ordinis super competentia, & capacitate dd. privilegiorum *Spad. cons. 31. nu. 2. & seqq. lib. 3.* Non arctantur tamen ad osten-
61 dendam originalem reservationem pensionum, sed satis est sola relatio ad ipsam, ea ratione, quia executor, seu Judex, coram quo fit translatio, non recipit jurisdictionem à reservatione, sed à facultate transferendi *Rota coram Cerr. decis. 628. num. 9.* cum aliis *apud Torr. de Pact. fut. success. lib. 3. c. 8. num. 14. & 15.* Soler quoque iisdem Conclavistis, & Dapiferis concedi privilegium civilitatis alicujus Civitatis, quæ talis est naturæ, ut capaces deindè sint obtinendi etiam bona emphyteutica, debita Civibus ejusdem Civitatis, ut firmavit *Rota in dec. 375. num. 2. & seq. coram Priolo.*

62 Si Clericus cum fœminis cohabitet, exceptis Matre, & So-

Ursaya Institut. Crimin. G

Sorore *Can. Volumus* 24. *dist.* 81. Nisi eædem honestatis suspicione laborent *de Angel. de Confess. tom.* 2. *quæst.* 61. *num.* 3. ubi *num. seq.* cum *Divo Aug.* relato *in Can. Legitur eadem dist.* advertit ab earumdem etiam conversatione, præcisa diffamatione, debere Clericos abstinere, quia quæ cum Sorore, & Matre sunt, Sorores eorumdem Clericorum nullatenus sunt, & *num.* 11. respondendo objectioni illorum, qui asserunt se in similibus occasionibus, & conversationibus in bono perseveraturos, cum *D. Hier. ep.* 47. *de Vitan. susp. contub.* ait *Quid tibi necesse est in ea versari domo, in qua necesse habes quotidie, aut perire, aut vincere.* Mulióque minùs licitum erit mulieribus in domibus Parochialibus habitare, etiamsi in primo consanguinitatis, vel affinitatis gradu junctæ sint Parochis, ut die 12. Januarii 1695. resolvit *Cong. particularis à s. m. Innoc. XII.* deputata pro revisione Synodi Faventinæ, & recognosci potest ex eadem *Synod. post cap. ultim. fol.* 90. *in fine.*

65 Si Clericus publicè utatur veste virgata, vel partita *Can. final.* 21. *qu.* 4. *& Clem. Quoniam de Vita, & honest. Cleric.* 66 & *Rot. dec.* 1197. *num.* 4. *coram Emer. jun.* Virgata autem vestis dicitur illa, quæ est distincta per diversos colores, vel si ejusdem coloris sit, super illam ponitur aliquid aliud per modum virgæ, seu listæ ad ornamentum; Partita verò vestis illa est, quæ scissa, aperta vel composita est ex diversis partibus 67 ut explicat *Glos. in dicta Clem. Quoniam Verb. Partita.* Vel si Clericus utatur veste ita brevi, quod interior vestis visibiliter appareat *citata Clem.* §. *Sed hac, & cap. Clerico* 15. *de Vit. & honest. Cleric.* Debet namque Clericus incedere cum 68 veste talari, idest protensa usque ad talos *can. penul.* 23. *dist. & can. Nullus, ubi Glos. Verb. Stolis* 21. *quæst.* 4. præcipuè 69 cum ad Ecclesiam ad Divina celebranda accedit, *Castald. in prax. Carem. lib.* 2. *sect.* 1. *cap.* 8. *num.* 1. *in fine.* In casu autem 70 quo Clericus iter faciat, tunc uti potest vestibus brevioribus *Bellett. disquis. Cleric. par.* 1. *de Discipl. Cleric.* §. 16. *nu.* 14. Imò nec fulgidis, & claris vestibus longis se ornatum ostendere debet, sed in habitu honesto suo Ordini convenienti 71 *can. Episcopi, & ferè per tot. caus.* 21. *quæst.* 4. *& cap. Clericis de Vit. & honest. Clericor.* Sicuti autem reprobatur in Cleri72 cis omnis excessus in ornamento corporis, ita non laudatur, neque permittendum est eis, ut incedant vestibus sordidis, & laceratis, etiamsi id facerent humilitatis causa *Bell. ubi proximè, num.* 18. quia non affectatæ sordes, neque exquisitæ deliciæ laudem pariunt, minusque homini Christiano con73 veniunt *D. Hier. epist.* 21. *ad Eustoch. de Custod. Virginit. & D. Bernardus* solitus erat dicere, *paupertas mihi semper placuit, sordes verò nunquam*; referente *Bellet. disquis. Cle74 ric. par.* 1. *de Discip. Cler.* §. 16. *num.* 21. E contra verò vestis pretiosa pro maxima commendatione habetur juxta versus illos:

> *Vir benè vestitus pro vestibus esse peritus.*
> *Creditur à mille, quamvis idiota sit ille.*
> *Si careas veste, nec sis vestitus honestè.*
> *Nullius es laudis, quamvis scias omne quod audis.*

Relatos à *Cohell. ad Bull. Bon. Regim. cap.* 34. *art.* 5. *num.* 14. *Pancirol. de cler. leg. Interpr. lib.* 1. *cap.* 12. *& Rot. in Tranen. Praeminentiarum super reservatis* 19. *Novemb.* 1717. §. *Absque eo, coram Ansaldo, & in Savonen. Aggregationis* 15. *Junii* 1699. §. *Cum enim coram Pio & Bern. della Rot. Rom. fol.* 21.

75 Si autem quæras hic, an Sæcularibus Doctoribus prohiberi possit Toga, seu usus vestium talarium, quibus Clerici uti solent, Respondeo negativè, illæ enim propriè conveniunt eisdem Doctoribus juxta *Gloss. in leg.* 1. *Verb. Fibulis Cod. Nulli licer. lib.* 11. ubi quòd Clamys propriè dicitur vestis Militum, Purpura Regum, Stola Sacerdotum, Toga Advocatorum, Habitus Rusticorum, & Cuculla Monachorum *Cohell. ad Bull. Bon. Regim. cap.* 34. *art.* 5. *num.* 16. *& 76 seq.* ubi quòd Stigmata militem, Habitus Clericum; Stola Sacerdotem, Cuculla Monachum ostendunt. Licèt autem deinde, originaliter fortè ex ejus majestate, vel honorificentia, usus ejusdem togæ ab Ecclesiasticis personis practicari cœperit, & hodiè indistinctè servetur, sive ex Constitutione 82. Sixti V. juxta opinionem *Ricciull. de Jur. Person. lib.* 7. *cap.* 6. *num.* 2. vide *dec.* 304. *num.* 24. *p.* 17. *rec.* sive ex antiquiori observantia, exindè tamen nullatenus inferri po77 test, quòd iidem Clerici eamdem togam ad instar Doctorum assumentes, jus habeant prohibendi illis, qui antiquiorem usum habent, sed potiùs è contra. Assumens siquidem insignia, vel honorificum habitum alicujus, ab eo inhiberi potest *Abb. in c. Dilecta num.* 4. *ante finem de Excess. Prælat. Cassan. in Cathal. Glor. Mund. part.* 1. *consider.* 32. *& seqq. Menoch. de Arbitr. cas.* 318. *num.* 23. & *seqq. l.* 2. *& Ursell. conclus. legal.* 171. *num.* 8.

78 Nec obstat, quòd ab Episcopis possit prohiberi Laicis usus vestis Clericalis ex adductis per *Genuen. in Prax. Cur. Archiep. Neap. cap.* 46. *num.* 3. *vers. Item facit*, Quia, ut ad rem observant *Sperell. dec.* 17. *num.* 44. *Sanch. de Matrim. lib.* 7. *disp.* 46. *num.* 6. *& Rot. dec.* 1197. *num.* 3. *coram Emer. jun.* per sacros Canones non est Clericis determinatus certus habitus; 79 quidquid hoc limitando quoad formam, & colorem, non autem quoad longitudinem, vel brevitatem asserat *Cherubin. in Compend. Bullar. Const.* 92. *Sixti V. Schol.* 2. & id limitando quoad omnimodam uniformitatem, ut practicatur in Religiosis, opinetur *Ambrosin. de Immun. cap.* 23. *num.* 11. vide *Maur. in Hierolexic. vol. caracalla* ubi ad rem. Ex hoc autem, quòd utantur illo Doctorum, non potest ille privativè Clericorum nuncupari. Et in effectu in Urbe, quæ totius Catholici Orbis Metropolis est, omniumque Ecclesiasticarum Curiarum exemplar, ita practicatur, ita ut in nihilo differre videantur Doctores à Clericis, & aliis Ecclesiasticis personis, ut de se ipso in minoribus scriptum reliquit *Card. de Luc. de Jurisd. disc.* 93. *num.* 11. & idem de me ipso dicere possum Ego; Verùm tamen est, quod desideraretur in 80 hac parte aliquod distinctivum, si non in Toga, saltem in Collare, vel aliquo alio addito ad evitandam confusionem, & scandalum apud ignarum vulgus, & Exteros, videntes in Curribus Togatos, quos proinde credunt Ecclesiasticos, cum Uxoribus, & Filiis. Ad materiam verò delationis habitus Clericalis vide *Novar. in Summ. Bullar. comment.* 62. *per tot.* ubi quòd Constitutio Sixti V. qua obligantur Clerici ad delationem habitus Clericalis sub pœna privationis beneficiorum, & pensionum, inter alias limitationes ibidem enumeratas, non habet locum, si id sequatur ob timorem inimicorum; in unica dimissione, propter infirmitatem, & ex causa paupertatis.

81 Si Judex Ecclesiasticus pecunia, vel per sordes corruptus, injustam sententiam tulerit *cap.* 1. §. *Si quis de Sent. & re judic. Decian. l.* 8. *c.* 39. *num.* 27.

82 Si Clericus ab excessivo potu, & à crapula non se abstineat; Ebrietas enim mentis inducit exilium, & libidinis provocat incendium *cap. Crapula de Vit. & honest. Cleric. Farin. in Fragm. p.* 1. *num.* 146. *& Panim. dec.* 83. *num.* 15. *& seqq.*

83 Quia verò ut plurimùm in Cauponis, & Tabernis hujusmodi excessus incrementa accipiunt, meritò Doctores illas appellare solent fomenta intemperantiæ, & incontinentiæ, ut videre est apud *Barbos. de Paroch. p.* 1. *c.* 6. *num.* 20. *&* 21. *& Zanl. ad Stat. Favent. tom.* 1. *lib.* 4. *rubr.* 30. *num.* 20. *& tom.* 2. *lib.* 7. *rubr.* 11. *nu.* 79. *& seqq.* observantes proinde non 84 esse permissum Clericis illas frequentare, nisi longioris itineris gratia, quod pariter admittit *Bellett. Disquis. Cleric. tit. de Disciplin. Cleric.* §. 30. *num.* 1. *&* 2. Nota hìc *ex Rayn. observ. crim. cap.* 29. §. 4. *à num.* 25. quòd accedentes ad Cauponam ad comedendum, & bibendum, tenentur pro illis sociis, qui allenant, non soluta Cauponi eorum portione, rationibus per ipsum benè expensis.

85 Taberna autem, seu caupona dicitur illa domus, in qua panis, vinum, & carnes venduntur juxtà *Glos. in Clem. p. verb. Tabernariorum de Vit. & honest. Cleric.* & tradit *Mut. ad Consuetud. Panormit. cap.* 29. *num.* 5. Possunt verò co86 qui carnes à triplici specie coquorum, juxta distinctionem originaliter traditam à *Boer. dec.* 222. *num.* 10. & sequutam *à Cohell. ad Bull. Bon. Regim. cap.* 47. *num.* 92.

87 Primò nempè ab illis Scholarium, Fratrum, seu Regularium, qui coquunt cibos grossos, 2. ab illis Magnatum, & personarum in dignitate constitutarum, qui dignitatem habere dicuntur ex traditis per *Roman. singul.* 655. *& Hering. de Molendin. qu.* 1. *num.* 20. *& seq.* quivè adeò excellentes 88 sunt in eorum arte, ut ad luxuriam usque, & miraculum varios conficiant cibos, & carnium condimenta, experientia teste, & id observante *Hering. ubi supra num.* 27. *&* 3. ab illis, qui locant operas suas in conviviis privatorum, ad quos 89 reduci possunt Popinarii, qui publicè retinent carnes, & obsonia comestibilia, vulgò nuncupati *Pasticcieri, Peguer. dec.* 44. *num.* 10. Interest autem Reipublicæ istos adesse, præser90 tim in magnis Civitatibus, ut adsit ciborum copia in promptu, tam pro Incolis, quàm Advenis *Kloch. de Erar. cap.* 91 10. *num.* 5. *& Knipschildt. de Jur. & privil. Civit. Imper. lib.* 5. *cap.* 26. *num.* 30. De eorumdem verò coquorum origi92 ne, & prærogarivis videri possunt *Garzon. nella Piazza univers. disc.* 94. *& Risicat. de Stat. homin. tit. de Coquis.*

93 Si Clerici, aliæque Ecclesiasticæ personæ, usurpent, sibique approprient bona Ecclesiæ *Can. Diaconi* 22. *quæst.* 2. *& cap. Si quis de Reb. Eccl. non alien.*

Si

94 Si Clerici, quibus ratione Officii, vel Dignitatis id non competat, anulos digitis deferant, *cap. Clerici officia prope finem de Vit. & honest. Cleric. Bellett. disqu. Cler. tit. de Discip. Cler.* §.16. *num.*23. Ii verò, quibus ratione dignitatis

95 id est permissum, non possunt illis uti in Missa, ut resolutum *à Sacr. Congreg. Conc.* 11. *Febr.* 1623. & 20. *Novemb.* 1628. refert *Bellett. Disquis. Cler. p.2. tit. de Pœn. Cler.* §.29. *nu.*10. *in fine*. Quod limita respectu Prothonotariorum Titularium, sive extra numerum, qui illum etiam dum celebrant, gestare possunt, dummodò sint sine gemma, ut resolutum *à Sacra Cong. Rituum in Clonocen. & Neocastren.* 21. *Aug.* 1601. referunt *Panim. dec.* 1. *adnot.* 7. *num.* 6. & *Barb. in Sum. Ap. dec. collect.*617. *num.*6.

96 Si Clerici etiam in minoribus constituti, dummodò beneficium pro congrua substentatione habeant, Chirurgiam, vel Medicinam exerceant, *Sacr. Cong. Conc. in Sarnanen.* 17. *April.* 1627. *l.*13. *Decr. fol.*237. *Farin. in fragm. num.*211. &

97 *Panim. dec.* 21. *num.*22. & *seqq.* ubi quòd acquisita per Clericum ex Medicina, vel Chirurgia dicuntur illicitè acquisita, quia non possunt easdem professiones exercere, nisi pro miserabilibus personis, & gratis, vel pro Consanguineis propriis, dummodò nullum immineat periculum, & *dec.*89. *num.*37. ubi quòd Chirurgus, & Medicus irregularitatem incurrunt, si ex eorum imperitia, & negligentia infirmus moriatur, vel si cœperunt ægrotum curare, & postea illius curam deseruerunt, & *Corrad. in Prax. Dispens. lib.* 5. *cap.*3. *num.*1. & *seqq.* & *Antonell. de Jurib. Cleric. lib.*1. *cap.*56. *num.*33.

98 Quia verò ex causa pietatis Summus Pontifex permittere solet hujusmodi exercitium, in Gratia dispensationis semper apponitur clausula *Citra incisionem, & adustionem, gratis, & amore Dei erga omnes, attenta penuria Medicorum*, ut refertur in *Cadurcen. Dubiorum Medici in Sacr. Congreg. Concilii proposita* 31. *Mart.* & 14. *April.* 1696. *ut in lib.*46. *Dec. fol.*78. & 102. In qua ad quartum respondit *Non licere, accipere neque etiam à sponte dantibus, & ad* 5. *Penuriam Medicorum intelligendum esse de penuria morali*, Ad tria verò

99 antecedentia dubia Sacra Congregatio noluit respondere, ex quo rem purè Medicam concernebant, nempè. I. *An nomine incisionis veniant sectiones venarum, aperitio, seu disectio tumorum, & sinuositatum in ulceribus, nec non amputatio carnium mortuarum, & similium* II. *An nomine adustionis venirent remedia urentia, & cautherizantia, cujusmodi sunt lapides caustici, lapis infernalis, Spiritus, & Olea chimica urentia, & his similia* III. *Et an intelligenda esset incisio facienda, non solum manibus propriis, sed etiam ministerio alterius, ipso Medico, vel Chirurgo mandante*, vide *Antonell. de Jurib. Cleric. lib.*1. *cap.*56. *num.*33.

100 An autem sub d. prohibitione, ut non liceat accipere aliquid etiam à sponte dantibus, veniat hæredis institutio, itaut, semota fraude, nequeat Medicus, vel Chirurgus institui hæres ab infirmo, negativè, & benè respondet *Ber-*

101 *tachin. vot. dec.* 150. *per tot.* Medicus enim non debet esse inferioris conditionis quocumque altero amico, neque virtus ejusdem retorqueri debet in illius odium, & generali-

102 ter loquendo de Medicis non Sacerdotibus observat *Card. de Luc. de Testam. disc.* 51. *num.* 7. & firmavit *Rot. in dec.* 194. *n.* 18. & 19. *par.* 19. *rec.*

103 Si Clericus procedat ad saltuosam, & clamorosam venationem, quæ fieri solet cum armis, Equis, Canibus, Accipitribus, & Falconibus, *cap.* 1. & 2. *de Cleric. venat.* ubi Doctores communiter & *Clem. Ne in agro*, §. *Porro de Stat. Mon.* cum aliis apud *Bellet. disquis. Cleric. par.* 1. §. 19. *de*

104 *Disc. Cler. num.* 1. Et quidem duplici ratione. I. Quia per venationem à celebratione Divinor. Officior. distrahuntur, & II. Quia Clerici venatores solent Ecclesiasticos redditus, pauperibus postpositis, Canibus distribuere. Ad materiam vide *Rotam in Leodien. Juris venandi* 13. *Januarii* 1713. *coram Falconerio.*

104 Dixi *saltuosam, & clamorosam*, nam venatio quieta, quæ scilicet fit rete, seu virga piscatoria, quam propriè aucuplum appellat, *Glos. in dicta Clem. Verb. Venationibus*, Clericis prohibita non est, sive relaxandi animi gratia, sive causa necessitatis, ad comparandum scilicet cibum, illam exerceant Clerici, *Glos. in cap.* 1. *Verb. Voluptate de Cleric. venat. Menoch. de Arbitr. cas.* 443. *per tot. Monacell. in For-*

105 *mul. tit.* 6. *form.* 5. *à num.* 4. ubi quòd non de facili concedenda est licentia venandi cum Sclopis ob frequentia pericula mutilationis membrorum, & consequenter irregularitatis, forsan plus justo invehens contra Episcopos, tales licentias concedentes.

106 Pro uberiori autem Venationis notitia, de qua latè agit *Ursaya Institut. Crimin. Pignat. consult.* 59. *tom.* 3. sciendum est, illam in quatuor species communiter à DD. dividi. I. Nempè in oppressivam, quæ exercetur à Tyrannis contra homines, & à potentioribus contra minùs potentes. II. In arenariam, quæ fit ab homine, locante operas suas ad pugnandum contra Bestias reclusas III. In adulatoriam, quam exercent Aulici, & homines pseudopolitici cum Magnatibus, eorumque Dominis; Et IV. in salvaticam, seu saltuosam, quæ ab hominibus contra bestias in nullius dominio existentes exercetur, ita *Georg. Mor. de Nigr. Mont. de Venat. par.* 1. *cap.* 1. *num.* 4. & *seqq.* & *Avendan. eodem tr. impress. post Tract. de exequ. manda. Reg. Vers. La primiera.*

107 Definitur hæc ultima, & propria venationis species *ab Harprect. in* §. *Feræ num.* 11. *Instit. de Rer. divis.* ut sit *Jus, seu facultas libera persequendarum, & occupandarum animantium Ferarum, in nullius dominio existentium, & Harprectum* sequitur *Rayn. tom.* 2. *cap.* 15. §. 8. *num.* 1. & *seqq.*

108 ubi *num.* 4. advertit, venationem derivare à Latino verbo *vento*, quia venatores secundo vento, & opportuno tempore illam exercere debent, *juxta Harprect. ubi suprà num.* 9. Vel derivare à verbo *Venis*, nam Venator quasi venas indagare videtur; In idiomate autem Italico, *Caccia* derivare à verbo *Capio*.

109 Frequentissima est hodie venatio illa, quæ fit cum Sclopo, de qua latè differit *Bonfandin. della Caccia dell' Archibugio*, illam in tres species dividendo, hoc est *in Volo, in Aria, & à Borita*, singulas clarè explicando, atque ad ostendendam facilitatem occidendi Feras mediante hujusmodi igneo Instrumento lepidè cecinit.

Il correre, & il volare or nulla vale,
Già che sen corre a i nostri giorni un uso,
Che vola il piombo a forza d' Archibuso,
Più che non fan gli Augei, che portan l' ale.

110 In quo venandi modo reperiuntur in Urbe homines adeò versati, & excellentes, ut facilitate maxima volantes Aves occidant, & non solùm illi, qui huic exercitio ex professo se dantes, nomen, & facta Venatoris habent, sed etiam aliis diversis professionibus implicati; Et ego sum testis oculatus respectu diligentissimi Curialis, mihi arctissimo amicitiæ vinculo juncti, qui de mense Octobris 1698. in reditu à venatione, alaudam velocissimè volantem suprà publicam viam, mira dexteritate, nec sine adstantium admiratione, & plausu, occidit. Adverte hic ex *Kormann. de Miracul. Elementor. tom.* 2. *consider.* 14. *conclus.* 8. Venato-

111 res se induere communiter veste viridi, ad hoc ut propter aspectum viroris, quem bestiæ naturaliter diligunt, minùs venatorum insidias expavescant.

112 Quærunt hic Doctores, an venatio possit Subditis prohiberi, & licèt non desint negativæ opinioni bonis rationibus adhærentes, quos, aliis adductis, referunt *Mor. de Jur. Venan. par.* 1. *cap.* 2. *num.* 6. & *seqq. Ann. singul.* 59. & *Capibl. de Baron. pragm.* 14. *num.* 35. *lib.* 1. *Pignatel. consult.* 15. *per tot. tom.* 10. Communiùs tamen iidem Doctores in contrariam inclinant opinionem, & quidem non solùm

113 in particulari, ne scilicet quis in tali fundo ingrediatur ad venandum, sed etiam generaliter, asserendo, supremum Principem posse indistinctè omnibus Subditis venationem prohibere, ea ratione, quia Jus venandi, & piscandi sint de Regalibus ejusdem Principis, ut latè probant *Joann. Graffe, de Author. privat. class.* 2. *cap.* 1. *num.* 8. *Cabed. dec.* 55. & *dec.* 88. *par.* 2. *Bellet. disquis. Cleric. par.* 2. *de Pœn. Cleric.* §. 19. *num.* 8. *Gob. consult.* 128. *numer.* 5. & *seqq.* & *Rayn. tom.* 2. *cap.* 15. § 8. *num.* 16. & *seqq.* ubi in *supplet.* 3. *per tot.* & 4. signanter *num.* 104. refert, ita *decisum à Sacra Consulta* die 27. Junii 1692. demandando scilicet, Baronem manuteneri in facultate prohibendi, moderato tamen rigoroso Banno ejusdem Baronis, qui nimis atrociter præcepe- rat etiam Subditis, ut cum armis accurrerent contra accedentes ad venandum. Episcopus Sarnen. suo clero venationem prohibuerat sub pœna suspensionis latæ sententiæ. Recurrente autem eodem Clero ad Sacram Congregationem Concilii, hac die 21. Aprilis 1703. rescripsit *Pœnam suspensionis latæ Sententiæ mutari in pecuniariam.* Idemque resolvit circa ludum.

114 Causas autem, ex quibus moveri solent Principes ad venationem prohibendam, referunt *Cabed. dec.* 89. *numer.* 4. *par.* 2. & *Tap. de Jur. Regn. lib.* 6. *tit.* 28. *num.* 34. *Gob. consult.* 128. *num.* 14. & *seq.* & *Zaul. tom.* 1. *lib.* 4. *rubr.* 40. *nu.* 2. & *seq. fol.* 573. I. Nempe ratione publici boni, Feræ enim non solùm oblectationi, sed etiam necessitati inserviunt, unde in certis anni temporibus, puta tempore propagationis, Principes providere debent, ne occidantur,

ut latè probat *Rayn. tom.* 2. *cap.* 15. §. 8. *num.* 24. ubi quòd plura vidit Edicta hoc damnantia, præsertim in Civitatibus Ravennæ, & Viterbii. II. Ratione propriæ recreationis; Justum siquidem est, ut pro sua dignitate gratia animum recreandi, Princeps venationem, & piscationem habeat. III. Ratione sui proprii Patrimonii, puta si in ipsius propriis bonis venationem prohibeat; Quas causas latiùs declarat *Anton. Guillelm. Ertl. de Jur. Princip. exercit.* 8. *per tot.* I. Nempè, quia feræ bestiæ deserviunt decori, usui, & ornamento Reipublicæ. II. Quia venatio depauperat familias in provisione instrumentorum, ad illam necessariorum. III. Quia reservanda est ad sublevandos Principes à continuis angoribus, quibus pro Republica vacant. IV. Quia ex permissione venationis, agri, & Vineæ absque necessaria cultura manerent. V. Quia in pluribus locis spontaneo consensu Populi illa Principibus reservatur. VI. Quia nemora, in quibus feræ vagantur, recepto superioritatis Jure ad Principes transierunt. VII. Demum quia Principes immemorabili præscriptione muniti sunt.

115 Inferioribus autem Dominis, & superiorem recognoscentibus, nullatenus permissum est eorum subditis venationem prohibere, & si id prætendant, violentiam inferunt, & injuriam illis faciunt, *Gramm. dec.* 67. *num.* 12. & 13. ubi *Danz. in addition. num.* 54. & *Tap. de Jur. Regn. lib.* 6. *tit.* 28. *de Gravam. Vassallor. num.* 35. ubi, quòd quando Universitates gravatæ recurrunt, fit decretum, *Capiatur informatio, & interim Baro abstineat.* 116 Ad tempus verò ex justissima causa, id permissum est Baronibus, ut exemplificando in prohibitione facta tempore propagationis, probat *Rayn. tom.* 2. *cap.* 15. §. 8. *num.* 25. ubi *num. seqq.* 117 id etiam ampliat in aliis sequentibus casibus. Nempe. I. Quando Baro habet à supremo Principe concessa Jura Regalia. II. Quando præscriptione cautus esset. Et III. Quando vellet venationem in proprio fundo prohibere. Quas limitationes admittunt etiam *Rosental. de Feud. cap.* 5. *conclus.* 94. *Mastrill. de Magistr. lib.* 37. *cap.* 10. *nu.* 15. & *seqq.* & *Alamayden. alleg.* 19. *in princ.* & *Set. de Offic. Locumt. cap.* 25. *num.* 56. & *seqq.*

118 Habens verò quasi possessionem venandi in aliquo loco cum Sclopo, non potest venationem ibidem cum Canibus exercere. Ista enim magis est nociva campis, ideoque non debet fieri extensio, *Bruman. dec.* 15. *num.* 2. & *Rayn. t.* 2. *c.* 15. *supplet.* 2. *in fine.*

119 Eadem ratione habens privilegium indefinitum venandi intelligitur cum retibus, & laqueis, non autem cum Archibusio, seu sclopo, ex adductis *à Carpzov. d.* 287. *à n.* 9. *usque ad fin.* & *Gob. consult.* 128. *n.* 23. & *seq.*

120 Adverte hic, quòd in illis Locis, in quibus ex municipalibus dispositionibus debetur merces aliqua venatoribus animalium, inferentium damna Campis, prout in Urbe *à Stat. lib.* 3. *cap.* 70. reperitur determinatum salarium Juliorum decem occidenti Lupum intra illam, extra verò, & circa de- 121 cem milliaria Juliorum quinque, non est, danda multiplicata merces pro Lupa prægnante, & pro quolibet Lupatino, sed unica dumtaxat pro eadem Lupa prægnante, rationibus adductis *à Bartol. in L. Qui in utero num.* 1. *C. de Liberal. caus.* & *Zacch. de Salar. quæst.* 89. *à num.* 6. & *tribus seqq.*

122 Inter Ecclesiastica delicta innominata ratione inhonestatis vitæ, connumerari pariter potest modus ille parum Episcopali dignitati, & decori conveniens, quo Episcopi sui Status obliti, contra Sacrorum Canonum, Apostolicarum Sanctionum, & Concilii Tridentini dispositionem in *cap.* 25. *sess.* 17. *de Reformat.* tam indecenti submissione cum Baronibus, & Sæcularibus Dominis se gerunt, ut in subscriptionibus, & reliqua forma Epistolam, in mutuis visitationibus, omnique alio commercio, habent se tamquam inferiores, & tam extra, quam intra Ecclesias, cedant illis locum digniorem, quæ omnia semper detestatæ fuerunt Sa- 123 cræ Congregationes, & signanter illa Episcoporum, & Regularium die 29. Septembris 1691. in Epistola, quam registravit Eminentissimus D. M. Cardinalis Ursinus in ultima Synodo Beneventana *fol.* 136. in qua de mandato sa. me. Innoc. XII. eadem Sacra Congregatio eidem commisit, *ut authoritate non solùm Metropolitica, sed etiam delegata ab hac Sancta Sede præcipiat Suffraganeis suis, quòd ab hujusmodi in posterum omnino se abstineant.*

124 In idem coincidit alter excessus eorumdem Episcoporum, permittentium Sæcularibus Dominis retentionem Baldacchini in Ecclesiis, in quibus Pontificaliter soliti sunt celebrare, dando eisdem Evangeliorum Librum ad deosculandum. Quod pariter ex cumulatis per *Abbat. Justinian. in addition. ad Novar. in Summ. Bullar. comment.* 19. *par.* 1. *fol.* 6. sæpè improbavit Sac. Rit. Cong. & signanter in *Lucerina* 22. *Novemb.* 1664. *Matheranen.* 29. *Januarii* 1665. *Acernina* 26. *Junii* 1666. *Baren.* 5. *Martii* 1667. *Melphitana* 15. *Junii ejusd. anni Lacerina* 28. *Sept.* 1675. *Hierac.* 2. *Octob.* 1683. *Baren.* 17. *Junii* 1644. *Bitect.* 23. *Septembris ejusdem anni Baren.* 22. *Februarii* 1687. & *Lucerina* 13. *Martii* 1688. Necnon in Decreto per viam legis generalis 125 edito dicta *die* 13. *Martii* 1688. pro omnibus Cathedralibus, & Metropolitanis Regni Neapolis, confirmato *die* 22. *Aprilis* 1690. & *à sa. me. Alex. VIII.* specialiter approbato, quod registratum reperitur in dicta *Synodo Beneventana f.* 156. in quo ulteriùs dictum fuit, quòd *ad effectum, ut memoria pereat similis abusus, mandavit, ut injungatur Archiepiscopis, & Episcopis Regni Neapolitani, quod hastas, gradus, suppedanea, & quæcumque alia signa Baldachini, ab Ecclesiis suarum Diœcesum, tam Sæcularium, quàm Regularium removere faciant &c. & quoad Ecclesias Regulares procedant etiam ad Interdicta, & contra inobedientes ad Censuras authoritate Sac. Cong.*

126 Si Clericus in Sacris constitutus in Foro Laicali, & Sæculari uti Procurator, vel Advocatus causas defendat, *Amen. de Delict. & Pæn. tit.* 9. §. 8. *num.* 3. *de Angel. de Delict. par.* 2. *cap.* 2. *cap.* 17. *num.* 14. ubi quòd nequeunt proinde agere 127 pro honorariis causarum in iisdem Laicalibus Tribunalibus patrocinatarum, quòd advertit pariter de *Luc. de præst. Laur. Jurisf. cap.* 22. In Urbe verò, sive quia, excepta Curia Capitolina, omnes alii Judices sunt in Ecclesiastica dignitate constituti, etiamsi Judicum Laicorum figuram faciant, uti sunt Gubernator, Auditor, & Thesaurarius Generalis R. C. & similes, sive quia illa principaliter dicitur Curia Principis, seu Papæ, sive ex aliis considerationibus, 128 adductis à *Card. de Luc. in Relat. Rom. Cur. For. disc.* 46. *nu.* 17. permissum est omnibus Ecclesiasticis personis indistinctè Procuratoris, vel Advocati officium exercere, ut quotidiana praxis docet, & advertit *Cobell. ad Bull. Bon. Regim. cap.* 34. *art.* 6. *num.* 6. & 7. & *Corrad. in Prax. dispens. lib.* 5. *cap.* 4. *num.* 5. & 6. ubi alias adducit congruentias hujus Conclusionis, & *Lotther. de rem benef. lib.* 1. *in Apparat. n.* 129 158. ubi quòd id procedit ex eo, quia munus Advocati sine ullo prorsùs judiciali strepitu in Urbe exerceatur, & propterea nil mirum si non adversetur dispositis *in cap.* 1. & *tot. tit. Ne Cleric. vel Monach.* ut probat *idem Lotter. ubi proximè num.* 159. & *seqq.* vide *Bullar. Clementin. fol.* 613. ubi approbata fuit à Clemente XI. Resolutio Cong. Reformationis Tribunalium Urbis, mandans Clericos non posse causas patrocinari in Curia Capitolina; In aliis verò Curiis Urbis exquirendam esse Papæ licentiam.

130 Multò autem magis prohibitum erit Religiosis exercitium eorum munerum Procuratoris, vel Advocati, *Gloss. in Clem. Nè in agro vero Curias Principum de Stat. Monach.* ubi quòd ordo Claustri, & ordo Curiæ diversi sunt, quia 131 hic dici solet *dextera tua repletur muneribus*, ibi verò *lava manus tuas inter innocentes*, subdens tamen quod Monachus 132 Curialis pro sæculari Principe Alpium frigora, & Italicos calores libenter patitur, qui pro magistro spirituali multò minora forsan pateretur invitus, & *Magg. de Sacr. Ceremon. discuss.* 16. *num.* 5. ubi in fine, quòd quilibet Religio- 133 sus cum *Tertullian. lib. de Pall. cap.* 5. dicere deberet: *Ego quidem nihil foro, nihil campo, nihil curiæ debeo, nihil officio advigilo, nulla rostra præoccupo, nulla Prætoria observo, Cancellos non adoro, subsellia non contundo, jura non conturbo, causas non elatro, non judico, non milito, non regno, secessi de Populo, imò unicum negotium mihi est, sed nec aliud curo, quàm ne curem*: Nisi extrajudicialiter tantùm adeant Judices, ipsosque oretenus instruant de bono jure Colligantium, ut observant *Passer. de Stat. Homin. tom.* 2. *quæst.* 187. *art.* 2. *nu.* 31. ubi quòd si Principis, vel alterius personæ potentis auxilium implorent pro paupere carcerato, non dicuntur Advocati officium exercere, & *Amen. de Delict. & Pæn. tit.* 9. §. 8. *num.* 13. ubi *num.* 5. probaverat, 134 cum licentia suorum Superiorum Generalium posse pariter Religiosos esse Vicarios Episcoporum, & quidem non solùm Monachos, sed etiam Mendicantes, quòdque ipse fuit Vicarius Generalis bo. me. Montecatini Archiepiscopi Avenionensis, & P. Moronus Author Responsorum moralium, fuit Vicarius clar. mem. Cardinalis Cybo, tempore, quo erat Episcopus Æsinus, nimia forsan liberalitate asserendo, 135 quod sine fundamento loquatur *Sbroz. de Offic. Vicar. quæst.* 40. *per tot.* qui adductis multis concordantibus contrarium probat quoad Religiosos Mendicantes, & *Card. de Albic. apud Card. de Luc. de Præemin. discept.* 1. *num.* 119. & *seqq.* id

id admittens etiam in Mendicantibus, *& Pelliz. de Regular. tract. 8. cap. 6. sect. 4. num. 247.* In facti tamen contingentia eum *Laur. de Franc. de Contr. int. Episc. & Regul. qu. 122. pag. 481. & Barbos. de Potest. Episc. alleg. 54. num. 13. & 14.* crederem, ut quando Episcopus neminem ex Clero Sæculari habet, qui in munere Vicarii ei valeat inservire, 136 Sacram Congregationem Episcoporum, & Regularium debeat consulere, quæ attenta necessitate exposita, vel alia rationabili causa, solet id pro suo arbitrio concedere, vel denegare. Prout illam concessit in una *Caputaquen. 17. Novemb. 1593.* teste *Pignatell. consult. 26. n. 6. t. 10.*

137 Limitatur principalis conclusio in casu, quo Monasterium paupertate laboret, tunc enim per missum est Abbati exercere officium Advocationis ad alendos suos Religiosos, ut fecisse Lapum, qui ex lucro advocationis suos sustenta- 138 bat Monachos, testes sunt *Gonzal. ad Regul. octav. Canc. glos. 2. num. 34. & Corrad. in Prax. dispensat. lib. 5. capit. 4. num. 4.*

139 Si Religiosi claustrales publicè Aromatariam exerceant, lucri causa, indistinctè omnibus vendendo medicamina, *Fagnan. in cap. Nimis pravam num. 55. de Excess. Prælator. Monacell. in Formul. tom. 2. tit. 14. formul. 4. num. 17. & Rot. in Barchinon. Aromatariæ, 2. Junii 1690. coram Manuel* impressa apud *Bertachin. vot. dec. 134. num. 11.* ubi ta- 140 men, quod potest permitti eisdem Religiosis, ut vendant medicamina ad usum generalem, & bona fide parata, absque tamen receptis Medicorum, dummodò Aromataria collocetur in secretiori loco Monasterii.

141 Quoad pœnas horum criminum ferè omnes arbitrariæ sunt Judicibus, & commensurantur à qualitatibus, & circumstantiis facti, & personarum; illæ verò, quæ in Jure determinatæ sunt, recognosci possunt in eisdem Juribus citatis, in quibus illa prohibentur, nam post prohibitionem immediatè sequitur pœna, delicto correspondens, ut ex lectura.

142 Observa hìc cum *Nov. in Summ. Bullar. par. 1. commentat. 50.* Diaconos, ut vocant Selvaticos hoc est personas illas laicas, quæ servitio Ecclesiarum adscriptæ sunt, in Criminalibus, gaudere Fori privilegio, dummodò in illis concurrant conditiones resolutionis Sacræ Congregat. ne- 143 gotiis Regni Neapolitani præpositæ, emanatæ die 10. Julii 1623. quam refert *Barb. ad Concil. sess. 24. de Reform. cap. 6. num. 38. & 39. & in Summ. Apost. dec. Verbo Diacon. num. 8.* & per extensum registrat, *Novar. ubi suprà num. 1. & Pign. consul. 64. n. 2. t. 2.* latè illius materiam enucleando, estque talis.

144 *Sacra Cardinalium Congregatio, negotiis Regni Neapolitani præposita, certior reddita in nonnullis ejusdem Regni Diœcesibus, Diaconos, quos vocant Selvaticos, in maximum numerum citrà Ecclesiarum necessitatem excrevisse, volens eorundem exemptionis causam declarare, & fraudibus quibuscumque occurrere, de Sanctissimi D. N. Gregorii XV. mandato, vivæ vocis oraculo desuper habito, Diaconos Selvaticos hujusmodi pro Ecclesiarum, & Episcoporum servitio retineri, vel in locum quoquo modo deficientium assumi posse in Cathedralibus, seu Superioribus Ecclesiis ad summum quatuor, in Collegiatis, vel Parochialibus duos, in aliis verò Ecclesiis, in quibus Divina celebrantur, si Episcopo videbitur, unum; Quos quidem Episcopi pro suis gratis, & tales, qui omninò per seipsos, non autem per interpositam personam servitium debitum præstent, nec ullo modo criminosos, aut malæ conditionis, & famæ eligere debeant, aliàs & hi nullo gaudeant privilegio, & eligentes judicium Sedis Apostolicæ severum experientur. Eos verò privilegio Canonis non gaudere, Fori autem privilegio in Criminalibus omnino, in Civilibus quoad corporis districtionem tantùm, & immunitate ab oneribus personalibus, non autem ab aliis, durante servitio, frui debere, sed si alicubi majoribus utantur privilegiis, & immunitatibus (ex legitima consuetudine) cujus cognitionem, & declarationem in casu controversiæ eadem Sacra Congregatio sibi reservat, illam debere attendi, cognitionem verò aliorum præmissorum ad Ordinarios pertinere, hoc præsenti secreto statuit, præcepit, & declaravit Romæ 10. Julii 1623. OCTAVIUS CARD. BANDINUS, Laur. Campegius Secret.* Quod Decretum semper debitæ executioni demandavit, & in casus contingentia servandum esse rescripsit Sacra Congregatio Episcoporum, & novissimè in *Policastren. 12. Februarii 1700. & 25. Februarii 1701.*

145 Plura autem de horum Clericorum, seu Diaconorum selvaticorum privilegiis, & immunitate vide apud *Ricc. Synops. Decret. Sacr. Congreg. verbo Clerici Sylvatici*, ubi latè, & apud *Panim. dec. 6. annot. 6. nu. 62. & plurib. seqq.* ubi referendo plures resolutiones Sacrarum Congr. observat, quòd in tales Diaconos possunt eligi etiam nobiliores Civitatis, illosque gaudere dd. privilegiis, sed Episcopus prudenti dexteritate curare debet, ut iidem abstineant ab hujusmodi exercitio. Quod gaudent privile- 146 gio Fori, etiam in Civilibus: Quod pro tempore, quo Mariti sunt Diaconi selvaggi, etiam illorum Uxores gaudent iisdem immunitatibus, & privilegiis: Quodque tam ipsi, quàm Clerici conjugati, non possunt inviti eligi in Syndicos, & alios Officiales Universitatis.

147 Observa secundò, Sacram Congregationem Concilii *in Bituntina 4. Maii 1697.* quoad Subcollectores Apostolicos, per viam legis generalis statuisse, illos gaudere exemptione à Jurisdictione Episcoporum in causis civilibus tam activis, quàm passivis ad tenorem Decretorum Generalium ann. 1677. Dummodò permaneant in Loco, ubi sunt Subcollectores, secus alibi. Unicum verò Notarium eadem exemptione gaudere, durante tempore deputatio- 148 nis, non verò Curiorem: Declarando, illegitimum, seu ex quocumque damnato coitu procreatum, non posse in Subcollectorem deputari. Nihil demum firmando circa dubium, *an Judex deputari solitus à Nunciatura pro causis Civilibus Subcollectorum debeat esse Doctor alicujus Universitatis*, id relinquendo arbitrio, & prudentiæ Reverendissimi Nuncii Apostolici. Quod decretum tanquam 149 generale, & emanatum pro omnibus similibus controversiis vim legis obtinet juxta animadversa per *Fagnan. in cap. Quoniam 4. num. 3. & seqq. de Constit. & Raynaud. in Heter. Piet. t. 16. sect. 1. punct. 14. de Matrim. num. 12. & Pasqualig. quæst. moral. centur. 1. cap. 6. nu. 4. & per tot.* & firmata *per Rot. in dec. 7. num. 3. post Antonel. de Jurib. Cleric. & in Calaguritana Pontificalium 16. Nov. 1696. §. In præsenti cor. Ursin. & in Mindonien. prætensæ observationis Constitut. 12. Jan. 1705. §. Adstipulabantur cor. R. P. D. Ans.* Ad differentiam alte- 150 rius casus, quando super specialitate alicujus casus consulta respondet, ut distinguendo observat *Rota in Hispalen. Juris votandi 4. Februarii 1697. §. Distinguentes in fine coram Emin. Caprara*, quo casu si non benè exponatur 151 facti series, & taceatur veritas, nullatenùs attenditur *Rot. dec. 102. num. 15. & seqq. p. 19. recent. ubi concordan. allegantur Bertacchin. vot. decis. 113. num. 8.* egregiè *Rot. dec. 855. num. 15. coram Dunoz. jun.* loquens de resolutione Congreg. Rituum confirmata ab Urbano VIII. Adhoc 152 autem, ut eædem Resolutiones in judiciis attendantur exhiberi debent in authentica forma, solito Sigillo, & subscriptione Emin. Præfecti, ac Illustrissimi Secretarii munitæ, juxta speciale Decretum ejusdem Sacræ Congregationis *diei 2. Augusti 1631.* à f. m. Urbano VIII. approbatum, quod per extensum referunt *Barbos. de Jur. Eccl. lib. 1. cap. 4. num. 83. & de Just. de Dispensat. Matrim. lib. 1. cap. 4. num. 357. seqq.* & observant *Sylveir. Oper. Moral. opusc. 2. resol. 25. de Declarat. Card. num. 7. fol. 283. du Hamel. in Theol. Specul. & practic. tom. 7. lib. 1. discept. 3. cap. 3. sub num. 6. & cap. 6. sub num. 2. & Herincz. in Theol. moral. tract. 5. disp. 5. qu. 2. sub nu. 2.* 153 Et est registratum *in lib. 14. Decr. fol. 473.* Quod huic decreto causam dederit Barbosa, ex quo, tùm in Collectaneis ad Sacrum Concilium Tridentinum, tùm alibi, multa apocripha congesserit, asserit *Pignat. consult. Canon. 104. nu. 11. in fine tom. 9.* Cui an applicetur illud *Veh Tibi, veh nigra, veh dixit Caccabus olla* tacitus Lector judicet, ut in simili scripturæ liquit *D. Hier. lib. 2. ep. 4. ad Domn. Apologet.* Illud autem benè limitat *Card. de Luc. in Relat. Rom. Cur. For. disc. 16. num. 2. in fine* non procede- 154 re in Urbe, ob facilitatem illas recognoscendi, & confrontandi cum authenticis Registris in Secretaria, quæ juxta laudabilem praxim omnium commoditati publicè exposita sunt, nedum in ista, sed in omnibus aliis Urbis Congregationibus. Fagnanus verò hujus decreti religiosissimus Executor adeò punctualis fuit, ut in principio suorum operum solemnem emisit protestationem his verbis, *Quamquam ferè omnia exscripta fideliter, dum eidem Sacr. Congreg. essem à Secretis, ea tamen minimè habenda pro authenticis scire debes, quando Eminent. Cardin. Præfecti, & Secretarii subscriptione, signoque carent.*

155 Si autem facta perquisitione in hujusmodi Regestris non reperiatur decretum aliquod registratum, quod tamen appareat ex proprio charactere Cardinalis Ponentis in Positione adnotatum, tunc standum est eidem adnotationi, quæ habetur pro authentica resolutione, ratione magnæ fidei Car-

156 Cardinalibus omni jure debitæ, ut resolvit *Sac. Cong. Episcoporum in Mantuana Nullitatis Professionis* 3. *Aprilis* 1693. ad relationem Em. Carpinei, & agebatur de adnotatione resolutionis charactere cl. m. Card. Cybo. Et pro indubitato supposuit *Sacra Cong. Concilii in Melevitana* 8. *Augusti* 1705. In cujus Positione charactere Em. & R. D. mei Card. Panciatichi, meritissimi Præfecti, reperiebatur adnotatus consensus Partium circa expeditionem cujusdam concessionis restitutionis in integrum, idque impugnante

157 Defensore unius ex Collitigantibus, coactus fuit palinodiam cantare, & mediante speciali Memoriali, in plena Congregatione distributo, se declarare sequentibus verbis – *Supplicantur EE. PP. habere pro non dictis, neque scriptis ea, quæ dicta, scriptaque sunt in Italico Memoriali, §. Quindi molto meno, & seq. quoad ibi consensu controversum commissioni datæ Em. D. Magno Mag. quoniam dum talis consensus adnotatus reperitur in Positione, sine dubio, quamvis ego non recorder, à me datus erit* – Et generaliter *Rot.*

158 *dec.* 460. *num.* 22. *par.* 18. *rec.* ubi de adnotatione resolutionis manu Card. Aldobrandini, *& Monacell. in Formular. fol.* 356. *n.* 10. vide *infra lib.* 2. *t.* 9. *n.* 69.

159 Si verò eædem resolutiones sibi invicem adversentur, posteriores attendendæ sunt, *Sylveir. tract. var. opuscul.* 2. *de Declar. Card. numer.* 11. *fol.* 283. *& Pignat. consult.* 107. *in fine tom.* 1. *& consf.* 175. *num.* 3. *in fin. tom.* 4. & generaliter de opinionibus Doctorum *Rot. in dec.* 495. *num.* 1. *coram Emer. Junior.*

160 In utroque autem casu, tam scilicet si respondeat generaliter, quàm super specialitate alicujus casus consulta, Sacra Rota, nedum easdem resolutiones reverenter amplectitur, ut testatur *in dec.* 516. *num.* 4. *& seq. par.* 16. *rec. & dec.* 7. *num.* 4. *apud Anton. de Jur. Cleric.* sed etiam, cum eisdem se conformando, propriam sententiam mutat, ut practicavit *in Romana Cappellaniæ* impressa apud *Marchesan. de Commiss. par.* 1. *fol.* 140. *sub num.* 1. *& in dec.* 335. *numer.* 12. *par.* 19. *rec.* & in aliis casibus practicandum esse dixit *in Calagurritana fructuum* 5. *Decembris* 1691. §. *Quod optimè &* 20. *Junii* 1691. §. *Quam opinionem coram Benincasa.*

161 Quatenus autem in propria sententia, difformi ab illa Sacræ Congregationis persistat, solet hæc præcipere, ut ejus decisiones non imprimantur, ut practicatum fuisse in *una Salamantina Jurisdictionis* 9. *Maii* 1594. *coram Seraphino*, advertit *Fagn. in cap. Significasti num.* 15. *&* 20. *de Offic. Archidiac.* quæ proindè inter alias ejusdem Auditoris non reperitur.

Nota hic quòd declaratio Congregationis Concilii accipienda est pro regula in omnibus illis casibus, in quibus non militat diversa ratio, *Rota apud Bertachin. vot. decis.* 93. *num.* 17.

162 In causis pendentibus coram Ordinariis & concernentibus validitatem, vel invaliditatem matrimoniorum solet eadem Sacra Congregatio rescribere eisdem Ordinariis, ut in illis procedant non obstante inhibitione A. C. nisi emanaverit de speciali commissione Sanctissimi, ut respondit *in Neapolitana* 6. *Septemb.* 1687. *in lib.* 37. *Decr. fol.* 511. *& in Ferentina Visitationis Sacrorum Liminum*, 24. *Aprilis* 1700.

163 In aliis verò causis coram ipsa pendentibus solet aliquando non scribere resolutiones, sed oretenus illas Partibus aperire, teste *Fagn. in cap. Insinuante num.* 30. *in fine*, *Qui Cler. vel voven.* Quo casu attendendas non esse ex publicationis defectu asserit *Sylveir. opusc.* 2. *de Declar. Card. num.* 8. *fol.* 282. ubi quòd hoc verum est, etiamsi concludens afferatur documentum dictæ resolutionis non publicatæ. Aliquando verò rescribere *Ad mentem*, vel *ad D. Secretarium* ad hoc ut iste Partibus aperiat id, quod Congreg. rescribere voluit, quodque scribere noluit, ut observat *Rota in Tyburtina Fideic.* 2. *Martii* 1705. §. *Ratio coram R. P. D. Ansaldo*, ubi quòd id solet etiam practicare Sacra Rota; Quodque in aliquibus causis solent Sac. Congreg. rescribere *Ad D. Secretarium cum Sanctissimo*, sive pro obtinenda ab illo facultate aliqua, quam ipsæ non habeant, sive ad hoc, ut Princeps informatus existat de hoc, vel illo gravi negotio, vel materia, quæ in eisdem Sacræ Congregrationis pertractatur.

164 Quòd si quæras hic, an Jurisdictio Sacrarum Congregationum cesset vacante Apostolica Sede, Respondeo *cum Fagn.* pro veritate consulto *in c. Cùm olim à n.* 63. *usq. ad fin. de Major. & Obed.* Jurisdictiones Sac. Cong. d. tempore non expirare debere, tamen conquiescere Cardinalibus manentibus in Conclavi quoad illa negotia, & causas, quæ in ipsis Congregationibus expediuntur per subscriptionem Cardinalis Præfecti, seu habentis sigillum; Quia earumdem Jurisdictio est ordinaria, & ad causarum universitatem eis attri-

165 buta *à Sixto V. in Consf.* 74. *to.* 2. Jurisdictio autem ordinaria, per obitum Papæ non expirat *cap.* 2. *de Offic. Legat. in* 6. Dixi *quoad illa negotia, quæ expediuntur per subscriptionem Cardinalis Præfecti &c.* In cap. enim. *Ubi periculum, §. Idem quoque, de Elect. in* 6. præscribitur Cardinalibus,

166 ut negotio electionis Pontificis vacent, neque aliis se intromittant, duobus tantùm casibus exceptis, nempè urgentis necessitatis pro Terris Ecclesiæ, vel magni periculi imminentis, quæ exceptio firmat regulam in contrarium, vide *constit.* 63. § .6. *f. m. Pii IV.* Unde expediri solùm possunt

167 *Educandæ*, *Ita reperitur*, & similia, quæ scilicèt cum sola subscriptione Secretarii expediri solent, ut practicatum fuisse in Conclavi *f. m. Urbani VIII.* testatur *Fagnan. in d. cap. Cùm olim*, *num.* 83. *& seqq. de Major. & Obed.* & nos vidimus observati in Conclavibus ss. mm. Innoc. XI. Alexand. VIII. Innoc. XII. & Clem. XI. Non sic autem respectu

168 Sacræ Rotæ, cujus Jurisdictio cessat ad infaustum sonitum nolæ, denuntiantis obitum Summi Pontificis, ut observat *Rota in Auximana Jurispatronatus* 17. *Jun.* 1701. §. *nec ullum, coram Ansaldo.*

169 In citata causa Melevitana, *de qua sup. num.* 157. circa nullitatem professionis expressæ, non multum dubitatum fuit, quia concurrebant tot, & tantæ circumstantiæ, metum comprobantes, ut iste intrà evidentiæ fines constitutus dicebatur præcipuè dd. circumstantias habendo præ ocu-

170 lis simul unitas, ut in his terminis faciendum esse monent *Sperell. dec.* 79. *n.* 30. *Ciarlin. contr.* 108. *sub nu.* 68. *Pign. consul.* 173. *num.* 157. *tom.* 9. *& Barbos. vot. decis.* 77. *num.* 11. & practicavit *Rot. in dec.* 491. *nu.* 9. *cor. Royas*, *& dec.* 9. *num.* 81. *& seqq. cor. Arguel.* concludenter dicitur probatus metus, nedum cadens in constantem Mulierem, sed etiam in constantissimum virum, ut considerando qualitatem naturæ severæ, & terribilis in incutiente metum, præcipuè quando ei reverentia debetur, advertunt *Felin. consf.* 14. *num.* 9. *Honded. consf.* 29. *nu.* 36. *lib.* 1. *& Rot. cor. Ludov. dec.* 326. *num.* 12. *& dec.* 374. *num.* 16. ubi quòd reverentia cum terribilitate personæ sufficit pro justo metu, *& coram Peuting. dec.* 98. *num.* 3. *&*

171 *dec.* 234. *num.* 5. *coram Ubald.* Et considerando naturam valdè mitem, pusillanimem, & timidam metum passæ, observant *Sanchez de Matr. lib.* 4. *disput.* 3. *num.* 4. *& Rot. dec.* 98. *num.* 2. *cor. Peuting.* Et considerando animi

172 aversionem à statu Religioso advertunt adducti per *Ciarl. contr.* 108. *num.* 48. *Pignat. consult.* 180. *nu.* 12. *tom.* 9. *Rot. cor. Burat. dec.* 205. *num.* 4. *cor. Royas dec.* 491. *num.* 1. *&* 3. *cor. Dunoz. jun. dec.* 830. *num.* 1. *& cor. Arguel. dec.* 9. *num.* 36. *& in par.* 13. *rec. dec.* 211. *numer.* 2. *& seqq. &* resolvit Sacr. Congreg. Conc. *in Aquen. seu Arelaten.* 29. *Januarii*, *&* 19. *Februarii* 1701. *& in Provincia Bethice* 11. *Martii* 1702. Et considerando operationes

173 Patris incutientis metum tempore explorationis voluntatis filiæ, *Rot. cor. Seraph. dec.* 1166. *num.* 2. *in fine.*

174 Et considerando repugnantiam Puellæ accedendi ad eum qui ejus voluntatem explorare debet, resolvit Congreg. Particularis EE. DD. Carpinei, Casanattæ, Marescotti, Petrucci, Colloredi, & Sacripantis *in Conversana nullitatis professionis* 12. *Aprilis*, *&* 20. *Julii* 1698. *ut in lib.* 48. *Decr. Sac. Congreg. Concil. fol.* 182. *à tergo*: Et consideran-

175 do minas, & importunas suasiones Patris antè ingressum filiæ in Monasterium *Pignat. consult.* 173. *num.* 46. *& seqq. tom.* 9. *Rot. cor. Dunoz. jun. dec.* 930. *num.* 3. & recedendo à priori contraria resolutione resolvit Sac. Congreg.

176 Conc. *in Januen.* 1. *Decemb.* 1696. Et considerando preces aliis porrectas à Puella, ut ipsius coactam professionem impedirent, *Rot. dec.* 211. *num.* 9. *par.* 13. *rec.* Et considerando depositionem illius, qui adjuvare tentavit Puellam, ne co-

177 geretur coacta profiteri, *Pignat. consul.* 173. *num.* 147. *t.* 9. Et

178 considerando invitum discessum à Domo paterna, *Rot. coram Dunoz. jun. dec.* 930. *nu.* 3. Et considerando lacrymas emissas

179 per viam, & repugnantiam ingrediendi Monasterium *Rot. cor. Merlin. dec.* 590. *nu.* 4. Et considerando easdem lacrymas

180 professionis tempore emissas *Ciarlin. contr.* 108. *sub nu.* 1. *&* 53. *seqq. & Rot. cor. Royas dec.* 391. *sub num.* 1. *& cor. Arguel. dec.* 9. *n.* 37. *& dec.* 25. *nu.* 49. ubi refert illud Poetæ.

Nam lacrymæ interdum pondera vocis habent,

& dec. 89. *n.* 12. *&* 50. *& in par.* 13. *rec. dec.* 211. *num.* 10. *& in par.* 16. *dec.* 212. *num.* 1. & resolvit Sacr. Cong. Conc. *in Cephaluden.* 14. *Februarii*, *&* 18. *Julii* 1699. *& in Bisuntina* 18. *Junii*, *&* 9. *Julii* 1701. Et considerando solam Mo-

181 nialium non oppositionem instantiæ pro nullitate professio-

nis

nis coram ipsis per vim, & metum emissæ *Larr. dec. Gran. 63. num. 15. vers. ideo Rot. coram Merlin. dec. 523. num. 2. & in par. 19. rec. dec. 361. num. 2.* Et considerando positi- 182 vum discessum eorumdem à loco professionis, ex eodem motivo resolvit Sac. Congreg. Conc. *in Elnen. 5. Martii, & 9. Aprilis 1701.* Et considerando conquæstiones imme- 183 diatè post professionem *Pignat. consul. 163. num. 40. tom. 9. Rot. coram Arguel. dec. 9. num. 25. & seqq.* ubi quòd afflatus boni spiritus non tam citò pertransit, quodque statim sub- 184 sequutæ conquæstiones voluntatis repugnantiam clarè osten- dunt; Et considerando easdem extrajudiciales conquæstio- 185 nes emissas, tam ante, quàm post professionem *Rot. coram Caril. dec. 178. num. 6. & 7. & coram Peuting. dec. 98. num. 1. & coram Burat. dec. 205. num. 1. & 14. & in par. 4. rec. dec. 533. num. 5. & in par. 16. dec. 212. num. 1.* & resolvit Sac. Cong. Conc. *in Taurinen. 26. Januarii 1701. & in Elnen. 5. Martii, & 9. Aprilis ejusdem anni 1701.* Et con- 186 siderando easdem conquæstiones emissas intra annum *Rot. coram Ubald. decis. 189. numer. 4.* Et considerando easdem 187 conquæstiones emissas intra, & post quinquennium, *Rot. coram Merlin. decis. 628. num. 5. & in part. 13. rec. decis. 211. numer. 19.* & resolvit Sac. Congr. Conc. *in Neapolitana, 15. Decembris 1696. 4. Maii 1697. & 12. Aprilis 1698.* recedendo à priori contraria resolutione; *& in Cathacen. 23. Martii, & 20. Aprilis 1697.* Et considerando conti- 188 nuas Monialis conquæstiones post professionem, *Rot. coram Ubald. dec. 287. num. 16. & coram Carill. decis. 178. numer. 7. & decis. 229. numer. 3.* ubi quòd circa hanc con- 189 clusionem nulla apud DD. remansit difficultas, indefinitè approbando ea, quæ firmaverat antea *in d. dec. 178. à num. 1. usque ad num. 13.*

190 Major igitur difficultas restricta fuit ad professionem tacitam, ex quo agebatur de cursu annorum supra 30. quo tempore Monialis plura exercuerat munera, & officia, solis Monialibus professis competentia, prætendendo exinde inferre ratificationem, & approbationem prioris 191 professionis, quamvis nullæ, uti per vim, & metum emissæ, signanter ex renovatione ejusdem professionis, quam initio cujuslibet anni ad Constitutionum Monasterii præscriptum eadem Monialis, una cum aliis Monialibus, sponte fecerat.

192 Verùm nec etiam tacita hujusmodi professio in aliqua fuit habita consideratione, & meritò, quia ex talium officiorum exercitio sola, & simplex oritur præsumptio tacitæ ratificationis, quæ tollitur per contrariam præsumptionem, resultantem ex verbis, aliisque actibus, eidem tacitæ professioni ex diametro oppositis, juxta singularem *Gloss. in cap. Tuarum verb. Signatos de Privile.* quam sequuntur ibidem *Abb. numer. 6. & Dec. numer. 33. Innoc. in cap. Perlatum numer. 3. Hostien. numer. 22. & Fagnan. numer. 5. de His, quæ vi, metusve caus. Adden. ad Greg. decis. 385. numer. 6. vers. Excluditur Pignatel. consultat. 173. num. 40. & 179. tom. 9. Bertacchin. vot. dec. 130. num. 6. Rot. coram Ubald. decis. 189. num. 3. & decis. 277. numer. 2. & seq. & decis. 552. numer. 15. & coram Burat. decis. 205. num. 14. & coram Caril. decis. 229. numer. 3. & coram Merlin. decis. 628. numer. 7. & 8.* ubi de exercitio muneris Cellerariæ, *& coram Arguel. decis. 9. numer. 33. & coram Cerr. dec. 857. numer. 9. & in par. 14. rec. decis. 34. num. 11.*

193 Atque ex eodem motivo in nulla habere solet considerationе Sacræ Congregationis Concilii exercitia similium munerum, & signanter illa neglexit in *Sulmonen. 24. Aprilis 1694. lib. 44. Decr. fol. 173. à tergo*, ubi de officiis Religionis exercitis ab anno 1676. & in *Albinganen. 28. Julii, & 18. Augusti 1696. lib. 46. Decr. fol. 298. & fol. 345. à tergo*, ubi de officiis Religionis exercitis ab anno 1686. & in *Veneta, seu Mantuana nullitatis Professionis iisdem die, & anno lib. 46. Decr. fol. 345.* ubi de officiis Religionis exercitis ab anno 1684. ab eo, qui professionem emiserat in ætate annorum 25. & in *Corduben. 25. Januarii, & 22. Martii 1698. lib. 48. Decr. fol. 71. & 131.* ubi de officiis Religionis exercitis ab anno 1681. & in *Lingonien. 12. Aprilis, & 20. Decembris 1698. Lib. 48. Decr. fol. 213. & 598.* ubi de officiis Religionis exercitis ab anno 1688. *& in Mantuana 15. Novembris 1698. lib. 48. Decr. fol. 432.* ubi de officiis Religionis exercitis ab anno 1677. recedendo à contraria resolutione capta *die 6. Junii 1693.* & in *Cephaluden. 14. Februarii, & 18. Julii 1699. lib. 49. Decr. fol. 171. 252.* ubi de officiis Religionis exercitis ab anno 1682. & signanter Monialis per vim professa exercuerat munus Magistræ Novitiatum, & Decanissæ, & in *Bajocen. 16. Januarii 1700. lib. 50. Decr. fol. 1.* ubi de officiis Religionis exercitis ab anno 1679. & in *Mantuana eisdem die, & anno lib. 50. Decret. fol. 3.* ubi de officiis Religionis exercitis ab anno 1675. & agebatur de metu Viro profitenti incusso à matre, & Fratribus, & resolutio fuit confirmata *die 19. Julii 1701. lib. 51. Decret. fol. 375. & in Aquen. seu Arelaten. 29. Januarii, & 16. Februarii 1701. lib. 51. Decret. fol. 26. & 96. à tergo*, ubi de officiis Religionis exercitis ab anno 1686. & in *Elnen. 5. Martii, & 9. Aprilis 1701. lib. 51. Decr. fol. 98. & 170. à tergo*, ubi de officiis Religionis exercitis ab anno 1672. & in *Bisuntina 18. Junii, & 9. Julii 1701. lib. 51. Decr. fol. 300. & 375. à tergo*, ubi de officiis Religionis exercitis ab anno 1688. & agebatur de metu incusso à Matre, & in *Corduben. 17. Decembris 1701. lib. 51. Decret. fol. 587.* ubi de officiis Religionis exercitis ab anno 1677. & in *Provincia Bethica 11. Martii 1702.* ubi de officiis exercitis ab anno 1679. prævio recessu à decisis *die 14. Novemb. 1689.* & in *Mantuana 1. Aprilis 1702.* ubi de officiis Religionis exercitis ab anno 1681. *& in Antuerp. 10. Julii 1706.* quo hæc imprimuntur.

In quo sensu fuit etiam Sacra Congregatio Episcoporum, 194 & Regularium in *Januen. nullitatis Professionis 6. Julii 1696.* Ponente Eminentiss. & Rev. D. Cardinali Colloredo, ubi agebatur de Moniali professa de mense Junii 1665. quæ, excepto Abbatissatu, omnia alia exercuerat munera, & officia proprii Monasterii.

Præcipuè quia iidem actus, & munera exercita fuerunt 195 vivente Patre, qui metum incusserat, quo casu in nulla habentur consideratione ad inducendam tacitam professionem, eo quia malum principium influit in omnes alios actus durante causa ejusdem metus gestos, ex adductis per *Rebuff. consil. 68. num. 22. vers. Nec me movet*, ubi de taciturnitate annorum 14. *Ciarlin. controv. 108. numer. 56. & numer. 93. Pignatell. consult. 173. numer. 105. tom. 9.* ubi quòd tacita ratificationis professio in Viris nec etiam indu- 196 citur per Sacrorum Ordinum susceptionem, durante causa metus, referens ita decisum de anno 1663. à Sacra Congregatione Episcoporum, & Regularium, cum successiva approbatione san. mem. Alexandro VII. *Panim. decis. 29. numer. 55. & decis. 102, annot. 2. numer. 27. Rot. coram Peuting. decis. 98. numer. 15. & 16. & coram Arguel. decis. 9. numer. 1. & seqq. & numer. 35.* ubi de taciturnitate annorum 24. *& coram Burat. decis. 205. numer. 30.* ibique *Add. num. 35. & coram Ubald. decis. 189. numer. 9. & decis. 267. numer. 8. & 9. coram Royas decis. 491. numer. 16.* ubi de taciturnitate per spatium longissimi temporis, *& coram Seraph. decis. 1166. numer. 3. & coram Carill. decis. 178. numer. 6. & seqq.* ubi de taciturnitate annorum 24. quibus supervixit Pater, qui metum incusserat, *& in part. 1. rec. decis. 175. numer. 5. & in part. 2. decis. 705. numer. 1. & per tot. & in part. 13. decis. 211. numer. 25. & in part. 18. decis. 373. numer. 10.* & resolvit *Sacr. Congregat. Concil. in Sabinen. nullitatis professionis, 1. Julii 1662. lib. 23. Decret. fol. 211.* & in pluribus Causis restitutionis in integrum, & signanter *in Papien. 17. Februarii 1663. lib. 23. Decret. fol. 237. à tergo, & in Anconitana de anno 1664. 20. Decembris 1664. & 1. Martii 1665. in lib. 24. Decret. fol. 347. à tergo, & fol. 460. à tergo*, relata à *Pignatel. consul. 173. sub numer. 74. & 78. tom. 9. & in Taurinen. 23. Februarii 1669. lib. 26. Decret. fol. 180. à tergo*, & in citatis *Albinganen. 18. Augusti 1696.* ubi de taciturnitate annorum 13. *& in Bisuntina 18. Junii, & 19. Julii 1701.* ubi de taciturnitate annorum 14. ob prohibitiones, & operationes Monialium, & agebatur de metu incusso à Matre, *& in Neapolitana, seu Suessana, 8. Februarii 1710. 5.* ubi de taciturnitate annorum 14. *& in Romana seu Geneven. 3. Martii 1708.* ubi de taciturnitate annorum 14. *Et in Neapolitana 12. Aprilis 1710.* ubi de taciturnitate annorum 16. *Et in Urbevetana 11. Decembris 1711. & 11. Martii 1713.* ubi de taciturnitate annorum 25. *Et in Terracinen. 5. Martii 1712.* ubi de taciturnitate annorum 12. *& in Bisuntina 13. Decembris 1713.* ubi de taciturnitate annorum 21. *& in Ulixbonen. 17. Novembris, & 1. Decembris 1714.* ubi de taciturnitate annorum 15. *& in Cephaluden. 18. Julii 1699.* ubi de taciturnitate annorum 17. in cujus casu Sacr. Congregat. Concil. die 4. Februarii ejusdem anni, quando resolutionem distulit, rescribendo, *Dentur literæ Episcopo ad mentem*, hæc fuit, ut referret, qua de causa Oratrix distulerat tanto tempore judicialiter reclamare, cum successiva Episcopi Relatione, id referentis continuationi metus ob Patris supervivientiam, & duritiem ibi, *& ex Patris duritie processisse coactum Oratricis silentium*, prout hæc omnia referuntur in Folio distributo

dicta

dicta *die* 18. *Julii* 1699. & registrato *in lib.* 49. *Decret. fol.* 252. *& in Sulmonen.* 24. *Aprilis* 1694. *lib.* 44. *Decret. fol.* 173. *à tergo*, ubi de taciturnitate annorum 18. *& in Januen.* 1. *Decembris* 1696. *lib.* 46. *Decret. fol.* 480. ubi de taciturnitate annorum 21. *& in Corduben.* 17. *Decembris* 1701. ubi de taciturnitate annorum 24. de qua dilatione duorum annorum reclamandi post mortem Patris, qui metum incusserat, idque ex causa infirmitatis, *& in Mantuana* 16. *Januarii* 1700. *&* 16. *Julii* 1701. ubi de taciturnitate annorum 25. *& in Elnen.* 5. *Martii & 9. Aprilis* 1701. ubi de taciturnitate annorum 29. *& in Mantuana* 19. *Maii* 1703. *lib.* 53. *Decret. fol.* 221. *à tergo*, ubi de taciturnitate annorum 22. & de metu illato à Patre, & Fratre, *& in Senen.* 1. *Decembris* 1703. *lib.* 53. *Decr. fol.* 518. *à tergo*, ubi de taciturnitate annorum 14. & de metu pariter illato à Patre, & Fratre, *& in Altissiodoren.* 24. *Januarii* 1705. *lib.* 55. *Decr. fol.* 45. *à tergo*, ubi de taciturnitate annorum 8. & de metu incusso à Patre, *& in Tholosana* 8. *Julii ejusdem anni lib.* 55. *Decret. fol.* 264. ubi de taciturnitate annorum 30. & de metu à Patre illato, *& in Sancti Miniati* 3. *Octobris ejusdem anni* 1705. *lib.* 55. *Decret. fol.* 262. *à tergo*, ubi de taciturnitate annorum 16. & de metu incusso à Patre, & Fratre, *& in Tullen.* 23. *Januarii* 1706. ubi de taciturnitate annorum 20. & de metu illato à patre, *& in Caputaquen.* 2. *Augusti* 1710. ubi de taciturnitate annorum 24. deque metu incusso à Fratre, probatoque ex solis ejusdem epistolis à Civitate Neapoli scriptis, *& in Bononien.* 17. *Aprilis pariter currentis anni* 1706. ubi de taciturnitate annorum 29. & de metu incusso à Patre, & Fratre, *& in dicta Januen. nullitatis professionis* 6. *Junii* 1696. in Sacr. Congregat. Episcop. & Regul. ubi de taciturnitate annorum 31. *& in Urbevetana* 11. *Martii* 1713. in qua verificabatur Sacrorum Ordinum susceptio, & nihilominus rescriptum fuit pro gratia restitutionis in integrum.

197 Quo verò ad renovationem Votorum duas dabam congruas responsiones, Primam, quòd facta erat vivente Patre, qui timorem incusserat, & consequenter in illa non poterant figi pedes pro inducenda d. ratificatione, ut observat *Mascard. de Probation. conclus.* 1054. *numer.* 34. & resolvit *Sacr. Congreg. in Neapolitana* 18. *Aprilis* 1692. *lib.* 44. *Decret. fol.* 240. & in citatis *Cephaluden.* 14. *Februarii, &* 18. *Junii* 1699. *& in Mantuana* 16. *Januarii* 1700.

198 Secundam verò, quòd dicta renovatio Votorum erat actus necessarius, utpotè strictissimè injunctus à Constitutionibus Monasterii, & consequenter nullatenus erat aptus ad convalidandam professionem ex defectu liberi consensus in radice nullam, ad quem effectum requiruntur actus omninò spontanei, & totaliter liberi, atque nullatenus à particularibus Constitutionibus Monasterii præscripti, ut in terminis Individualibus, cumulatis innumeris concordantibus, advertit *Pignatel. consultat.* 180. *numer.* 16. *tom.* 9. & resolvit Sacra Congregat. Concil. *in Lingonien.* 12. *Aprilis, &* 30. *Decembris* 1698. ubi se quuta fuit fundatissimum votum Episcopi, in Folio registratum ibi *la dichiarazione, che l' Oratore à fatta ogni anno nella Casa Conventuale con tutti gl' altri Religiosi per la rinovazione de suoi voti, non lo deve impedire di reclamare, perchè questa sorte di rinovazione di voti è una ceremonia di divozione, e pietà, solita pratticarsi in tutte le case de Religiosi, & essendo necessaria, e di regola, non puol dirsi approvazione volontaria*. Egregiè *in Melevitana* 29. *Aprilis* 1702. ut in folio §. *Episcopus* ibi, *successivè quot annis renovationem votorum solemniter peregisse in die Epiphania Domini juxtà Constitutiones Ordinis, & omnes ordinationes Regulares, sicuti cæteræ Moniales Professæ observasse Pasqualig. quæst. mon. jurid.* 20. *n.* 5. ubi egregiè.

199 Pro quorum omnium faciliori admissione observabam teneram ætatem Monialis, quando professionem emittere fuit coacta, metus enim facillùs incutitur Mulieribus, & præcipuè teneræ ætatis, quàm viris, quòdque proindè minor in eisdem requiratur metus, quàm in Viris ad annullandam professionem, juxtà *Glossam magistralem in cap. Cum locum verb. Metus de Sponsal.* quam sequuntur *Pirhing. in Jus Canonic. tit. de His, quæ vi met. caus.* §. 1. *vers. Assertio* 6. *circa finem, Sanchez de Matrim. lib.* 4. *disp.* 3. *numer.* 2. *&* 4. *Ciarl. contr.* 108. *num.* 331. *& Rot. decis.* 771. *num.* 4. *part.* 1. *& dec.* 300. *num.* 57. *part.* 10. *recent. & coram Ludovis. decis.* 326. *nu.* 25. *& coram Ubald. dec.* 334. *num.* 4. *& coram Royas dec.* 491. *num.* 6. *& coram Dunozz. Jun. dec.* 930. *numer.* 2. *& coram Caril. decis.* 178. *num.* 2. *& coram Arguel. decis.* 9. *num.* 38. *& decis.* 25. *num.* 54. *& seq.* Itaut in Mulieribus non requiratur probatio metus, cadentis in constantem Virum ad annullandam professionem, sed sufficiat ille cadens in constantem Mulierem, ea ratione, quia Mulieris animus etiam constans, levioribus movetur affectibus, quàm animus virilis, juxta distinctionem *Butrii*, communiter receptam *in cap. Consultationis numer.* 6. *de Sponsal.* ibique *Abb. num.* 4. *Præpos. num.* 3. *& Fagnan. num.* 14. *Barbos. vot. dec.* 1. *num.* 22. *& seqq.* ubi, quòd aliam constantiam requirit recta ratio in Viro, quàm in Fœmina, & aliam in matura ætate, quàm in puerili, *Suar. de Relig. to.* 3. *lib.* 6. *cap.* 4. *n.* 11. *Sanch. de Matr. lib.* 4. *disp.* 17. *n.* 2. *Rot. cor. Ludovis. dec.* 374. *n.* 8. *& cor. Merlin. dec.* 600. *nu.* 1. *& coram Arguel. dec.* 9. *nu.* 38.

200 201

202 Imò, quòd sufficiat solus metus reverentialis, junctus cum minis, & importunis suasionibus Patris, ob reverentiam ei debitam, atque cum protestationibus, conquestionibus, & lacrymis filiæ, notabiliter advertunt *Abb. in cap. Cum virum num.* 8. ibique *Butr. num.* 6. *de Regul. Navar. cons.* 89. *num.* 2. *lib.* 2. *Graff. de effectibus Cleric. effect.* 4. *num.* 14. *Ciarlin. contr.* 108. *num.* 33. loquens de metu reverentiali erga Fratrem natu majorem *Portell. cas.* 32. *num.* 3. *par.* 3. *Pignatel. cons.* 173. *num.* 30. *&* 151. ubi testatur de praxi Sacra Congregatio Concilii *& consult.* 180. *num.* 23. ubi conclusionem ampliat, quando Pater est terribilis, *tom.* 9. *Rota coram Burat. dec.* 205. *numer.* 27. ibique *Adden. numer.* 42. *& coram Royas decis.* 491. *num.* 6. *&* 7. *& coram Dunoz. Jun.* loquente in terminis Puellæ annorum 17. *in decis.* 930. *num.* 2. *& coram Merl. decis.* 590. *num.* 2. *& seqq.* ubi probat, hanc opinionem veram esse, nedum attento Jure Ecclesiastico, & positivo, sed etiam naturali, & Divino, & testatur de praxi Sac. Congreg. Conc.

203 Demum terminabam scripturam cum illa animadversione, quòd etiam in dubio, se tenente ex parte defectus consensus, adhuc semper respondendum est pro nullitate professionis, ea ratione, quia in hoc dubio non consideratur favor Religionis, qui nunquam concurrit, non probato valido consensu, ut observat *Rebuff. cons.* 67. *in fin. Card. de Luc. de Regul. disc.* 41. *num.* 2. *& disc.* 43. *num.* 13. *Pignat. consul.* 173. *numer.* 43. 75. *&* 157. *tom.* 9. *& Rota decis.* 491. *num.* 20. *coram Roynas, & decis.* 9. *num.* 33. *& seqq. coram Arguel. & decis.* 134. *num.* 16. *par.* 14. *rec.* 204 Deus enim coacta servitia aspernatur *can. Jam verò* 25. *quæst.* 6. Atque voluntarium sibi militem eligit Christus, juxtà aurea verba *D. Ambrosii de Vit. Beat. lib.* 1. *cap.* 3. relata *in can. Non est* 15. *quæst.* 1.

205 Observantes hìc, quòd in omnibus illis casibus, in quibus metus concludenter probetur, eo ipso tempore, quo Sacra Congregat. Concilii respondet pro nullitate professionis, vel pro gratia restitutionis in integrum, semper solet injungere Locorum Ordinariis, ut adversùs illos, qui metum incusserunt procedant prout de Jure, & ad formam Concilii; Aliquando etiam præcisè eis demandando, ut ad illorum capturam deveniant, ut signanter novissimè practicavit, *in dicta Bononien.* 17. *Aprilis* 1706. Alios similes casus, in quibus Sacra Congregatio mandavit puniendum esse Patrem, urgentem filium, vel filiam ad ingrediendum Religionem, vide apud *Monacell. in formul. tom.* 3. *formul.* 36. *à num.* 6.

206 Criminibus Ecclesiasticis innominatis non incongruè uniri potest abusus ille Magistrorum Cæremoniarum, quando non contenti proprias adimplere partes, in Ministrorum Altaris officiis, & muneribus, nulla urgente necessitate, se immiscere volunt; Ipsi enim non dicuntur, 207 neque appellantur à DD. Operatores, & Ministri, sed Admonitores, Suggestores, Designatores, Demonstratores, & Rememoratores, ut sequendo *Cærem. Episc. lib.* 1. *cap.* 5. *post princip.* ibi *quæcumque agenda sint demonstrans*, observant *Cott. in Memorab. verb. Designatores, Corsett. in Prax. Cæremon. par.* 1. *cap.* 7. *num.* 4. *Graff.* pariter *in Prax. Cærem. lib.* 1. *par.* 1. *cap.* 2. *post medium Bauldr. in Manual. Sacr. Cæremon. pa.* 1. *cap.* 1. *artic.* 1. *num.* 20. *Biss. in Hierurg. verb. Celebrans num.* 297. §. 2. *Macr. in Hierolex. verb. Admonitor, verb. Designator, verb. Rememoratorius, & verb. Suggestor, & Turrin. in Direct. sacrif. cap.* 5. §. 1. ibi *officio, Ex nihil aliud agunt, quàm omnes monere, quamvis sæpè ob Acolythorum defectum, multa facere cogantur, ad alios spectantia.*

208 Ea autem, quæ ad Acolythos spectant, quæ nè in illorum defectum facere possunt, describuntur *in Cærem. Episc. lib.* 1. *capit.* 5. *de Offic. magistri Cærem.* his verbis.

bis. *Videat &c. an omnia rectè disposita, & ordinata sint, & sacra vestes, paramenta, & Vasa, Candelabra, Cerei, funalia, aliaque utensilia &c. nec gravetur aliquando etiam suis manibus adjuvare Ministros, cæterosque omnes, quorum opera uti oportebit:* Et loquendo de Clericis Cæremoniariis Cappellæ Pontificiæ, *Christoph. Marcell. lib. 2. c. 2. post princip.* ibi *Deindè, dum Pontifex orat. vadit detecto capite retro ad sinistram Pontificis, sequentibus Diacono, & Subdiacono, quo surgente ab oratione, removetur faldistorium, & scabellum per Clericos Cappella, vel, si absunt, per Ceremoniarios, & lib. 3. cap. 24.* ibi *subministrare &c. Candelabra, Intortitia, Ampullas Vini, & Aquæ, Thuribulum cum Navicella incensi, Vas aqua benedictæ &c.*

209 Quia verò, his non obstantibus, Præfecti Cæremoniarum ejusdem Cappellæ Pontificiæ ultimo loco prætensionem excitarunt, impedito Diacono, munus auferendi Mitram, & Gremiale Celebranti in eadem Cappella Pontificia, aliaque Diaconi munera, ad ipsos, non autem ad Subdiaconum ejusdem Cappellæ spectare, & pertinere, delata fuit controversia ad Sacr. Congregat. Rituum, ad quam uti proprium, & competens Tribunal,

210 similes controversiæ spectant, ex *Constitut. 74. Sixti V. Cong. 5.* quæ erecta fuit ad invigilandum, *ut veteres ritus sacri, ubi vis locorum in omnibus Orbis, Urbisque Ecclesiis, etiam in Cappella nostra Pontificia &c. diligenter observentur, caremonia, si exoleverint, restituantur, si depravata fuerint, reformentur.* Observando, quòd loqui-

211 tur in specie de Cappella Pontificia, in qua supposuit, Cæremonias exoleri, & depravari posse, demandando, ut exoletæ restituantur, & depravatæ reformentur, juxta exempla relata *in Vot. 8. num. 52. apud Remb.* duplaio *apud Rev. P. D. Fattinel. de Signat. Just. fol. 193. §. Ad secundum, & in Diar. Franc. Muccantis, sub die 25. Maji 1580. t. t. in fine* ibi, *quod Papa videns reprehendit me quod ita fecissem.* Allud exemplum de quodam Guido Magistro Cæremoniarum Capellæ Pontificiæ, vide *apud Rota in Romana Juris tumulandi 5. Martis 1703. §. Contrà secundum, cor. Priolo,* qui reprehenditur ab aliis Cæremoniarum Magistris his verbis – *quòd non sine nostro, imò potius ejus dedecore erit, qui temeraria sua audacia, & præsumptione falsa asseruit,* ut videre est *apud Monaccel. in Form. t. 4. dec. 7. n. 59.*

212 Proposita igitur causa in *ead. Sac. Cong. die 26. Apr. 1704.* informantibus acerrimè iisdem Cæremoniarum Præfectis, responsum fuit, *ut abstinerent in futurum ab imponendo, & auferendo Mitra, & Gremiale, nisi impeditis Diacono, & Subdiacono:* Cui resolutioni non acquiescentes, novas porrexerunt instantias in Congreg. diei 7. Junii ejusdem anni pro obtinenda nova audientia, eis meritò denegata cum rescripto, *Nihil de nova audientia, & servetur decretum diei 26. Aprilis,* quæ resolutio reperitur hodie, impressa in Bull. Clementin. *fol. 564.*

213 Rationes autem, ex quibus S. Cong. mota fuit ad ita rescribendum, plures fuerunt.

I. Quia Subdiaconus magis proximus est Diacono impedito, *In Caremon.* enim *Episc. lib. 1. c. 26. de Supplend. vicibus* pro regula statuitur, suppletionem faciendam esse per eum, qui immediatè sequitur impeditum, ibi *supplebit alter ei proximus,* & advertunt *Castald. in Prax. Carem. lib. 1. sect. 7. c. 4. n. 15. & sect. 8. c. 6. n. 4. Bauldr. in Manual. Sacr. Carem. par. 5. c. 26. de suppl. vicib. Canon. n. 1. & seq. Biss. in Hierurg. verb. Subdiaconus n. 196. §. 25. ante med. Bonfad. in Thes. Ecclesiast. dec. resolut. 7. n. 14. Barbos. in Summ. Apost. dec. collect. 391. Franc. de Eccles. Cath. c. 19. n. 129. & Card. de Luc. de Praem. disc. 41. n. 14. & seq. & disc. 43. n. 3.* & quotidiè resolvit eadem S. Rit. Cong. & signanter *in Tarent. Crispaliorum 29. Octob. 1606. & in Pisana 12 Junii 1628. & in Baren. 6. Octob. 1645. & in Novocomen. 29. Julii 1649. ad 3. dub. & in Senarum 29. Nov. 1670. & in Gerunden. 11. Febr. 1702. & 24. Novemb. 1703. & in Cremonen. 19. Jan. 1704. ad 1. dub. & alibi passim;* quia revera hujusmodi propositio,

214 quòd partes Ministri impediti supplendæ sint ab alio Ministro proximiore, congruè vocari potest unum ex primis principiis Sacrorum Rituum, Et loquendo in specie de Capella Pontificia *Par. de Grass. in Opusc. Carem. M. M. S. S. asservato in Vaticana Bibliotheca n. 5634. fol. 194. c. de supplend. omnium Ordinum vicibus in Cappella Papali* ibi. *Non est pro cujusque arbitrio vicem supplere deficientis Ordinis, aut persona in Cappella Papali &c. & quidem regulariter Majores Minorum vices non supplent, nisi ex necessitate; Contrà verò supplent Minores vices Majorum &c. ut si prior Episcoporum in suo ministerio defecerit, aut quia non potuerit, aut quia no-*

215 *luerit, supplet secundus &c.* latè deindè enumerando omnes

Ursaya Institut. Crimin.

illos Ministros, quibus impeditis, illorum partes suppleri debent à proximioribus, & pro regula statuendo ibi *quod intelligo in iis, qua sunt Ministerii, non autem Ordinis,* & meritò, quia, ea quæ ordinis sunt, à nemine suppleri possunt.

216 II. Quia ita exigit decor, & Majestas Sacrarum functionum; Non enim in dubium revocari potest, magis decorosum, magisque dignum esse servitium illud, quod præstatur à magis qualificato Ministro, qualis est Subdiaconus, ex animadversis per *Castald. in Prax. Carem. lib. 1. sect. 7. cap. 1. num. 1. & du Saussais in Panopl. Episcop. lib. 6. cap. 6. in med. vers. Verùm;* eo quia dignitas, & decor servitii non dicitur consistere in ipsa re, sed in

217 qualitate Personæ, illud præstantis, ut benè probat, & exemplificando declarat *Card. de Luc. de Servit. disc. 65. sub num. 11.* & meliùs *Gavant. ad Rubric. Missal. par. 2. tit. 12. de his qua omitt. in Miss. pro Defun. lit. A* ibi *Cùm non teneat Subdiaconus patenam, qua solemnitatis indicium est, debet incensare Sacramentum ejusdem elevationis, ut à digniore Ministro non impedito id fiat, Rot. dec. 244. n. 3. in fine, par. 3. rec.* ibi *-Convenire igitur videtur, ut per digniorem celebretur.* Et in terminis Cappellæ Papalis *Paris. de Gras. in citato Opusculo asservato in Bibliot. Vatican. n. 5634. fol. 194. à ter.* ibi -- *Quibus omninò deficientibus* (loquitur autem de

218 Episcopis) *digniores Prelati &c. vices supplent,* Quòd autem Subdiaconus sit Cæremoniariis major, & dignior, adeò clarum est, ut probatione non indigeat, & clarissimè asseritur ab eodem *Paride de Grass. in d. Opusc. f. 169. à ter.* his verbis *Et ut breviter concludam, licèt Magister Caremoniarum*

219 *quoad locum sui honoris mediatè subsit Secretis Cubicularibus Papa prasentis, aut eodem absente Accolythis immediatè succedit, nam, & ipsi duo ex decenti Accolythorum numero erant, paremque cum illis mercedem habebant ex Apostolico Fisco de minutis servitiis, sicuti etiam hoc tempore singuli percipiunt quantum quisque illorum, tamen in eo tempore quod magistrat, vel potiùs ministrat, ac subministrat in Cappella Papali, cedere omnibus, & universis tamquam minor debet -* Si enim omnibus, & universis in Cappella Papali Cæremoniarum Præfati tamquam minores cedere debent, multò magis minores erunt, & cedere debebunt Subdiacono, uni ex principalioribus Altaris Ministris, & in eodem pœnè officio existente, in quo Diaconus reperitur, ex infra observandis *n. 224.*

220 III. Quia Subdiaconus sacris indumentis paratus reperitur, Inter tractantes siquidem de Sacris Ritibus non reperitur forsan propositio magis certa, magisque communiter recepta, quàm quòd Ministri, sacris vestibus induti, præferendi sint aliis non paratis, nedum quando in eadem reperiuntur dignitate, & gradu, sed etiam quando Minister non paratus est major, ex animadversis per *Turrin. in Direct. Sacripar. 1. sect. 2. c. 3. §. Hac de Assistente, & seqq.* exinde inferens, quod

221 Sacerdos assistens cum sola Cotta postponendus sit Diacono, & Subdiacono paratis, nedum in stando, sedendo, & procedendo, sed in quacumque alia actione, id pluribus exemplis Pontificiæ Cappellæ comprobando, & ex usu Ecclesiæ in aspersione Aquæ benedictæ in die Dominico, in impositione Cinerum, in benedictione Candelarum, & Palmarum, necnon in osculo Crucis, in quibus omnibus Ministri parati omnibus aliis præferuntur, & in specie circa prælationem debitam Ministris paratis in concursu non paratorum in Cappella Pontificia multa ex laboribus aliorum transcripsit *Christ. Marcel. lib. 2. c. 5.* & latè *D. Advoc. Piton. discep. 15. per tot. ubi*

222 *n. 8.* refert *resol. Sac. Cong. Rit. in Seguntina 17. Nov. 1657. & à n. 13.* per extensum registravit Votum unius ex hodiernis Præfectis Cæremoniarum Cappellæ Pontificiæ pro veritate requisiti, & suum Votum concludentis his verbis, *Respondeo, omnes paratos ratione paramentorum sacrorum debere refici Sanctissima Eucharistia ante omnes de Choro non paratos.*

223 Obiter ex hac animadversione inferendo, nullum habere fundamentum prætensionem aliquorum Præfectorum Cubiculorum Emin. Card. in Fer. V. in Cœn. Dom. communionem sumere volentium ante Cappellanos, seu Sacerdotes illos, qui Cardinali Celebranti assistunt, & inserviunt: & ratio adducitur in eodem Voto §. *Lisudetti post medium,* quia scilicet iidem Cappellani sunt Ministri Altaris, quia se habent per modum unius corporis cum Celebrante, & quia reperiuntur cum vestibus sacris.

224 IV. Quia Subdiaconus in eodem penè officio dicitur esse, in quo Diaconus reperitur circa ea, quæ peculiariter infixa, & annexa non sunt Diaconatus ordini, sed ad illius ministerium, & munus spectant, eo quia Diaconus latinè interpretatur Minister, Subdiaconus verò Subminister, ut advertunt *Hugo de Sancto Victore de Caremon. sac. lib. 1. cap. 38. Albin. Flac. Alcuin. de Divin. Offic. tit. Quid significent vestimenta, §.*

H *Pal-*

Pallium in fin.lit.E.fol.1091. Amalar. Fortunat.de Eccl. Offic.lib.2.c.11.& c.15 de Variet.Sandal.Vicecom.obser.Eccl.lib.4.tit.de Miss.parat.lib.3.c.14.ante finem Castal.in Prax. Cærem.lib.1.sect.7.c.5.n.22.Bauldr.in Manual.Sacr.Cærem.par.1.c.13.art.1.n.39.& Biss.in Hierurg.verb.Subdiaconus num.194.in princip.

225 V. Quia Cæremoniarii in omnibus Libris Sacrorum Rituum annumerantur inter Clericos,& vocantur Clerici Ceremoniarii, signanter verò ab Authoribus, quos sequutus fuit *Christoph. Marcel.lib.3.c.4.de Cleric. Cæremoniar. A Paride* autem *de Grassis in Opusc. Cæremoniarum in Vatic. Bibliotheca n.5634.fol.150.à terg.* pacificantur Accolytis; Igitur omni Jure locum cedere debent Subdiacono in supplendis vicibus Diaconi impediti, nè pedes stent super humeros, ut in individuo observavit *Rot. in dec.4.n.39. cor. Otthob.* in qua cum longè minori improprietate Diaconus prætendebat prælationem in concursu Presbyteri.

226 VI. Quia, *ut observavimus suprà n.207.* Cæremoniarii non sunt Operatores,& Ministri, sed Admonitores, Suggestores, Designatores, Demonstratores, Rememoratores &c.& loquendo in specie de Cæremoniariis Cappellæ Pontificię, *Castald. in Prax. Cærem.lib.1.sect.1.n.12. & Paris. de Grass. in Diar. anni 1506.* asservato in Bibliotheca Vaticana, *nu.5635. fol.2.* duplato in eadem, seu originaliter existenti *in n.7305.* Igitur non possunt, neque debent se immiscere in iis, circa quæ determinati adsunt Ministri *ex suprà allegatis*.

227 VII. Demum, quia ita in specie advertit *Par. de Grass. lib.1.c.25.de Usu Mitræ pretiosæ* ibi *Officium Diaconi est ponere, & deponere Mitram, ac Biretum in Missa, nisi quando est occupatus in eadem, ut quando post incensatum à Celebrante Altare, ipse capit Thuribulum de manu ejus, quia tunc non potest ponere Mitram, sed illo casu pro Diacono supplet Subdiaconus, aut Assistens Cappellanus, vel Cæremoniarius.* Observando hic, quòd ex nominatione Cæremoniarii nihil infertur contra præmissa. Vis enim consistit in ordine illorum,

228 qui supplere debent, nempè primò Subdiaconus, secundò Assistens, & ultimò Clerici Cæremoniarii; Impeditis enim omnibus illis Ministris, qui possunt illius partes supplere, necessarium est, ut tamdem aliquando reperiatur aliquis, & sic Clericus Cæremoniarius, qui in omnium defectum partes impediti suppleat; Cæterum ex dicta posteriori nominatione Cæremoniarii nullatenus diminuitur pręcedentia supplendi debita primo loco nominatis, juxta animadversa per

229 *Piagg.de Consuet.q.11.n.543. Barb.de Jur. Eccl.lib.1.c.21.nu.18.& seqq. Panim.dec.13.annot.6.n.16. Pignat.consult.104.nu.54.t.1.& Rot. dec.596.n.3.par.18.rec.& dec.1025.n.2.cor. Emer. Jun.& in Cæsaraugustana Præcedentiarum 28. Aprilis 1634.§. Concurrunt cor. Ghisler.*

230 Subsidiaria verò suppletio Cæremoniarii circa Mitræ, & Gremialis depositionem, adeò restricta fuit per hunc celeberrimum Cæremoniarum Magistrum, ut licèt in ejus *Opusc. Cærem.in Bibliothec.Vatic.n.5634.fol.194.* pro regula, & instructione Successorum adnotasset, quòd *regulariter majores minorum vices non supplent, nisi ex necessitate*, ex quo forsan similis regula transcripta fuit in Cæremoniali Episcoporum *lib.1.c.26.de supplen.vicib.* ibi — *regulariter majores minorum vices non supplent nisi ex necessitate, sed contra inferiores superiorum vices subeunt* — adhuc congruentius existimavit priùs ad supplendum admittere assistentem digniorem, quàm Clericum Cæremoniarium infimum, ultimumque locum tenentem inter Altaris minores Ministros.

231 Allegata fuit in contrarium authoritas *Christoph. Marcell. lib.2.c.30. Circa ordin.distrib.candel.* ubi prius nominat Cæremoniarium, quam Diaconum, & Subdiaconum, ibi *Clerici Cæremoniarum, Diaconus, & Subdiaconus Cappellæ, & lib.3.sect.5.c.3.de Ord.dand.pacem,* ibi: *Tùm alteri Cæremoniarum Clerico, deinde Diacono Evangelii, & inde Subdiacono.* Verùm in nulla consideratione habita fuit, eo quia innumeris abundat erroribus, indicatis *à Pignatel.consult.104.n.21.vers. Quanam vero, lib.1.& à Paride de Grass.in Opusc. Cærem.in Vatic.Bibliot.existenti n.5634.fol.166.* & latius ex ejusdem Diario die 11. Mart.1517. ubi postquam enumeravit

232 errores,& falsitates ejusdem Libri in omnibus ferè illius partibus, asserendo: *Deindè cum collatione facta de illo impresso cum nostro, inveni ssem multa fuisse ad libitum addita, & plura similiter cassata, retuli Papæ &c.*& ibi *Si transeat sub silentio, & conniventibus oculis patiar illas per libros Sacrorum Rituum nuper sub nomine cujusdam falsi, & temerarii Authoris impressos, certumque &c.*& ibi *Qua pœna apud Nos afficiendus erit, qui non solum sacra descripserit, sed etiam descripta corruperit, ac corrupta divulgaverit &c.*& ibi *Qui, quod nemo aliàs etiam inter sacras cæremonias educatus unquam ausus fuisset, auderet non solum Librum hunc in profanas manus edere, sed etiam multa subtrahere, nonnulla addere, & quamplurima immutare & corrũpere &c.*& ibi *Sed quid in his moror, ad mille, & supra corruptiones B. P. enumeravimus in Libro, hoc nuper impresso, dum illum cum exemplari Prothocollo Pientini Præsulis veri Authoris contulimus, nec verbis nostris fidem habeat S.V. Librum ipsum, quem protuli, intueatur, signata sunt loca, aut asterisco, aut linea, aut litura, nulla prorsus pagina errore vacat &c.*& ibi *Præterii ultra hæc multa, his non minora, sive negligentia, sive ut omnia pariter confundere, &c.*& ibi *nec eam una cum ipsis Cæremoniis ab isto insolenti jactatore corrumpi patiaris &c.* & alibi frequenter, Tamdem in fine refert, se obtinuisse à Leone X. ut idem Liber omninò combureretur,& quidem mediante relatione Sanctitati Suæ facta in Consistorio à tribus Cardinalibus deputatis, nempè Antonio de Monte tituli Sanctæ Praxedis, Petro de Accoltis tituli Sancti Eusebii, & Achille de Grassis tituli Sancti Sixti, ibi

233 *Hanc Epistolam cum in manibus Papæ dedissem, legissetque libenter, & avide, & acceptasset rationes, & argumenta mea, penes me allegata, versus ad Cardinales aliquos, qui sibi forte adhærebant, dixit, me rationem habere super petitionibus meis, & Librum Cæremoniarum nuper impressum comburi simul cum falso Authore sicut postulassem, aut saltem ipsum Authorẽ corrigi, & castigari omninò debere, prout præsentibus videretur. Itaque ad primum Consistorium rem, ac Causam differre, ut in ipso Consistorio proponerem, prout proposui audientibus omnibus, & statim Papa mandavit tribus Cardinalibus, videlicet R. D. Antonio de Monte tituli Sanctæ Praxedis, & D. Petro de Accoltis Sancti Eusebii Anconitano, & D. Achilli de Grassis Sancti Sixti Cardinali Bononiensi, Protectori Officii Cæremoniarum fratri meo, ut petitiones meas ad partes pleniùs intelligerent, & me, prout Juris fuerit, & sibi videretur expedirent, tàm super Libro comburendo, quàm Authorem castigando, & ad Urbem citando personaliter, & comparendo.*

234 Exagerata pariter fuit, sed pari infœlicitate consuetudo favore eorumdem Cæremoniariorum, eo quia nullatenus probabatur in Facto,& probata non relevasset in Jure, quia tolerari non debet consuetudo, ut minùs dignus præferatur di-

235 gniori, utpotè repugnans omnibus Juribus, ut de Jure Divino videre est *in Can.ult.dist.9.*& observat in eorum Tractatibus

236 de Præcedentia *Manriq.q.18.n.9.& Crus.lib.5.c.12.n.5.* De Jure naturali videre est *in §.fin.* ibique *Gloss. Instit. de Jur. natur. Gent.& Civil.*& advertunt *Decian.respons.7.n.17.lib.3.*

237 *& Manriq.& Crus.in locis proximè citatis*; De Jure Canonico *in cap. Statuimus de Major. & obed.* & in aliis locis addu-

238 ctis per *Franc.de Eccles.Cathedr.c.33.nu.183.& seqq.* Et demum de Jure Civili *in leg.1.ff.de Alb.scrib.in leg.Gradatim, ff.de Muner.& honor.& in toto tit.Cod.Ut dignit.ord. servet. lib.12.* cum aliis Juribus,& authoritatibus, quas refert, & sequitur *Rot.in dec.34.n.3.ap.Novar.in Sum.Bull.& in dec.4.n.36.& seq.cor.Otthob.* ubi quòd similis prætensio repugnat Juri, rationi,& sensui, sicuti repugnaret, quòd pedes starent super humeros, *& in Colonien. Præcedentiæ 1. Julii 1695. §. Potissime, coram R.P.D. Muto,* ubi referuntur aliæ resolutiones Sac. Cong.

239 Neque pondus aliquod additum fuit eidem consuetudini ex Papæ præsentia; Aliud quippe est, aliquod fieri in præsentia, hoc est cum approbatione Principis, & aliud cum ipsius tolerantia; Unde *Gloss.in Can. Frustra v. Consuetudinem distinct.6.* benè advertit, ad consuetudinis validitatem non sufficere Principis tolerantiam, quia multa per patientiam tolerantur, quæ si deducta fuerint in judicium, exigente justitia, tolerari non debent, ut dicitur *in cap. Cum jamdudum, de Prebend.*& notant *Abb.in c. ult. n.8. de Consuetud. Vidal. Cas. Consc.in Append. Miscell.inquis.5.n.12.& seqq. Rot.dec.1552.n.23.cor.Coccin.dec.2.n.12.& seqq.par.18.rec.*

240 Nota demum hic quòd Diario Magistrorum Cæremoniarum Capellæ Pontificiæ omnis adhibenda est fides, Rota in Romana Juris tumulandi 5. Martii 1703. §. Agnoverunt coram Priolo, post *Monacell.in Formul.t.4.dec.7.n.58.*

FINIS PRIMI LIBRI.

IN-

INSTITUTIONUM CRIMINALIUM

ADVOCATI DOMINICI URSAYÆ.

Liber Secundus.

De Criminibus merè Sæcularibus.

1 CRIMEN merè Sæculare dicitur, vel ab ejus origine, quia scilicet non est ab alia lege sub pœna prohibitum, quam à lege Sæculi, atque est Juri Canonico penitus incognitum, Vel attenta ejus cognitione & pœnali animadversione, quod scilicet si committatur à Laico, solus Judex Sæcularis cognoscere, & punire debet, etiamsi aliàs tale delictum per Sac. Canon. sub pœna prohibitum sit, ut observant *Clar. in Prax. §. 1. n.7. Decian. l.5. c.1. n.2. & Farin. qu.18. n.* 18. Quia verò inter hujusmodi Crimina principem obtinet locum illud læsæ Majestatis, quod omnium delictorum maximum, enormissimum, & atrocissimum appellant *Rolan. cons. 73. num.1. & Rayn. tom.1. cap.2. §. 1. num.1.* ideo primo loco de illo subnectimus.

TITULUS I.

De Crimine Læsæ Majestatis.

2 DEfiniri potest hoc Crimen, *Machinatio, seu conspiratio contra vitam, Dignitatem, vel potestatem Principis vel Reipub. aut eorum, quibus talis collata sit potestas Decian. lib.7. cap.2. num.9.* cum quo concordat *Amen. de Delict. & Pœn. tit.2. §.6. num.3.*

3 Particulæ autem hujus definitionis non possunt clariùs explicari, quàm enumerando illos à quibus, contra quos, & qualiter hoc Crimen committitur.

4 Primo igitur loco sciendum est, quòd humana Majestas, quæ aliquando accipitur pro externo splendore, pro gloria nimirum, opibus, personæ reverentia &c. ad notata per *Carpzov. in pract. Crim. quæst.41. num.18. & seqq. par.1.* ad nostrum effectum sumitur pro Jure, quod in summa potestate consistit, ut observat *Villos, differ.6. §.3.* Illaque, vel est Pontificia, vel Regia, seu Sæcularis *Can. Duo sunt 97. dist., & cap. Solita de Major. & Obed.*

5 Si loquamur de Majestate Pontificia, est subdistinguendum, quod, vel agitur de persona ipsiusmet Pontificis, & certi Juris est, quod contra eum committitur Crimen læsæ Majestatis: Summus enim Pontifex supra omnes alios Mundi Principes Majestatem habet *Can. Cuncta 18. quæst.3. & cap. Omnes Principes de Major. & obed.* Vel de personis S.R.E. Cardinalium, & tunc idem dicendum *Cap. Fœlicis de Pœn. in 6.* & ex allegatis per *Cohell. ad Bull. bon. regim. cap.14. num.111.* Ea ratione, quia sunt pars Corporis Pon- 6 tificis juxta *Gloss. in extrav. Execrabilis Verb. Sublimitatem de Prabend. & Dignitat. Barb. de Jur. Eccl. lib. 1. cap.3. per tot. Rayn. tom. 1. cap.2. §.1. num.8. & seqq.* Atque adest in hac parte *Const.92. B. Pii V. in Bullar. nov. tom.2.* extendens illam Bonifacii VIII. registratam *in c. Felicis de Pœn.* etiam contra scientes, & non revelantes offendere tentantes S.R.E. Cardinales. Idem est de Legato à latere, & de Urbis Vicario, qui Cardinales esse solent. Quatenus tamen Cardinales non essent, adhuc contra ipsos hoc Crimen committeretur, ut probat *Rayn. to.1. cap.2. §.1. nn.24. & seqq.* Idem denique de Episcopis, Archiepiscopis &c. 8 temporalem Jurisdictionem, & Castra habentibus *Farin. quæst.122. inspect.1. num.59. & seqq. & inspect.2. à num. 131.* usque ad finem, & *Rayn. ubi supra num.82.* quòd si Episcopi Jurisdictionem temporalem non habeant, tunc illos occidens dicitur reus parricidii.

9 Si de Regia, & Sæculari Majestate sit sermo, pariter est subdistinguendum, quod, vel loquimur de ipsismet Principibus Supremis, vel de Inferioribus,

10 Si de Principibus Supremis, veluti de Imperatore, Rege Hispaniarum, Republica Januensi &c. & tunc certum est, quod contra istos Crimen læsæ Majestatis committitur, quia proculdubio Majestatem habent *leg. Quisque Cod. ad Leg. Jul. Majest. Decian. lib.7. c.2. num.30.* Idem dicendum est de eorum intimis Consiliariis, Senatoribus, Præfectis Militiarum, Prætoribus, & Præsidibus Regnorum, & 11 Provinciarum, quia isti omnes, sive in militia togata, sive armata cum ipsis Supremis Principibus militare dicuntur *Gloss. in d. leg. Quisquis verb. Militant. Cod. ad Leg. Jul. Majest. & Farin. cit. quæst.112. inspect. 1. num.51. & seqq.*

12 Si de inferioribus, & tunc pariter est subdistinguendum, quòd, vel loquimur de non recognoscentibus Superiorem, vel de recognoscentibus illum.

13 Si de non recognoscentibus, dicimus, quòd secundùm communem opinionem hoc Crimen committitur contra illos, & contra quamcumque Rempublicam, vel Civitatem Superiorem non recognoscentem, ut in nostra Italia est Respublica Lucensis, & similes, *Leg. 1. & tribus seqq. ff. Ad leg. Jul. Majest. Clar. in prax. §. Læsæ Majestatis num.2.*

14 Si de recognoscentibus, quales sunt Principes Feudatarii, & tunc, vel isti habent plena Regalia, quales sunt Duces, Marchiones, & Comites, qui in suis Locis, & Territoriis à suis Subditis habentur tanquam Imperator in suo Imperio, & Rex in suo Regno, & tunc contra eos committitur Crimen Læsæ Majestatis, quia propter plena Regalia, habent in se Majestatem, quæ lædi potest. Duo tamen copulativè debent concurrere. I. quòd offendantur in persona propria, Et II. 15 quòd habeant merum, & mixtum Imperium, hoc est idem jus in personas, & res Subditorum, quòd habent Imperator, & Rex in suis Subditis, *Boss. in Prax. tit. de Crim. Læs. Majest. nu.51. & 52. Clar. in Prax. §. Læsæ Majest. num.3. & Rayn. tom.1. cap.2. §.1. per tot.*

16 Committitur hoc Crimen à multis, ut autem perfectè sciatur, quis dicatur Reus hujus Criminis, est distinguendum, quòd, vel quis est subditus alicujus Principis, vel non.

17 Si non est subditus, & tunc pro regula traditur, quòd ab ipso hoc Crimen non committitur, quia cùm non teneatur revereri Majestatem ejus, cui subditus non est, non potest cogitari qualiter ejus lædat Majestatem *Clem. Pastoralis §. Denique, & §. Quod si punitio de Sent. & re Judic. Fag. in c. Ad falsariorum n. 19. de Crim. fals. Petr. in Rit. Magn. Cur. rit. 274. n. 80. & Rayn. t.1. c. 2. §. 2. nu.3.* Nec sufficit quòd quis possideat bona in statu illius Principis, nisi, vel ratione originis, vel ratione domicilii ejus subditus existat *Clar. in Prax. §. Læsæ Majestatis num.6.* Hinc est quòd si Feudatarius offendat Principem, cui aliter subditus non sit quàm ratione Feudi, non erit Reus Læsæ Majestatis, etiamsi de- 18 lictum sit commissum in Territorio ipsius Principis *ex cit. Clem.* Ratio est, quia Feudum non dat Imperium Domino Feudi in suum Feudatarium. Ex illius enim concessione tan- 19 quam ex contractu Feudatarius Domino obligatur, non

autem ejus Imperio subjicitur *Farin. quæst.* 112. *inspect.* 8. *num.*168. Eadem ratione offendens Nuncium, vel Oratorem alicujus Principis, cui ipse non est subditus, Reus hujus Criminis appellari non potest *Farin. quæst.*112.*inspect.* 8. *num.*169.

21 Ita pariter licèt Episcopi, Sacerdotes, & cæteri Clerici, nati in Terris subditis alicui Principi Sæculari, dicantur esse naturaliter, & originaliter de Dominio, Statu, & Ditione ejusdem Principis *cap. final.* §. *Nec aliquid de Offic. deleg. in* 6. & largo etiam modo dicantur ejus subditi, ut tradit *Boss. in Prax. tit. de Crim. Les. Majest. num.*88. Nihilominus quia Clerici in sortem Domini assumi dicuntur, 22 non habent Superiorem Principem aliquem Sæcularem, etiamsi sit Imperator *cap.* At *si Clerici*, *& cap. Cum non ab homine de Judic.* Et mediante Ordine eximuntur ab omni Jurisdictione laicali, tam quoad personas, quàm quoad bona *cap. Quamquam de Censib. in* 6. *& leg. Placet. Cod.* 23 *de Sacros. Eccles.* Inde sequitur, ut revera post adeptum Clericatum non possunt amplius dici subditi Principis Sæcularis, & per consequens quod committant contra illum Crimen Læsæ Majestatis *Fagn. in cap. Ad falsariorum nu.*45. *de Crim. fals.* ubi quòd hæc est communis opinio, & *Farinacius cit. quæst.* 112. *num.* 231. ubi concordantes adducit.

24 Si verò est subditus, & tunc, vel committunt aliquid contra suum Principem personæ particulares, & cujuscumque conditionis, sexus, & gradus sint, sive unus, sive plures, incurrunt Crimen læsæ Majestatis. Quamvis fœminæ pro sexus infirmitate aliqualiter excusentur *Leg. Quisquis*, §. *Ad filias Cod. ad leg. Jul. Majest. & Decian. lib.*7. *cap.*8. *lib.*4. Vel hoc committit aliqua Communitas, & est subdistinguendum, quod, vel committit aliquid contra suum Principem, & efficitur Rea Læsæ Majestatis. Licèt enim Communitas sit persona ficta, id tamen sufficit 25 ad hoc Crimen fundandum in omnibus, etiamsi aliqui de Communitate essent innocentes. Quando enim Regimina deputata delinquunt totus Populus interpretativè deliquisse dicitur *Bartol. in leg. Aut facta*, §. *Delinquunt*, *ff. de* 26 *Pœn.* Etiamsi Consilio non congregato solemniter delinquat, quando major pars Populi ad delinquendum convenit; Fortiùs quando delictum habet causam successivam, quia tunc per tolerantiam intelligitur delictum quasi tacitè ratificatum *Decian. lib.*7. *cap.*8. *num.*1. Et hoc procedit, etiamsi Communitas illa esset libera, & libertatem ex privi-27 legio, præscriptione, vel longa patientia acquisivisset *Decian. lib.* 7. *cap.* 32. *num.*9.

28 Pluribus autem modis Crimen hoc læsæ Majestatis perpetratur, latè enumeratis *per Lancellott. Conrad. de offic. Prætor. in Crim. sub tit. de Les. Majest. Reis*, ubi sexaginta, & unum modum enumerat, *& Cobell. ad Bul. Bon. regim. cap.* 14. *num.* 34. *& pluribus seqq.* qui tamen cum communi DD. sententia ad duo tantùm capita reduci possunt, ut scilicet aliqua eorum contineant Crimen Læsæ Majestatis in primo capite, alia autem in secundo capite, ut cumulatis innumeris concordantibus observant *Farin. quæst.*112. *à num.*9. *usque ad* 18.

29 Hujus primi capitis casus plures sunt, & 16. enumerari solent à Doctoribus.

30 I. Est in personam ipsius Principis *Conspiratio Leg. fin. ff. Ad l. Jul. Majest. & leg. Quisquis Cod. Eod.* Idest quasi facinorosa spirituum, & animorum *conjuratio*, & plurium conventio simul in læsionem personæ Principis. Item con-31 tra eumdem conjuratio, hoc est plurium in unum juratio, sic dicta à particula *Con*, & à verbo *juratio*, nam in hoc à conspiratione differt, quia conjuratio fit cum juramento, conspiratio autem sine illo *citata leg. Quisquis*, ubi pariter determinatur, quod sola machinatio, seu dolosa ordinatio ad hunc effectum sufficiat, quia eadem severitate voluntatem sceleris, qua effectum ipsum puniri Jura voluerunt.

32 II. Est *conspiratio*, *seu conjuratio* contra Consiliarios Principis, Oratores, & similes, ejus personam immediatè repræsentantes, in odium, & contumeliam ejusdem Principis *Leg.* 1. *ff. Ad leg. Jul. Majest. Farin. cit. quæst.* 112. *nu.* 64. *& 65. Brugiott. Instit. Crim. lib.* 2. *tit.* 10. *num.* 2. *& seqq. & Amen. de Delict. & Pœn. tit.*2. §. 6. *n.* 24.

33 Dixi *in odium*, *& contumeliam ejusdem Principis*, Nam quidquid asseruerit *Clar. in sua Prax.* §. *Læsæ Majest. n.* 5. certum videtur, quod si non in odium ejusdem, nec ut ipse eo Consiliario careat, sed ex privatis inimicitiis, hæ personæ offendantur, & occidantur, non erit Crimen læsæ Majestatis, ut benè probant. *Farin. cit. quæst.* 112. *num.* 71. *& Cobell. ad Bull. Bon. Regim. cap.* 14. *num.* 54. ubi de quodam Gallo, occidente Andream de Isernia, de legali facultate benemeritum.

Quòd sublimitas dummodò offensio sequatur in actu exercitii proprii Officii, quia si id verificetur longè postea tunc adscribitur vindictæ privatæ, & particulari inimicitiæ, licèt ista ortum habeat ab executione proprii Officii, ut resolvit *Sacra Congregatio Immunitatis in Tusculana* 12. *Januarii* 1706. *Ponente R. P. D. Gomez*, in qua agebatur de homicidio commisso à Capitaneo Militum in personam Baroncelli, eo quia ipse de sero antecedenti carceraverat unum ex suis Militibus.

34 Nota hìc, quod hujusmodi pœnis punitur etiam ille, qui non revelavit conjurationem contra suum Principem, *Petr. super Rit. Magn. Cur. tit.* 274. *num.* 102. *& Anton. Guillem. Ertl. in Palestr. Aulico Jurid. tit. de Jur. Princip. exercit.*53. *vers. verum*; Etiamsi eamdem conspirationem detestando 35 dissuasisset, *Rayn. tom.* 1. *cap.* 2. §. 2. *num.* 1. *& seqq.* ubi *nu.* 8. quod Franciscus Augustinus Thuanus ex sententia Parlamenti Tholosani fuit securi percussus, ex quo non revelaverat conjurationem, quam suus intimus Amicus inierat contra Cardinalem de Richeliu, primum Regis Ministrum, licèt illam detestando dissuasisset. Ea ratione, quia non re-36 velans tractatum contra suum Principem dicatur verus Reus læsæ Majestatis, juxta originale dictum *Bart. in leg. Utrum num.* 3. *ff. Ad leg. Pompejam de Paricid.* quam sequuntur adducti per *Farin. quæst.* 51. *num.* 69. *&* 71. Quamvis autem 37 contrarium viriliter tueatur *Baldus*, teste *Farin.* ubi *proximè num.* 70. asserens ulteriùs, quòd anima Bartoli propter hoc dictum crucietur in Inferno, ut refert etiam *Angel. in tract. de Malefic. verb. Hai tradita la tua Patria numer.* 11. *Placha Epitom. delict. cap.* 28. *numer.* 30. *& Nevizzan. in Sylv. nuptial. Verb. Non est nubendum num.* 70. *fol.* 55. Nihilominus, non esse recedendum ab opinione Bartoli egregiè probat *Rayn. d. tom.* 1. *cap.* 2. §. 2. *num.* 20. ubi, quòd opinio Bartoli magis communiter recepta est inter Doctores, quòdque illam amplexata sunt magna Tribunalia.

38 Quod limitatur in Confessario, qui si non revelet talem machinationem, quam in Confessione scivit, non proinde in easdem pœnas incidet; ea ratione, quia ea, quæ Confessarius mediante Confessione scit, non scit, ut homo, sed ut Deus, ut benè probat *Rayn. tom.* 1. *cap.* 2. §. 1. *num.* 26. ubi quòd id est verum, etiam si agatur de liberando toto Orbe ad injusta conflagratione, & etiamsi Ecclesia Catholica, & Fides Christiana perire deberet, & concordant *Fagnan. in cap. Officii num.* 32. *de Pœn. & Remiss. Sot. de tegend. secret. quæst.* 7. *membr.* 2. *conclus.* 4. *vers. Attamen Panimoll. dec.* 46. *per tot. Mengh. nell' Arsen. Sacr. par.* 10. 40 §. 13. *fol.* 336. ubi quòd si confessarius ex imprudentia, vel malitia aliquid revelet in Sancto Officio, illius dictum in nulla habetur consideratione, neque etiam ad faciendum indicium contra Reum ab ipso denunciatum *& P. Segner. nel Christ. instr. par.* 3. *rag.* 11. *num.* 9. ubi ex hoc benè in-41 fert, quod magna confidentia debeant Pœnitentes recurrere ad Confessarium, *il quale ben spesso non vi conosce, e se vi conosce non può non vi compatire &c. e se non vi compatisce, non può per lo meno non vi mantenere il segreto con rigor sommo, ancora in caso, ove ne andasse la salute di tutto il Genere umano.* Et loquendo de conjuratione Anglica, vulgò la Polveriera, benè *Pallavic. nella Difes. del Pontific. Ro-42 man. lib.*6. *cap.* 9. *& seqq. tom.* 3. Non sic autem in eo, qui solo sigillo naturali sciret conspirationem; Iste enim illam tenetur revelare, *Rayn. ubi supra num.* 28. *& Vulp. resol.*176. *num.* 2. *& seq.*

43 Limitatur pariter principalis conclusio in Uxore, quæ si sciat machinationem Mariti contra Principem, illum non tenetur revelare, & ratio est, quia cum Conjuges dicantur 44 esse una caro cum viro, esset quodammodò seipsam prodere, quod omni Juri repugnare videtur, ultra quod cum uxor 45 dicatur particeps infortuniorum, & tribulationum viri, ut observat *Lazar. de Monit. sect.* 3. *quæst.* 9. *num.* 43. prodendo virum eisdem infortuniis subjiceretur à semetipsa, quod non est permittendum, *Farin. quæst.* 51. *num.* 81. *& Rayn. tom.* 1. *cap.* 2 §. 2. *num.* 17. Sic à pari videmus non com-46 præhendi in excommunicatione contra non revelantem ipsummet Reum, quia non tenetur quis se ipsum prodere, & in similibus excommunicationibus numquam comprehenduntur complices, *Rayn. ubi suprà*, *& Pueron. ad Bull. Cœnæ cap.* 11. *in Theol. elenc. sub num.* 7. *vers. Tertio videntur.*

Revelatio autem metu excommunicationis perfectam constituit probationem, nisi Revelantes formiter repetantur cum Interrogatoriis alterius Partis, ex adductis per *Rotam*

tam in Romana Testamenti 3. *Decembris* 1691. §. *Nulla fuit, coram Caprara, & in Romana fructuum dotis* 1. *Decembris* 1698. §. *Attamen, coram Ansaldo.*

Verum tamen est, quod considerari solet pro magno veritatis adminiculo, & juncta cum aliis probationibus attendi solet, præcipuè si inter Revelantes adsint Sacerdotes, & alii bonæ qualitatis, & conditionis, ut limitando regulam, & adductis concordantibus observat *Rota in dicta Romana fructuum dotis, coram Ansaldo*, §. *Attamen, & in Romana Pecuniaria* 9. *Junii* 1698. §. *Verum in fine, coram Molines*, ubi quòd donec probetur contrarium, standum est hujusmodi revelationi.

47 III. Casus est *Perduellio*, scilicet quando quis non per absconditas, & palliatas insidias, sed hostili, & aperto animo adversus Principem aliquid molitur, sive ut ipse Regnum occupet, sive alio fine mortem sui Principis procuret *Decian. lib.* 7. *cap.* 6. *num.* 1. *& seqq. Zuff. Instit. Crim. lib.* 2. *tit.* 16. *lit. Q. Amen. de Delict. & Pœn. tit.* 2. §. 6. *Verb. Læsæ Majestatis num.* 29. *& seqq. Card. de Luc. in Prax. Crim.* 1. *Verb. Lesa Maestà umana* §. *Questa specie*, ubi quòd hæc est 48 principalis inter omnes alias species lædendi Majestatem, quodque vanum est illam regulare terminis legalibus, eo quod pendeat à potentia, & eventu bellorum.

49 IV. Casus est *Rebellio*, dicta ex particula *Re*, & *bello*, idest renovata pugna, Rebelles siquidem dicuntur illi, qui de novo bellum Principi movent postquam in primo bello devicti in subjectionem permanserunt *Leg.* 1. *Cod. de Desertor. lib.* 12. *& Extravag. Ad reprimendum* ubi *Bartol. verb. Tenore, & verb. Rebellando* seu *Rebellio est dolosa voluntas expressa factis Subditi, resistentis mandatis Principis contra ipsius honorem, & fidelitatem, Amen. de Delict. & Pœn. tit.* 2. §. 2. *num.* 9. ubi quòd non invenit Doctorem, definien-50 tem quid sit rebellio. Idque verum est, etiamsi Regis mors à Subditis coloretur sub prætextu Justitiæ, juxtà verè impiam sententiam Anglicani Parlamenti contra Carolum I. Regem decollatum 9. *Februarii* 1649. id referentibus *Bussier. in Florib. historiar. & Caferr. in Synthem. vetustat. ad d. diem* 9. *Februarii*. Facinus autem detestantibus *Rayn. tom.* 1. *ad c.* 4. *supplet.* 2. *sub num.* 4. *Pallav. nella difes. del Pontif. Roman. tom.* 1. *lib.* 8. *cap.* 8. *per tot.* ubi *num.* 3. *in fine*, quod – *è si funesto un tal caso, che vuol escludersi etiandio da Palchi, perche supera ogni verisimilitudine, e quasi ardisco dire, che devrebbe tacerlo l'Istoria, affinche non risapendosi, che una volta avvenne, li Posteri mantenessero la buona fede di non riputarlo possibile in avvenire* & *num.* 4. infrà, quod à tali excessu remansit – *infamata l'età nostra con un esempio di fellonia inaudita ne Secoli passati, e funesta à tutti gl'Imperii nè secoli à venire* – *& P. Segn. nella Pred.* 35. *nu.* 4. ubi quòd mirum videtur – *che si trovassero, non hà molti anni Vassali si temerarii, che comparissero à decollare sù la gran Piazza di Londra publicamente il loro Rè Carlo, mà questi tuttavia vi comparvero mascherati, nè mai sperarono di poter tanto bene giustificare una tal giustitia, che non si vergognassero di esseguirla.*

51 V. casus est *Conventicula*, si quis scilicet congregaverit apud se contra Principem multitudinem hominum, præsertim armatorum *Leg.* 1. *ff. Ad leg. Jul. Majest. Brugiot. Instit. Crim. lib.* 2. *tit.* 10. *num.* 9. *& seqq. & latè Rayn. tom.* 3. *cap.* 25. §. 1. *num.* 1. *& seqq.* Ad hoc autem, ut 52 Conventicula dicatur plura requiruntur, I. quòd adsit Dux cæteros congregans, nam si sine Duce, & capite plures armati conveniant, non erit conventicula; II. quòd ea ascendat ad certum numerum personarum, scilicet usque 53 ad decem, si sint homines armati *Mascar. de Probat. concl.* 450. *num.* 4. vel ultra illos juxta *Stat. Urb. lib.* 2. *cap.* 15. Sive ultra sex personas cum armis, & ultra decem sine armis ad tenorem Bannim. Stat. Ecclesiast. ut observat *Farin. qu.* 113. *num.* 135. & 137. *& Bonfin. ad Banim. Gener. cap.* 38. *num.* 1. III. quòd facta sit in offensionem ipsius Principis, vel 54 Status, ex adductis per *Decian. lib.* 7. *c.* 19. *n.* 54. *& Bonfin. ad Bannim. Gener. cap.* 37. *num.* 3. Si enim ad alium finem 55 facta sit, puta ad extirpandos inimicos, vel pro recuperanda possessione rerum suarum secus erit, Jure communi attento, ut probat *Conciol. resol. Crimin. Verb. Bull.* 1. *nu.* 3. 4. Nisi tamen in contrarium adsint Statuta particularia Loco-56 rum, vel Summorum Pontificum Constitutiones, prout ita cavetur in *Constit.* 6. *Sixti V. in Bullar. nov. tom.* 2. & latiùs in Motu proprio *Pauli V.* impresso à *Cherub. in Comp. Bull. post Const.* 75. *Sixti V. fol. mihi* 133. ubi excipit so-57 lùm casum veræ, & non fictæ causæ necessariæ ad repellendam vim cum moderamine inculpatæ tutelæ. IV. demum est qualitas armorum; Si enim Constitutio loquatur de conventicula armatorum, id non verificabitur si homines reperti fuerint, cum Zappis, Fustibus, & lapidibus, aliisque ruralibus Instrumentis, quæ licèt veniant nomine armorum *Leg. Armorum appellatio, ff. de Verb. signific.* Propriè tamen arma non sunt, & in pœnalibus stricta facienda est interpretatio *Farin. d. quæst.* 113. *numer.* 142. *Cabal. resol. crim. cap.* 63. *num.* 4. *& Rayn. tom.* 3. *cap.* 25. §. 1. *& seqq. num.* 14. An autem licita sit coadunatio hominum armato- 58 rum ad bonum finem, puta, ad securè ineundam pacem inter duos inimicos, negat *Farin. quæst.* 113. *num.* 159. Verùm, quando clarè constat de hujusmodi bono fine, rectiùs contrarium probant *Cherub. ad Constit.* 1. *Alex. VI. Schol.* 2. *& Cobell. ad Bull. Bon. Regim. cap.* 14. *num.* 74. *& seq.*

VI. *est Seditio, & Tumultus*, de quo *Brugiott. Instit.* 59 *Crim. lib.* 2. *tit.* 11. *per tot.* Dicta est autem seditio, quasi se- 60 orsum itio, quia multi, qui unitatem cum cæteris servant, seorsum eunt, & alios trahunt, Vel dicitur seditio, quasi 61 seductio, idest seorsum ductio, quia qui seditionem excitat seorsim alios ducere nititur ad fines scelestos *Decian. lib.* 7. *cap.* 2. *num.* 16. *Rayn. tom.* 1. *cap.* 2. §. 9. *num.* 9. *& seq.* ubi individuat multa verba, ex quorum prolatione incitari solet seditio, puta, *serra, serra, ammazza, ammazza, arme, arme,* 62 *popolo, popolo &c. & nu.* 30. Tumultus autem ex dicta seditione oritur tanquam effectus à sua causa, diciturque tumultus 63 quasi timor multus, nam ad seditionem excitatur tumultus, turbatur Civitas, sequiturque violentia, & timor malorum, ita ut apothecæ claudantur, interumpantur commercia, & omnia publica, & privata negotia suspendantur, ut satis colligitur ex *Leg. Prætor ait, ff. de Vi bonor. raptor.* Ex quibus definiri potest *Seditio, quòd sit publica quietis, & pacis tur-* 64 *batio, leg.* 1. *&* 2. *Cod. de Seditios.* Quæ pariter verificatur juxta *Decian. lib.* 7. *cap.* 7. *num.* 21. quando quis percurrendo per Civitatem, vel Exercitum turbulentas acclamationes emittit, dicendo, vivat talis, vel moriatur talis, juxta Textum *In leg. Capitalium*, §. *Solent, ff. de Pœn.* Qui autem seditionem excitat duo committit crimina, unum læsæ Maje- 65 statis, ut dictum est, alterum de Vi publica, ut dicemus infra *hoc eodem Libro, tit.* 7.

VII. casus est *Usurpatio jurisdictionis Principis leg.* 3. §. 66 *Eadem lege ff. Ad leg. Jul. Majest.* Usurpare autem illam dicitur, quando quis se de Magistratu facit, geritque pro illo, cùm verè non sit, vel si, cum Magistratus sit, illum 67 excedat ultra terminos sibi præscriptos, quod faciunt Barones in suis Terris, exercentes merum Imperium, quod non habent, vel si gerant se pro Duce, Comite, Marchio- 68 ne &c. contra voluntatem sui Principis, vel si tamquam Judex, cùm revera talis non sit, aliquem morti tradendum judicaverit, & de facto tradiderit. Vel si quis propria authoritate furcas erexerit, quarum erectio importat merum 69 Imperium, *Leg. Imperium, ff. de Jurisdict. omn. Judic.* Vel si 70 privatum carcerem fecerit, *leg.* 1. *&* 2. *Cod. de Privat. carcer.* Custodia namque personarum spectat ad solum Princi- 71 pem, *leg. Succurritur, ff. Ex quibus caus. major.* Unde qui propria authoritate in carceribus aliquem tradit, carcerem privatum facere, merum Imperium sibi usurpare, & Prin- 72 cipis Majestatem violare dicitur; Vel si aliquem torqueat propria authoritate, assumendo sibi authoritatem publicam, Plus enim est torquere, quàm detinere in carcere, *leg.* 1. 73 *ibique Gloss. Cod. de Custod. & exhibit. Reor. Farin. d. quæst.* 113. *num.* 27. Vel denique statuta facere fuerit ausus non habens facultatem statuendi, legesque condendi, animo 74 tamen usurpandi Jurisdictionem Principis, *Bart. in l. Omnes Populi, ff. de Jurisd. omn. Jud. & Decian. lib.* 7. *cap.* 9. *num.* 9.

Cum hac jurisdictionis usurpatione Fraternizat illa, qua mediante prætendunt inferiores Prælati acquirere jus faciendi ea, quæ competunt Episcopis, etiam cum qualitate Territorii separati in præjudicium Ordinariorum; Circa quam, quidquid antiquis temporibus disputatum fuerit inter Canonistas, an talis jurisdictio acquisita diceretur, unà cum Territorio separato, & qualitate Nullius per quadragenariam præscriptionem cum titulo vero, vel colorato, juxta latè animadversa per Rotam in Nullius, seu Fulden. jurisdictionis 28. Junii 1700. coram Card. de la Tremuille, & 16. Februarii 1703. & 27. Aprilis 1705. & 20. Novembris ejusdem anni coram Mulines, & 1. Junii 1708. & 2. Junii 1710. coram Ansaldo, & 12. 15. & 26. Junii 1711. coram Caffarello, quarum aliquæ impressæ sunt apud de Prosper. de Territ. separ. dec. 20. 23. & 24. Hodie certum est, quod ad dictum effectum requiritur clarum, & undique subsistens Apostolicum Privilegium, vel Consuetudo immemorabilis, cum omnibus suis requisitis ritè probata, juxta resolutio-

intionem Congregationis particularis multorum S.R.E. Cardinalium, & Romanæ Curiæ Prælatorum, specialiter deputatæ à Clemente XI. die 3. Augusti 1718. & ab eodem approbata die 14. Januarii 1721. ut recognosci potest in Bullar. Clement. fol. 495. cujus tenor talis est.

In Congregatione Particulari, à Sanctissimo Domino Nostro die 3. Augusti 1718. specialiter deputata, EE. DD. Judice Vallemani, Paracciani, Præfecti Sac. Congregationis Episcoporum, & Regularium, Corradini, Præfecti Sacræ Congregationis, Concilii Tridentini Interpretis, Scotti Præfecti Signaturæ Justitiæ, nec non RR. PP. DD. Petræ, prædictæ Sacræ Congregationis Episcoporum, & Regularium Secretarii, Lancettæ Sacræ Rotæ Romanæ Decani, Cerri ejusdem Rotæ Auditoris, Ansidei Assessoris Sanctissimæ Inquisitionis, & mei infrascripti Secretarii memoratæ Congregationis Concilii Tridentini Interpretis, & hujus quoque Particularis Congregationis Secretarii, ut in ea videlicet examinaretur, an ad tramites Sacrorum Canonum, Sacrique præsertim Concilii Tridentini, possit inferior Prælatus Territorium separatum, & jurisdictionem ordinariam, & quasi Episcopalem in Clerum, & Populum, cum ipsius Episcopi exclusione, in aliquo speciali loco acquirere per quadragenariam præscriptionem, unà cum titulo colerato prædicti Eminentissimi Domini, & RR. PP. particularem Congregationem constituentes, insimul congregati in ædibus Eminentissimi Judice die 3. Januarii hujus anni 1721. post maturum, & diligentissimum materiæ examen, unanimiter responderunt, non posse, sed pro acquisitione Territorii separati, prædictæque jurisdictionis, omnino requiri, aut clarum, & undequaque subsistens Apostolicum Privilegium, aut consuetudinem immemorabilem, cum omnibus suis requisitis, ritè probatam, per quam Apostolicum Privilegium de jure præsumi valeat. An autem, admisso vero Apostolico Privilegio, de sui natura apto ad separationem Territorii, & concessionem jurisdictionis ordinariæ quasi Episcopalis in Clerum, & Populum, cum exclusione Episcopi in aliquo determinato Loco, sed aliquam rationabilem dubietatem, aut disputationem admittente, subsequens uniformis quadragenaria, aut per aliud legitimum tempus continuata observantia favens Prælato inferiori in qualibet actuum specie ordinariæ, & quasi Episcopalis jurisdictionis, deservire valeat pro dicti Apostolici Privilegii interpretatione, prædicti Eminentissimi Domini, & RR. PP. dixerunt, id dependere à singulis casuum, & factorum circumstantiis, & sic dandum esse responsum à suis Judicibus super hac re in casibus particularibus; Factaque per me prædictorum omnium Sanctissimo Domino Nostro relatione, die 14. Januarii hoc anno 1721. Sanctitas sua approbare dignata est, & præsens Decretum publicari mandavit.

Prosper de Lambertinis Sac. Cong. particularis Secr.

75 VIII. est *Proditio commissa in suum Principem*, ut colligitur ex textu in *Leg. Fallaciter, ibique Gloss. verb. Prodita, Cod. de Abolit.* Licèt autem variis modis aliquid dicatur secretum, ad nostrum tamen propositum dicitur omne id, quod Princeps non vult, ut alteri prodatur, & manifestetur; Vel quod, si proditum foret, inferret damnum ipsi Principi, Vel quod Princeps mandat, ut in secreto teneatur 76 licèt coram multis & in consilio multorum gestum fuerit, juxta *Text. in leg. Si quis in clavi, §. Aperire, ff. Ad S. C. Syllan.* Revelatio autem secreti facta intelligitur, non solùm si voce, & verbis, sed etiam si quis, scriptis, cifris, vel 77 alio quovis modo secretum pandat *Farin. cit. quæst. 113. num. 215. & seqq.*

Nota hic *ex D. Th. 2. 2. quæst. 70. art. 1. ad 2.* quod sciens aliquid cum secreto naturali non potest cogi ad revelandum, & concordant *D. Antonin. par. 3. tit. 17. cap. 22. §. 2. Less. lib. 2. cap. 11. disp. 8. §. 9. Molin. disp. 37. consid. 5. Laym. de Læsion. fam. sect. 7. tract. 3. qu. 2. cap. 5. Rodriquez. in summ. tom. 2. cap. 53. num. 3.*

78 IX. Est *Confederatio, seu Liga* cum hostibus Principis, facta in ejusdem offensionem *Clem. Pastoralis, §. Sanè de Sent. & re judic. & leg. unica Cod. Ut armor. usus insc. Principe.*

79 X. Est si quis hostibus sui Principis auxilium præstiterit *Leg. 1. ff. Ad leg. Jul. Majest. & leg. Neque alienigenis Cod. Quæ res export. non deb.* Vel si quis dolo fecerit, ut hostium 80 exercitus in manus Principis non venerit, vel victoriam non reportaverit, *leg. 4. ff. ad leg. Jul. Majest.*

81 XI. Est si quis militiam, & Exercitum deseruerit, *leg. 2. ff. ad leg. Jul. Majest. & leg. Fallaciter, Cod. de Abol. Decian.* plures ponens casus desertionis militiæ *lib. 6. c. 15. à n. 13. usque ad 38.*

82 XII. Est si quis ad hostes transfugerit, *leg. 2. ff. ad leg. Jul. Majest.* Quod gravius erit in milite, cùm illi magis 83 deceat ad hostes transfugere, *leg. Proditores, ff. de Re milit. & leg. Si quis 38. §. Transfuga, ff. de Pœn.*

84 XIII. Est si quis Principi tributa denegaverit contra illud Divi Marci 12. 18. *Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari Decian. lib. 7. c. 33. n. 1.*

85 XIV. Est si quis non renunciet suo Successori Officium, Præsidentatum, Præfecturam, vel aliud quodcumque, sed illud *contumaciter* retinere tentaverit, *leg. 2. ff. ad leg. Jul. Majest.* Idemque dicendum si quis Exercitum sibi commis- 86 sum Successori, & novo Militum Præfecto non consignaverit, vel claves alicujus Arcis novo Castellano non tradiderit *leg. 3. §. 1. ff. ad leg. Jul. Majest. & Farin. quæst. 113. num. 43.* Pro intelligentia autem illius particulæ *Contumaciter*, ob- 87 servandum est hìc, contumaciam nihil aliud esse, *Quàm voluntariam inobedientiam non parendi monitioni, præcepto, vel mandatis Judicis, aut alterius Superioris Amen. de Delict. & Pœn. tom. 2. §. 2. num. 6. de Angel. de Official. Baron. cap. 280. num. 2.* ubi quòd contumacia dicitur à con, & tu- 88 meo, ex quo inflatur, & superbus efficitur in non comparendo, & *Sarn. in Prax. Crim. c. 26. de Contum. n. 1.* Differt- 89 que contumacia ab inobedientia per hoc quòd ad istam sufficit quilibet actus voluntatis, nolentis obedire præcepto, ad illam verò requiritur animus obfirmatus, & aliquando reiterata monitio, itaut contumacia semper inobedientiam præsupponat.

90 XV. Est si quis Obsides, qui sunt in manu Principis, aufugere fecerit, *leg. 1. §. 1. ff. Ad leg. Jul. Majest.* ibi *cujus opera, & dolo malo consilium initum erit, quo Obsides injussu Principis intercederint.*

91 XVI. Est si quis in publicis Tabulis, & Scripturis dolosè, & scienter, atque in læsionem publicam aliquid falsum conscripserit, *leg. 2. ff. Ad leg. Jul. Majest.* ibi *Qui sciens falsum conscripserit, vel recitaverit in Tabulis publicis.*

92 Secundi capitis modi sunt omnes illi, in quibus quis non molitur contra Principem, vel contra Rempublicam, ut concludit *Capyc. Latr. dec. 130. n. 17.* & sex insigniores recensebimus, omissis aliis, relatis ab *Amen. de Delict. & Pœnit. tit. 2. §. 6. n. 31. & Decian. lib. 7. c. 16. n. 5. & seqq.*

93 I. Est si quis imagines, & statuas Principis lapidibus impetierit, aut fregerit, aut conflaverit, aut spurcaverit, vel aliter offenderit *leg. Qui statuas, & leg. Famosi, §. fin. ff. Ad leg. Jul. Majest. & Amen. de Delict. & Pœn. tit. 2. §. 6. sub num. 31.*

94 II. Est si quis offenderit, vel occiderit Officiales Principis non ad ejus latus assistentes, sed inferiores, vel eis resistentiam fecerit, ut cavetur in *Constit. March. lib. 4. cap. 44. & in Bannim. Genet. Stat. Eccl. cap. 53.* ubi imponitur eadem pœna *cit. Constit. Marchiæ* contra offendentem Gubernatorem, Locumtenentem, Auditores, aliosque Judices, Depositarium, Fiscalem, Cancellarium, Baroncellum, Milites, & Birruarios, & similes: Ea ratione, quia inferior 95 quoque Magistratus aliquam habet majestatem, juxta Textum literalem *in l. Si familia §. Alia significatione, ff. de Just. & Jur. ibi--Ubicumque Prætor salva Majestate Imperii sui &c.* Reipublicæ autem interest, non contemni Magistra- 96 tum, ut notant communiter Repetentes in *leg. Servo invito 65. §. Cum Prætor, ff. ad S.C. Trebell.*

97 Contra offendentes pariter Judices, Advocatos, Procuratores, Testes, Notarium, aliosque Curiæ Exequutores, ultra excommunicationem latæ sententiæ, de qua in *Constit. 72. §. 12. Urban. VIII. in Constit. 16. §. 12. Alex. VII. & in Constit. 34. §. 12. Clementis X.* hoc crimen incurritur, circa quod habemus in Urbe, & deinde extensa fuit ad totum Statum Ecclesiasticum, ut observant *Conciol. resol. Crimin. Verb. Bul. resol. 5. nu. 4. Guazz. de Confisc. concl. 13. ampl. 87. num. 3. & Panim. dec. 148. num. 17.* Bullam, seu *Constit. Alex. VI.* quæ vulgò *Alexandrina* nuncupatur, qua me- 98 diante Pontifex, volens reprimere audaciam, & temeritatem Litigantium, & eodem tempore prospicere securitati, & libertati Judicum, & causas patrocinantium, pœnas infamiæ, Læsæ Majestatis, amissionis Jurium, seu litis, & alias promulgavit contra occidentes verberantes, aut alio modo offendentes Adversarios suos, Procuratores, Advocatos Judices &c. de quibus latè *Ursel. concl. 83. per tot. Conc. verb. Bulla resol. 5. num. 1. Guazzin. de Confisc. concl. 13. ampliat. 87. Gratian. dec. March. 84. ibique Adden. Antonell. de Loc. legal. lib. 2. cap. 3. à num. 462.* egregie *Zaul. ad Stat. Favent. tom. 1. lib. 4. rubr. 48. fol. 642. & Card. de Luc. de Judic. disc. 7. n. 25. & Rot. dec. 776. & dec. 943. per tot. coram Emerix. Jun.* ubi quòd Reus hujus criminis privatur omni Jure quod ei competebat, vide *Rayn. vot. dec. 54. per tot.*

Ad

99 Ad hoc autem, ut eadem Constitutio locum habeat, tria copulativè concurrere debent. I. quòd interveniat dolus. II. quòd offensio sequatur ex causa litis, & III. quòd ex parte offensi nulla intercesserit provocatio, *Farin. cons. 67. nu. 1. lib. 1. Bonfin. ad Bannim. General. cap. 34. num. 2. Guaz. de Confisc. concl. 12. ampliat. 87. num. 4. Panim. dec. 148. num. 21. & Card. de Luc. de Judic. dis. 7. num. 25.*

100 Ex defectu primi requisiti sequitur, quòd si offensio sequatur in pura rixa, Bulla non habeat locum; Calor enim 101 iracundiæ dolum excludit, & præmeditationem ad delictum, *Bonfin. ubi supra num. 2. in fine, Rayn. tom. 1. cap. 10. §. 12. num. 13. & Zaul. ubi supra num. 9.*

102 Ex defectu secundi infertur, quòd si apparet alia causa, ex illa præsumitur offensio ad exclusionem dispositionis Bullæ, *Guazzin. de Confisc. ampliat. 87. concl. 13. nu. 4. Conciol. resol. Crim. Verb. Bul. resol. 5. num. 2. & Rayn. ubi supra num. 14.* In dubio autem, & non docto de alia causa, offen-103 sio sequuta præsumitur occasione litis, *Gratian. dec. Marc. 84. num. 1. Bonfin. ad Bannim. Gener. cap. 34. num. 3. & Ursel. concl. 83. num. 3.* ubi illam assignat bonam rationem, quia litigantes præsumuntur inimici, præsertim si lis sit de 104 omnibus bonis, vel de illorum majori parte, *Zaul. tom. 1. l. 4. rubr. 27. nu. 12. & Ricc. in Prax. par. 11. resol. 20. nu. 4.* Quòd si appareat de causa æquivoca, tunc pro exclusione Bullæ capienda est interpretatio, ut offensio sequuta sit ex alio motivo, quàm Litis, ut observat *Rayn. tom. 1. cap. 10.* 105 *§. 12. num. 18.* ubi id exemplificat in eo, qui emit bona litigiosa, & non litigiosa eodem tempore, quia si iste offenda-106 tur à Parte, cum qua litigabat, non dicitur offensus occasione litis, sed ratione emptionis bonorum non litigiosorum, qui est casus, *dec. 503. cor. Put. lib. 1. & dec. 869. par. 3. div.*

107 Ex defectu tertii requisiti sequitur, quòd cesset Bullæ dispositio, quando offensus provocavit ad rixam offendentem, *Bonfin. ad Bannim. Gener. cap. 34. num. 3.* ubi quòd ad 108 hunc effectum provocans ille dicitur, à quo rixa incepit, & qui ei dedit causam, & *Rayn. tom. 1. cap. 10. §. 12. n. 12. & seqq.* ubi *num. 16. & 17.* duas assignat congruas rationes hujus conclusionis. Primam, quia quidquid facit provocatus post provocationem censetur facere sine dolo. Et secun-109 dam, quòd ex provocatione dicitur producta nova causa 110 offensionis.

111 Procedunt autem pœnæ supra expressæ, nedum contra offendentes realiter, sed etiam contra minantes, & injurian-112 tes, ut probat *Rayn. tom. 1. c. 10. §. 12. num. 8. & seqq.* ubi quòd pœna exilii punitus fuit quidam Collitigans, qui, transeundo ante domum Adversarii, dixit hujus famulo, *Che fà* 113 *quel C. del tuo Padrone, l'aginstarò ben Io*, Et in terminis illius, qui dixerat Adversario – *Si vis mihi auferre panem, ego tibi cor eruam* – est punctualis *dec. 166. per tot. part. 2.* 114 *divers.* Et in terminis alterius Judici minantis, dicendo – *Alla Sede vacante t'aspetto* – *Rayn. to. 1. cap. 2. §. 6. & 7. n. 30.* 115 ubi quòd iste fuit Romæ pœna ultimi supplicii punitus.

116 Etiamsi minæ, & injuriæ sequantur extra Judicis præsentiam; Non enim ad effectum incursus pœnarum Constitutionis Alexandrinæ necesse est, ut illæ coram Judice, vel in juridico loco effundantur in Collitigantem, juxta *dec. Rot. coram Blanchet.* quam impressit *Farin. in lib. 1. consil. post cons. 67.* & sequitur *Rayn. tom. 1. c. 10. §. 12. num. 8.*

117 Imò id verum est, etiamsi Procurator, vel Advocatus moram ampliùs non faciat in Curia, dummodò tamen in illa causa pendeat, *Antonel. de Temp. legal. lib. 1. cap. 2. nu. 463. Scopp. ad Gratian. dec. 84. per tot. Cherub. in Schol. ad cit. Bul. Alexand. VI. Ursel. concl. legal. 83. num. 5.* ubi quòd hoc procedit ex favorabilitate Bullæ, & *Rot. dec. 104. per tot. cor. Put. lib. 1.* ubi de offensione, seu verberatione Procuratoris, sequuta Placentiæ, quando ad Curiam revertebatur, & in fine adducit illam congruam rationem, quòd aliàs per indirectum impediretur securitas 118 Defensorum in Curia, si licitum esset illos extra Curiam of-119 fendere, & verberare, & *dec. 868. in fine part. 3. div.* ubi quòd aliàs Alexandrina deserviret de vento, quia quilibet posset extra Urbem Collitigantes, & Defensores offendere, & *dec. 943. nu. 2. cor. Emer. jun.* ubi de homicidio Procuratoris extra Curiam detestabiliter patrato.

120 Quòd si agatur de levi injuria, tunc non esse locum Bullæ probat *Ursel. concl. legal. 83. num. 8.* ubi quòd quando injuria dicatur gravis, vel levis Judicis arbitrio sit remittendum, attentis qualitatibus Loci, & Personarum, & refert ita decisum à *Rot. cor. Blanch. quæ est impressa post. Marchesi. de Commiss. part. 1. fol. 1286. sub nu. 1. & Ursellum* 121 sequitur *Adden. ad Conciol. Resol. crim. Verb. Bulla resol. 3. sub num. 1.*

122 An autem eadem Constitutio sit odiosa, vel potiùs favorabilis, Respondeo, quòd cum consulat securitati, & quieti Collitigantium, Defensorum, & Judicum, quamvis pœnalis adhuc favorabilis dicenda est, ut probant *Gonz. ad Regul. 8. Cancel. §. 6. proem. num. 59. Antonell. de Temp. Legal. lib. 1. cap. 2. nu. 464.* & latè *Scop. ad Gratian. observ. 84. per tot.* ubi *in fine num. 14.* observat, ad effectum incursus pœnarum dictæ Constitutionis sat esse, quod lis sola cita-123 tione incepta dicatur, quod dixit pariter *Antonell. ubi proxime num. 466.* Cujus tamen contrarium substinet *Scacc. de Judic. lib. 2. c. 2. n. 44.* quem sequi videntur *Rayn. lib. 1. c. 10. §. 12. num. 15. & Panim. dec. 148. num. 18.* Ego autem non recederem à priori opinione, quia semper verum est, 124 quòd causa litis sequuta fuit offensio, quòd impedire voluit Summus Pontifex in dicta Constitutione, postpositis formalitatibus ordinis judiciarii cum cujus generalitatibus procedit *Panim. supra citatus.*

125 Ad hujus Constitutionis dispositionem coadiuvandam ultimo loco Sa. Me. Innoc. XII. in *ejus Constit. 9. §. 15.* sancivit, & expressè mandavit, ut contra Reos hujus criminis nulla gratia suffragetur, nisi obtenta fuerit ab ipsomet Summo Pontifice, sublata omni facultate quibuscumque aliis inferioribus Judicibus, & ipsismet S. R. E. Cardinalibus à Latere Legatis.

An autem pro incursu pœnæ ordinariæ respectu hujus delicti requiratur appensamentum, remissivè me habeo ad doctissimè in hac parte suo more scripta ab Illustr. D. meo Adv. Desiderio Spreto Sacr. Consistorialis Aulæ, & Pauperum Adv. attentissimo in ejus scriptura pro veritate composita anno 1719. de ordine Sacræ Consultæ sequentis tenoris.

Romana Interpretationis Bullæ Alexandrinæ.

Eminentissime, & Reverendissime Domine.

OBtemperaturus præsenti allegatione jussibus EE. PP. contentis in rescripto, quod refertur initio disertissimæ contrariæ allegationis D. mei Fisci Advocati ibi – *In causa homicidii, seu offensionis causa litis scribant Advocati Pauperum, & Fisci, an requiratur appensamentum pro pœna ordinaria irroganda* – investigare sanè non debeo factum homicidii, quod patratum fuisse prætenditur a Bernardino Morichetti de Montopulo ergà personam Francisci Benci sui Creditoris atrocibus circumstantiis, quas refert, & summopere extollit idem D. meus Fisci Advocatus, tum quia factum istud mihi haud potuit innotescere ex Processu per Fiscum in manica retento, tum quia strictè inhærendum esse censeo dubitationi prædictæ, quæ, ut visum est, haud se refert specialiter ad supradictum casum, sed respicit quoslibet alios tam superventos, & adhuc indecisos pendentes, quàm in posterum superventuros.

1. Ad hoc autem ne PP. Eminentissimi graventur onere reassumendi Bullam f. me. Alexandri VI., quæ est inter alias istius Pontificis in ordine *la 11. in Bullar. Veter. pag. 146., & in Nov. tom. 1. pag. 352.*, super cujus intellectu disceptari modò contingit, fideliter referam in præsenti, quæ prælibatus conditor istius Constitutionis post relatam in §§. 1. & 2. causam motivam ejusdem, quæ ea fuit, ut securitati Litigantium in Urbe prospiceret, ne à suis Adversariis Collitigantibus minis, & quandoque etiam verberibus, mutilationibus, & aliis similibus, & dissimilibus malis afficerentur, sicque metu, & desperatione quadam ducti causas suas deserere, vel ad ineundam concordiam, sive inhonestam transactionem devenire cogerentur, subindè ut voti sui compos fieret statuit, & sancivit in duobus seqq. §§. : Ea itaque sunt, quod in §. 3. approbavit, & innovavit omnes excommunicationis, & anathematis, omnesque, & singulas alias sententias, censuras, & pœnas Ecclesiasticas, in talia præsumentes, per canonicas sanctiones, ac alias Apostolicas Constitutiones, quomodolibet latas, & promulgatas, eas ad omnes, & singulos, qui forsan sub illis comprehensi non essent extendendo, & ampliando; Denique verò in §. 4. statuit, & ordinavit (sunt ejus præcisa verba)

2. *Quòd deinceps perpetuis futuris temporibus, omnes, & singulæ Ecclesiasticæ sæcularesve personæ, cujuscumque qualitatis, dignitatis, status, gradus, ordinis, & præminentiæ fuerint, quæ earum in causis tam Beneficialibus, quàm prophanis, ac criminalibus, sive in mixtis in dicta Curia nunc, & pro tempore pendentibus, (etiam super his, quibus literæ executoriales jam decretæ suum debitum consecutæ*

vuta non fuissent effectum) Adversarios , vel illas pro eis prosequentes , & procurantes , sive Advocatos , aut Procuratores ipsorum , aut Auditores , & alios Judices quoscumque Testes , & Notarios præfatos , minis afficere , invadere , verberare , mutilare , & occidere , seù per alios talia procurare , & exequi quomodolibet præsumpserint (quamquam mutilatio , vel mors ex hoc forsan non sequatur) , aut tales scienter receptaverint , defenderint , seu occultaverint , eisque consilium , auxilium , vel favorem , publicè , vel occultè , directè , vel indirectè præstiterint , sive qui præmissa etiam pro aliis quomodolibet commiserint , ultra sententias , censuras , & pœnas prædictas (quas etiam ipsi pari modo incurrisse noscantur) si ex Collitigantibus causam ipsam , & omne jus tam in petitorio , quàm possessorio , ac in re , vel ad rem , causa , vel occasione hujusmodi quomodolibet competens eo ipso perdant penitùs , & amittant : Si verò alii fuerint , ab ipsa Curia , & omnibus ejusdem Romanæ Ecclesiæ Terris , perpetui exilii , omni spe restitutionis adempta : Et si mutilatio membri , vel mors , (quod Deus avertat) subsequatur , ultra causæ , & Juris amissionem , ac exilii pœnam huiusmodi tam ipsi , quàm pro eis præmissa exequentes , & omnes alii supradicti , depositionis à dignitate , honore , ordine , officio , & beneficio , ac læsæ majestatis criminis sententias incurrant ipso facto ; Eorumque officia etiam ejusdem Romanæ Curiæ , ac beneficia quæcumque ex tunc ipso Jure vacare decernimus , & quæ , ut præmittitur vacatura nostræ , & Sedis prædictæ collationi , & dispositioni , de similI fratrum eorumdem consilio reservamus , liberè aliis per nos , & sedem prædictam dumtaxat conferentur , inhibentes nè quis , præter Romanum Pontificem , quacumque sit super hoc authoritate munitus , de illis desponere , vel circa illa per viam permutationis , vel aliàs innovare quoquo modo præsumat . Decernentes ex tunc irritum , & inane &c. Sintque etiam in suis bonis omnibus à cunctis perpetuò diffidati nihilominus , & banniti , ac infames , & inhabiles habeantur : Et postquam probabilibus constiterit argumentis aliquem scelus tam execrabile commisisse , nullatenus alia excommunicationis , & anathematis , amissionis , dispositionis , seu diffidationis , & banni hujusmodi adversus eam sententia requiratur .

3. Cum igitur in relato hujusce Constitutionis contexto nulibi expressum habeatur , quod is , qui eidem Constitutioni contravenerit subita commotus Ira , & , ut dicitur , *à sangue caldo* subire debeat atrocissimas pœnas in ea indictas ; Hinc certum , & clarum fit , quod pro incursu earumdem pœnarum requiritur appensamentum , cum , eo cessante dolus abesse dicatur , sine quo pœna etiam simplicis mortis locum habere nequit , ut generaliter , & theoricè de quibuscumque legibus , statutis , & bannimentis adnotarunt *Bart. in l.1. §. Non autem , num.3. ff. Si quis testam. Bald. in l.1. num.14. ff. de Legib. & in l. Data opera num. 7. vers. Item si statutum , C. De his , qui accus. Castr. in l. Nemo , num.5. C. de Episc. & Cler.* ubi ex hoc dicit se liberasse aliquos à pœna mortis , & esse menti tenendum ad confusionem Judicum imperitorum , qui in judicando credunt non esse recedendum à verbis statutorum , *Marsil. in l. de Minore , num.32. ff. de Quæst. & singul.630. num.3. & cons.4. num.27. Clar. qu.84. nu.1.* ubi quòd lata culpa in hoc casu dolo non æquiparatur , *Farinac. quæst.87. num.25.* ubi penè innumeros allegat cum antiquos , tum recentes Scriptores , *& cons.2. n.9. & 19. Giurb. cons.63. n.1. & 2. Plot. de in lit. juran. §.41. nu.5.* ubi dicit , quod ubicumque ex forma legis , vel statuti imponitur pœna capitis , ita quod quis moriatur ob aliquod delictum , intelligitur si animo deliberato , & sic dolosè istud fiat , secùs si fiat in rixa , vel calore iracundiæ , *& cons.72. num.31. inter cons. Crim. div. in fol. vol.2. Peguer. dec.14. num.5. in fine.*

4. Et loquentes in individuo istius Bullæ idem *Farinacc. cons.67. num.1.* ubi sequendo *decisionem Sacr. Rotæ in Romana Incursus Alexandrinæ* 10. *Novembris* 1581. *coram cl. mem. Card. Blanchetto* , quam ponit per extensum in calce ejusdem consilii , quamque ante eum posuerat *Marchesan. in suo Tract. de Commiss. appellat. in caus. crimin. par.1. §. 1. pag.1296.* enumerat tria requisita necessaria ad effectum , ut locum habeat dispositio ejusdem Bullæ , quòd nempe adfuerit dolus in Offendente , quòd offensio sequuta fuerit ex causa litis , & quòd nulla Intercesserit provocatio ex parte offensi , pulchrè inferens posteà , *num.2.* quòd requisitum doli cessat quando quis occidit , vel in ipsa ira , vel durante adhuc calore iræ , ibique latissimè *Adden. lit. A. referunt , & sequuntur Farinac. Guaz. de Confisc. concl.13. ampliat.87. nu.5 Lotter. de Re benefic. lib.3. quæst.30. num.124. & 125.* ubi ulterius ait , quod dolus necessariò requiritur stante verbo *præsumpserint* , quo utitur *d. Constitutio in d. §.4. Panimoll. dec. 148. num.21.*

5. Hanc eamdem sententiam tenuere alii moderni Scriptores sanè non contemnendi , videlicet *Reverendissimus Zaul. ad Statut. suæ Patriæ Faven. lib.4. rubr.47. num.8. & 9. Raynald. obs. cap.10. §.12. nu.7.* ubi quòd cessante præmeditatione , cessat quoque pœna ultimi supplicii , & remanet pœna Triremium perpetuarum , quodque ita bis Judicatum fuit dum ipse erat locumtenens Criminalis Civitatis Firmi ; *& vot. 32.* ubi postquam enumeravit , comprobavitque cuncta indicia , ex quibus desumi debuerat concursus omnium trium requisitorum istius Constitutionis in illo suo casu , concludit *num.15. versus fin.* quòd ille homicida condemnari debebat ad pœnam extraordinariam Triremium , *& vot.54. num.3. & num.10.* ubi quòd prædictum requisitum doli desumitur ex præmeditatione , *& num.22. & vot.151. num.5. & seqq.* ubi respondens contrariæ objectioni desumptæ ex eo , quod Constitutio prædicta declarat ejus Contraventores Reos criminis læsæ Majestatis , inquit , quòd si isto sub prætextu aliter diceretur , eadem Constitutio Inter alias exorbitantias , quas contineret una esset , quòd crimen læsæ Majestatis , de quo ipsa loquitur , puniretur pœna mortis sine appensamento , & præmeditatione , quod secundùm eum esset exorbitantissimum in Jure ; Nam juxta Textus tum Canonicos , cum civiles , quos ipse allegat *num.9.* hoc quoque crimen non solùm requirit dolum , nempè animum occidendi , sed dolum malum , qui verificatur in appensamento , & præmeditatione ; Inquiens denique *num.10.* quod tam dicta Constitutio , quàm bannimenta generalia Status Ecclesiastici communiter hanc interpretationem in Tribunalibus receperunt , quodque propterea ab illa non fuerat discedendum ; *Borsin. Avus in suo Notabil. ad Bannim. general. hujus Supremi consessus cap.43. num.2. D. Advocatus Ursay. Doctus , & valdè benevolus Amicus meus in suis Instit. crimin. postremæ impressionis in fol. lib.3. tit.1. num.99. cum seq. & D. Lucas Antonius Sterpinis in emeritus Locumtenens Illustrissimi Domini mei Urbis Gubernatoris apud Set. de Offic. Locumten. postremæ impres. vot.33.* ubi postquam doctè ostendit in illo suo casu remansisse probatum , quod Inquisitus lapsus fuerat ad delinquendum causa litis , & quidem animo occidendi suum Adversarium , nullaque intercesserat instantanea provocatio , ex quibus credi poterat eum eximi non potuisse à pœnis sancitis in dicta Constitutione , conclusivè sic ait *num.3.* -- *Sed cum deficiat qualitas præmeditationis recedendo à pœna ultimi supplicii illum condemnarem ad Triremes perpetuas , ut in terminis firmat Raynald. &c.* -- ibique in calce refert conformem suo voto resolutionem captam ab Eminentissimis PP. tunc Supremum istum Consessum præsentantibus *sub die 9. Julii , & 8. Septembris* 1700. addito solùm , quòd Reus ille gaudere non deberet beneficio nominationis .

6. Non attentis iis , quæ , ad includendum dolum in homicidio etiam sine præmeditatione causa litis commisso latissimè adduxit *D. exadverso scribens §.10. nempè à num.31. usque , & per totum num.44.* quia unica , & brevi tolluntur responsione , distinguendo scilicet inter dolum sumptum principaliter uti speciem delicti , & alium sumptum accessoriè , veluti qualitatem ipsius cum unus , & alter considerari soleat in criminalibus juxta ea , quæ pulcherrimè tradit Doctissimus *J. Consultus Decian. Tract. crim. lib.1. cap.4. nu.8.* In primo namque casu verificatur id , quod docuit laudatus exadverso *Anton. Fabri in suo Rational. tom.1. lib.4. tit.3. ad leg.2. ff. de dol. mal. §. Non fuit sub numer.3. pag. mihi 542.* cum , ut is idem Author subdit ibidem nullum delictum sit sine dolo ; secus autem in secundo , qui noster est ; Nam ubicumque dolus in delictis consideratur uti qualitas , inspiciendum sanè non solùm est an ea adsit , ut delinquens puniri possit , cùm non debeat esse pœna ubi delictum non fuit *leg. Sancimus , Cod. de pœn.* sed cujus quoque generis ea sit , ad hoc ut delinquens congruè valeat puniri , cum pro mensura delicti debeat esse plagarum modus , *Deuteron. cap.25. can. non afferamus in fine 24. quæst.1.* Hinc cuncta hæc animadvertens *Decian. loc cit. sub num.9.* dixit ibi -- *Et hoc casu dolus non denotat delictum , sed qualitatem delicti , nam cum homines delinquant aut proposito , aut impetu , aut casu , l. Respiciendum , §. Delinquunt de pœn. propriè dolus in delictis est propositum ipsum , & malus animus delinquendi , cui opponitur casus , qui tamen dolus , & in impetu certo modo versatur , quod scilicet , & in eo non desit animus delinquendi , sed impetuoso calore statim exortus , non cum mora temporis præmeditatus , prout est propositum . Dolus ergo in delictis versatur tamquam qualitas , quæ nisi adsit , vel non punitur delictum , ut quando casu fit , vel mitiùs punitur , ut quando*

impe-

impetu, *ut dicto* §. *Delinquunt*, & *infrà latius suo loco*.

7. Hinc est, quòd Doctores in subjecta materia homicidii passim admittunt, quòd aliud est habere animum occidendi, aliud habere animum deliberatum ad occidendum, & quod probato primo, pernecesse non sequitur secundum, sed istud adhuc probari debet à Fisco concludenter; Præcæteris *Boss. tit. de homicid. num.* 8. & 9. *Farinacc. conf.* 192. *n.* 58. *Giurb. conf.* 63. *num.* 13. *Paschal. de Patr. Pot. par.* 3. *cap.* 6. *num.* 10. *Rot. coram Royas dec.* 338. *num.* 5. quod quidem agnoscentes alii Doctores citati supra §. 3. unanimiter firmarunt, quòd quotiescumque homicidium sequutum fuit in ira, vel calore iræ non subjacet pœnæ mortis indictæ à quacumque lege, vel Statuto; Istud eorum dictum confirmantibus aliis loquentibus in punctualissimis terminis hujus nostræ Constitutionis citatis supra §. 4. quibus ego nullum reperire valui, qui contradicere ausus sit.

8. Neque enim contrarium desumi potest ab authoritatibus allegatis à D. meo exadverso Scribente d. suæ allegationis, §. 10. num. 32. quia quantum attinet ad *Marchesan. de Commiss. appell. in caus. crim. part.* 1. §. 1. *num.* 166. *tom.* 1. *pag.* 1288. tantum abest, quòd is Author firmet id, ad quod allegatur, quod immò militat pro nobis; Nam ibi dicit, quòd ut locus sit Alexandrinæ Constitutioni, non sufficit quælibet rixa, vel percussio, sed necesse est, quòd dolus interveniat; postquam verò id asseruit, nil aliud subdit, quamquod necesse quoque est, quod injuria verbis, vel facto ex causa litis inferatur allegatis in id *decisione cl. mem. Card. Blanchetti*, quæ quantum faveat intentui nostro visum est supra; nec non *Put. dec.* 104. *lib.* 1. qui nil aliud firmat, quam quod Alexandrina locum habere debuit in eo, qui verberaverat Procuratorem litis revertentem ad Curiam, à qua discesserat causa litis pendentis in ea, nempè ad effectum exequendi remissoriam in Partibus, cùm Casus iste tunc dubius remaneret propter verba ejusdem Alexandrinæ quæ videbantur prospicere solùm, ut Executores tuti, & liberi esse deberent hic in Curia, ut liquidò constar ex lectura ejusdem Decisionis.

9. Quantùm verò spectat ad alias duas *S. Rotæ decis.* nempè *la* 21. *post primum. vol. conf. Farinacc.* & *la* 868. *par.* 3. *lib.* 3. *divers.* Ex earum lectura constat, quod quæstio, quæ facta fuit in utraque causa unicè consistebat in facto, an nempè verè constaret, quòd homicidium fuisset perpetratum, & vulnera respectivè fuissent illata ex causa litis, cum circa concursum aliorum requisitorum fortasse colligitantes, ejusque Procuratores, & Advocati difficultatem non haberent.

10. Quæ hucusque diximus licèt per se certa sint, certiora redduntur, animadvertendo, quòd quotiescumque Legislatores voluerunt severiori pœna punire delicta aliqua sine animi præmeditatione commissa, & ut dicitur *à sangue caldo*, id expressis verbis dixerunt, & statuerunt; Exemplum nobis suppeditant bannimenta generalia, quæ emanarunt ab hoc Supremo Consessu pro recto gubernio Status Ecclesiastici; Nam in *cap.* 32. pro removendo infami, horrendo, perniciosoque crimine vindictæ transversalis statuerunt ibi — *espressamente ordina S. E. che da qui innanzi nessuna persona proseguendo l'ingiuria fatta a se, ò ad altri, ò qualsivoglia azione; ò parola, benchè veramente non ingiuriosa, dalla quale si muova risentimento, facci, ò facci fare anco a SANGUE CALDO sorte alcuna di vendetta transversale, offendendo &c.* — Aliud simile præseferunt bannimenta generalia Illustrissimi Urbis Gubernatoris *cap.* 17. stante, quòd post sancitam in eo pœnam vitæ adversùs eos, qui in Palatiis Apostolicis veniunt ad arma, sive baculis, sive saxis, aut quibuscumque aliis Instrumentis, alapis, pugnis, aut calcibus invicem offendunt, atque percutiunt, dictum fuit ibi — *E si dichiara, che nelle sudette pene incorrerà senza alcuna eccezione, o scusa di PURA RISSA, O DI PRECEDENTE PROVOCATIONE, ò d'altro, concorrendovi le sudette evaginazioni d'armi, ò percosse con armi, bastoni, sassi, schiaffi, calci, ò con altri Instromenti, o disfida; E negl' altri casi di semplice contesa con ingiurie, incorrerà nella pena di tre tratti di corda, ò pecuniarie, ò di galera ad arbitrio come sopra* — Aliud dissimile parum habemus in bannimentis *Illustrissimi Generalis Armorum Commissarii cap.* 14. Nam dicitur ibi — *Nelli corpi di guardia, & in qualsisia altro luogo del servizio, comanda, che si stia con ogni quiete immaginabile, e quelli, che ci attaccaranno brighe, ò contese, se bene di semplici parole, saranno castigati con la Galera ad arbitrio come sopra secondo il fatto; Ma se di più alcuno ardirà impugnare, o dar mano ad armi, BENCHE PROVOCATO caderà in pena della vita* — Et denique aliud in bannimentis, quæ edere solent Illustrissimi Præfecti Castri S. Angeli *cap.* 7. ibi — *E quelli che ci attaccaranno brighe, ò contese, se bene di semplici parole, saranno castigati con la pena della Galera a nostro arbitrio, ma se di più alcuno ardirà impugnare, ò dar di mano ad armi contro alcuno BENCHE PROVOCATO, caderà in pena della vita*.

11. His enim ita se habentibus pro favorabili ista interpretatione dictæ Constitutionis militat vulgaris regula sumpta à *leg. unica*, §. *Ubi autem in fine* ibi — *Nam si contrarium volebat nulla erat difficultas contrarium disponendi* — *Et à cap. ad audientiam in fine* ibi — *mandamus quatenus non permittatis hoc fieri, nam si intelligeremus tantummodò de novalibus, ubi ponimus de laboribus de novalibus poneremus* — & *in cap. inter corporalia post med.* ibi — *Unde si circa translationem idem fieri voluisset, quod de cessione dixerat, & de translatione poterat expressisse* — quam perbellè exornat *Fagnan. in cap. qui Presbyterum à num.* 87. *ad* 91. *de pœnit. & remiss.* Et amplectitur *Rot. rec. dec.* 360. *num.* 33. *par.* 5. & *dec.* 240. *num.* 9. *par.* 14. & passim in aliis: Nam dicta regula locum sibi vindicat non solum quando discretivus loquendi modus sumitur ab una, & eadem lege sed etiam quando sumitur ab aliis diversis, ut optimè consuluit, *Menoch. conf.* 85. *nu.* 110. & *seqq. Card. de Luc. de Test disc.* 30. *n.* 17. *Rota rec. dec.* 144. *num.* 16. *par.* 5. Maximè verò in præsenti casu, quia omnia memorata bannimenta reputantur propria unius, & ejusdem Principis cujus authoritate condita, & publicata fuere *Farin. conf.* 150. *n.* 32. *Raynald. vot.* 58. *nu.* 5. *cum seq.*

12. Denique ad ostendendum prædictorum omnium veritatem concurrit observantia; Nam D. ex adverso scribens, §. 15. *num.* 55. ingenuè fassus est, quòd ea semper dicitur fidissima legum interpres juxta textus, & DD. ibidem allegatos, quibus addimus loquentes in terminis Apostolicarum Constitutionum *Rota dec.* 105. *num.* 22. & *dec.* 300. *num.* 29. *cum seq. par.* 12. *rec.* licèt enim idem d. meus adverso scribens firmiter asseruerit eam favere suæ contrariæ sententiæ salva ejus pace indubitanter militat pro nobis; siquidem cum ipse eam desumere satagat ex eo solùm, quod cùm post editam, & evulgatam usque de anno 1502. dictam Pontificiam Constitutionem, plurimæ exortæ fuerint super ejusdem intelligentia controversiæ, nihilominus tùm *S. Rota* in plerisque suis decisionibus, tum Doctores plures, qui super ea scripsere, unanimi sensu dixerint, quod ut per eam sancita locum obtinerent efflagitanda dumtaxat sint tria illa requisita superiùs enumerata, silentio prætereuntes appensamentum, & præmeditationem, atque Censentes, quòd commissum semper diceretur in eamdem Constitutionem quoties offensio illata appareret in odium litis, primusque fuerit *Farinacc.* qui verbum illud præmeditatè per transcursum apposuerit in dicto suo *conf.* 67. *deindè verò bo. me. Raynaldus* id expressè atque ex professo sustinuerit; Sanè laborem ipsius frustraneum, & inutilem esse demonstrat decisio illa S. Nostri Romani Areopagi *edita* 10. *Novembris* 1581. *in Romana Incursus Alexandrinæ coram clar. mem. Card. Blanchetto*, dum ibi inter tria illa requisita pro incursu multiplicium pœnarum contentarum in dicta Constitutione voluit, quòd primum, & principale esse deberet dolus in delinquente: Istumque dolum prænominatus *Farinacc. dicto suo conf.* 67. *num.* 2. consultò quidem, & cogitatè, non verò per incursum calami scripsit, & benè firmavit intelligendum esse in hac subjecta materia pro appensamento, & præmeditatione criminis; Istius namque Authoris, quem insignissimum appellat *Raynald. obs. cap.* 25. §. 11. *num.* 27. & Criminalistarum Principem *Prat. resp.* 32. *num.* 19. *Basilic. dec.* 13. *num.* 11. *versus finem* sunt præcisa verba illi — *In Casu nostro dolus non intervenit, quia quidquid pro parte Fisci & instigatorum contra Mutium prætenditur, id omne processit non appensatè, & præmeditatè sed in subitanea rixa Calore iracundiæ, prout constat in Processu, & de hoc non est dubitandum, quo casu dolum abesse probat Text. in leg. quicquid, & ibi præsertim Cagnol. qui in specie loquitur de crimine injuriarum num.* 10. & *seq. de regul. Jur. cap. ira*, §. *Notandum* 11. *quæst.* 3. *leg.* 1. §. *Quærit, ff. ad Turpill. cum aliis per Tiraquell. de pœn. temper. caus.* 1. *num.* 1. & *seq.* — Quibus quidem astipulantur *Bart. Bald.* & alii pœnè innumeri à me laudati supra §. 3.

13. Hac ipsa ratione immeritò carpitur ex adverso doctus, & valdè quidem practicus, cùm ferè omnes exercuerit Criminales Magistratus Urbis, & status Ecclesiastici *Raynald.* qui eumdem *Farinaccium* sequutus fuit in suis elaboratissimis

mis observationibus, & juxta illius doctrinam, & intellectum sanè non repræhensibilem pro veritate respondit in pluribus suis Votis supra à me laudatis; Quod si antequam emanasset *Dicta Decisio clar. mem. Card. Blanchetti Sacra Rota*, & Doctores plures, qui scripsere super intelligentia dictæ Constitutionis, nullum, ut asseritur exadverso, facere verbum de requisita ista præmeditatione, id contigisse dicendum est ea ratione, quia non se præbuit occasio super ea disputandi sive quia citrà omne dubium ea probata fuerat in singulis Casibus disputatis, sive quia Partes colliti- gantes super ea quæstionem movere noluerunt pro certo tenentes eam omninò prærequiri juxta incontrovertibilem opinionem tot Classicorum Doctorum firmiter asserentium in subjecta materia aliarum legum, & Statutorum pœnam mortis indicentium in aliis delictis, ut probatum fuit supra dicto §. 3.

14. Nos itaque observantiam huic nostræ sententiæ favorabilem non desumimus ab æquivocis, & fallacibus argumentis, sed à rebus judicatis istiusmet Supremi Consessus, quarum plures referunt, *Raynald. observ. d. cap.* 10. §. 12. *num.* 7. & *D. Locumtenens Sterpini in Calce dicti sui Voti* 33. *apud Set. de Offic. Locumten. postrema Impress.* Cæteræ notissimæ sunt Eminentissimis PP. Tum cunctorum quoque Tribunalium Status Ecclesiastici, de quibus testatur sæpè laudatus *Raynald. d. Vot.* 150. *sub num.* 9. ibi — *Ma sia come si vuole la detta Bolla per la sua oscurità, ò per il troppo rigore ha ricevuta communemente nelli Tribunali l'Interpretazione, che si richieda l'appensamento, e la premeditazione*.

15. Afferre possum ego aliam me Scribente recenter, nempè die 20. Junii 1719. emanatam in Tribunali Illustrissimi D. mei Urbis Gubernatoris in Montis Libertinorum homicidii cum condemnatione Francisci Loreti ad Triremes perpetuas non obstante, quod insidiosè, nempè positus retrò quamdam parvam rupem occidisset Julianum Celli Vinitorem ex Causa, quod eadem die citari eum fecerat ad videndum Subhastari, & deliberari dollum unum Vini in exequutione captum pro prætenso debito Damni dati.

16. Cum igitur ita se habeat observantia, nescio ego videre quonam pacto possit ab ea recedi imponendo severiorem mortis pœnam quibuscumque prætensis Reis delatis apud istum supremum consessum priusquam rursus excitata fuisset quæstio ista, super qua scribendum esse hinc inde rescripserunt Eminentissimi PP. illum constituentes, cum sanè dd. prætensi Rei in præsenti rerum statu committendo delicta pro quibus delati fuere dicantur quasi contraxisse cum Fisco ut ea sibi imponi deberet pœna, quæ aliis similibus delinquentibus hactenus imposita fuit, non verò alia rigidior, quam divinare certè non poterant eis imponi debuisse, *leg. ex maleficiis, ff. de act. & oblig. Scannarol. de visit. carcerat. lib.* 2. §. 6. *cap.* 5. *num.* 16. *post med. pag.* 296. *Raynald. obs. cap.* 5. §. 1. *n.* 159. Et loquens in puncto puncti *vot.* 150. *n. ult.*

17. Quo verò ad alia in posterum committenda (quod deus avertat); Quatenus Eminentissimi Patres prospicere cogitent mediante alia nova lege extensiva dictæ Constitutionis, suppliciter insto, ut dignari velint iterum me audire super hoc, stante, quod non sum ausus super eo scribere in præsenti, ne recepti mandati fines egressum fuisse videretur; Nolo tamen omittere reverenter eisdem Eminentissimis PP. insinuare, quod cùm alias istemet supremus Consessus cogitaverit super hoc, & dignatus fuerit prudenti, sapientique consilio desuper audire bon. mem. *Raynaldum*, quem iterum extollere debeo veluti doctum, & valdè practicum Criminalis materiæ professorem, isque negativè respònderit aliàs per me citato suo *Voto* 150. nil fuit immutatum; sive quia non debent mutari ea, quæ certam formam receperunt, ut inquit idem Author *num.* 11. sive quia non desunt in Alexandrina Constitutione aliæ gravissimæ pœnæ quibus mulctari possunt illius contraventores, (ut constat ex suprarelatis ejus verbis) quæ hodie in desuetudinem abierunt teste eodem *Raynald. obs. cap.* 10. §. 12. *num.* 5. *versus finem*; Præter illam Triremium perpetuarum, quæ hodie practicatur, quæque est morti proxima, immò terribilior ipsa morte *Caball. resol.* 8. *num.* 61. & *seq. Fontanell. dec.* 168. *num.* 10. *Caldero*, qui recenset gravissimas miserias, & innumerabiles ærumnas, quibus condemnati in illis continuè afficiuntur *dec.* 8. *n.* 67. & *seq.* dicente *Farinacc. q.* 167. *in fine*, quod sæpiùs in die moriuntur.

Quare &c.

D. Spretus Pauperum Advoc.

Die Martis 9. Septembris 1721. proposita Causa in Sacra consulta ad relationem R. P. D. Bancherii Secretarii rescriptum fuit: *Gubernatori Farfen. qui condemnet ad Triremes in perpetuum Bernardinum Morichetti, cum confiscatione omnium bonorum, & privatione nominationis; In reliquis verò habebitur ratio in renovatione Bannimentorum, & ad hunc effectum reproponatur causa*.

126 Ex eadem ratione securitatis debitæ Ministris Justitiæ infertur, crimen pariter Læsæ Majestatis committere offendentes carceratos, ut probant *Bobadill. in Politic. lib.* 2. *c.* 4. *p.* 1. *n.* 13. & *Pignatell. consult.* 48. *n.* 4. *t.* 1. ubi quòd idem 127 dicendum est de occidente inimicum ligatum in manibus Curiæ existentem.

128 III. Casus Criminis Læsæ Majestatis in secundo capite est, si quis cum carceratus non sit, carceres frangat, ut carcerati ab eis aufugiant, vel aliter eximat carceratum de carceribus, sive carceres sint publici, sive sit aliquod cubiculum loco carceris assignatum; In hoc siquidem casu, si is, qui ereptus est, jam erat confessus, vel convictus, condemnatus, vel de proximo condemnandus, ejus eximitio à carceribus crimen est Læsæ Majestatis in secundo capite, juxta Textum *in leg.* 4. *in fine*, *ff. Ad leg. Jul. Majest.* ibi *Item qui confessum in Judicio Reum, & propter hoc in vincula conjectum, emiserit*. Hodie tamen quicumque carceres effregerit, 129 sive carcerati confessi sint, sive non, Rei sunt hujus criminis propter generalem loquendi modum severissimæ Bullæ *Sixti V. la* 6. *in Bullar. nov. tom.* 2. quæ comprehendit etiam ad dictum effectum subministrantes homines, arma, ferramenta, auxilium, consilium, opem, favorem per se, vel per alium, publicè, vel occultè, juxta literam ejusdem 130 Bullæ, & observat *Farin. q.* 30. *n.* 96. & *seqq.*

131 IV. Est si quis carceratum de manu familiæ Curiæ exemerit, circa quem distinguendum est, quod, vel quis eximit Tertium, vel semetipsum; Si tertium, & tunc dicendum est, quod eripiens de manibus familiæ Reum captum, jam confessum, vel convictum, & multò plus condemnatum, multoque magis ductum ad ultimum supplicium, procul dubio Reus est criminis Læsæ Majestatis *leg.* 4. *ff. Ad leg. Jul. Majest.* & *leg.* 1. *ff. de Custod. & exhibit. Reor.* Quidquid autem sit de diversis interpretationibus, quas DD. dant dd. Textibus, Sixtus V. in citata Bulla sustulit omnes difficultates, præcipiendo, ut tanquam Rei hujus criminis puniantur, non solùm eximentes de manibus familiæ quascumque personas, & non solùm confessas, & convictas, sed etiam non tales, imo non solùm eximentes de manibus fa- 132 miliæ, sed etiam impedientes, & occultantes, ne capiantur, vel aliter eis evadendi commoditatem præbentes, atque Ministris, & Exequutoribus Justitiæ in earum captura, & libera officii administratione resistentes, & impedimentum parantes, vel illos insequentes, minis, aut alio modo eis timorem incutientes, etiam quod re ipsa captum non eripiant, ut latè explicat *Farin. qu.* 32. *n.* 5. 62. 65. 84. & *seqq.* Si eximit semetipsum, in Statu Ecclesiastico punitur tanquam Reus Læsæ Majestatis, si id faciat armata manu, & cum Satellitum percussione, & vulneratione. Multoque magis si 133 Populum ad arma acclamaverit, & concitaverit, vel nomen alicujus Magnatis invocaverit in auxilium, vel, quod pejus est, appella erit Franchitias, ut statuitur *in cit. Const. Sixti V.* §. 5. & *in Constit.* 47. Pii IV. necnon *in Const.* 12. *Greg. XIII.* quas omnes anno 1689. confirmavit, & respectivè ampliavit 134 Sa. Me. Innoc. XI. in ejus Constitutione, egregiè defensa, & illustrata à cl. me. Cardinali Sfondrato *in Opusculo*, cui titu- 135 *lus Legatio Romam*. Si verò sine armorum violentia quis eximat se ipsum de manibus familiæ, reputandum erit, ac si ex carcere aufugisset, & mitiùs erit puniendus, quàm effractor carcerum, quia revera carceres publicos non violat, ut observat *Farin. quæst.* 32. *nu.* 26. & *seqq.* & latè *Conciol. alleg.* 92. *num.* 2. & *seqq.* & *Calvin. de Æquit. lib.* 1. *cap.* 18. *nu.* 4. & *seqq.* Quid autem dicendum, si quis eximat uxorem 136 *Conciol. alleg. for.* 87. *per tot.* probat, puniendum esse sola pœna extraordinaria, tum quia id præsumitur fecisse, non ad lædendam Principis majestatem, sed ex intenso amore, qui solet esse magnus in conjuge, qui furori æquiparatur: Tum etiam ratione justi doloris, qui operatur, ut deliquisse dicatur absque plenitudine cognitionis, & in fine refert, ita decisum in suo casu. Quod fortius procedit in casu opposito, 137 quando scilicet uxor virum de manu Curiæ eximit ex adductis *per Guazzin. ad Defens. Reor. defens.* 5. *cap.* 5. *num.* 20. & *Calvin. de Æquit. lib.* 1. *cap.* 17. *num.* 6. & *seq.*

138 V. Casus est si quis modestiæ nescius, & pudoris ignarus improbo, & petulanti maledicto nomen Principis lacessendum, & contra ejus honorem fuerit obloquutus, famosumque libellum fecerit, quo ejus dignitas rescindatur *cap.* 1. *de* Ma-

Maled., & *leg. unic. Cod. Si quis Imper. maled.* Maledicere 139 namque Principi contra Divinum præceptum est, cum scriptum sit Exod. 22. 28. *Principi Populi tui non maledices*, & habetur in *Can. Paratus* 23. *qu.*1. *Decian. lib.*7. *cap.*50. *per tot.* Benè verum est, quod pietas Theodosii, Arcadii, & Honorii, 140 Auctorum *citat. leg. unic.* nimium commendanda est ex quo rescripserunt Rufino Præfecto Prætorio, quod nolebant hujus criminis Reum pœnæ subjugari, adducentes dignam illam rationem: *Quoniam si id ex levitate processit, contemnendum est, si ex insania, miseratione dignissimum, si ab injuria, remittendum* Accipiendo verbum illud *remittendum* in suo vero, & proprio significato, quidquid dicant *Basil. d.*26. *num.*4. & *Rayn. tom.*1. *cap.*2. §.5. *num.*33. & *seq.* authumantes, idem verbum *remittendum* accipiendum esse pro *condemnandum*.

141 VI. Demum casus est si quis falsam monetam fabricaverit; Cùm enim monetam cudere sit de Regalibus Principis, ideo 142 qui cudit illam arrogat, & usurpat sibi ea, quæ sunt Principis 143 propria, proindeque ejus offendit Majestatem, ut latè probat *Pignatell. cons.*2. *tom.*9. Sed quia hoc crimen non est unicum tantùm, sed continet in se alia crimina sub *titul. Fals.* contenta, ideo de hoc infra *sub d. titulo* hoc eodem *lib.*2. *tit.*6. latiùs agemus.

144 Quoad pœnas hujus criminis, plures numerantur.

145 I. est infamiæ *Cap. Fœlicis de Pœn.* ibi *Perpetuò sit infamis* Qui Textus licèt loquatur de offendente Cardinales, extendi ab omnes Reos hujus criminis in primo capite, probat *Farinacc. quæst.*116. §.1. *num.*4. & *juncta qu.*112. *nu.*109. & 110.

146 II. Est deletio armorum, & insignium Reorum hujus criminis *Gig. de Crimin. Læsæ Majest. lib.*2. *tit. de Proditor. quæst.*8. *num.*2.

147 III. Si Reus hujus criminis sit absens, & non in potestate Curiæ, depinguntur in Tabella tota ejus effigies, & persona, taliter ut pedes partem superiorem, caput autem inferiorem teneant, & respiciant, cum inscriptione, proditorem, & Læsæ Majestatis Reum indicante *Decian. lib.* 7. *capit.* 31. *num.* 15.

148 IV. Pœna est, quòd si Reus hujus criminis sit prædefunctus, ejus memoria damnetur *leg. final. Cod. Ad leg. Jul. Majest.* & relati per *Farin. qu.*10. *num.*42. & 43. *Rayn. tom.*1. *cap.*2. §.1. *num.*75. ubi ex *Tacito lib.*6. *Annal.* observat, usum hujus pœnæ antiquissimum esse.

149 V. Reus hujus criminis regulariter amittit ipso jure beneficia Juris Civilis *Extrav. Qui sint Rebelles*, ibique *Bart. verb. Rebellando num.* 13. 19. & 20. *Farin. qu.*116. §.2. *nu.*92. Beneficia autem Juris Civilis sunt Jura Municipalia, ac propria Civitatis suæ, & aliorum dominiorum sub Imperio exi-150 stentium; Item patria potestas in filios, Testamenti factio, 151 tam activa, quàm passiva, administratio bonorum suorum, & similia, de quibus *Decian. lib.* 7. *cap.* 4. *num.* 10. & *seqq.* & *Amen. de Delict. & Pœn. titul.* 2. §. 6. *numer.* 41.

152 VI. Pœna est, Nam Domus hujus criminis Rei devastatur, & demolitur *Cap. Fœlicis de Pœn.* ibi *Fiant habitationes ejus deserta, & non sit qui eas inhabitet, dentur cuncta ejus ædificia in ruinam, & ut perpetuam notam infamiæ perpetua ruina testetur, nullo tempore reparentur Gratian. discept.*179. *per tot.* & *Rayn. tom.*1. *cap.*2. §.1. *num.* 109. ubi quòd hæc pœna est de jure novo, & ex *Afflicto in cap.*1. §. *Et bona, col.*4. *special.* 37. *Quæ sint* 153 *regalia* observat, illam fuisse practicatam contra Occisores Iserniæ famosi Feudalistæ.

154 VII. Est Confiscationis omnium bonorum *leg. Quisquis Cod. Ad leg. Jul. Majest.* ibi *bonis ejus omnibus Fisco nostro addictis*, & *Auth. Bona damnatorum*, §. *fin. Cod. de Bon. proscriptor.* & concordat *Statut. Urb. l.*2. *c.*43. de qua latè infrà *lib.*4. *tit.*6.

155 Potest autem hic opportunè quæri, an lata sententia ultimi supplicii contra Reum hujus criminis, & effectualiter sequuta, cum hoc casu fiat confiscatio bonorum, an ille solus Princeps, cujus Majestas fuit læsa, capiat tantùm bona Rei, in suo Territorio existentia, vel potiùs quilibet Fiscus capiat bona, sita in Principatu sui Domini.

156 Quæstio hæc ultimo loco acerrimè agitata fuit in Urbe in casu satis noto, contra offendere tentantes personam Leopoldi Primi Augustissimi Romanorum Imperatoris, & affirmativè resoluta, ut videre est in celebri Voto Cardinalis Castaldi, tunc temporis Thesaurarii Generalis R. C. registrato *in part.*14. *rec.* post *dec.*535. ubi latissimè rationibus, & auctoritatibus id comprobat, & respondet iis, qui contrarium tuentur, & sequitur *Rayn. tom.*1. *cap.*2. §.1. *num.*58. ubi ... *Ursaya Instit. Crimin.* quòd hoc est unum speciale hujus criminis, quòd scilicet, 157 lata sententia, quilibet Fiscus confiscat bona existentia in suo Territorio, & novissimè *Sac. Rota in Romana Pecuniaria super juramento in litem* 11. *Maji* 1699. §. *Innegabiliter coram R. P. D. Muto*, ubi concordantes allegantur; Verumtamen est, quòd dicta Controversia fuit tandem transactione sopita, in id multum conducente nota 158 pietate Summi Pontificis Innocentii XI. de quo cum majori proprietate dici potest id, quod de Trajano scripsit Plinius in ejus Oratione, nempè *Causa Fisci nunquam mala* 159 *est, nisi sub bono Principe*, quod refert *Rot. in dec.*48. *nu.*41. *cor. Dunoz. Jun.* & faciunt tradita *per Cassador. lib.*4. *variar. Epist.*38.

VIII. Pœna est ultimi supplicii *leg. Quisquis Cod. Ad* 160 *leg. Jul. Majest.* ibi *Ipse quidem, utpotè Læsæ Majestatis Reus, gladio feriatur*, & concordat *Statut. Urb. lib.*2. *cap.*43. *Farin. qu.*116. *num.*3. ubi varia mortis genera, quibus hujus delicti Rei afficiuntur, recenset, & *Rayn. tom.*1. *c.*2. §.1. *num.*49. ubi quòd Rei hujus criminis quandoque scindantur in frustra, & quandoque severiori modo puniantur, In Urbe autem practicatur, quòd malleo percutiantur, ju- 161 gulentur, & in frustra scindantur, prout fuit practicatum cum illis, qui Summum Pontificem Pium IV. occidere tentarunt, quorum Dux, tantique sceleris director vocabatur Benedictus Accoltus, ut legitur in Vita Sixti V. *fol.*228. Complices verò fuerunt il Conte Antonio Canossa, Tadeo Manfredi, Cavalier Pellizzone, Prospero de Pittori, sunt verba *Alphonsi Villoa nell' Istorie d' Europa lib.*1. *f. mihi* 164. ubi latè explicat modum à dictis conjunctis consertatum.

Quia verò crimen hoc aliud est proprium, & gravissi- 162 mum, scilicet in primo capite commissum, aliud verò minùs proprium, & consequenter minùs grave, hoc est in secundo capite perpetratum, ut observat *Card. de Luc. in Prax. crim. Verb. Læsæ Majestat. num.*1. & §. *E finalmente*. Ideo pro pleniori intelligentia punitionis ejusdem, reducendo rem ad praxim, est distinguendum, quòd, vel loquimur de Reis læsæ Majestatis defunctis, vel adhuc viventibus.

Si de defunctis, subdistinguendum est, quòd, vel 163 hoc delictum fuit commissum in primo, vel in secundo capite.

Si in primo capite, & tunc dicendum est, quòd licèt 164 delicta morte delinquentis una cum pœna extinguantur; In crimine tamen læsæ Majestatis in primo capite speciale est, ut de eo, etiam post mortem delinquentis procedi, & cognosci possit, juxta Textus *in leg. fin. ff. Ad leg. Jul. Majest.* & *in leg. Meminisse, Cod. eodem*. Punitur autem hoc modo, nam ejus memoria damnatur, declaratur infamis, ejusque bona confiscantur, atque ab illius hære- 165 dibus adimuntur, citata *leg. final. ff. Ad leg. Julian. Majest.*

Si in secundo capite, tunc post mortem delinquentis non 166 potest agi, nec defuncti memoria damnari, vel aliter cognosci, aut procedi contra illum, sepè citata *leg. fin. ff. Ad leg. Jul. Majest.* & observat *Decian. lib.*7. *cap.*39. *num.*37. & 38.

Si de viventibus, subdistinguendum est, quòd, vel Reus 167 hujus criminis est præsens, & in manibus Curiæ, vel absens seu contumax.

Si præsens, & tunc pariter est distinguendum, quòd, vel 168 delictum fuit commissum in primo, vel in secundo capite.

Si in primo capite, punitur omnibus modis supra expressis, 169 nam amittit ipso Jure beneficia Juris Civilis, incurrit infamiam, perdit arma, & insignia propria, atque agnationis, devastatur ejus domus à fundamentis, ita quòd nec remaneant ejus vestigia, & ampliùs reædificari non possit, puniturque demum ultimo supplicio, eo mortis genere, quod servatur in puniendis similibus delinquentibus secundùm consuetudinem Regionis, ubi illud fuit commissum, addita confiscatione omnium bonorum, ut supra diximus, & statuit Textus *in leg. Quisquis, Cod. Ad leg. Jul. Majest.* atque observat *Farin. qu.*116. §.1. *nu.*13. 23. & 45.

Filii pariter ejusdem criminis Reorum variis afficiuntur 170 pœnis propter delictum Paternum; Efficiuntur siquidem infames, amittunt beneficia Juris Civilis, nec non arma, & insignia domus, atque privantur omni successione, tam ex Testamento, quàm ab intestato ipsis obveniente ex quibuscumque bonis, paternis, maternis, amicorum, proximorum, & extraneorum quorumcumque *leg. Quisquis*, §. 171 *Filii verò, C. Ad leg. Jul. Majest. Farin. d. qu.*116. *num.*75. & *seqq.* & latè *Concil. resol. crim. Verbo Læsæ Majest. crim. resol. unica*, ubi *num.*9. quod non habet locum quoad alimen-

menta, & num.10. quòd non comprehendit filios natos antequam Pater tale delictum commisisset, quod observant etiam *Calvin. de Æquit. l.1. cap.12. num.6. Bertachin. vot. 174. per tot. Rot. cor. Seraph. dec.830. num.8.* Benè verum est, quòd ex laudabili consuetudine hodiè dictas pœnas *leg. Quisquis* non extendi ad filios testantur *Angel. in leg. Fallaciter, num.4. Cod. de Abolit. Gig. de crim. Læs. Majest. l.3. rub. de Pœn. quas Fil. incur. q.23. num.3. & Decian. lib.7. cap.41. num.38.*

173 Si in secundo capite, & tunc dicendum est, quòd talis Reus punitur pœna ultimi supplicii, & confiscationis omnium bonorum *Farin. quæst.116. §.1. num.33. & 35.* Sed pœna devastationis domus non habebit locum, minusque

174 aliæ tangentes Filiorum præjudicium *Gloss. in leg. Eorum ff. Ad leg. Jul. Majest. Farin. quæst.116. num.123. & seqq.*

175 Si absens, & tunc is, qui crimen læsæ majestatis commisit depingitur in Tabella, ità quòd pedes partem superiorem, caput verò inferiorem teneant cum inscriptione, proditorem indicante, demoliturque ejus domus, & confiscantur bona *Decian. lib.7. cap.31. num.15. & cap.39. num.27.* ubi concordantes,

176 Quia verò hoc crimen committi potest à Clericis, à Judice Ecclesiastico in hoc casu privari debent beneficiis, atque degradari juxta Textum *In Can. Si quis laicus 22. quæst.5.* quem Textum notabilem dicit *Abb. in cap. At si Clerici in princ. de Judic.*

TITULUS II.

De Criminibus Ambitus, & Repetundarum.

1 QUia Magistratus publici juris sunt *leg.1. §. Hujus studii ff. de Just. & Jur.* possunt autem homines, tam in illis assequendis, quàm in exercendis delinquere, & Rempublicam lædere, ideo editæ fuerunt *Lex Julia de Ambitu*, quæ illicitas Magistratum consequutiones, & *lex Julia Repetundarum*, quæ eorumdem vitiosum exercitium punirent, quarum utraque est publicorum judiciorum.

2 Ambitus dicitur à verbo ambio, hoc est circum eo; Mos enim antiquorum fuit circum eundi omnes illos, à quorum suffragiis auxilium sperabant, atque hic ambitus nullis fuit unquam legibus prohibitus. *Cicerone* siquidem teste *in Oratione contra Salustium*, licitus est ambitus, si precibus, si observantia, si præsentatione, si ostensis acceptis pro Republica vulneribus, quis Magistratum petat, atque operam suam Reipublicæ offerat, necesse enim est, aliquos adesse, qui Magistratus, & petant, & gerant; Dignitates tamen dignis semper concedendæ sunt *leg. Ut gradatim §. Et si lege ff. de Muner. & honorib.*

3 Alter ambitus illicitus, & punibilis est, cùm quis non dictis modis, sed vi, atque largitionibus Populi suffragia corrumpebat, ut publica munera consequeretur, definiturque crimen hoc, ut sit *vitium, seu excessus in appetendis honoribus publicis commissus*, de cujus pœna habemus *Text. in leg. unic. ff. ad leg. Jul. de Ambit. & in leg. unic. Cod. Eod.* atque in Auth. *Ut Judices sine quoquo suffragio fiant*, relat. *à Brugiot. Instit. Crim. lib.2. tit.17. per tot. & Cohel. ad Bul. Bon. Reg. cap.31. num.68.* Verùm quia hodiè non ad Populum

4 sed ad ipsum Principem spectat Magistratuum creatio, ut observat *Zuff. Inst. Crim. lib.2. tit.17. lit. A* videndum est, in quibus casibus committatur.

5 I. Autem committitur, si pecunia detur Consiliariis Principis pro consequendo ab ipso Magistratu, ut patet ex citata *Auth. Ut Judices &c.* & tradit *Boss. in Prax. Crim. tit. de Ambitios. in princip. Pignatel. consult. 125. nu.8. t.9.* ubi *nu. seqq.* latè agit de speciebus hujus criminis.

6 II. Si quis non in Urbe, sed extra illam in alio Municipio vel Civitate Magistratum petat, idest turbam causa suffragiorum ferendorum secum ducat, qui clientelam advocet, vel aliam corruptelam adhibeat, vel vota Populis corrumpat, ejusque favorem illecebris, donis, obsequio, pollicitationibus, terroribus, minis, aliisque malis artibus aucupetur, & captet *leg. unic. ff. ad leg. Jul. de Ambit.* & explicat *Decian. lib.8. cap.22. nu.17. & cap.23. num.2.*

7 III. Si quis novum Vectigal instituat, ut Principi gratum faciat, & ita dignitates, & munera publica ab eo extorqueat *Decian. ubi sup. & Brugiot. Instit. Crimin. lib.2. tit.17. num.7.*

8 IV. Demum si quis non particularibus personis, sed ipsimet Reipublicæ aliquid sit pollicitus, ut sibi Magistratum conferant *leg.1. §. Non semper & leg. Ex pollicitatione ff. de Pollicit.*

9 *Repetundarum* Crimen committi dicitur, quando Magistratus Subditorum pecunias quomodolibet usurpant *leg.1. & tot. tit. ff. de leg. Jul. Repet. Zuff. Instit. Crim. lib.2. tit.17. lit.C.* Nec non per sordes in propiis officiis delinquunt. Sordes enim idem sunt, ac pecuniarum corruptiones, indeque corruptum Judicem sordidum vocat *Gloss. in leg.3. §. Tametsi verb. Sordibus ff. de Judic.* & sequitur *Brugiot. Inst. crim. l.2. tit.17. à num.11.*

10 Verùm, quia hæc pecuniarum acceptio contingere dupliciter potest, vel scilicet pecuniam accipiendo à sponte dantibus, vel illam per concussionem ab invitis etiam extorquendo, de utroque usurpationis modo videndum est.

11 Circa primum usurpationis modum, qui propriè Repetundarum Crimen constituit, multipliciter committitur, & I. à quocunque Magistratu, sive Civili, sive Criminali, sive militari *Leg. Eadem lege §. final. ff. Ad leg. Jul. Repet.* Et nedum ab ipsimet Judicibus, sed etiam ab eorum sociis, domesticis, adhærentibus &c. puta Uxore, & Consanguineis; Officialibus, Famulis &c. *Decian. lib.8. cap.35. num.26.* In quo casu principalis Judex, seu Magistratus, qui illas secum duxit, tenetur de commissis per eosdem *§. Sciant Auth. Ut judices sin. quoquo suffragio fiant* Multo magis id verificabitur si hoc fecerint ipso Magistratu mandante, vel si manipularios & lenones extorsionum habuerint, quorum opera, & industria ad clanculum accipiendum utantur *leg.1. Cod. ad leg. Jul. Repetund.* ibi *Sed manipularius minister accepit & leg. final. Cod. Eod.* ibi *si per se, sive per interpositam personam.*

12 Committitur autem multifariam, & quoad Judicem Criminalem, si iste accipiat pecuniam, ut faciat non facienda, puta ob hominem in vinculis conjiciendum, damnandum, necandum, cùm condemnari minimè debeat; Vel, ut non faciat facienda, scilicet ad dimittendum à vinculis vel absolvendum eum, quem punire debet *Leg. Lex Julia ff. Ad leg. Jul. Repet.*

13 Idem dicendum de Exequutoribus justitiæ, puta de artifice, quem totius justitiæ ministeriale complementum vocat *Honuphr. de Palm. inter Respons. Crim. Prat. respons.45. in princ.* Si enim pecunias recipiat, vel, ut suum officium expleat, ad quod de jure est obligatus, vel illud ritè non exerceat; puta, ut non unico, sed pluribus ictibus miseros occidat damnatos, concurrente dolo, etiam capitaliter puniri

14 potest, ut probat idem *Palm. ubi supra respons.45. & 46. per tot.* in fine cujus refert, ità decisum in Regio Collaterali Consilio Neapolis 23. Augusti 1651. condemnando Reum, ut laqueo moreretur in Furcis, & deindè divideretur in frustra cadaver, ejusque caput in crate ferrea inclusum poneretur in publico.

15 Quo verò ad Judicem Civilem, si iste pecuniam accipiat, ut faciat non facienda, puta ob causam injustè judicandam *leg. Julia 3. ff. Ad leg. Jul. Repet.* Vel, ut ex suo officio non faciat facienda, vel, ut minus faciat, quàm debet *Decian. lib.7. cap.35. num.6. & 13.* Vel etiam, ut faciat facienda,

16 puta pro decernenda justitia, Vel ferenda sententia, etiam justa; Judici enim non licet aliquid accipere, ut justitiam

17 faciat *leg.2. §. Sed si dedit ff. de Condiction. ob turp. caus.* Etiamsi æquè probabiles opiniones pro se habeant Colitigantes, ut determinavit *s. m. Alex. VII. 24. Sept. 1665. proposit. 26.* Nam Judices habere debent manus mundas,

18 & puras, ut dicitur in *Auth. Ut Judices sine quoquo suffragio fiant* ibi *puras enim exigimus esse Provincialibus Judicibus manus*, atque novissimè sancivit *s. m. Innoc. XII. in Const. edita 28 Januarii 1699. de Datis, & promissis pro Gratia, vel Justitia apud Sedem Apostolicam obtinenda*; incipien. *Sacerdotalem*

19 *& Regiam*, quæ innumeras in hac parte sustulit Moralistarum interpretationes, & opiniones, nimium animarum saluti præjudiciales, Vel, ut causam citò expediat *Farinacc. quæst.111. num.159.* Vel ob arbitrium dandum, vel jam datum mutandum &c. *Decian. lib.5. cap.25. num.8.* De quibus

20 malis Judicibus, similia practicantibus, benè scripsit *Innoc. de Miser. homin.* relatus *à Simoncell. de Decret. lib.1. tit.1. num.9. fol.26. Judices mali non attendunt merita causarum, sed pecuniarum merita, non Jura, sed munera, non justitiam, sed pecuniam, non quod ratio dictat, sed quod voluntas affectat, non quod Lex sentit, sed quod mens cupit, non inclinant ad justitiam animum, sed justitiam declinant ab animo, non ut, quod licet, hoc libeat, sed ut liceat, quod libet.*

21 Quod demum ad Præfectum, & Magistrum militum si pecunia accepta sit ob militem legendum, vel militiæ adscriben-

bendum, aut ab eadem militia aliquo colore dimittendum *leg. Ead. leg. §. leg. Julia ff. Eod.*

22 Neque verò solus Magistratus, & publicus Officialis pecunia corruptus, hujus Criminis Reus est, sed etiam pecuniam dans, eumque corrumpens *leg. ultima Cod. ad leg. Jul. Repet. & leg. 1. C. de Pœn. Jud. qui malè Judic.* Nisi taliter 23 dans sit apud Judicem capitaliter inquisitus; Tunc enim illum corrumpens non erit Reus hujus Criminis; Quia licitum 24 est unicuique sanguinem suum quoquomodo redimere *leg. 1. ff. de Bon. eor. qui ante Senten. sibi mort. consciv.* & observat *Farin. q. 111. n. 114.*

Circa Officiales duas refert Constitutiones Summorum Pontificum Cobell. ad Bull. Bon. Regim. cap. 36. §. 14. Gloss. num. 10. unam Pauli III. qua prohibitum est Officialibus cujuscumque generis aliquid accipere, vel dare sub pœna excommunicationis, poculentis, & esculentis dumtaxat exceptis. Aliam verò Sixti V. adversùs minores Officiales, puta Birruarios, & similes dantes munera, ut non removeantur ab eorum Officiis.

Advertendum est hic, quod licèt de pecunia tantùm data, accepta, vel promissa mentionem fecerimus, idem tamen erit dicendum, si alia quæcumque res intervenerit, 25 nam in materia hujus criminis nomine pecuniæ venit omne id, quod secundùm leges comprehenditur appellatione pecuniæ, ut dicitur *In leg. 1. §. Pecunia autem, ff. de Calumniator.* In summa, ad sensum *Bart. in cit. leg. 1.* omne commodum bursale comprehenditur sub dicto nomine. Et in terminis illius Judicis, qui ab uno ex litigantibus Lusciniam acceperat *Surgent. in Neapol. illustrat. lib. 1. c. 17. n. 21. & Rayn. t. 1. c. 4. §. 5. n. 6.* referentes factum Turcarum Tyranni, qui talem Judicem decapitare fecit.

26 Limitatur tamen hoc in quatuor casibus respectu munerum à spontè dantibus.

27 I. Si Judex salarium habeat valdè tenue, *§. Scriptum est Auth. Ut Judic. sine quoque suffrag. fiant.* Nisi collitigantes essent valdè pauperes, quia ab istis nihil prorsus recipere 28 debent, etiam si spontè id offerant *Zacch. de Salar. quæst. 72. num. 40.*

29 II. Si in toto anno non plus accipiat quàm centum aureos à liberalitate dantium, *leg. eadem lege §. Lege Julia in fine, ff. ad leg. Jul. Repet.* Quòd tamen non procedit si sufficiens à 30 publico habeat salarium, *Farin. quæst. 111. num. 244. & Zacch. de Salar. quæst. 72. num. 6. & seqq.* ubi, quòd consentaneum est, nedum Juri Civili, & Canonico, sed etiam, 31 Divino ex sententia Salvatoris, *Luc. cap. 4.* ibi *Contenti estote stipendiis vestris, Langlaus Semest. lib. 6. cap. 1. fol. 250.*

32 III. Si accipiat esculenta, & poculenta, quæ intra tres proximos dies consumentur, *leg. Plebiscito, ff. de Offic. Præsid. & leg. Solet. §. final. de Offic. Proconsul. de Argel. de Offic. Baron. cap. 112. numer. 1. & Rot. decis. 1023. numer. 12. coram Emer. junior.* Atque latè explicat *Zaul. tom. 1. lib. 1. rubr. 2. à numer. 40. Panim. decis. 52. numer. 26. & seqq. Rayn. tom. 1. cap. 4. §. 5. à numer. 5. usque ad 20.* ubi 33 *num. 11.* observat, esculenti appellatione venire omne id, quod editur, sicuti nomine poculenti, omne id, quod bibitur, *& num. 20.* quòd non est necesse, ut infra triduum de facto consumentur, sed satis est, quòd potuerint consumi, quodque mensuranda est consumatio non quoad Judi- 34 cem tantùm, sed etiam habito respectu ad ejus familiam. Et demum *num. 21.* quòd licèt permissa sit receptio esculen- 35 torum, & poculentorum, illorum tamen occasione non licet pecunias accipere ratione publicæ honestatis, quod observant pariter, *Petr. in Rit. Magn. Cur. Rit. 14. num. 19. & Par. de Put. de Syndic. V. Poculenta, cap. 2. num. 1.*

36 Atque exceptuata leguntur in citata Constit. S. M. Innoc. XII. §. *Porrò* ibi *Porrò Xenia solita, esculenta, & poculenta, quæ Judicibus, Ministris, & Officialibus Romanæ Curiæ exhiberi consueverunt, minimè prohibita fuisse, nec prohiberi decernimus.* Et experientia est manifestum.

37 Imò in Juramento præstari solito à Romanæ Curiæ Judicibus, quod per extensum refert *R. P. D. Fattinell. de Signatur. cap. 3. in fine*, literaliter pariter exceptuantur, ibi: *A donis, muneribus, & Xeniis abstinebo, & meos familiares abstinere omni diligentia, qua potero, procurabo (esculentis, & poculentis, non fraudolenter dumtaxat exceptis) ità quod per me, vel alium in quocumque casu nihil recipiam, nec à meis familiaribus recipi permittam, sine D. Papæ, vel ejus Camerarii licentia speciali.*

38 Quibus etiam univit *Sacra Rota in dec. 43. numer. 12. & dec. 53. num. 1. apud Zacch. de Salar.* munera illa, quæ in festis Natalitiis Advocatis, & Procuratoribus dari solent, ut diligentiùs patrocinio causarum incumbant, asserens, consuetum esse in omni Curia dicto anni tempore labores Advocatorum, & procuratorum aliquo munere recompensare, & in *Romana Mobilium 23. Martii 1711. §. Quoad Tabulas cor. Aldrovando* ibi -- *Non est res nova, vel insolita, quòd clientes illustres, & nobiles, ultra solitos honorarios aliqua etiam dona profundant erga Defensores Causarum ad compensandos insolitos labores, excitandamque illorum sedulitatem.* Quibus muneribus in Urbe addi possunt 39 illa, quæ solent pariter dari Kalendis Augusti, quando non sine abusu, & impropprietate, Famuli id solent exigere, & prætendere potiùs per viam coactæ obligationis, 40 quàm strenæ, hoc est sine trena, seu lamentatione, juxta ethymologiam ejusdem muneris, seu nominis. Vide *Zaul. to. 2. f. 71. num. 29. & seqq.* ubi dat ethymologiam *del Ferragosto.* In vita Cardinalis Dominici Ginnasii, descriptam *ab Abbate Mezzamico, fol. 44. cap. 4.* dicitur -- *Non permise, che in occasione di cause, da esso con vittoria terminate, o di alcuna solennità della Chiesa, li suoi Parafrenieri ardissero di andare in casa di alcuno per ricognizione, o per altro colorito pretesto di mancia, parendoli strano, che li Servitori pretendessero ne sudori de Padroni gli onorarii, e la ricompensa.* Idem resolvit *Sacr. Congreg. Concilii in S. Marci Procurationis 7. Julii 1718. ad 7. dubium*

41 Diligenter tamen advertendum est hic, quod hæc non procedunt in Urbe si Judex Criminalis fuerit Ordinarius, nam iste nec etiam munera esculenta, & poculenta accipere potest, & quidem sub rigorosissimis pœnis, con- 42 tentis in Chirographo *Clemen. VIII.* publicato anno 1595 de quo *Farinacc. quæst. 111. num. 254.* & novissimè *S. M. Innoc. XII. constit. 34. num 13.* inter illas ab ipso emana- 43 tas, ubi alia pœna privationis officii; & inhabilitatis ad quodlibet judicandi munus super addita fuit, etiam si spontè dentur, & in quacunque etiam minima quantitate, & in casibus à jure, vel quacumque Constitutio- 44 ne permissis, Et de Episcopis, & aliis Ministris, exequentibus mandata Congreg. S. R. & Universalis Inquisitionis adest *Constit. 76. S. M. Clem. VIII. in Bullar. nov. to. 4.* de qua infrà *lib. 3. tit. 1.* & de iisdem Episcopis, admi- 45 nistrantibus Sacramentum Confirmationis, quod non possint aliquid, etiam sub titulo procurationis, exigere ab Universitatibus laicalibus, *Sac. Congreg. Concilii in Amalphitana 6. Februarii 1700. ad secundum dubium*, ubi *dub. 7. & 8.* resolvit etiam, Parochos, & Beneficiatos, qui aliàs non reperiuntur obligati, non teneri præstare munera aliqua Episcopis, sive consistant in carnibus, sive in 46 aliis rebus comestibilibus, etiam prætextu consuetudinis, & multò minus eadem munera ad pecuniam reducere, quod pluries resolvit alia *Sacra Congregatio Episcop. & Regularium*, ex animadversis *per Pignatel. consult. 144. à num. 5. usque ad fin. tom. 9.* ubi *num. 10.* quod attentis dictis re- 47 solutionibus habentibus vim rei judicatæ, inanis est prætensio manutentionis, quam solent petere Episcopi, quia petitorium in his circumstantiis absorbet possessorium, vide *Petr. in Comm. tom. 2. fol. 35. num. 1. cum plurib. seqq.* ubi latissimè. Imò hoc est adeò verum, quod Episcopi, nec 48 etiam eadem munera accipere possunt à spontè dantibus ad sensum *Pignat. d. consult. 144. num. 7. tom. 9.* Circà quod tu Lector cogita, an id sit præcludere viam urbanitati, & actibus inter homines gratos nimium frequentibus, laudeque dignis.

Quia verò in aliquibus Civitatibus, & Diœcesibus adest consuetudo, seu potiùs abusus, ut defuncto aliquo Sacerdote, debeatur Episcopo Breviarium, superpelliceum, vel aliquid simile, talis prætensio in Sac. Congregatione Concilii in Judicium deducta die 31. Junii 1706. in una Sancti Marci exactionum, eadem Sacra Congregatio fuit in sensu, illam attendendam nullatenus esse, & quia Episcopus excommunicaverat hæredes defunctorum Presbyterorum, recusantium dictas res tradere eidem Episcopo, in secundo dubio respondit, easdem Censuras non substineri.

49 Occasione dationis, & receptionis munerum adverte hic, vetus esse Græcorum proverbium, registratum ab Ulpiano in *leg. Solet, ff. de Offic. Proconsul.* dicentium οὔτε πάντα, οὔτε πάντοτε, οὔτε παρὰ πάντων, nempè omnino, neque semper, neque ab omnibus, ut explicat ibidem *Gloss. verb. Vetus*; A nemine enim accipere inhumanum reputatur, 50 passim vilissimum, omnia verò avarissimum, ut dicit *Ulpian. in cit. leg. Solet, ff. de Offic. Procons.* & sequitur *Rayn. t. 1. c. 4. §. 5. n. 5.*

51 Advertendum II. quòd ubi extat Consuetudo, Judices possunt accipere etiam Zaccharum, Ceram, Cocholatem, &c. in

In diebus Natalitiis, vel alio anni tempore *Rebuff. in Const. Regn. to.3. tit. de Salar. taxat. pro vision. Processf. glos. unic. num.18. Capiblanch. singul.53. per tot.* quæ consuetudo viget in Urbe, ut est omnibus notorium. Verùm tamen est, 52 quod licet omnia ista munera, sive esculenta, & poculenta, sive Saccharum, Cera &c. accipi possint à Judicibus, 53 magis tamen iidem Judices æstimantur si illa non accipiunt, ut dicit *Paris. de Put. de Syndic. verb. Proculenta cap. 2. n.2.* 54 observans *num.1. circa finem*, quòd litigantes, qui dant unam Gallinam, illam dant cum intentione, ut habeant ab eo Bovem, quodque Rustici dicere solent, quod munus in- 55 trat per portam Judicis, & Diabolus per fenestram, & *Paridem de Puteo* sequuntur *Joan. Segur. Daval. in Direct. Judic. quæst.1. cap.14. num.24. & Rayn. tom.1. cap.4. §.5. sub num.12.* Præterea ad rem observant *Tholosan. de Repub. lib.2. cap.6. nu.16. & Mut. ad Pragmat. tit.13. Nè Official. muner. accip. num.28.* tutius esse, ut Judices abstineant à receptione si- 56 milium munerum, quia etiam si illos non corrumpant, saltem placant, adeòut faciliùs in favorem dantis inclineut, quando sententiam ferunt.

57 Advertendum III. circa Xenia illa, seu munera, quæ dari solent per Cardinales absentes noviter promotos Cameræ Pontificiæ, seu illis Cubiculariis, qui eis biretum rubrum portant, de quibus vide *Petr. tom.4. fol.406. à num.23. ad Const. Pontif.* quòd tunc dividenda sunt inter illos Cubicularios, qui reperiuntur tempore divisionis, non autem antecessoris Pontificis, interim prædefuncti, quando Papa obiit antequam sequuta sit consignatio Bireti, & munerum receptio, juxtà casum *dec.1339. coram Coccin.* Secus autem si Bireti consignatio, & munerum receptio sequantur vivente Pontifice illo, qui dictos Cardinales creavit, ut doctè, & nervosè probat *Piton. discept.51. per tot.* in qua reprobat, seu declarat *Rocc. Select. interpr. cap.87.* asserentem contrarium indefinitè, licèt in fine testetur, in suo casu, talia Xenia divisa fuisse inter Cubicularios utriusque Clementis IX. & X. & agebatur de Xeniis, datis à Cardinali Buglione, dum hæc imprimuntur Sac. Collegii meritissimi Decani.

58 IV. Demum si agatur de Sportulis, quas omnino de justitia debitas esse laboribus Judicantium, sequendo *Nav. in cons.21. num.21. num.3. de Rescript. lib.1.* observant *Ventrigl. in Prax. tit. de Sportul. & Salar. Judic. adnot.36.* ibique *Carol. Anton. de Luc. in Observation.* & novissimè firmavit *Rota in Romana Alimentorum super expensis 22. Januarii 1700. §. Hucusque coram R. P. D. Ansaldo*, & priùs in *Bononien. Sportularum 22. Junii 1693. & 22. Martii 1694. coram Reverendissimo Molines, & in dicta Romana Alimentorum super expensis §. Hucusque*, ubi ra- 59 tione majori considerat, debitas esse Sacræ Rotæ Auditorio, ob incessantes labores circà gravissimas materias & causas in magno numero, itaut in circulo unius anni proponantur, & decidantur in Rota tot, quot nec etiam in decennio proponuntur in aliis Senatibus, & Parlamentis, ac Rotis, & aliquando cum summis angu- 60 stiis, ut præsertim contingit in fine ultimæ Tertiariæ, ut advertitur *in dec.60. in princ. coram eod.* Teste autem 61 *Card. Pallavicin. in Histor. Concil. Trid. lib.24. cap.4. nu.10.* exinde; *Non puol chiamarsi nè trascurata, nè sprovveduta la decisione di gran litigio, che suol prendersi in gravissimi Tribunali con lo studio d'un giorno, attese le Scritture meditate da valenti Avvocati per molti mesi.*

62 Sportulæ autem deducunt earum originem ab eo quod dum Lis contestabatur Actor, & Reus deponebant in Æde Sacra Sportulam, in qua pecunia erat, quam qui vicisset lucrabatur, & quia deindè ex dicto more introductum est, Judicibus honoraria persolvi, inde sportulæ Judicum nomen traxerunt, ut docent *Alciat. in leg. Pecunia Verbum, §. Actionis num.5. ff. de Verb. signific.* & latè *Zaul. tom. 1. rubr.7. lib.1. num.1. & seqq.* ubi alias quoque assignat congruentias ejusdem denominationis Sportularum, quarum taxa videri potest in *Bulla Pauli V. impressa post Praxim Ridolph. & in d. Constit.34. S. M. Innoc. XII. in Collect. Bul-* 63 *lar.* in qua accurata distinctione specificantur omnes Judices Romanæ Curiæ, quibus debentur, & determinatur quantitas earumdem.

64 Si autem quæras hic, an Judici debeantur Sportulæ, seu Propinæ, quando sententiam non tulit, eò quia Collitigans liti cesserit, vel ad transactionem cum alio Collitigante devenerit; Respondeo affirmativè, quia Judex discutiendo causæ merita fecit quantum in se erat, & proindè semper ei debentur Sportulæ, ut materia ad partes discussa firmatum fuit in *voto Cardinalis Gastaldi impresso in dec.622. par.14. recent.* quod sequutum fuit *Sacra Rota in Perusina Reintegrationis 4. Julii 1665. coram Albergato.*

65 Nisi agatur de causis pauperum; Quia ab istis nullas possunt exigere Sportulas Judices, etiamsi sententiam illorum favore ferant, *Zaul. tom.1. rubr. 7. num.22.* ubi tamen *num. 24.* quod hoc casu nè Judex sui laboris mercedem amittat, & Pars temerè litigans condemnationem in expensis evadat, condemnatur pauper ad illas solvendum statim ac illas fue- 66 rit consecutus ab Adversario, referendo ita decisum à Camera annis 1684. & 1685. & practicatum contra quemdam Appaltatorem, succumbentem in lite contra Capuccinos.

67 Quid autem dicendum in casu, quo actio instituta reperiatur contra diversas personas, & pro diversis bonis, & creditis, an scilicet unica, vel plures debeantur propinæ. Respondeo, quòd jure communi attento, debentur plures propinæ, rationibus adductis à *Rim. cons.248. num.36. vol.3. Zacch. de Salar. q.72. n.21. & seqq. & Rot. in d. Bononien. Sportularum 22. Junii 1693. §. Quoverò ad secundam, coram Molines*, ubi, quod in hoc casu tot propinæ debentur, quot sunt creditores, quodque ita servatur in pluribus Tribunalibus Orbis, de qua praxi testantur etiam *Buccaferr. resp.75. num.19. Gomez var. res. tom.2. cap.11. num.16. Zacch. de Salar. quæst.72. num.21. Dossen. de Salar. sent. cap.6. num.48. & Scacc. de Sent. & re judic. gloss. 117. quæst. 4. Special. 3. num.31.*

68 Dixi, *jure communi attento*, quia in Urbe, attenta Bulla reformatoria Tribunalium, anno 1689. edita à S. M. Innocentii XI. unica in hoc casu solvi debet propina; juxta verba ejusdem Bullæ relata *à Zaul. t.1. lib.1. rub.7. n.15.*

Posthæc autem impressa alia emanavit Reformatio de ordine Clem. XI. circa hujusmodi Propinas, impressa in Bullar. Clement. fol. mihi 493. estque sequentis tenoris.

DECLARATIONES, PROVISIONES, & Decreta Congregationis Particularis à Sanctissimo Domino Nostro deputatæ super Sportulis Judicibus Commissariis, Rotæ, aliisque Tribunalibus Urbis, persolvendis, à Sanctitate sua specialiter approbata.

CUM ad aures Sanctissimi Domini Nostri plurimæ pervenerint Litigantium querelæ super inobservantia Reformationis Tribunalium Urbis à felicis recordationis Paulo Papa V. editæ, nec non Literarum Apostolicarum rec. mem. tùm Innocentii Papæ XI. Anno Incarnationis Dominicæ millesimo sexcentesimo octuagesimo nono, quarto Kalendas Julii, tùm Innocentii Papæ XII. pridiè nonas Dec. Anno præfatæ Incarnationis millesimo sexcentesimo nonagesimotertio expeditarum, in ea præsertim parte, in qua Judicibus Commissariis, Rotæ, & aliis Tribunalibus ejusdem Urbis taxantur Sportulæ; Simulque delatum fuerit, quòd ea de causa germanum præfatarum Reformationis, & Literarum Apostolicarum intellectum, & claram Romanorum Pontificum mentem fallacibus argumentis, & minùs veris interpretationibus, vanisque subterfugiis, ac prætextibus, non sine maximo ipsorum Litigantium, & præsertim Pauperum dispendio, everti, eludi, & retardari contingit. Cùmque Sanctitas Sua, ea, qua cæteris indesinenter præest, pervigili cura, & eximia, qua pauperes prosequitur charitate, Congregationem particularem plurium Prælatorum ex Senioribus Romanæ Curiæ, necnon de stylo, seu praxi ejusdem Curiæ apprimè instructorum, specialiter (ut infrà) ad id deputaverit, attributa eis facultate, quibuscumque minùs veris interpretationibus, insubsistentibus titulis, & prætextibus penitus sublatis, & rejectis, præfatorum Pontificum Literas, juxtà eorum mentem, & sensum, declarandi, interpretandi, & debitæ, prout par est, executioni demandandi, reservata tamen sibi facultate easdem Declarationes, Provisiones, & Decreta approbandi, & confirmandi; Eadem Congregatio, re maturè discussa, sub diebus decima, & decimaoctava Februarii proximè præteriti, & secunda Junii currentis, infrascriptas edidit Declarationes, Provisiones, & Decreta.

Primò. In Causis, in quibus Judices Delegati, & Urbis Tribunalia procedunt, vigore unius dumtaxat Commissionis, non liceat eis exigere, nisi unicam tantùm propinam juxta Taxam in dicta Reformatione Pauli V. editam, ac in Literis Innocentii XI. Innocentii XII. confirmatam, etiamsi in Commissionibus fuerint expressa, & inclusa diversa credita seu bona, diversæ actiones, & diversæ personæ. Ac etiam non obstante, quòd ad instantiam Collitigantium, vel alterius ipsorum fuerint divisa, & disputata diversa dubia, separatæ prodierint Decisiones, lataque separatæ Sententiæ,

II. In

II. In Causis, in quibus fuit in Sententia declaratum constare de credito unius ex Collitigantibus in aliqua certa, & determinata summa, reservata alia majori summa in Monitorio, seu Commissione petita, discutienda in alia instantia, seu Judicio, taxatio Sportularum erit regulanda à rata summæ in Sententia definitæ, non autem à tota summa in Monitorio, seu Commissione petita.

III. In Causis Concursus Creditorum, non percipiatur nisi unica propina, habito respectu ad totam summam, solvenda tamen proportionabiliter ab omnibus Creditoribus per contributum.

IV. In Causis, in quarum Commissionibus fuit demandatum, ut docto de paupertate unius ex Collitigantibus, Judex procedat absque solutione sportularum, seu propinæ, nullo modo liceat exigere sportulas, seu propinam ab ulla ex Partibus, quamvis divite, aut sponte dante.

V. In expeditionibus Causarum servetur in Rotæ Auditorio antiquus stylus; Nec cogantur Partes eadem die, qua instant pro expeditione, tradere Judici, vel Notario cedulam Sententiæ, vel citationem pro Decreto definitivo, ut statim, & contemporaneè in eadem Rota, qua fuerit decreta expeditio Causæ, subscribantur Sententia, seu Decretum definitivum hujusmodi; minusque cogantur ante emanatam resolutionem Rotalem pro expeditione Causæ solvere, aut deponere sportulas, sed liberum sit Collitigantibus instare in Rota pro expeditione Causæ, etiam nulla tradita cedula, nec reproducta, imò nec executa citatione pro habendo Decreto definitivo, nec ullo sportularum facto deposito, itaut Victori, seu Victoribus, etiam post editam resolutionem Rotalem pro Causæ expeditione, liceat citare, & reproducere citationes in die, qua illæ cadunt, ac tradere cedulam infrà terminum *Proservato*, & solvere, seu deponere sportulas pro obtinendis subscriptione ejusdem cedulæ Sententiæ, seu Decreto definitivo, prout juxta antiquum laudabilem stylum, seu consuetudinem practicari consuevit, dummodò tamen Parti victæ post decretam expeditionem Rotalem semper, & in quocumque casu remaneat tempus congruum saltem tridui ad renunciandum, non obstantibus quocumque Decreto contrario etiam ejusdem Rotæ, & contraria praxi, novissimè introducta.

VI. Facta renunciatione liti, non liceat recipere quidquam pro sportulis, seu propina sub quovis prætextu, etiam taxationis expensarum, sublatis, ac penitùs revocatis quocumque Decreto ejusdem Rotæ, usu, seu consuetudine contraria, & quibuscumque aliis in contrarium facientibus.

VII. Quamvis in præinsertis Innocentii XII. Litteris dispositum sit, ubicumque in hac sportularum materia quæstio aliqua emergeret super interpretatione, declaratione, aut executione suarum, & dictorum Pauli V. ac Innocentii XI. Literarum, standum esse judicio, & declarationi Gubernatoris Urbis pro tempore, & duorum in ordine succedentium ex Congregatione Reformationis Tribunalium Urbis. Nihilominùs, quia experientia compertum est, quàm raro præfati Gubernator, & alii duo in ordine succedentes ex Congregatione Reformationis convenire, & congregari valeant; ideò pro majori, & faciliori Litigantium commoditate visum fuit consulendum Sanctissimo, ut prævia revocatione, & abrogatione in hac dumtaxat parte supraelatæ Constitutionis Innocentii XII. tam præmissorum, quàm aliorum in præfatis Literis Pauli V. Innocentii XI. & Innocentii XII. dispositorum, executionem mandet, delegget, & committat suo, & Pontificum Successorum pro tempore Auditori, ad quem facilior, & quotidiè patet aditus; Quò verò ad earumdem Literarum declarationem & interpretationem mandet stari judicio, & declarationi ejusdem Auditoris, nec non Decani pro tempore tùm Signaturæ Gratiæ, tùm Signaturæ Justitiæ, quovis alio recursu, & appellatione penitùs sublatis.

Et facta Sanctissimo Domino Nostro Declarationum, Provisionum, & Decretorum præmissorum relatione, Sanctitas Sua ea approbavit, & ab omnibus Judicibus Commissariis, Rota, aliisque Tribunalibus Urbis omninò servari mandavit, revocatis, & reprobatis quocumque decreto, etiam ejusdem Rotæ, usu, & consuetudine contraria, & aliis quibuscumque in contrarium facientibus. Ac insuper prævia derogatione Literis Innocentii XII. in hac parte tantùm, Suo, & Pontificum Successorum pro tempore Auditori illarum executionem; Prout etiam eidem Auditori, & Decanis pro tempore Signaturæ Gratiæ, & Justitiæ earumdem interpretationem, ac declarationem specialiter commisit, & delegavit, omni, & quacumque appellatione, & recursu rejectis, & sublatis; ea tamen adjecta declaratione, quòd Sanctitas Sua non intendit per hujusmodi Declarationum, Provisionum, & Decretorum approbationem, seu confirmationem, quoquomodo liberare, seù eximere eos, qui in aliquo contrafecerunt, seù contravenerunt dispositis in Reformatione Pauli V. & memoratis suorum Prædecessorum Literis, à restitutione summæ, si quæ ab illis foret indebitè exacta, nec ab aliis pœnis per eos quomodolibet incursis. Dat. hac die 22. Junii 1715.

Prosper Episcopus Cyrenen. Sanctissimi D.N. Auditor.

Nomina autem eorum, qui prædictæ Congregationi interfuerunt, sunt hæc:

R. P. D. Ferdinandus Nuptius Archiepiscopus Nicenus, Sac. Congr. Episcoporum, & Regularium Secr.
R. P. D. Vincentius Petra Archiepiscopus Damascenus, Sac. Congregationis Concilii Secretarius.
R. P. D. Silvius de Cavaleriis Archiepiscopus Athenarum, Sac. Congregationis de propaganda Fide Secr.
R. P. D. Prosper Marefuscus Episcopus Cyrenen. SS. D. N. Auditor.
R. P. D. Fattinellus de Fattinellis R. C. A. Clericus.
R. P. D. Prosper de Lambertinis Utriusque Signaturæ Referendarius, & Promotor Fidei.
R. P. D. Gaspar Turcus R. C. A. Commissarius Gener.

Salvator Paparozzius A.C. & Sac. Palatii Apost. Not.

Die 26. Junii 1715. supradictæ Declarationes, Provisiones, & Decreta affixæ, & publicatæ fuerunt ad valvas Curiæ Innocentianæ Montis Citatorii, in Acie Campi Floræ, ac in aliis locis solitis, & consuetis Urbis per me Thomam de Unionibus Apostolicum Cursorem.

Ludovicus Capelli Magister Cursorum.

69 In istis verò casibus, in quibus propina debetur, potest Judex sententiam retinere, donec, & quousque propina soluta, vel deposita fuerit *Bald. in cap. fin. de Appell. Zacch. de Salar. quæst. 72. num. 22. & Rota in d. Bononien. Sportularum 22. Junii 1693. in princip. coram Reverendissimo Molines.*

70 In Rota solent committi causæ illius Auditoribus, uti Prælatis, licèt raro, ut advertitur *in dec. 24. num. 13. & dec. 38. num. 7. coram R. P. D. Ansaldo*; quo casu quæritur, an debeatur propina eo modo, quo practicatur, quando causæ illis committuntur, uti Auditoribus, & affirmative respondeo *ex dec. 948. num. 4. & 5. Dunozz. Jun. & dec. 583. num. 4. & seqq. par. 8. rec.* ubi quòd Rota de hoc stylo voluit se informare à suis Notariis, qui illum approbarunt, & quibus in similibus materiis deferri solet, ut adverterat priùs 71 coram *Merlin. decis. 254. num. 2. & coram Otthob. decis. 92. numer. 5.*

Aliam habemus in hac parte reformationem Sportularum, & propinarum Tribunalium Urbis, editam, à f. m. Innocentio XII. sequentis tenoris.

SS. D. N. D.

INNOCENTII PAPÆ XII,

Constitutio super sportulis Tribunalium, & Judicum Urbis.

INNOCENTIUS EPISCOPUS Servus Servorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

Circumspecta Romani Pontificis providentia nihil relinquit incertum, nihil præterit inordinatum, sed omnia suo Pastorali commissa officio, quoties opus est, certa lege determinat, ac ne quis fines rebus providè, & accuratè præscriptos transgrediatur, ordinationes desuper editas innovat, confirmat, declarat, & ampliat, prout rationabiles causæ persuadent, & in Domino conspicit salubriter expedire. Præsertim verò ut lites in hac Alma Urbe, ad quam Christianus Orbis pro Justitia jugiter confluit, moderatis & minoribus, quibus par est, & fieri potest, expensis agantur, casus in quibus illæ debentur, ordinatæ præscribir, ac etiam debitas limite congruæ moderationis concludit. Cùm autem inter hujusmodi expensas sportulæ Judicum delegatorum connumerentur, earumdem quoque determinationi, & moderationi particulariter prospicit, ac determinationem, & moderationem hujusmodi, rerum & temporum circumstantiis attentè pensatis, Apostolicæ confirmatio-

tio-

tionis, declarationis, & ampliationis, seu novæ provisionis munimine corroborat.

Aliàs siquidem fœlicis recordationis Pius IV. in suis Anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo sexagesimo primo, sexto Kalen. Januarii super reformatione Causarum Palatii Apostolici Auditorii, aliàs Rotæ Romanæ, & Paulus V. Romani Pontifices Prædecessores nostri etiam in suis Anno ejusdem Incarnationis millesimo sexcentesimo undecimo, Kal. Martii super Reformatione Tribunalium Urbis præfatæ sub titulo de Auditorio Rotæ respectivè expeditis literis statuerunt, & decreverunt eodem verborum tenore qui sequitur. Ut debitus modus sportulis imponatur non possint Auditores à Partibus per se, vel alium quovis modo sportularum nomine aliquid petere, vel exigere, sed nec à spontè dantibus ultrà taxam infrascriptam accipere, videlicet. In Causis pecuniariis, seu prophanis, aut quæ aliàs pretio quoquo modo æstimari possint, si æstimatio rei de qua agetur, non excedat summam mille ducatorum, aureos decem: A mille verò usque ad decem millia, viginti quinque; A decem millibus usque ad viginti millia, quinquaginta; Ab indè supra usque ad quamcumque summam, centum. In beneficialibus verò si redditus annuus, de quo agetur, non excedat summam centum ducatorum, similiter decem; A centum verò usque ad mille, viginti quinque; A mille usque ad tria millia, quinquaginta; Ab indè verò supra, centum aureos pro sportulis cujuscumque sententiæ diffinitivæ dumtaxat, ut præfertur, accipere valeant. Si verò Causa æstimationem non facilè accipiat, sportulæ moderatæ pro rerum, & personarum qualitate juxta taxas prædictas recipi possint. Nec aliquid ultrà non solùm ipsis Auditoribus, sed nec eorum familiaribus, vel consanguineis, aut aliis quibusvis personis directè, vel indirectè quovis quæsito colore, vel ingenio, exceptis esculentis, & poculentis quæ triduò consumi possint, ipsarum sententiarum, aut Auditorum intuitu præstari possit. Quas quidem sportulas juxta taxam prædictam apud Notarium causæ post subscriptam sententiam, & Notario traditam, & non anteà, deponi, & Auditori consignari volumus, quòdque Notarius depositionem, & consignationem hujusmodi in actis notare, & specificare teneatur.

Similiter idem Pius Prædecessor in aliis suis literis super reformatione Tribunalis Auditoris Causarum Curiæ Cameræ Apostolicæ sub Dat. Anno Incarnationis præfatæ millesimo quingentesimo sexagesimo secundo, quarto Nonas Junii infrascriptis verbis, reassumptis in memoratis Pauli prædecessoris literis sub titulo de Auditore Cameræ, & ejus Tribunali, ita sancivit. In Causis ordinariis Auditor prædictus seu ejus in Civilibus Locumtenens non recipiat sportulas, neque Notarius aliquid pro nota sententiæ, sed in causis commissariis, & declaratoriis contumacialibus tantùm. Et ibi: In causis quæ ordinariè secundùm Auditoris facultates in ejus Tribunali introductæ fuerint, vel introduci potuerint, sive post cœptam causam superveniat commissio, sive ante impetrata sit, sive in prima, sive in ulteriori instantia, nulla in re augeat impensam, sed quoad hoc habeatur semper causa pro ordinaria, itaut etiam ratione sententiæ neque Notarii, neque Judices quicquam propereà accipiant, ultrà id quod accipere potuissent, si commissio non adesset. Permittimus tamen ejus in Civilibus Locumtenenti in causis per commissionem ab initio introductis etiam sui natura ordinariis, ob magnam laborum assiduitatem, & emolumentorum tenuitatem sportulas moderatas juxta præsentem Constitutionem recipere. Declarantes nihilominus in reliquis omnibus causas intelligi ordinarias, nec Notarios quicquam ampliùs exigere posse, aut debere, quàm in aliis ordinariis permissum est.

Itidem memoratus Paulus prædecessor in præfatis ejus literis super reformatione Tribunalium Urbis ad alias infrascriptas determinationes in materia sportularum devenit: sub titulo scilicet de Capitolio, & ejus Officialibus per hæc verba; Capitaneus appellationum pro revocatione, seu moderatione quarumcumque inhibitionum sportulas nullo pacto accipiat: Sub titulo verò de Judicibus Criminalibus Urbis, ut infrà: Judices Criminal. Urbis, seu Locumtenentes & eorum Substituti, quibus certum à Nobis salarium est constitutum, illo contenti, nihil prorsùs aut alterius aut pecuniæ cujuscumque rei etiam minimę quantitatis à quoquam etiam spontè dante accipiant, neque pro sportulis, seu propinis sententiarum, vel pro decretis, absolutionibus, aut relaxationibus quibuscumque in quibuscumque causis etiam delegatis, & commissariis, neque quovis alio modo, titulo, vel nomine etiam muneris, vel regaliorum, quamvis esculentum, vel poculentum, etiam in casibus alioquin de jure, vel quacumque Constitutione permissis, sub privationis Officii, & inhabilitatis in posterum ad quodlibet judicandi munus, & aliis nostro, & successorum nostrorum arbitrio infligendis pœnis. Camerarius, Thesaurarius, & Præsides Cameræ, item Hospitalium, Confraternitatum, ac aliorum locorum piorum, seu Collegiorum Rectores, & alii quicumque habentes in Urbe jurisdictionem criminalem, & facultatem Judices deputandi, non deputent in criminalibus causis alios Judices, quàm aliquem ex ordinatiis sibi benè visum, qui nullas debeat recipere sportulas, ut supra sancitum est. Rursus sub titulo de Judicibus in causis civilibus. Mandata de manutenendo in possessorio summariissimo nullus Judicum det, nisi per viam decreti, non autem cedulæ, nec quidquam sportularum, aut propinæ pro eis etiam à spontè dantibus accipiatur. Denique sub titulo de sportulis, seu propinis. Nullus Judicum ordinariorum Urbis, & Romanæ Curiæ cujuscumque dignitatis etiam speciali nota dignus in causis civilibus ordinariis ratione sportularum, sive propinarum aliquid prorsùs accipiat etiam à spontè dare volentibus. In commissariis autem pariter civilibus, ubi de summa scutorum viginti quinque agitur, & infra, nihil prorsùs: A viginti quinque usque ad centum inclusivè scuta tria: A centum usque ad ducentum scuta sex: A ducentum usque ad quamcumque summam scuta decem, & non ultrà. Pro quacumque sententia declaratoria ob non paritionem monitorii in contumaciam, non ultrà Julios septem cum dimidio. Pro declaratoria in vim literarum, aut aliàs habente vim diffinitivæ, si summa sit certa, accipiant juxta taxam prædictam, si verò incerta, sed agatur ad ipsarum literarum executionem, accipiant juxta causæ, & personæ qualitatem dummodò non ultrà quinque aureos. Pro quacumque interlocutoria, sive decreto ante sententiam diffinitivam, nihil omninò. Similiter & pro decreto mandati de manutenendo, item decreto moderationis inhibitionis, & multò magis pro decreto taxationis expensarum nihil omninò recipiatur. Capitaneus autem appellationis Curiæ Capitolii recipiat sportulas juxta taxam ei constitutam ab Urbis Statutis non tamen in casibus sibi hac Constitutione interdictis. At prædictas sportulas, sive propinas, ut supra taxatas Judicibus non nisi de manibus Notarii causæ, & sententia priùs ab ipsis subscripta accipere ullo modo liceat; Debeantque propterea Notarii librum habere, in quo dd. sportulas, seu propinas notent, cum pro Judicibus deponuntur, ubi cum postea lata sententia Judici persolvuntur, ipse Judex manu propria notato deposito subscribat, se illam recepisse, quæ sic ut supra Judici data, deinceps inter expensas litis taxandas, ac reficiendas omninò ponatur, & victori reficiatur, usu quocumque contrario non obstante.

Postremò recol. mem. Innocentius Papa XI. etiam Prædecessor noster in suis super confirmatione Decretorum Congregationis Reformationis Tribunalium Urbis anno præfatæ Incarnationis millesimo sexcentesimo octuagesimo nono, quarto Kalen. Julii expeditis litteris, inter alia Decretum ejusdem Congregationis sub titulo de sportulis, vel propinis, confirmavit, & inviolabiliter servari mandavit, cujus Decreti tenor sequens est. Cùm inter cætera quæ disponuntur per Constitutionem sanct. mem. Pauli V. super Reformatione Tribunalium, illud præsertim enixè præcipiatur, ut nullus Judicum Ordinariorum Urbis, & Romanæ Curiæ cujuscumque dignitatis, etiam speciali nota dignus in causis civilibus ratione sportularum, seu propinarum aliquid prorsùs accipiat etiam à spontè dare volentibus. In commissariis autem pariter civilibus ubi de summa scutorum viginti quinque agitur, & infra, nihil prorsùs: à viginti quinque supra usque ad centum inclusivè scuta tria: à centum usque ad ducentum scuta sex: à ducentum usque ad quamcumque summam scuta decem, & non ultrà. Aliquæ verò litigantium querelæ ad aures Sanctissimi pervenerint adversùs ejusdem Constitutionis in hac parte inobservantiam; Idcircò de ejus mandato, re maturè, ac pluries examinata, decretum, & declaratum fuit, præfatam Constitutionem prohibentem sportulas Judicibus Ordinariis, in omnibus Judicibus, qui non sint verè Commissarii, observari debere juxta universalitatem literæ, ac verborum, quacumque limitatione, vel interpretatione, sive argumento, aut contraria consuetudine sublatis, ac rejectis. Judices verò Ordinarios esse omnes illos, qui sint deputati ad aliquam universitatem, vel aliquod genus causarum, adeò ut Commissarii sint solùm illi, qui per commissionem specialem deputati sunt ad certas, & particulares causas, istosque teneri pariter observare dictam Constitutionem, ut summas

mas propinarum per eam taxatas nullatenùs excedere, atque pius exigere valeant. Ut autem omnis dubitandi, vel contraveniendi occasio tollatur: censuit Congregatio exprimere, ac recensere, quinam sint Judices ordinarii Urbis, & Romanæ Curiæ, iique sunt infrascripti, aliis non exclusis quatenus adsint; eis tamen nullatenus præjudicatum censeatur quoad illas sportulas, vel propinas, quæ expressè, ac literaliter, non autem per argumenta, vel illationes, & interpretationes, aut per subauditos intellectus eis deferuntur, ac tribuuntur per eamdem Constitutionem Pauli V. sive per privilegia, & concessiones Apostolicas particulares, non autem per consuetudinem, iique sunt sequentes; cum declaratione, quòd per descriptionem non censeatur statutus ordo aliquis, nec alicui præjudicatum. D. Cardinalis Camerarius, ejusque Auditor, & Judices deputati etiam in criminalibus. D. Cardinalis Vicarius, ejusque Vicesgerens, & Locumtenens aliique Judices ab eo deputati. DD. Cardinales Archipresbyteri trium Basilicarum Patriarchalium, eorumque Vicarii, & Auditores, aliique deputati. DD. Cardinales Titulares in eorum Titulis Urbis, & in sex Episcopatibus Cardinalitiis, eorumque Vicarii, Auditores, & alii deputati. DD. Cardinales Protectores Collegiorum, Monasteriorum, Hospitalium, & Locorum Piorum, eorumque Auditores, & alii Judices, & deputati. D. Gubernator Urbis, ejusque Locumtenentes, ac Judices civiles unus, vel plures &c. D. Auditor Cameræ, ejusque Locumtenentes, & Judices deputati. D. Senator Urbis, ejusque Collaterales, & Capitaneus Appellationum, & alii deputati, D. Thesaurarius Generalis, ejusque Auditor, aliique Judices ab eo deputati etiam in criminalibus. DD. Præsides, & Præfecti respectivè Viarum, Grasciæ, Zecchæ, Riparum, Annonæ, Archivii, & Carcerum, eorumque Auditores, aliique deputati. D. Præfectus Sacri Palatii Apostolici, ejusque Auditor, & Locumtenentes, ac alii deputati tam quo ad Palatinos, quàm quoad Tusculum, & Arcem Gandulphi, & Villas. D. Commissarius Armorum, ejusque Auditor, vel alii deputati. D. Judex, vel Auditor Confidentiarum. Judex Fabricæ Sancti Petri. Judex Militum. Judex Castri S. Angeli. Judex Triremium, seu Classis Maritimæ. Assessores ædilium, seu Magistrorum Viarum, Consulum Agriculturæ, Camerarii Riparum, Protomedici, & Consulum Artium, vel Mercatorum, & Dohanarum. Ea declaratione adjecta, quòd hujusmodi dispositio locum habeat, etiam si dicti Judices, seu Deputati procedant in gradu recursus, seu in secundis, vel aliis instantiis, quæ præfatis Tribunalibus competerent. Omnesque præfatos, & alios Judices ordinarios ad normam ejusdem Constitutionis adhuc esse tales, atque in præfata prohibitione comprehensos esse, quamvis eis commissio superveniat, vel quòd eis injungatur, ut procedant de, vel cum Voto Rotæ, sive alterius Tribunalis, vel personæ, aut quòd procedere profiteantur pro exequutione literarum Apostolicarum, sive in vim cujuscunque deputationis generalis, & quoties non sit expressa, & specialis deputatio ad certas, & particulares causas, unde dici valeant veri commissarii, ut supra, salva tamen quoad Auditorem Cameræ dispositione d. constitutionis Pauli V. in titulo de Auditore Cameræ, §. *Permittimus tamen*. Atque aliàs quidquid etiam spontè solutum esset, illicitum censeri debeat; ideoque tam Judices, quàm Notarii recipientes incurrere censeantur pœnas inflictas per Constitutiones Apostolicas, neque ita solutum veniat sub condemnatione, & taxa expensarum, quinimò, ut eisdem qui solverunt competat repetitio tam à Judice, quàm à Notario ad eorum electionem, absque eo quòd aliqua consuetudo in contrarium ullo unquam tempore induci valeat, & quam irritam, cassam, & reprobatam esse decretum, & declaratum fuit. Quòdque illi Judices tam ordinarii, quàm commissarii, quibus per eamdem Constitutionem Pauli V. vel per speciale indultum conceditur, posse exigere sportulas, ut supra, non possint in tota causa exigere nisi unicam propinam juxta taxam ut supra, quamvis plures essent personæ in causa, adeò ut si victoria ambas, vel plures partes tangat, omnes proportionabiliter, & pro rata concurrant ad dictam unicam propinam solvendam, neque divisio sententiarum, vel punctorum, eorumque reservatio in hoc quidquam suffragari valeat, adeòut idem Judex in eadem causa unicam tantùm propinam percipiat. Hactenus decretum in præfatis Innocentii Prædecessoris literis confirmatum.

Cupientes itaque tot litigantium ad Urbem præfatam confluentium indemnitati etiam in hac parte uberiùs consulere, ac controversias, & gravamina circa hujusmodi sportulas, quantum Nobis ab Alto conceditur, dirimere, & arcere, necnon totius Curiæ Romanæ decori, & dignitati pleniùs prospicere, ut illius Judices, Causidici, & litigantes ipsi, ea quæ à Nobis; & à supradictis Prædecessoribus nostris desuper statuta, & declarata fuerunt, in unum redacta commodiùs, & faciliùs habere, ponderare, & exequutioni demandare valeant: Motu proprio, ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, necnon de nonnullorum dilectorum filiorum ejusdem Romanæ Curiæ Prælatorum, & Virorum pietate, doctrina, prudentia, & rerum usu præstantium ad hunc effectum de mandato nostro congregatorum consilio, præfatas Pii, Pauli, & Innocentii prædecessorum literas hujusmodi, in iis, quæ cum infrascriptis nostris declarationibus, seu decretis compatibilia sunt, tenore præsentium approbamus, confirmamus, & innovamus, illisque perpetuum, & inviolabilis firmitatis robur adjicimus, ac ab omnibus, & singulis, quos illæ concernunt, penitus, & sub inibi contentis per contrafacientes incurrendis pœnis, & cum omnibus inibi desuper decretis, quorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, ac si de verbo ad verbum inserti essent, haberi volumus, observari statuimus, atque decernimus.

Non intendimus tamen per relationem, seu enumerationem Judicum, & Tribunalium in præinsertis dictarum literarum Pauli, & Innocentii prædecessorum particulis, ut præfertur, confirmatis, quoquo modo, seu in aliqua etiam minima parte recedere à suppressione, abolitione, & abrogatione nonnullorum ex iisdem Judicibus, & Tribunalibus, quas in aliis nostris Anno Incarnationis præfatæ millesimo sexcentesimo nonagesimo secundo, quintodecimo Kal. Octobris expeditis literis statuimus, & ordinavimus, sed easdem suppressionem, abolitionem, & abrogationem cum omnibus inibi contentis salvas, illæsas, intactas, & illibatas remanere, ac in omnibus, & singulis earum partibus inviolabiliter, & inconcussè attendendas, observandas, & exequendas fore, & esse, omninò volumus, & mandamus.

Prætereà ad dirimendas quotidianas controversias, quę ex litigantium, & præcipuè succumbentium importunitate emergere solent super interpretatione præinsertarum Pii, Pauli, & Innocentii prædecessorum literarum in taxandis sportulis, & honorariis Judicum delegatorum, & Tribunalium dictæ Urbis, in ea præsertim parte, in qua determinatur, quòd ubi causa æstimationem non facilè accipiat, sportulæ moderatæ pro rerum, & personarum qualitate juxta taxas in iisdem literis constitutas, recipi possint. Motu, scientia, deliberatione, & potestatis plenitudine paribus, nec non de simili dictorum Prælatorum, & Virorum consilio ad infrascriptas declarationes, seu sanctiones religiosè servandas in omnibus causis in posterum expediendis devenire decrevimus.

Et primò in causis quarumcunque servitutum urbanorum & rusticorum prædiorum, retractuum, seu juris congrui taxatio sportularum fiat ad mensuram ipsius servitutis, seu juris in litem deducti, illiusque æstimatio desumatur tantùm ab eo, quod ratione dictæ servitutis, aut juris minui, seu augeri de jure solet de valore rei controversæ.

Secundò in causis adoptionum, arrogationum, legitimationum, filiationum, & similium sportulæ regulari debeant à valore rei pariter in judicium deductæ, nempè à valore hæreditatis, si petatur hæreditas, à valore alimentorum, si petantur alimenta, & sic de aliis.

Tertiò in causis præcedentiarum, aliarumque præeminentiarum, vel jurium inter privatas personas tam Ecclesiasticas, quàm Seculares taxatio sportularum excedere non possit aureos viginti quinque; inter Magnates verò, Collegia, Capitula, Universitates, & similes, aureos quinquaginta, vel centum, inspecta tamen rerum, & personarum qualitate.

Quartò in causis jurispatronatus, si lis sit inter præsentatos, sportulæ nullum recipiant augmentum, etiam si Patroni sint in causa adhærendo, seu assistendo eorum præsentatis; Ubi verò patronus, seu patroni institerint apud acta pro canonizatione eorum juris in petitorio, tunc quoties in sententia sequatur petita canonizatio, valor sportularum commensuretur à valore beneficii; Idemque servetur in causis, in quibus agatur de jure instituendi, eligendi, nominandi, seu conferendi unum, aut plura beneficia, vel alio jure simili.

Quintò in causis alimentorum, pensionum Ecclesiasticarum, atque in aliis juribus vitalitiis, æstimatio sportu-

larum fiat juxta mensuram *textus in l. Hereditatum 68. ff. ad l. Falcid.*

Sextò In causis, in quibus agatur de jure decimandi, quotizandi, aut perpetuò exigendi aliquam annuam præstationem, sive in re, sive in pecunia, non excedatur in exigendis Sportulis taxa, seu æstimatio, quæ correspponderet capitali ipsius annuæ præstationis, nulla habita ratione ad annuas præstationes, seu fructus decursos lite pendente.

Septimò Ubi pendente judicio coram Judice ordinario supervenerit commissio, ut ille procedat de, seu cum Voto Rotæ, sive alterius Tribunalis, vel Congregationis, tunc idem Judux ordinarius in prolatione sententiæ aliquas sportulas accipere non possit; si verò fuerit Judex delegatus, sportulæ ab ipso accipiendæ non excedant aureos decem.

Octavò Eamdemque mensuram scutorum decem auri excedere non valeat quilibet Prælatus, aut Judex ordinarius dictæ Romanæ Curiæ in causis verè delegatis, seù commissariis, etiamsi fuerit S. Romanæ Ecclesiæ pro tempore Camerarius, in Urbe, ejusque Districtu Vicarius in Spiritualibus Generalis, præfatæ Urbis Gubernator, Causarum Curiæ Cameræ Apostolicæ Generalis Auditor, d. Urbis Senator, vel dictæ Cameræ Thesaurius Generalis, sub prætextu, quòd agatur de re magni valoris, aut quòd ità in eorum Tribunalibus passim, vel pluries servatum fuerit.

Nonò Hoc idem servetur in causis commissis Congregationi plurium Prælatorum, vel cum, seu de ejusdem, sive eorumdem voto, nam licèt causæ sint de majoribus, non possint tamen à singulis accipi majores sportulæ, quàm scutorum decem auri.

Decimò Si fuerit inter partes concordatum, aut alio modo recessum à lite, etiam ab altera partium, per viam tamen puræ, & liberæ renunciationis in qualibet instantia, & in quacumque parte judicii ante sententiam diffinitivam, non possint litigantes ullo modo compelli ad expediendam sententiam, seu ad solvendas sportulas.

Undecimò Hujusmodi declarationes respectivè serventur tam in Rota, quàm in Camera, aliisque quibuscumque Tribunalibus, & Judicibus præfatæ Urbis, quibus ex Constitutionibus Apostolicis, aliisque ordinationibus non est prohibitum accipere posse sportulas, seu propinas.

Duodecimò Pro declaratione reformationum, seu litterarum Pauli, & Innocentii præfatorum utrobique sub titulo de sportulis, seu propinis, volumus, & decernimus, quòd nullus Judex ordinarius Urbis præfatæ in causis; & negotiis, in quibus agatur de exequutione, & verificatione decretorum Nostrarum Congregationum, quidquam prorsus accipere valeat ratione sportularum etiam à sponte dare volentibus, neque in causis, & negotiis prædictis liceat notariis conficere regestra, sed omnia tam à Judicibus, quàm à notariis expleantur jure ordinario, prout in cæteris causis, & negotiis eorum Tribunalis.

Tertiodecimò Postremò ubicumque in hac sportularum materia quæstio aliqua emerserit super interpretatione, declaratione, aut exequutione præsentium, & præfatarum literarum, ut præfertur confirmatarum, Pii, Pauli, & Innocentii prædecessorum standum esse sancimus judicio, & declarationi dicti Gubernatoris Urbis, & duorum digniorum in ordine succedentium ex Congregatione reformationis tribunalium dictæ Urbis, qui si ita videbitur, possint etiam votum ejusdem totius Congregationis exquirere, omni alio recursu, & appellatione sublatis.

Decernentes easdem præsentes litteras, & in eis respectivè contenta quæcunque, etiam ex eo, quòd omnes, & singuli supradicti, ac alii quicunque in præmissis quomodolibet jus, vel interesse habentes, seu habere prætendentes, cujusvis status, gradus, ordinis, præeminentiæ, vel dignitatis, seu aliàs specifica, & individua mentione, & expressione digni existant iisdem præmissis non consenserint, nec ad ea vocati, seu auditi fuerint, tametsi suorum indultorum, vel privilegiorum vigore consentire, seu vocari, & audiri semel, vel pluries quoquo modo debuissent, aut ex alia quantumvis juridica, & privilegiata causa, colore, prætextu, & capite, etiam in corpore juris clauso, ullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, seu nullitatis vitio, aut intentionis nostræ, vel interesse habentium consensus, alioque quolibet etiam quantumvis magno, ac formali, & substantiali defectu notari, impugnari, infringi, in controversiam revocari, ad terminos juris reduci, seu adversùs illas aperitionis oris, restitutionis in integrum, aliudve quodcumque Juris, facti, vel gratiæ remedium intentari, vel impetrari nullatenus posse, sed easdem litteras semper, & perpetuò validas, firmas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere debere, & ab omnibus ad quos spectat, & pro tempore quandocumque, & quomodocumque spectabit, inviolabiliter observari; sicque, & non aliter per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, & dictum S. R. E. Camerarium, aliosque Cardinales, etiam de latere Legatos, nec non Cameræ præfatæ Præsidentes Clericos, aliosque officiales, & ministros, cæterosque quoslibet quacumque auctoritate præeminentia, & potestate fungentes, & functuros, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, judicari, & definiri debere. Irritum quoque, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Non obstantibus, quatenus opus sit, nostra, & Cancellariæ Apostolicæ regula de jure quæsito non tollendo, illisque omnibus, quæ præfati Pius, Paulus, & Innocentius prædecessores in memoratis eorum literis respectivè voluerunt non obstare, ac præmissis circa ea, quæ præsentibus adversantur, aliisque Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, nec non quibuscumque etiam præfatorum Tribunalium decretis, statutis, usibus, stylis, & consuetudinibus etiam immemorabilibus, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis alia firmitate roboratis, privilegiis quoque, & indultis, & literis Apostolicis quibuscumque sub quibusvis tenoribus, & formis, & cum quibuscumque etiam derogatariarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, & irritantibus, & aliis decretis etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus, & consistorialiter, ac aliàs quomodolibet in contrarium præmissorum concessis, editis, ac etiam pluries, & quantiscumque vicibus confirmatis, innovatis, & approbatis. Quibus omnibus, & singulis etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, non autem per clausulas generales mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata exprimerentur, & insererentur, iisdem præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, insertis, servatis, & specificatis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum specialiter, & expressè plenissimè, & amplissimè derogamus, & derogatum esse volumus, & mandamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc nostrarum approbationis, confirmationis, innovationis, voluntatum, statutorum, decretorum, mandatorum, sanctionis, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ millesimo sexcentesimo nonagesimo tertio, Pridie Nonas Decembris, Pontificatus nostri anno tertio.

B. Card. Prodatarius. I. F. Card. Albanus.

Visa de Curia I. Sacripantes.

D. Ciampinus.

Loco ✠ plumbi

Registrata in Secretaria Brevium.

Anno à Nativitate Domini Nostri JESU Christi millesimo sexcentesimo nonagesimo tertio Indictione prima, die verò quinta Decembris, Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris, & Domini Nostri Domini INNOCENTII Divina Providentia Papæ XII. Anno Tertio Supradicta Constitutio affixa, & publicata fuit ad valvas Ecclesiæ S. Joannis Lateranensis, Basilicæ Principis Apostolorum, & Cancellariæ Apostolicæ, in Acie Campi Floræ, ac in aliis locis solitis, & consuetis Urbis, per me Joannem Græcum ejusdem Sanctissimi Domini Nostri Papæ Cursorem.

Thomas Orlandus Cursorum Magister.

72 Circa secundum usurpationis modum magis scelestum, qui propriè vocatur Concussio, dicimus, quod tunc est, quando Officialis indebitè aliquem vexando, pecuniam ab eo invito extorquet, *leg. Evitandi, Cod. de condit. ob turp. caus.*

cauf. Zuff. Instit. Crim. lib.2. tit.13. lit. T. & V. Concussio enim est vexatio, & illatio metus, diciturque concussio, quasi timoris incussio, & concutere idem est, ac occasione Officii, seu Magistratus Subditos premere *Decian. lib.8. c.35. num.24. & Brugiot. Instit. Crim. lib.12. tit.19. num.30. & seqq.*

73

74 Quatenus verò hoc crimen concussionis in aliquibus casibus est publicum, seu publicorum judiciorum, & cadit sub crimine Repetundarum, dupliciter committitur, & I. si Judex, vel quilibet alius Officialis alicui minatus sit crimen, & capitale judicium, ut sub hoc prætextu pecuniam ab illo extorqueat, effectu tamen sequuto *Gloss. in leg. 2. verb. Publicum, ff. De Concussion.* Veluti si quis minetur honestæ mu-

75 lieri processum de crimine Adulterii, nisi pecuniam Judici det juxta exemplum *Jodoc. in Prax. crim. cap. 129. de Concuss. num.5.*

76 II. Si non Officialis, sed quivis alter privatus alicui minatus sit, se illum accusaturum de crimine aliquo, quod non commisit, & ideo ab eo pecuniam extorsit *leg.1. ff. de Concuss. Decian. lib.8. cap.35. num.24. in fine.* Ratio est, quia conspirantes in accusationem Innocentum, & pecuniam ac-

77 cipientes ad non accusandum, vel denunciandum tenentur *lege Cornelia de Sicariis*, quæ est publici Judicii *leg.1. ff. Ad leg. Cornel. de Fals.* Et insuper *lege Julia Repetundarum*, quæ pariter publici Judicii est *Leg. Eadem lege, ff. Ad leg. Jul. Repetund.*

78 Quoad pœnas horum criminum, loquendo de crimine Ambitus diversis temporibus punitum diversimodè fuit.

79 I. Pœna lata fuit ab Octavio Augusto, de qua fit mentio *in leg. 1. ff. Ad leg. Jul. de Ambit.* Et erat, ut convictus de hoc crimine, uti vis publicæ Reus, in Insulam deportaretur, ut observat *Decian. lib.8. cap.22. num.17.*

80 II. Est pœna infamiæ Jure *ff.* lata *in d. leg. 1. ff. Ad leg. Jul. de Ambit.*

81 III. Est de jure Codicis per Valentinianum, Theodosium & Arcadium Imperatores, *ut in leg. ult. Cod. Ad leg. Jul. Repet.* & est pœna ad quadruplum ejus, quod quisque, vel pro assumendo Magistratu dederit, vel pro illo dando acceperit.

82 Hæc de pœnis Ambitus, à Laicis commissi in officiis, & dignitatibus Sæculi; Si autem Clericus circa officia, & Dignitates Ecclesiasticas Reus sit hujus criminis, punietur ad instar simoniaci juxtà ea, quæ diximus supra, quando de Simonia tractavimus.

83 Loquendo modò de pœnis criminis Repetundarum, distinguendum est, quia, vel hoc crimen committitur à Judice, recipiente pecuniam a spontè dantibus, vel illam ab invitis extorquente.

84 Si recipiendo illam à spontè dantibus, & tunc duplex occurrit inspectio, prima quali pœna sit puniendus Judex corruptus, qui pecuniam, vel aliam rem accepit à sponte dantibus, ut injustitiam, vel aliud quid faceret; Secunda qualiter sit puniendus ille, qui pecuniam spontè dedit, ut Judicem corrumperet, & in suam voluntatem traheret.

85 Quoad primam, est iterum subdistinguendum, quòd, vel Judex dictam pecuniam accepit in causa criminali, vel in causa civili. Si in causa criminali, & tunc si criminalis causa non sit capitalis, tenetur Judex pœna relegationis *Decian. lib.8. cap.39. num.15. & 19.* Si verò causa criminalis sit capitalis, & tunc si Judex pecuniam acceperit, ut hominem innocentem condemnaret; & de facto mors sequuta sit, & tenebitur *lege Cornelia de Sicariis*. juxta Text. *in leg.1. §. fin. ff. Ad leg. Jul. Repetund.*

86 Dixi *& de facto mors sequuta sit*, nam morte non sequuta, pœna erit mitior. Præter dictam pœnam capitis,

87 punitur Reus hujus criminis confiscatione bonorum *Auth. Novo Jure, Cod. de Pœn. Judic. qui mal. judic.* cum aliis penes *Farin. qu. 111. num.21. & seqq.*

88 Si ex causa civili, Judex pecunia corruptus civiliter, & criminaliter punitur.

89 *Civiliter* I. Nam tenetur ad expensas, & damna, passa per Litigatorem propter ejus corruptionem *leg.2. Cod. De Pœn. Jud. qui mal. judic.* 2.

90 Nam tenetur ad litis æstimationem, & sic facit litem suam *Leg. fin. Cod. Eodem* 3. Nam ultra damna, & interesse, tenetur ad restituendum quadruplum ejus, quod accepit juxta Textum *in leg. 1. in fine, Cod. Ad leg. Jul. Repet.* ibi *in quadruplum exolvat invitus.* Licèt juxta alium Textum, *Auth. Novo Jure §.1. Cod. de Pœn. Judic. qui mal. judic.* sit restricta ad triplum dati, & respectivè recepti, ad duplum verò simpliciter promissi, ut notat *Farin. quæst. 111. artic. 4. num. 69. Lotter. de Re benefic. lib.3. q.32. per tot. & Bonfin. ad Bannim. Gener. c.47. num.4.* ubi quòd decet, Judices plus honorem Dei, quam marsupia plena diligere.

91 Si verò id non sequatur ex dolo, sed ex sola imperitia, seu culpa malè judicantis, tunc intrat Judicis arbitrium pro sola condemnatione ad id, quod interest, & in quo Pars læsa fuit juxta *Text. in l. ultima, C. de Var. & extraord. cognit. & in §. Si Judex Instit. de Obligat. quæ ex quasi delict. nascunt.* ubi *Gloss. in figurat. casus, & infra* ibi - *Et inter omnia exempla, primum exemplum est de Judice &c. Iste enim dicitur litem facere suam, hoc est damnum alterius in se transferre, in id etiam mihi tenetur, in quo per imperitiam suam me læsit. Amed. de Syndicat. sub num.69. Farin. quæst.111. nu.435. 489. & 492. & Rayn. tom.3. cap.32. suppl. 1. num.39.*

92 *Criminaliter* I. Nam Judex pecunia corruptus privatur dignitate, qua erat insignitus & efficitur infamis citata, *Auth. Novo Jure in fine principii, & leg. Judices, Cod. de Dignit. lib. 12.* II. pœna est consequutiva ad supradictam. Nam redditur

93 ulterius inhabilis ad judicandum in futurum *Lege Eadem lege §. Hac lege, ff. Ad leg. Jul. Repet.* III. pœna est propriè in Jure statuta in hoc crimine. Nam aliæ veniunt illativè, & consequutivè, quòd Judex pecunia corruptus tenetur *lege Julia Repetundarum*, quæ est pœna extraordinaria, & pro-

94 prerea hujus criminis Rei puniuntur extra ordinem, & ut plurimùm pœna exilii, vel duriori, aut mitiori juxta delicti qualitatem, *Gloss. in leg. Lex Julia §. Hodiè verb. Extra ordinem, ff. Ad leg. Jul. Repetund. Brugioti. Inst. crim. lib. 2. tit.17. num.16. & seqq.* Hæc autem pœna ex-

95 traordinaria remissa est Judicis arbitrio usque ad deportationem inclusivè, ut probat *Farin. quæst. 11. artic.2. num. 15. & 16.*

96 Secunda inspectio est, qualiter puniendus est ille, qui pecuniam spontè dedit, ut Judicem corrumperet. Dicimus autem, quòd iste, tam in causis civilibus, quàm criminalibus tenetur eadem pœna Judicis corrupti juxta Text. *in leg. 1. Cod. de Pœn. Judic. qui mal. judic.* cum qua concordant

97 *Statut. Urb. lib.2. cap.60. & Bannimenta Generalia Status Ecclesiastici, cap.47.* ubi imponitur pœna scutorum 200. & trium ictuum funis, ibique *Bonfin. in adnot. num.3.* advertit, quòd eadem pœna plectitur corrumpens Procuratorem seu Advocatum Partis adversæ, *& nu. 14.* easdem pœnas

98 locum non habere probat in quatuor casibus. Primò nempè, quando quis est capitaliter inquisitus, secundò si det pecuniam pro expeditione causæ, tertiò pro sententiæ justæ prolatione, & quartò pro conservatione sui Juris, & ad

99 redimendas indebitas vexationes, quos casus latè exornat *Farin. qu.111. num.114. & seqq.*

100 Si recipiendo illam à non spontè dantibus, præter omnes citatas pœnas, substinebit & alteram, amissionis nimirum causæ, & actionis, si Reus hujus criminis sit Actor. *leg.1. Cod. de Pœn. Judic. qui malè judicav. & leg. 1. ff. de Calumn. Larr. alleg. fiscal.47. num.18. & Rayn. tom.1. cap.4. §.6. nu.3.*

101 Si verò sit Reus, amittit jus se defendendi, & sic etiam ipse pro suo Jure, & interesse causam amittet, *Gloss. in leg. 2. verb. Amittat. Cod. Eodem*, cum aliis apud *Farincc.*

102 *quæst.111. art.3. num.125. & 129.* Nisi agatur de causa criminali, pro qua intrat pœna corporalis, quia tunc licitum

103 est Reo sanguinem suum, & vexationem quoquo modo redimere, *Leg. Transigere, Cod. de Transact. Boss. in Prax. tit. de Offic. pecun. corrupt. num.2. Bellogrand. in Meth. rer. crimin. tract.4. quæst.32. num.6. & Rayn. to.1. cap.4. §.6. num.5.*

104 Si recipiendo illam à non spontè dantibus, nec simpliciter invitis, sed per violentiam & concussionem, & tunc

105 punitur civiliter, & criminaliter. *Civiliter*, mediante pecuniæ restitutione cum concussione extortæ, *Gloss. in leg.*

106 *fin. verb. Ablatam, ff. de Concuss. Criminaliter* verò, pœna extraordinaria juxta supra animadversa.

107 Hæc quoad pœnas secundùm Jura antiqua, quia verò f.m. *Innoc. XII.* die 30. Januarii 1699. confirmando, innovando, & extendendo antiquas Constitutiones Bonifacii VIII. Greg. XIII. B. Pii V. Clement. VIII. & Alex. VII. easdem pœnas ampliavit *in sua Constitutione*, incipien. *Sacerdotalem, & Regiam*, ideò sciendum; quòd ultra supradictas pœnas, corrumpentes Judices, vel Magi-

108 stratus pro gratia, vel justitia obtinenda, sunt ipso Jure excommunicati; ut in *§. Dudum*. Sive sint promittentes, & acceptantes, & sive auxilium, & favorem dantes, ut in *§. Et hanc sententiam*. Nullius roboris, & momenti declaratur

109 gratia sic obtenta *in §. Justitiam verò, & §. Sed hoc salus.* Omni Beneficio, & Officio Ecclesiastico, & sæculari, sive temporali, sive perpetuò ipso Jure privatur, ultra pœnam in-

Ursaye Instit. Crimin. K 2 famiæ,

famiæ, & inhabilitatis ad alia obtinenda, *ut in §. Quin etiam*.
110 Etiamsi promissiones, seu verba promissoria facta sint ob bonum finem, cesseque suspicio mali, *ut in §. Hac etiam*.
111 Imò etiamsi hujusmodi verba æquivoca sint, & quovis modo apta inducere obligationem, etiam sub titulo remunerationis, & gratitudinis, *ut in §. Insuper*. Comprehendendo
112 Mediatores omnes, sive immediatos, sive mediatos, & quacumque dignitate fulgentes, etiamsi de illis specifica, & specialis facienda esset mentio, non obstante, quod ex
113 Cancellariæ Regulis cautum sit, quod in Constitutionibus Apostolicis non comprehendantur, nisi ipsorum facta sit expressa mentio, *ut in §. Nec non mediatores, & §. Postremo*. Licèt promittatur, vel detur aliquid pro defensione Juris quæsiti, & ad redimendam injustam vexationem, &
114 quamvis pollicitatio, & oblatio non fuerint acceptatæ, neque traditio sequuta, nullumque habuerit effectum, *ut in §. Quinimo non licere, §. Nec non pollicitantes, §. Easdemque Literas*: Quod ulterius ampliatur etiam pro redimenda vexatione omninò injusta, & evidenti, etiam in illis casi-
115 bus, in quibus, qui rem possideat, declarando. Reos hujus criminis puniendos esse pœna falsi, furti, & injuria-
116 rum, Magistratui publico illatarum, tam Jure communi attento, quàm vigore Apostolicarum Constitutionum, & Bannimentorum Generalium Status Ecclesiastici, *ut in §. Contravenientes*. Et demum declarando, non obstare, quod
117 dictæ Constitutiones prædecessorum Summorum Pontificum, non essent in usu, illas plenariè restituendo, & in pristinum reintegrando, *ut in §. Quamvis autem*. Hanc dumtaxat pœnam moderatus fuit, quæ continebatur in illa Bonifacii VIII. qui determinaverat, dd. pœnarum Reum esse etiam illum, qui sciens aliquem culpabilem in prædictis non revelasset, declarando, & de medio tollendo eandem revelandi obligationem, *ut in §. Illos quoque, & §. Cum autem*.

De eadem verò Constitutio est sequentis tenoris.

SS. D. N. D. INNOCENTII
DIVINA PROVIDENTIA PAPÆ XII.

Confirmatio, Innovatio, & Extensio Constitutionis Alexandri VII. de datis, & promissis pro Justitia, vel Gratia apud Sedem Apostolicam obtinenda.

INNOCENTIUS EPISCOPUS
Servus Servorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

SACERDOTALEM, & Regiam Urbem nostram innumeris Divinæ largitatis muneribus decoratam, quemadmodum inter omnes per universum terrarum Orbem Ecclesias sollicitudini nostræ divinitus demandatas peculiari affectu diligimus; sic mundam, & immaculatam custodire satagimus, ac omni, quo possumus, studio laboramus, agnoscentes profectò, quàm deceat, ut quæ per B. Petri Sedem caput Orbis effecta est, exempla bonorum operum in corpus omne diffundat; ibique potissimum charitatis, justitiæ, virtutumque omnium splendor effulgeat, ubi Divinæ Fidei dispensantur oracula, & Christiani viget Sacerdotii principatus.

Quoniam verò ejusdem Almæ Urbis, Romanæque Curiæ decori nihil æquè videtur officere; quàm si Justitiæ, Gratiæque negotia, quæ magno numero in dies ex omnibus Catholicæ Ecclesiæ partibus ad Sedem Apostolicam deferuntur, non ea, qua decet, integritate, & ab omni procul avaritiæ suspicione expediantur; propterea fel. rec. Alexander Papa VII. prædecessor noster nonnullorum Romanorum Pontificum, & signanter re col. me. Bonifacii VIII. & Gregorii XIII. pariter prædecessorum vestigiis inhærendo, eorumque Apostolicas Constitutiones hac de re editas innovando, & ampliando, quasdam suas in forma Brevis desuper literas promulgavit, tenoris qui sequitur, videlicet:

Alexander Papa VII. Ad perpetuam rei memoriam. Inter gravissimas, multiplicesque curas, quæ ex debito pastoralis officii humilitati nostræ divinitus commissi Nobis assiduè incumbunt, illam peculiari studio amplectimur, ut Justitiæ, & Gratiæ expeditiones, quæ apud Sedem Apostolicam in dies obtinentur, ea, qua par est, rectitudine peragantur, nec pernicioso cujusquam circa illas excessu Romanæ Curiæ existimatio ullatenus lædatur, sed ipsa Curia in omnibus præclara semper splendeat laude integritatis, & abusus quicumque ab illa procul arceantur: Quapropter operæ pretium facturos Nos existimamus, si ea, quæ à nonnullis Romanis Pontificibus Prædecessoribus nostris similli consilio providè sancita sunt, ut in posterùm firmiùs observentur, innovemus, illaque declaremus, & extendamus, prout in Domino arbitramur rationi esse consentaneum.

Dudum siquidem emanarunt à fel. record. Bonifacio VIII. & Gregorio XIII. Romanis Pontificibus Prædecessoribus nostris literæ tenoris, qui sequitur, videlicet: Excommunicamus, & anathematizamus ex parte Dei omnipotentis Patris, & Filii, & Spiritus Sancti; auctoritate quoque Beatorum Apostolorum Petri, & Pauli, & nostra omnes Clericos, Religiosos, & Laicos utriusque sexus, sive sint familiares Curiæ, sive alii undecumque, qui aliquod pactum fecerint, seu aliquod parvum, vel magnum promiserint, vel promissionem receperint, aut ex pacto, sive promissione occulta, vel manifesta facta sub generalibus, & plenariè non expressis, sive sit sub specialibus, & expressis apertè verbis quicquam dederint, aut receperint magnum, vel parvum, vel promissionem de quacumque re, aut utilitate, propter hoc consequenda fecerint, vel receperint pro aliqua Justitia, sive Gratia pro se, aut pro alio in causis, vel judiciis, seu aliàs per literas Apostolicas, & quibuscumque modis apud Sedem Apostolicam obtinenda.

Et hanc sententiam ad promittentes, & acceptantes, dantes, & recipientes duximus extendendam.

Illos quoque, qui aliquem scîverint culpabilem in prædictis, & Nobis intra dierum trium spatium non retulerint, vel alicui, per quem ad Nos verbum fideliter perferatur, simili decernimus sententiæ subjacere.

Decernimus etiam, ut nullus hanc incurrens excommunicationis sententiam pro prædictis, vel aliquo prædictorum (absque speciali mandato (nostræ absolutionis beneficium valeat obtinere; nisi forsan ad Nos habere accessum non posset in mortis articulo constitutus: nec etiam ad absolutionis gratiam admittatur; nisi priùs, quantum dedit, vel recepit, integraliter pauperibus largiatur.

Justitiam verò, sive gratiam sic obtentam nullius prorsus esse momenti volumus; omnique statuimus carere effectu, & robore firmitatis.

Sed & scienter utentes ipsis simili sententia excommunicationis adstringimus, & reservantes Nobis absolutionem eorum cum præmissis in omnibus ad pœnas similes obligamus.

Gregorius Episcopus Servus Servorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam. Ab ipso Pontificatus nostri principio, quàm maximè possumus, enitimus, atque contendimus, ut domus, & Curia nostra à sordibus expurgentur.

Cui salubri consilio incumbens fel. rec. Bonifacius Papa VIII. excommunicavit, & anathematizavit omnes Clericos, Religiosos, & Laicos utriusque sexus sive familiares Curiæ, sive undecumque, alios, qui aliquod pactum facerent, seu quid parvum, vel magnum promitterent, vel promissionem reciperent, aut ex pacto, vel promissione occulta, vel manifesta, sive sub verbis generalibus, & plenè non expressis, sive specialibus, & apertè expressis facta quicquam darent, aut reciperent pro Justitia, sive Gratia, sive pro se, sive pro alio in causis, vel judiciis, seu aliàs per literas Apostolicas, & quibuscumque aliis modis apud Sedem Apostolicam obtinenda, & eam sententiam ad promittentes, & acceptantes, dantesque, & recipientes duxit extendendam. Illos etiam, qui sibi intra triduum non renunciarent eum, quem in culpa esse scirent, vel alicui, per quem ad se fideliter referretur, simili voluit sententiæ subjacere; ac decrevit, ut nullus hanc incurrens excommunicationis sententiam absque speciali mandato suo absolutionis beneficium valeret obtinere, nisi in mortis articulo constitutus: sed nec quisquam admitteretur ad absolutionis gratiam; nisi priùs erogatum esset pauperibus, quantum ille dedisset, vel etiam recepisset. Justitiæ verò, sive Gratiæ expeditiones sic obtentæ nullius prorsus essent roboris, vel momenti; & scienter illis utentes simili sententia innodavit, ac reservans sibi absolutionem eorum cum prædictis ad pœnas similes in omnibus obligavit.

Sed hoc scelus ita hodie in mores inductum est, ut plerique cupiditate improbi quæstus potentiorum suffragationibus adnixi, hujusmodi negotiorum expeditiones hac illac conquirentes, turpissimè nundinentur; alii alios, quos gratia præstare arbitrantur, donis, & pollicitationibus ambiant; quidam etiam se talium operam, atque industriam pretio,

pretio, & muneribus quæsisse affingant; quæ cùm pessima sint, & Curiæ prædictæ existimationem gravissimè offendant. in eos, qui talia agunt, animadvertendum fore arbitrati, Constitutionem prædictam cum suis censuris, & pœnis omnibus innovamus, easdemque omnes extendimus ad audentes qualecumque horum facinorum, quæ adscripsimus, daneisque illis, & aliis supradictis auxilium, consilium, vel favorem.

Quin etiam eos omnes omni beneficio, & officio Ecclesiastico, & sæculari, sive temporali, sive perpetuo ipso jure privamus, ac privatos esse declaramus, & præterea infamiæ subjectos perpetuò, ac inhabiles ad illa, & alia esse volumus. A quibus etiam, prout quæque res erit, tales pœnæ exigantur, quæ cæteris sint exemplo.

Illis tamen, qui rem adhuc incognitam, complicesque, fautores, & socios retexerint, impunitas concedatur. Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo septuagesimo quarto, Nonis Novembris, Pontificatus nostri Anno tertio.

Cùm autem subinde variæ vulgatæ fuerint prædictarum Bonifacii, & Gregorii prædecessorum Constitutionum interpretationes, quarum aliquæ ipsarum Constitutionum rigorem non sine earum utilitatis diminutione, & boni publici detrimento contra eorumdem prædecessorum mentem nimiùm relaxant: hinc est, quòd Nos omnem, quæ circa præmissa in posterùm enasci posset, dubitationem tollere, & quamcumque speciem, suspicionem, & occasionem damnatæ per Constitutiones hujusmodi labis à Curia prædicta, quantùm Nobis ex alto conceditur, perpetuò excludere cupientes, Motu proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine easdem præinsertas Bonifacii, & Gregorii prædecessorum Constitutiones cum omnibus, & singulis censuris, & pœnis, ac aliis quomodolibet contentis in illis (sublata tamen revelandi obligatione) tenore præsentium perpetuò confirmamus, innovamus, & adversus quemcumque non usum, seu contrarium usum, qui quoquo modo prætendi posset, restituimus, & plenariè reintegramus.

Ac in eisdem Constitutionibus casus, in quibus aliquid promittitur, datur, accipitur, vel deponitur pro Justitia, vel Gratia, sive in spiritualibus, sive in temporalibus, & mixtis apud Sedem prædictam, & non solùm ab ipso Romano Pontifice, verùm etiam à quibuscumque ejus Ministris, Judicibus, & Officialibus, etiam Episcopis, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, & alia qualibet Ecclesiastica, vel mundana dignitate, & auctoritate præditis, & fungentibus, aut ab aliis gratia, vel favore pollentibus etiam eidem Summo Pontifici consanguinitatis, seu affinitatis gradu quocumque conjunctis, seu attinentibus, etiam Laicis obtinenda in alma Urbe, aut in alio quocumque loco, in quo dictam Curiam esse contigerit, comprehendi decernimus, & declaramus.

Præterea Constitutiones hujusmodi non tantùm in actionibus jure naturali, & divino prohibitis, quia malæ sunt, sed etiam in aliis, quæ ideò malæ sunt, quia jure humano, & prædictis Apostolicis Constitutionibus, ac præsenti nostra interdicuntur, locum habere.

Necnon mediatores sive immediatos, sive mediatos quotquot, & quicumque sint, & quavis dignitate, præeminentia, auctoritate, favore, consanguinitate, atque affinitate, ut præmissum est, polleant, & præfulgeant.

Ac etiam promissiones, seu verba promissoria, dationes, & receptiones factas ob bonum finem comprehendere, nec earum dispositionem, ac pœnas evitari posse in casibus, in quibus cessel suspicio mali.

Deinde illos etiam comprehendere, qui pro aliorum Justitia, vel Gratia quomodolibet impedienda, vel differenda aliquid dant, & recipiunt, vel deponunt, promittunt, seu pollicentur, unde aliis damnum, vexatio, vel molestia quomodocumque inferri, & resultare posset, & mediatores quoscumque immediatos, sive mediatos.

Insuper quæcumque verba, seu signa etiam æquivoca quovis modo apta inducere quamcumque obligationem justitiæ, aut fidelitatis in principali, seu mediatore, etiam sub titulo remunerationis, vel gratitudinis à Constitutionibus supradictis prohiberi.

Quinimo non licere quicquam promittere, dare, vel accipere quibuscumque Judicibus, Ministris, Officialibus, & aliis auctoritatem, aut potestatem habentibus, nec quibuscumque mediatoribus pro defensione juris quæsiti, sive executione quærendi, etiam ad redimendam injustam vexationem, motu, scientia, deliberatione, potestatis plenitudine, & tenore prædictis decernimus pariter, & declaramus.

Ad hæc dationes, promissiones, & acceptationes pro guberniis, vel aliis quibuscumque officiis, & muneribus etiam minoribus obtinendis, sive pro unica vice, sive in singulos annos, aut menses, vel aliter quomodocumque à Constitutionibus prædictis interdici; neque Judicibus, Ministris, ac Officialibus pro Gratia, vel Justitia obtinenda, etiam in his, quæ dependent ab eorum arbitrio, & ad quæ obligatione justitiæ non tenentur, quicquam dare, aut promittere, nec ipsis accipere licere.

Neque etiam permissum esse Officialibus, vel Ministris dictæ Sedis in provisionibus, seu earum occasione quorumcumque officiorum etiam jurisdictionem, vel ejus exercitium annexum non habentium imponere pensionem ullam, responsionem, præstationem, vel onus, seu partem aliquam commodi, vel emolumenti ad sui, vel alicujus alterius cujuscumque favorem reservare absque expressa, & speciali in singulis casibus nostra, & Romani Pontificis pro tempore existentis licentia in scriptis in singulis casibus ab utraque parte obtinenda.

Insuper exigentes à partibus, vel aliis interesse habentibus seu Agentibus, ac mediatoribus quibuscumque pollicitationes, promissiones, pacta, vel recipientes aliquid sub assertione, quòd Judicum, Ministrorum, Officialium, aut Magnatum, seu aliorum quorumcumque operam, auctoritatem vel officia pretio, vel muneribus, aut promissionibus hujusmodi comparaverint, seu quæsiverint.

Necnon pollicitantes, promittentes, offerentes, ac tradere tentantes, licèt pollicitatio, promissio, & oblatio non fuerint acceptatæ, neque traditio secuta, nullumque habuerint effectum.

Ac etiam illos, qui, ex eo quòd gratias, & favores ipsis ob familiaritatem, obsequia, ac servitia propriis Dominis, vel aliis præstita debitos, seu ab ipsis speratos in aliorum cum propria ejusmodi juris, vel spei jactura commodum, & beneficium transferunt, convertunt, & impendunt, pro Gratia, seu Justitia pro eis obtinenda, aliquid recipiunt, sub memoratis Constitutionibus contineri, illarumque pœnis, & censuris subjectos esse.

Pro actuali verò labore circa expeditionem impetratorum non licere Officialibus, Curialibus, & aliis quibuscumque recipere, nec illis polliceri, promittere, vel cum eis pacisci nisi mercedem labori convenientem.

Judicibus autem, Officialibus, & Ministris quibuscumque quibus incumbit expeditio Gratiæ, vel Justitiæ, minimè permitti quidquam recipere, neque illis polliceri, promittere, vel cum eis pacisci ultra taxas præscriptas etiam ratione celerioris, aut facilioris expeditionis.

Quin etiam illicitum esse quidquam magnum, vel parvum Judicibus, ac Ministris quibuslibet offerre, promittere, pacisci, seu polliceri, dare, vel ipsis recipere mediatè, vel immediatè, etiam quod eorum animum movere non possit, pro Gratia, vel Justitia obtinenda.

Demum supradictarum Constitutionum dispositionem, censuras, & pœnas non censeri abolitas, vel sublatas ob scientiam, patientiam, seu tolerantiam Romani Pontificis per quemcumque etiam longissimi temporis cursum, nisi speciali licentia, vel indulto in unoquoque casu à singulis partibus in scriptis particulariter obtinendo fuerint expressè remissæ, motu, scientia, deliberatione, potestatis plenitudine, & tenore paribus decernimus, statuimus, & declaramus.

Præfatasque Constitutiones, ac censuras, & pœnas in eis contentas ad omnes, & singulos casus supra expressos, quatenus opus sit, extendimus, & ampliamus.

Præterea easdem Bonifacii, & Gregorii Prædecessorum Constitutiones per alteram piæ mem. Clementis Papæ VIII. prædecessoris pariter nostri, quæ incipit: Pro commissa, Anno Incarnationis Dominicæ 1592. decimo octavo Kalend. Septembris editam ad cæteras Ditionis temporalis S.R.E. Civitates, & loca immediatè subjecta (præterquam quoad bona Communitatum) minimè extensas fuisse, neque per hanc nostram extendi; sed eos quidem omnino comprehendere, qui in aliis locis ejusdem Status Ecclesiastici, & cujusvis alterius partis Mundi existentes pollicentur, promittunt, paciscuntur, mittunt, vel dari faciunt per literas, vel mediatores, vel aliter quomodocumque, & qui ab eis recipiunt contra dictarum Constitutionum dispositionem quidquam magnum, vel parvum pro Justitia, vel Gratia apud Sedem prædictam obtinenda, declaramus pariter, & statuimus.

Postre-

Postremò tametsi credamus, & speremus in Domino nunquam eventurum, ut aliquis ex Venerab. Fratribus nostris Episcopis, Archiepiscopis, Metropolitanis, Primatibus, & Patriarchis, aut in quacumque alia etiam superiori Ecclesiastica quantumvis sublimi, & speciali nota digna constitutis dignitate in præmissis quoquomodo delinquat; quia tamen diligentiam nostram in removendis ab eadem Curia abusibus quibuslibet abundare potiùs, quàm in aliquo deficere volumus, etiam Episcopos, Archiepiscopos, Metropolitanos, Primates, ac Patriarchas, cæterosque in quacumque alia etiam prædictis superiori, ac quantumvis sublimi, & speciali nota digna constitutos dignitate etiamsi per nostras, & Cancellariæ nostræ Apostolicæ regulas cautum sit, quòd illi Constitutionibus per Nos editis, & edendis non comprehendantur, nec comprehensi censeantur, nisi in eisdem Constitutionibus facta fuerit ipsorum expressa mentio, in prædictis Constitutionibus, ut præmittitur, declaratis, & extensis, ac in præsenti nostra quoad censuras comprehendi, motu, scientia, deliberatione, potestatis plenitudine, & tenore similibus statuimus.

Porrò xenia solita, esculenta, & poculenta, quæ Judicibus, Ministris, & Officialibus Romanæ Curiæ exhiberi consueverunt præfatis prædecessorum nostrorum literis, ac præsentibus nostris minimè prohibita fuisse, nec prohiberi decernimus.

Declarantes per præsentem nostram Constitutionem non censeri abrogatam Constitutionem similis record. Pii Papæ V. etiam prædecessoris nostri contra ambientes dignitates, & officia jurisdictionis administrationem habentia, eaque pretio, seu promissione procurantes, quæ incipit: Etsi Romani, &c. Nonis Decembris, Anno sexto ejus Pontificatus emanatam, sed illam, ac cæteras ipsius Pii prædecessoris, & aliorum Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum quorumcumque Constitutiones, Ordinationes Canones, & Decreta in hac materia, vel circa eam hactenus edita, ac nostram, & Cancellariæ Apostolicæ regulam 67. qua statuimus, ut Officiales Romanæ Curiæ prædictæ nihil exigant ultra debitum, in suo robore remanere.

Ac decernentes præsentes literas, & in eis contenta quæcumque, etiam ex eo quòd prædicti, & alii quilibet etiam speciali nota, & expressione digni in præmissis interesse habentes, seu habere quomodolibet prætendentes illis non consenserint, nec ad ea vocati, & auditi, seu causæ, propter quas eædem præsentes emanarunt, adductæ, verificatæ, aut justificatæ ullatenus fuerint, vel ex alia quacumque quantumvis justa, legitima, juridica, & privilegiata causa, colore, prætextu, occasione, & capite etiam in corpore juris clauso nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, vel intentionis nostræ, seu interesse habentium, & aliorum quorumcumque consensus defectu notari, impugnari, invalidari, restringi, limitari, ad viam, seu terminos juris reduci, in jus, vel controversiam revocari, aut adversùs illas quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium impetrari, seu etiam motu simili concessio quempiam in judicio, vel extra illud uti, seu se juvare posse, neque ipsas præsentes sub quibusvis similium, vel dissimilium Constitutionum, ac declarationum, & extensionum revocationibus, limitationibus, suspensionibus, seu aliis contrariis dispositionibus unquam comprehendi, aut comprehensas censeri, sed semper ab illis exceptas, & quoties illæ emanabunt, toties in pristinum, & validissimum statum restitutas, & plenariè reintegratas esse, & censeri, firmasque, validas, & efficaces existere, & fore, ac ab omnibus, & singulis prædictis, & aliis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, cujuscumque qualitatis, dignitatis, ordinis, gradus, & conditionis fuerint, perpetuò inviolabiliter, & inconcussè observari.

Sicque, & non aliter in præmissis omnibus, & singulis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales etiam de latere Legatos, necnon Curiæ, & Urbis præfatarum, Judices, Officiales, & Ministros, & alios quoslibet quavis auctoritate, & potestate fungentes, & functuros, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si quid secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Non obstantibus de jure quæsito non tollendo, & quòd Cardinales non comprehendantur sub regulis, & Constitutionibus editis, & edendis nisi in eisdem facta fuerit ipsorum expressa mentio, ac cæteris nostris, & Cancellariæ præfatæ regulis, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, etiam Conciliaribus; necnon earumdem Urbis, & Curiæ, ac illarum Tribunalium quorumvis, & aliis quibuslibet etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel alia quavis firmitate roboratis, stylis, usibus, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus: privilegiis quoque, indultis, Motuum propriorum cedulis, Chirographis quorumcumq; Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum manu subscriptis, ac literis Apostolicis sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, & aliis efficacioribus, & insolitis clausulis, & decretis etiam irritantibus, in genere, vel in specie, etiam motu simili, consistorialiter, ac aliàs quomodolibet in contrarium præmissorum concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis etiamsi pro sufficienti illorum derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio facienda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum omnium, & singulorum tenores, formas, & occasiones, ac alia etiam speciali expressione digna præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, insertis, & servatis respectivè habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum specialiter, & expressè derogamus, ac derogatum esse volumus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Ut autem eædem præsentes literæ omnibus innotescant, & nemo illarum ignorantiam allegare valeat, volumus, ut illæ, seu earum exemplum ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum, ac Datariæ nostræ, Cancellariæ prædictæ, necnon in acie Campi Floræ de eadem Urbe per aliquem ex Cursoribus nostris, prout moris est, & publicentur, & affigantur, quæ sic publicatæ, & affixæ omnes, & singulos perinde afficiant, ac si illis personaliter intimatæ fuissent.

Quodque illarum transumptis etiam impressis, manu Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides in judicio, & extra illud adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Dat. Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 2. Maii 1656. Pontificatus nostri Anno secundo.

Quamvis autem Constitutionis præfatæ tenorem ab omnibus Romanæ Curiæ Judicibus, & Ministris religiosè servari publicè per se pateat, nobisque maximè compertum sit, & quamplurimis optimis, integrisque Advocatis, Procuratoribus, Agentibus, Expeditoribus, aliisque negotiorum Gestoribus, & Officialibus eadem Curia, miserante Domino, abundet: nihilominus ad evitandas fraudes, quæ quandoque eveniunt, eo quia fortasse aliqui turpis lucri gratia in Curia moram trahentes non cessant Curiam ipsam apud exteras gentes diffamare cum eorum epistolis, notulis, seu listis, quas transmittunt Principalibus, seu Correspondalibus, *in quibus petunt pecunias pro muneribus dandis, vel affingunt munera dedisse Ministris Gratiæ, vel Justitiæ*, aliisque in dicta Constitutione Alexandri VII. contentis, de nonnullorum Venerabilium fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, & dilectorum filiorum Romanæ Curiæ Prælatorum, quibus id rei examinandum commisimus, consilio, hac nostra perpetuò valitura Constitutione præinsertas Alexandri prædecessoris literas cum omnibus, & singulis censuris, pœnis, aliisque in eis contentis confirmamus, approbamus, & innovamus, ac adversùs quemcumque non usum, seu contrarium usum, qui quoquomodo prætendi posset, restituimus, & plenariè reintegramus.

Easdemque literas, & in eis contenta quæcumque, etiam quoad censuras, & pœnas, omnes, & singulos Agentes, Expeditores, Procuratores, cæterosque Curiales, negotiorum Gestores, aliasque personas tam Sæculares, & Ecclesiasticas, quàm cujusvis Ordinis, & Instituti, etiam necessariò exprimendi, Regulares ad Urbem missas, vel in ea existentes, & pro quibuscumque exteris, & forensibus cujuscumque status, & conditionis, & quacumque dignitate etiam maxima, & majore fulgentibus, etiamsi speciali, & individua nota digni sint, etiam Capitulis, & Religionibus suis Justitiam, aut Gratiam procurantes, & Principalibus, seu Correspondalibus scribentes, aut notulas transmittentes, sive per Nuncium, aut aliàs quomodolibet etiam per interpositas personas significantes, aut insinuantes, se pro impetranda Justitia, vel Gratia, aut post earumdem impe-

impetrationem munera tradidisse, aut ea necessaria esse, sive animo revera munus dandi, sive affingendi, & simulandi id egerint, etiam sub prætextu redimendæ vexationis omnino injustæ, & evidentis, etiam in casibus, in quibus Principalis rem possideat, aut quòd salarium, seu honorarium ipsis datum, seu promissum, aut aliàs consuetum labori ac diligentiæ in negotio adhibitæ minùs respondeat, quòdque Gratia, aut Justitia publicum Regionis, vel Ecclesiæ bonum respiciat, aut aliis quibuscumque prætextibus in eadem Alexandri Constitutione damnatis, atque rejectis, vel forsitan in futurum pro excusatione allegandis, comprehendere; & ad casus etiam, in quibus pro Gratia, vel Justitia apud quoscumque extra Romanam Curiam ab Apostolica Sede, vel ab Ordinariis ejusdem Romanæ Curiæ Judicibus, aut etiam Apostolicæ Sedis Nuntiis, Legatis etiam de latere, & Prolegatis, specialiter delegatos obtinenda munera in Curia data, vel necessaria esse pro comparandis favoribus apud eosdem delegatos, vel literis commendatitiis, tam ante, quàm post obtentam Gratiam, sive Justitiam, etiam sub quibuscumque modo dictis prætextibus quomodolibet dictum, scriptum, assertum, & insinuatum fuerit, extendi & locum habere harum serie decernimus, & declaramus.

Contravenientes verò ultra excommunicationis eidem Sedi reservatæ, privationis cujuscumque Beneficii, & Officii Ecclesiastici, & Sæcularis, temporalis, sive perpetui, ac infamiæ pœnas in præfata Alexandri Constitutione contentas, etiam amissionis, seu extinctionis omnium, & singularum pensionum Ecclesiasticarum forsitan obtentarum, nec non falsi, furti, & injuriarum Magistratui publico illatarum tam jure communi, quàm Apostolicis Constitutionibus, & Bannimentis generalibus Status nostri Ecclesiastici contentis pœnis teneri, & tamquam veros fures, & falsarios, ac Magistratui injuriam inferentes puniri: Principales verò, & Correspondales cujuscumque dignitatis, & conditionis, tam Sæculares, quam Ecclesiasticos, & cujusvis Ordinis, seu Instituti Regulares, etiam vigore quorumcumque privilegiorum specialiter nominandos, ubilibet existentes, & pecuniam solventes, transmittentes, aut solvi, vel transmitti mandantes directè, vel indirectè ad effectum dandi munera, vel eorumdem pretium pro Ministris Gratiæ, vel Justitiæ tam in Curia existentibus, quàm extra Curiam ut supra delegatis, nullo ex superiùs rejectis, vel aliàs forsan sub quocumque quæsito colore in posterùm allegandis prætextibus eos excusante, ultra pœnas in dicta Alexandri Constitutione contentas, etiam nullitatis ipso jure Gratiæ, Decreti, Rescripti, vel Sententiæ, immò, & amissionis causæ, crediti, vel juris, super quo iis agebatur, ac perpetuæ inhabilitatis ad quæcumque Beneficia Ecclesiastica etiam de jurepatronatus Laicorum, & ad alias quascumque gratias à Sede præfata in posterum obtinendas, incurrere; immò, *& in singulis prædictis casibus solùm conatum ad earumdem pœnarum incursum sufficere, etiamsi pecuniæ transmissæ non fuerint, sed tantùm notulis, epistolis, aut aliàs quomodolibet à Principalibus in Partibus petitæ, vel ab iisdem Principalibus respectivè oblatæ*, omnibus, qui rem adhuc incognitam, complicesque, fautores, & socios retexerint, impunitatem concessa, statuimus, atque decernimus.

Episcopos autem, Archiepiscopos, similesque personas pœna dumtaxat in dicta Alexandri Constitutione specificata teneri volumus, & mandamus.

Revelantibus verò, seu denunciantibus, dummodò indicia saltem ad torturam, vel ad transmittendam inquisitionem contra contumaces sufficientia subministraverint, ducentorum ducatorum auri de Camera præmium ex eadem Camera nostra solvendum constituimus, & assignamus.

Et ut in posterum facilè apparere valeat, quinam sint illi, qui in talibus notulis, & listis excedunt, vel quocumque modo contraveniunt, volumus, & mandamus, ut quilibet Agens, Expeditor, negotiorum Actor, Procurator, seu quilibet Curialis, aut quicumque alius, ut supra ad Gratiam, vel Justitiam in Romana Curia impetrandam utcumque deputatus, etiamsi Ecclesiasticus, Sæcularis, seu cujusvis Instituti etiam necessariò exprimendi Regularis, notulas, seu listas omnium, & singularum expensarum, quoties eas Principalibus, seu Correspondalibus extra Curiam transmittet, teneatur propria manu subscribere; & nihilominus post Gratiæ, seu Causæ per sententiam, vel Decretum vim sententiæ habens, aut per rescriptum in quibuscumque Tribunalibus expeditionem, vel quamcumque concordia, renunciatione, morte Principalis, aut alia quavis causa mediante, cessationem, exceptis dumtaxat negotiis, quæ in ejusdem S. R. E. Cardinalium, seu aliis Congregationibus extra folium, ut vocant, perfici solent, integram omnium, & singularum expensarum per se, vel per alios in toto negotii decursu factarum notulam, iis etiam repetitis, quæ in aliis notulis forsan ut supra transmissis continebantur, atque etiam summam certam pro honorariis sibi debitis, nec non omnes pecunias à Principalibus, seu Correspondalibus eo usque habitas clarè, & distinctè iterum propria manu subscribere, & ad dictos Principales, seu Correspondales transmittere, ejusque copiam integram, & uniformem intitulatam duplicatum notæ similis transmissæ in Partibus ad talem Principalem, seu Correspondalem pariter propria manu subscriptam intra tres menses à die expeditionis, seu scientiæ cessationis negotii computandos, Notario Causæ, vel Officiali ad hunc effectum in quibuscumque Gratiæ Tribunalibus specialiter deputando reipsa exhibere, & consignare, soluta eidem congrua mercede ratione laboris tantùm per deputatam à Nobis Congregationem taxanda de pecuniis Principalium, pro quorum indemnitate id agitur, ultra quam sub pœnis infrascriptis nihil ampliùs accipere liceat; ipsi verò Notarii, & Officiales eamdem copiæ, seu duplicati exhibitionem in peculiari libro adnotare, ac præfatas copias saltem per decennium conservare secretò, ita ut nemini nisi interesse habenti, vel denunciare intendenti, de expressa tamen Judicis, seu alterius Superioris, apud quem negotium actum fuit, licentia ostendere, sub pœnis etiam corporis afflictivis, eorumdem Judicum, vel Superiorum arbitrio infligendis, omnino debeant, & teneantur.

Quòd si prædictæ personæ, ut supra specificatæ, notulam, seu listam à prædicta ab ipsis subscripta diversam, & difformem transmiserint ad Principales, vel Correspondales, vel transmiserint listam, seu notulam ab ipsis non subscriptam, & in epistola separata, vel per Nuncium, aut indirectè quocumque modo alias expensas, vel partitas addiderint; tunc si partitæ descriptæ in notula, seu epistola separata sint confictæ, alteratæ, aut falsæ, vel contineant munera data, vel danda Ministris Justitiæ, vel Gratiæ, sive omnibus aliis personis expressis in d. Constitutione Alexandri VII. ultra omnes alias pœnas supra specificatas plecti debere tamquam veros fures, falsarios, & injuria afficientes Magistratum respectivè pœnis furti, falsi, & similibus in jure, Constitutionibus Apostolicis, & Bannimentis generalibus Status nostri Ecclesiastici stabilitis contra veros fures, falsarios, & injuria afficientes Magistratum juxta qualitatem partitæ vel summæ alteratæ, falsæ, vel confictæ: si autem partitæ sint veræ, & non de prohibitis, non tamen descriptæ in duplicato in Actis exhibito ut suprà; tunc tamquam contravenientes huic Constitutioni plecti posse pœna arbitraria etiam corporis afflictiva ultra amissionem crediti arbitrio Judicis ut supra, ad quem effectum easdem notulas, seu listas, aut etiam epistolas reorum manu subscriptas pro plenis probationibus habendas esse, vel in earum defectum probationes illas, quæ pro crimine Simoniæ evincendo de jure satis essent, sufficere statuimus, atque decernimus.

Itaque omnibus, & quibuscumque, quos ad Romanam Curiam deinceps pro Gratia, vel Justitia consequenda recurrere ex qualibet Mundi parte contigerit, liberum erit in posterùm, & expeditum, fidelem exactamque omnium pecuniarum à se in præfatis negotiis impensarum, & impendendarum rationem mediantibus notulis ut supra præscriptis exigere, ac ubi in iis aliquid pro muneribus in præinserta Alexandri Constitutione prohibitis adnotatum repererint, certò se à suis Actoribus, seu Procuratoribus deceptos, & fraudatos agnoscere, adeòque à transmittendis pecuniis abstinere, sique se in præfatis notulis quovis modo gravatos prætenderint, apud Judicem, seu Ministrum Causæ, vel Gratiæ, seu ad alium, quem maluerint ejusdem Romanæ Curiæ Judicem Ordinarium (qui etiam ex officio, & per inquisitionem procedent) etiam mediante Procuratore nostro Fiscali generali, cui, suppressis Principalium nominibus, agendi facultatem concedimus, instare pro justitia consequenda, & prædictarum pœnarum executione.

Decernentes præsentes literas, & in eis contenta quæcumque, etiam ex eo, quòd in præmissis interesse habentes, seu habere quomodolibet prætendentes, illis non consenserint, nec ad ea vocati, & auditi, seu causæ, propter quas eædem præsentes emanarunt, sufficienter adductæ, verificatæ, aut justificatæ non fuerint, vel ex alia quantumvis legitima, & privilegiata causa, colore, prætextu, & ca-

capite etiam in corpore Juris clauso nullo umquam tempore de subreptionis, obreptionis, aut nullitatis vitio, vel intentionis nostræ defectu notari, impugnari, restringi, limitari, ad viam, seu terminos juris reduci, aut adversùs illas quodcumque juris facti, vel gratiæ remedium impetrari, seu etiam Motu proprio concesso quempiam in Judicio vel extra illud uti, seu se juvare ullo modo posse: sed ipsas præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, ac ab omnibus, & singulis prædictis, & aliis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, cujuscumque qualitatis, dignitatis, ordinis, gradus, & conditionis extiterint, perpetuò, & inviolabiliter observari; sicque per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales etiam de latere Legatos, nec non Curiæ, & Urbis præfatarum Judices, Officiales, & Ministros, & alios quoslibet quavis authoritate, & potestate fungentes, & functuros, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si quis secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Quocirca universis, & singulis locorum Ordinariis per quæcumque Provincias, & Regna Christiani Orbis constitutis, & quibusvis nostris, & Sedis Apostolicæ etiam de latere Legatis, ac Vicelegatis præcipimus, & mandamus, ut in suis quisque Civitatibus, Diœcesibus, Provinciis, & locis præsentem nostram Constitutionem publicari, & inviolatè observari curent, & adversùs contravenientes, sive Clericos, sive Laicos quacumque dignitate fulgentes, tamquam injuriantes, & infamantes Curiam Ecclesiasticam Romani Pontificis, sive etiam Capitulares, servata forma à Concil. Trid. præscripta, immò etiam cujusvis Ordinis aut Instituti etiam necessariò exprimendi Regulares, aut aliàs quomodolibet exemptos, & contra Abbates, sive alios quoscumque Prælatos jura quasi Episcopalia habentes cum territorio separato, ii, qui viciniores fuerint, tamquam nostri, & Sedis Apostolicæ in hac parte specialiter delegati per viam accusationis, vel denuntiationis, aut inquisitionis, & ex mero officio, prout eis videbitur, procedant, reosque culpabiles repertos condignis pœnis, ut supra afficiant, invocato etiam, si opus fuerit, auxilio Brachii Sæcularis.

Non obstantibus de jure quæsito non tollendo, ac cæteris nostris, & Cancellariæ regulis, aliisque Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis etiam Conciliaribus, nec non earumdem Urbis, & Curiæ, earumque Tribunalium, & aliis quibuslibet, etiam juramento, confirmatione Apostolica, aut alia quavis firmitate roboratis statutis, consuetudinibus etiam immemorabilibus, privilegiis quoque, indultis, ac literis Apostolicis, sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, & aliis efficacioribus, & insolitis clausulis, & decretis etiam irritantibus, in genere, vel in specie, etiam motu simili, & consistorialiter, ac aliàs quomodolibet in contrarium præmissorum concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis etiamsi pro sufficienti illorum derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quævis alia expressio facienda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum omnium, & singulorum tenores, formas, & occasiones, ac alia etiam speciali expressione digna præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, insertis, & servatis respectivè habentes, illis aliàs in suo robore permansuris ad præmissorum effectum specialiter, & expressè derogamus, ac derogatum esse volumus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Ut autem eædem præsentes literæ omnibus innotescant, & nemo illarum ignorantiam allegare valeat, volumus, ut illæ, seu earum exemplum ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum, ac Datariæ nostræ, Curiæ generalis, & Cancellariæ prædictæ, nec non in acie Campi Floræ de eadem Urbe per aliquem ex Cursoribus nostris, prout moris est, publicentur, & affigantur, quæ sic publicatæ, & affixæ omnes, & singulos perinde afficiant, ac si illis personaliter intimatæ fuissent.

Quodque illarum transumptis etiam impressis, manu Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides in Judicio, & extra illud adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ vel ostensæ.

Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc nostræ confirmationis, approbationis, innovationis, restitutionis, reintegrationis, decretorum, declarationis, statutorum, voluntatum, mandatorum, constitutionis, assignationis, præcepti, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ 1700. tertio Kalendas Februarii, Pontificatus nostri Anno nono.

B. Card. Prodatarius. I.F. Card. Albanus.

Visa de Curia C. A. Fabronus.

Registrata in Secretaria Brevium.

Loco † Plumbi.

Anno à Nativitate Domini Nostri JESU Christi millesimo septingentesimo, Indictione octava, die verò octava Februarii, Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris, & Domini Nostri Domini INNOCENTII Divina providentia Papa XII. Anno nono: Supradictæ litteræ Apostolicæ affixæ, & publicatæ fuerunt ad valvas Ecclesiæ S. Jo: Lateranensis, Basilicæ Principis Apostolorum, Cancellariæ Apostolicæ, Curiæ Innocentianæ in Monte Citatorio, & in Acie Campi Floræ, ac aliis locis solitis, & consuetis Urbis per me Jo: Philippum Castigliam ejusdem Sanctissimi D. Nostri Papæ Cursorem.

Decius de Camillis Magister Cursorum.

TITULUS III.

De Criminibus Peculatus, & de Residuis.

1 COmmittuntur ista crimina circa pecuniam Reipublicæ usibus destinatam, ut observat *Zuff. Instit. Crim. l. 2. tit. 17. lit. I.*

2 *Peculatus* in *leg. Sacrilegii. §. Labeo, ff. Ad l. Jul. Pecul.* definitur: *Furtum publicæ pecuniæ non ab eo factum, cujus periculo fuit*, & sic quando ex publica pecunia aliquid aufertur, occupatur, & quomodolibet defraudatur, committi dicitur *Ludovic. Gilhausen. in Arbor. judicior. crimin. cap. 29. num. 7. Valenz. cons. 145. nu. 18. Sanfel. dec. 285. nu. 5. 29. & seqq. & Brugiot. Instit. Crim. lib. 2. tit. 19. num. 1.*

3 Committitur autem, tam à Judicibus, & Officialibus publicis de tempore suæ administrationis, & in administratione ipsa publicas pecunias subripientibus, vel eas, ab aliis administratas, subtrahentibus, *§. Item lex Julia, Instit. de Public. Judic. & leg. unica, Cod. de Crimin. Peculat. Farin. quæst. 171. num. 64. & seqq. Galeot. respond. Fiscal. 22. nu. 15. & seqq. & Rayn. tom. 2. cap. 14. §. 21. nu. 29. & seqq.* Quàm 4 ab aliis personis privatis non administrantibus subripientibus *citatis Juribus, & authoritatibus.*

5 Multifariam committitur juxtà casus enumeratos *à Rayn. tom. 2. cap. 14. §. 21. à num. 28. usque ad 42.* & I. Si quis per 6 semetipsum pecuniam publicam quomodolibet auferat, intercipiat, & exportet *dict. leg. 1. ff. ad l. Jul. peculat.* II. Si mandet, ut quis auferat, intercipiat *d. l. 1.* ibi *Nevè faciat, ut quis auferat.* III. Si quis ex metallis Cæsarianis; idest ex 7 virgis aureis, & argenteis, quæ sunt Cæsaris & ad publicam monetam cudendam, vel ad aliud publicum opus destinatis furatus fuerit *Leg. Sacrilegii 6. §. Si quis ff. ad l. Jul. Pecul.* IV. Si quis prædam ab hostibus captam subripuerit *leg. 1. §.* 8 *Qui prædam, ff. ad l. Jul. Pecul.* V. Si quis muros publicos perfoderit, & inde aliquid abstulerit, puta pecuniam, me- 9 talla, vel alia pretiosa, vel de materia ipsa murorum aliquid exemerit, & abstulerit *Leg. Qui perforaverit ff. Eodem Dec.* 10 *lib. 8. cap. 28. num. 14.* VI. Si quis publicam tabulam continentem formam, & fines agrorum publicorum, & latitudinem, & mensuram viarum publicarum, & Curiarum refixerit, & aliquid inde immutaverit, vel deleverit *leg. Qui tabulam, ff. Eodem.* VII. Si quis etiam privatam pecuniam subri- 11 puerit, quæ tamen publica evadere debebat, veluti, si quis quod Fisco debetur, simulans se Fisci creditorem, acceperit *leg. Sacrilegii 9. §. Labeo, ff. Eodem*, & latè *Rayn. to. 2. cap. 14. §. 21. numer. 28. & seqq.* Notat circa hoc crimen *Amen. de Delict. & Pæn. tit. 3. §. 7. Verb. Dilapidatio num. 4.* Illud de 12 Jure Canonico vocari dilapidationem, quæ nihil aliud est, quàm

quàm prodiga, seu vitiosa substantiæ, sive propriæ, sive alienæ, consumptio juxtà *Alberic. in Dict. Verb. Dilapidatio*. Quamvis autem *Abb. in cap. Licet Helin. 9. de Simon* asserat, dilapidationem propriè dici de rebus immobilibus, consumptionem verò de mobilibus, id non admittit *Amen ubi suprà num. 2.* probans, dilapidationem verificari, tam de rebus 13 mobilibus, quàm immobilibus.

14 Crimen de *Residuis* tunc verificatur, quando publica pecunia ad aliquod opus publicum alicui data, vel in aliquod ministerium, seu occasione publicæ administrationis exacta & percepta, administratione finita, & non redditis rationibus, pro aliqua sui parte apud aliquem deservit, ex quo denominationem de residuis desumpsit *Gloss. in leg. Lege Julia §. Lege Julia de Resid. verb. Locationum, ff. Ad leg. Jul. Pecul. & de Resid. Berlicch. lib. 5. concl. 27. de Crimin. pecul. num. 13. Tholosan. Syntagm. Jur. lib. 33. cap. 20. num. 2. & Zuff. Instit. Crim. lib. 2. tit. 17. lit. O.*

15 Committitur variis modis, enumeratis per *Brugiot. Instit. Crim. lib. 2. tit. 19. num. 17. & seqq.* & I. si Custos pecuniæ publicæ, ad cujus periculum cura Ærarii, & publica pecunia pertinet, aliquid ex ea retinuerit, & in suos usus converterit *Dicta leg. Sacrilegii 9. §. Labeo in fine, ibique Gloss. verb.* 16 *Quilibet, & verb. Non committit*. II. si quis pecuniam publicam trajiciendam susceperit, idest extra mare vehendam, ad aliquam publicam necessitatem acceperit, & eam in totum, 17 vel pro parte retinuerit *Dicto §. Labeo in fine* III. si quis occasione alicujus loci, vel prædii publici, à publico pecuniam & pensiones exegerit, vel datam sibi pecuniam à publico, ut fundum, vel alium locum pro Fisco, vel pro Communitate emeret, retinuerit in totum, vel pro parte *dicta leg. Julia § lege Julia de Residuis, ibique Gloss. verb. Ex locatione*. IV. si 18 quis ex alimentaria ratione pecuniam de publico habuerit, ut scilicet aliquos à Republica alendos; aleret, puta Obsides, Legatos, & Oratores Principum, vel aliam insignem personam transeuntem per Provinciam, ex ea interceperit aliquid & defraudaverit *Dicto, §. lege Julia de Residuis*. V. si quis publicam pecuniam in aliquem usum publicum, vel in opus & ministerium publicum ad erogandum militibus stipendia, & ad ædificandam, & instaurandam Curiam, vel Palatium 19 pro Magistratibus, vel Porticis, vel Granaria, vel Fontes, vel quodcumque alterum publicum ædificium, vel faciendam, & sternendam publicam viam, vel illam muniendam, & instaurandam, vel aliquam aliam rem publicam curandam, & de ea, vel in totum, vel pro parte resederit apud ipsum *dicta leg. Lege Julia de Residuis in fine & in §. Sed, & qui, ibique Gloss. verb. In usum aliquem Dec. lib. 8. cap. 31. n. 2.* VI. si quis cum fundum ad Rempublicam pertinentem ven-20 deret, vel locaret certo pretio, scripserit in tabulis publicis, & in libro publicarum rationum, se minori pretio vendidisse vel locasse, vel aliud quid simile fecerit *leg. Hac lege, ibique Glofs. in princip. ff. ad leg. Jul. Pecul.* VII. si quis pecuniam ab aliquo privato acceptam, & ærario publico consignandam, 21 non detulerit, & post lapsum anni apud se retinuerit *leg. Cum eo, ff. Eod.* de quibus omnibus latè *Tholos. Syntagm. Jur. lib. 33. cap. 19. per totum*.

22 Quoad pœnas criminis Peculatus, de quibus latè *Rayn. tom. 2. cap. 14. §. 21. num. 24. & seqq. & Brugiot. Instit. Crim. lib. 2. tit. 19. à num. 7.* distinguendum est, nam, vel illud committitur à Judicibus, vel aliis durante tempore suæ administrationis, & in ipsa administratione publicas pecunias subripientibus, vel ab aliis, publicas pecunias pro alio administratas, subtrahentibus, juxta ea, quæ supra diximus.

23 Si à Judicibus, vel aliis durante tempore suæ administrationis; hi capitali pœna puniuntur *leg. unica, Cod. de Crimin. Peculatus*, ubi *Gloss. verb. Judices, & verb. Publicas Decian. lib. 8. cap. 28. num. 29. cap. 39. num. 6. & Berlicch. concl. 57. num. 2. lib. 5. Rovit. conf. 60. num. 4. lib. 3. & Rayn. tom. 2. cap. 14. §. 21. nu. 42.* ubi illam assignat rationem differentiæ inter personam publicam, & privatam, committentem hoc deli-24 ctum, quia plus delinquit Officialis, quàm privatus, Iste enim non sic de facili, nec cum tanta securitate, & malo exemplo, quàm Officialis in legem committit; quod advertant prius *Bonifac. de Furt. §. Aliena rei num. 68. & Matth. de re Crimin. contr. 77. num. 9.*

25 Si ab aliis personis privatis, subripientibus pecunias ab aliis administratis, puniuntur civiliter, & criminaliter. *Civiliter* hoc est pœna pecuniaria, seu quadrupli, dummodo Lis contestata, vel inquisitio formata sit, vivente ipso delinquente, alias secus *Anell. Amat. conf. 55. per tot. & Card. de Luc. de* 26 *Regal. disc. 119. num. 25. Criminaliter* verò, pœna Judicis arbitraria, seu deportationis *leg. 3. ff. Ad leg. Jul. Pecul.* ibi *Peculatus pœnam aquæ, & ignis interdictionem, in quam hodie* *Ursaya Institut. Crimin.* *successit deportatio, continet*, cum aliis apud *Farin. quæst. 171. num. 8. & Rovit. conf. 60. num. 5. lib. 3.* ubi quòd quando idem 27 crimen est pluries reiteratum, tunc devenitur ad pœnam mortis, quod admittit etiam *Caball. resol. Crim. cas. 99. n. 4.* Quando verò, cum peculatu concurrit falsitas, à quibuscumque personis committatur, semper intrat pœna mortis *leg. 2.* 28 *Cod. de his, qui ex pub. ration. l. 10. ibique Gloss. Verb. Omnib. Papon. Arrest. lib. 22. tit. 2. & Ravit. conf. 60. nu. 6. lib. 3.* Hu-29 jus criminis Reos gaudere Immunitate Ecclesiastica, re maturè discussa, resolvit *Sacr. Cong. Immunitatis in Taurinen. 8. Februarii 1677.* quam per extensum refert *Abb. Justinian. in Addit. ad Novar. in Summa Bullar. fol. mihi 10. vers. Episcopi in casibus*, ubi data fuit facultas Confessori Archiepiscopi ipsum absolvendi ab excommunicatione incursa, eo quia, inconsulta Sacra Congregatione, declaraverat, Reum peculatus non gaudere Ecclesiastica immunitate; Verùm ta-30 men est, quòd in eodem casu ex specialibus facti circumstantiis, & attenta generosa, & pia recusatione Ducis Sabaudiæ non acceptandi idem judicatum Archiepiscopi antè approbationem Sac. Cong. ex gratia nullatenus in exemplum ullo unquam tempore allegabili, fuit injunctum, quod idem Reus -- *si ritenga carcerato à nome del Fisco Ecclesiastico fino à tanto abbia egli intieramente sodisfatta, e sufficientemente assicurata la Camera Ducale, e sino ad altro ordine della Santità Sua, la quale si dichiara, che la presente permissione non possa in alcun tempo addursi per essempio.*

31 Quo verò ad pœnas Criminis de Residuis, puniuntur Rei civiliter, & criminaliter. *Civiliter*, ut scilicèt præter restitutionem pecuniarum retentarum, solvat triplum *Berlicch. concl. 57. num. 14. lib. 5. Laurent. Kirch. conf. 24. num. 15. & seq. lib. 4. & Tholos. Syntagm. Jur. lib. 33. c. 20. in fine.* Qua-32 lis verò sit pœna criminalis Doctores non aperiunt *Farinac.* autem *d. quæst. 171. num. 6. Brugiot. Instit. Crimin. l. 2. tit. 19. num. 19. & seqq. & Rayn. tom. 2. cap. 14. §. 21. num. 46. & seq.* afferunt, hanc pœnam esse arbitrariam, Alii verò, quòd cum hoc delictum sit gravius furto, acrius puniri debeat, 33 quàm simplex furtum *Berlicch. concl. 57. nu. 15. & seq. p. 5. & Caball. resol. Crim. cas. 99. num. 40.*

34 Nota hic, quòd Depositarius in alios usus convertens pecunias publicas non tenetur pœnis prædictis, quia pecuniæ, quæ penes Depositarium sunt, ejus periculo subsunt, ad hoc autem, ut peculatus verificetur, ab eo fieri debet pecuniarum furtum, cujus periculo non sunt, ut notant *Caball. Ref. Crim. cas. 99. num. 30. Censur. 1. Cohell. ad Bull. bon. Regim. c. 49. num. 27. & seqq. & Gob. consult. 38. num. 30.*

35 Nota 2. Quòd non tenebitur pariter eisdem pœnis ille, qui recepit publicam pecuniam ad determinatum usum, puta pro aliquo ædificio construendo, quo perfecto, superfuit alia quantitas, quam bona fide in alios usus Reipublicæ, etiam utiles expendit, ut advertunt *Curt. jun. conf. 19. num. 13 & seqq. lib. 1. Decian. lib. 8. c. 32. nu. 9. & Cohell. ad Bull. bon. Regim. cap. 22. num. 13. & cap. 49. num. 53.* ubi, quòd cessante dolo, non habent locum pœnæ contra Reos hujus criminis, quod probat etiam *Gob. d. consult. 38. num. 28.*

36 Nota 3. Quòd nec etiam dd. pœnis tenetur Secretarius Montium, vel Officialis Montis Pietatis, & Banci Sancti Spiritus, fraudantes Creditores, in proprios nimirum usus convertendo pretium Locorum Montium, vel pecunias depositatas, insciis, & invitis Dominis, rationibus adductis *à Rayn. tom. 2. cap. 14. §. 21. num. 64. & seqq.* ubi tamen *num. 89.* 37 consilium dat eisdem, nè se fundent in exemplis, & dicteriis Legalibus, quia, præscindendo etiam à pœnis peculatus, reiteratio hujusmodi furti præseferret ex alio capite pœnam mortis, vel condemnationis ad Triremes, juxtà casus ibidem relatos.

TITULUS IV.

De Crimine Fraudatæ Annonæ.

1 JUstitia, & providentia circa Annonam publicam principaliores reputantur virtutes, quæ reddunt Principem gloriosum, & amabilem, Ut eum observant *Tap. de Abund. in proem. & Cohel. ad Bull. bon. Regim. cap. 21. num. 1.* mediante Justitia tribuitur unicuique quod suum est, necnon puniuntur mali, & præmiantur boni, mediante verò providentia Annonæ Subditi læti, contenti, & pacifici vivunt, Indeque factum est, ut in omnibus benè regulatis dominationibus magna semper cura adhibita fuerit, ut Populus omni genere victus, & præcipuè frumento, abundaret, id observantibus *Schoockio de Sedition. seu de Reipub. discord. domest. cap. 17. in princip. lib. 3. Didac. Collant. de Avellane in Comm. ad* *Pragm.*

Pragm. in favor. Rei Frument. & Agricul. lib.3. cap.13. sub num.1. & *Struvio in ejus Differt. juridic. de Annon. in princ.* In Urbe autem Officium hoc demandari consuevit uni ex Cameræ Apostolicæ Clericis, teste *Card. de Luc. in Relat. Rom. Cur. disc.40. num.1. & seqq.* Cui amplissimæ in hac parte competunt facultates, ut videre est in *Constit. 35. Gregorii XIII. & Const.36. Sixti V.* & in Motu proprio *Urban. VIII.* emanato die 20. *Septembris* 1634. Typis dato anno sequenti 1635. cum adnotationibus *Petri Augustini Antolini*, ut advertit *Zaul. tom.1. lib.4. rubr.41. num.23. & per tot.* ubi latissimè de publica Annona sermonem habet. Crimen autem Fraudatæ Annonæ committitur quando Annona defraudatur, idest quando dolo malo alicujus factum fuerit, ut Annona fiat carior, & minùs abundans *leg.2. & tot. fere tit. ff. Ad leg. Jul. de Annon. Zuff. Inst. Crim. lib.2. tit.17. lit. R. & Brugiot. Instit. Crimin. lib. 2. tit.19. num.23. & seqq.* Cu- 2 jus appellatione omnia illa continentur, quæ ad humanum victum pertinent, scilicet esculenta, & poculenta, ut Vinum, Acetum, Frumentum, Fruges, Carnes, Caseum, Ligna, Carbones &c. Insuper fœnum pro jumentis, & aliis animalibus, quibus humana vita adjuvatur *leg. Provinciarum, Cod. de Erogatione militar. Annon. lib.12. Decian. lib.7. cap. 22. num.1. & seqq. à Pont. de Potest. Proreg. §. 5. de Abundant. Civitat. num. 17. & seqq. Ursel. Conclus. Legal. Verb. Annona num.1. & seqq. & num.21.*

3 Multifariam committitur hoc Crimen, & I. Per hoc, quòd Mercatores, & Personæ divites, quæ multum colligunt de fructibus Terræ, eos justis pretiis vendere nolint, expectantes, quòd minor ubertas fructuum, & sterilitas Terræ futura fruges earum reddat pretio pretiosiores *leg. Annona vers. Aut à Locupletioribus* ibique Repetentes communiter, *ff. de Extraord. Crimin.*

4 II. Si aliqui imposturam, & collusionem faciant, idest publicè emant Annonam pluris, quàm valeat, ut cæteri eodem pretio ad emendum invitentur, & sic pretium augeatur *Bart. in leg.3. Item si quis, ff. de Crim. Stellion.*

5 III. Si quis Navim frugibus oneratam, Nautamque Annonam ferentem malis artibus, artificiisque retinuerit, vel dolo malo fecerit, ut ab aliis detineatur *leg.2. ff. Ad leg. Jul. de Annon.*

6 IV. Si quis mensuras publicè probatas, tam rerum aridarum, quàm liquidarum, veluti frumenti, vini, & similium, vel justa pondera item publica authoritate stabilita, mutaverit, & falsis, & adulterinis ponderibus, & mensuris utens fraudem fecerit dicta *leg. Annonam, §. Onerant, ff. de Extraord. Crim.* juncta *leg. Hodiè, ff. ad leg. Cornel. de fals.* & *cap. Ut mensura, de Empt. & vendit. Brugiot. Instit. Crimin. lib. 2. tit.15. num.11. & seqq.* ubi concordantes adducit.

7 V. Per Monopolium, sic dictum à Græco Verbo *Monos*, quod est unum, & *Poleo*, quod significat vendere, ut observant *Sylvest. in Summ. V. Monopolium, & Brugiot. Instit. Crim. lib.2. tit.16. num.3.*

8 Definitur autem à *Rayn. tom.2. cap.16. §. 20. num.3.* quòd sit *Collectio mercium alicujus generis penes aliquos, inter quos in præjudicium publici boni convenitur, quod non vendantur, nisi tali pretio* Quod alio modo dici solet *Incettare*, ut advertit idem *Rayn. t.1. cap.5. §.6. nu.45.* ubi quòd hoc verbum incognitum est antiquis Doctoribus.

9 Committitur verò multipliciter, & 14. modos recenset *Azeved. Recopil. lib.8. tit.14. leg.4. per tot. Armendar.* autem *ad leges Navar. lib.3. tit.20. de Confratr. num.2.* numerat duodecim modos nempè. Quando illicitæ pactiones concurrunt, aut paciscuntur, ut species diversorum corporum negotiationis, non minoris, quàm inter se statuerint aliqui vendantur. Quando homines congregati inter se conspirant, & impediunt, ne aliquis deponat in tali causa, quæ fortè concernit Dominum talis Loci, Civem, aut alium. Si quis conetur impedire nè quis exerceat negotiationem vini, aut alterius rei præter eum etiam in vim rescripti Principis. Si aliqui conveniunt, nè deferant frumentum in Mercatum proximum, ut Dominus illius Loci vendat suum, vel ut homines illius Loci priùs suum vendant. Si aliqui conveniunt, quod alicui habenti possessionem Ruri nullum præstetur auxilium, ne quis laboret in possessionibus illius. Si Artifices inter se paciscantur, ne ullus ipsorum in illa arte instruat alios nisi filios, vel nepotes illorum. Si ipsi paciscuntur ne recipiant aliquem addiscentem, nisi immensum det pretium singulis annis, & quòd non ostendent ei, nisi remaneat per tres annos, id, quòd possent docere eum in uno anno. Si Cives conveniant, ut Officinæ, & Stationes tali pretio, & non minori locentur, vel si locatores equorum conveniant, quod non locabunt equos, nisi tali pretio, vel si Domini domorum conveniant, ut augeatur in immensum pensio domorum, Si Mercatores agant, nè alius deferat frumentum, vel vinum, seu alia venalia, donec ipsi vendiderint, vel quòd naves aliorum impediantur, vel retineantur. Qui dat arrhas in emptionem omnium aromatum Civitatis, ut ipse postea carius vendat. Item si quis emat totum frumentum, ut alii ab eo emant. Si Mercatores Nemorum, vel alii conveniant, nè emant jugerum, vel arpentum lignorum, vel alias merces, nisi in tali pretio. Si Artifices conveniant, ne quis, quòd alteri commissum sit opus, impleat, aut nè injunctam alteri sollicitudinem alter intercipiat. *Zaul. tom.1. lib.3. rubr.30. numer. 32.*

10 Crimen hoc contra rationem naturalem, & adversùs publicam utilitatem esse, per Textum *In leg. unic. Cod. de Monopol.* observant ibidem *Repetentes*, & signanter *Eritschius, Struvius de Annon. Aphoris.29. & Magret. ad Constit. pragmat. in proem. quæst.7. num.40.* 11 Non enim aliquid turpiùs in benè instituta Republica excogitari potest, quàm quod quis fructus, aliasque res, humano usui necessarias, in unum colligat, & cariùs vendendo, omnes alios torqueat, & gravet, ut ad rem ponderat *Guiglielm. Ertl. de Jurib. Princip. exercitat 90. in princ.*

12 Quoad pœnas hujus criminis, illa est exilii, & confiscationis bonorum, ut probant *Massin. de Confisc. qu.17. num.3. Gait. de Credit. quæst.9. num.2321. & seq. Borell. de Magistr. edict. lib.3. cap.8. num.33. & seqq. & Zaul. tom.1. lib. 4. rubr. 30. num.24. & Conciol. resol. Crimin. verb. Monopolium resol.2. num.1.* ubi *nu.3.* 13 quòd hujusmodi crimen est legibus ita exosum, ut Judices illud dissimulantes puniendi sint in 50. libris auri, Fisco applicandis, quod observant pariter *Eritschius de Monopol. cap.16. per tot. Jodoc. in Prax. Crim. cap.132. in fine, & Azeved.* concordantes adducens in *lib.8. Recopil. tit.14. leg.4. num.34.*

14 Ab hujusmodi autem pœnis possunt Principes aliquos ex justa causa eximere, indulgendo, ut propter publicam utilitatem res certo modo, & à certis dumtaxat personis, vendantur, *Bald. in leg. unic. nu.4. & 7. Cod. de Monopol. Avend. de Mandat. Reg. cap.19. num.35. & Struvius de Annon. Aphoris. 20.*

15 Sic practicari videmus in Typographis, quibus solet concedi privilegium, ut ad certum tempus privativè vendant Libros, ab ipsis impressos, idque adhoc, ut mediante hujusmodi privilegio allicere solent Authores librorum ad illos edendos, ut notatur *in voto R. P. D. Alterii in Romana Impressionis 23. Januarii 1709. §. Adstipulatur*, ut experientia notum est, & observant *Mevius dec.70. par.3. Scacc. de Commer. §.1. quæst.7. num. 16. & Rayn. tom.2. cap.16. §.20. nu.28. & 29. Capzou. in Jurispr. Eccles. Consistor. lib.2. tit.25. defin. 410. per totam, Risic. de Stat. homin. tom.2. tit. de Typograph. stat. fol. 972. column. 1. §. Verumtamen Capon. discept.262. nu.25. & seqq. R. P. D. Ansald. de Commerc. & mercat. dis.26. num.20. & seqq.* ubi, quòd hujusmodi 16 Jus privativum, quatenùs denominari velit monopolium cum præsupponat justam causam, à qua motus fuit Princeps ad concedendum privilegium, negari non possit, quin permissum sit etiam de Jure Divino, nè scilicèt unus cum alienis labore, & industria locupletetur, & egregiè *Anonymus*, loquens de privilegio non imprimendi figuras, & 17 alias res spectantes ad artem incisoriam, seu aeneis tabulis expressas, *apud D. Constant. ad Stat. Urb. annot.62. num.67. & pluribus seqq.* ubi, quòd usus talium privilegiorum concernere dicuntur publicam utilitatem, illaque concedere te- 18 nentur Principes ad promovendam Subditorum industriam *num.8. & seq.* subdens, eadem privilegia locum sibi vin- 19 dicare etiam in reimpressione alicujus Libri cum additionibus, ea ratione, quia illæ, uti accessoriæ, continentur sub prohibitione principalis, quod probant etiam *Trist. de Typograph. Bibliop. Chartar. & Bibliopag. dissert.2. c.5. num.23. Molphes. in Summ. tom.2. tra.12. c.15. sub num. 127. & Tranched. in consult.2. per tot.* Ad materiam vide *Zaul. ad Stat. Fav. tom.2. fol.218. à num.9.* ubi latissimè, vide etiam *Constantin. ad Stat. urb. tom.2. annot.62. de Monopoliis, à num.63.* ubi pariter latissimè.

20 In Hispaniarum verò Regnis ad consulendum etiam indemnitati volentium emere Libros, & ignorantium illorum vera pretia, laudabiliter introductum est, ut antequam publicentur, per Deputatos adhunc effectum taxetur illorum pretium, & imprimatur eadem taxa in principio ejusdem Libri, ex cujus sola lectura, & visione quilibet statim potest venire in cognitionem veri pretii, absque ulla deceptione, vel fraude Bibliopolæ, ut patet ex Libris in eisdem Regnis impressis, & observant *Narbon. ad leg. Hispan. lib.1. tit.2. leg.30.*

leg. 30. *gloss. unic.* & *Rayn. tom.*2. *c.*14. §.16. *num.*21. commendantes in hac parte Philippum III. ex quo talem taxam imprimi etiam jussit in Libercul is illis, quos Hispani *Caritilas* vocat, nos autem vulgò *Santa Croce*; Expediret autem hanc Hispaniarum praxim in Italia etiam introducere ad coercendam avaritiam, & astutias illorum Bibliopolarum, qui Hebræorum ad instar, non erubescunt petere excessivum pretium etiam ultrà dimidium veri valoris alicujus Libri, inter se considerantes, quòd quocumque modo inexpertus emptor respondeat, semper ipsi sunt in magno lucro.

22 Ex eadem ratione solent etiam Principes pro subveniendis publicis necessitatibus permittere privativam venditionem alicujus mercis, constituto tamen moderato pretio ejusdem mercis, ut probat *Magret. ad Constit. pragm. in proem. quæst.*7. *num.* 41. & *seqq.* quem sequitur *Rayn. to.*2. *cap.* 16. §.20. *num.*11. & *seqq.* Ad hoc autem, ut ista privilegia ligent Contraventores, apponi debent in principio operis, latè *Gratian. discept.*63. *per tot.* ubi quòd ex hoc defectu absolutus fuit Bibliopola quidam Florentinus.

23 Nota hic, quòd non dicitur Monopolium committere Mercator, qui de longinquo faciat venire merces, & unicè illas in Civitate vendat, sed potiùs dicitur optimus Civis, & est laudandus, quia Monopolium committitur, quando quis lucrum quærit cum damno aliorum, impediendo illos, ne similia faciant, non autem quando cum eorum incommodo, & periculo, merces ad uberiorem Civitatis abundantiam ex longinquis partibus faciunt venire, *Vic. ad Pragm. Sardin. tom.*1. *tit.*6. *cap.*6. *num.*5. ubi, quòd isti sunt magno Reipublicæ commodo ex quo non omnes, neque omni tempore possunt similia peragere: Non sic autem dicendum est respectu illo-

24 rum, qui convento pretio, & pacto ad invicem facto, totam speciem alicujus mercis recolligunt, ut deinde cariùs vendant, ut observat *Cabal. resol. Crim.* 225. *per tot.* Tales autem vocantur Dardanarii, ut ex *tex. in leg. In Dardanario*, *ff. de Pœn.* observat *Vic. ad Pragm. Sard.*

25 *tom.*1. *tit.*6. *cap.*6. *num.* 1. ubi, quòd denominationem sumpserunt à Dardano impiissimo Mago, qui frugum sterilitate, & carestia incantatoriis, & superstitiosis verbis Populum flagellabat, ut ipse solus venderet merces, quas emerat, quod dicit etiam *Bobadil. in Polit. lib.*3. *cap.*4.

26 *num.*59. Ex quo infertur, Monopolium committere Triculos, seu Revenditores, qui inter se ipsos colludentes in Urbe summo manè accedunt ad Plateam Agonalem, emendo vili pretio à Forensibus omnes fructus, quos deindè cariori pretio minutatim vendunt per Urbem, *Zaul. tom.*1. *lib.*4. *rubr.* 59. *num.*4. ubi, quòd hanc ar-

27 tem in Urbe exercent Matriciani, hoc est, originem ducentes à Terra Matricis, quod id eis esset inhibendum, ut fuit Neapoli practicatum, referente *Borell. de Magistr. edict. lib.* 3. *cap.* 24. *num.* 102. Quod in Urbe pluries sancitum, sed nunquam servatum, advertit *Cohel. ad Bull. bon. regim. cap.*21. *num.*48.

28 Nota II. Quòd dicuntur Monopolium committere Statuentes, ne quis accedere possit ad aliud molendinum, vel ad coquendum panem ad alium furnum, quàm ad illum talis Domini, *Decian. lib.*7. *cap.* 21. *nu.* 21. *Conciol. resol. Crim. Verb. Monopolium*, *resol.*1. *num.*2. & *Cohell. ad Bull. bon. Regim. cap.*31. *sub num.*228.

29 Nota III. Quòd ex eadem ratione Monopolium committunt Laniones, qui certam tantùm quantitatem carnis ad Lanienam deferunt, ut illam cariùs vendant, *Jodoc. in Prax. cap.*132.

30 Nota IV. Quòd Monopolium pariter dicuntur committere Aromatarii, statuentes, quòd nullus ex eis possit dare ceram hæredibus Defuncti pro istius exequiis, nisi priùs solverint eisdem Aromatariis totum id, quod defunctus debebat, *Farin. in Pragm. Crim. verb. Monopolium*, *resol.*1. *num.*4.

31 Nota V. Quòd valet pactum, factum in venditione certarum mercium, ut non possit venditor post venditionem eamdem mercem in Loco contractus introducere, nec dicitur committi Monopolium, ut probat *Card. de Luc. de Empt. disc.* 12. ubi de contractu piscium salle conditorum *Vulgo Sarache*, facto propè Hebdomadam majorem sub conditione, ut pro illo anno venditor eamdem mercem introducere non posset.

32 Nota VI. Quòd possunt Officiales, nedum compellere Rusticos: ut conducant victualia ad vendendum in Civitate, ut probat *Cohell. ad Bull. bon. Regim. cap.*31. *num.*235. *Amostazz. de Caus. piis lib.*7. *cap.*10. *num.*58. & *Zaul. tom.*1. *lib.*4. *rubr.* 48.

33 Sed etiam cogere Dominos mercium ad illas justo, & moderato pretio vendendas, quando illis indiget Civitas, ut probant *Fabi. de Mont. de Empt. & vend. q.*3. *princ. n.*39 & *R.P. D. Corrad. de Prelat. q.*48. *n.*34. ubi enumerat alios casus, in quibus ob publicam utilitatem quis etiam invitus cogi potest ad vendendam rem propriam. In quo tamen summa emicuit moderatio S. M. *Innoc. XI.* qui cùm posset id ad praxim reducere anno 1679. potiùs, non sine maximo suo,

34 & Cameræ Apostolicæ præjudicio, magnam quantitatem frumenti ad Urbem ex longinquis Regionibus venire fecit, quàm invitos cogere Dominos ad illud justo pretio vendendum, quem casum suppresso nomine tangit, *Zaul. tom.*1. *lib.* 4. *rubr.*41. *num.*282. & *Constantin. tom.* 2. *annot.*60. *art.* 1. *num.* 10. & *seqq. fol.*501. Idem practicasse Ferrariæ eo tempore, quo ibidem erat Legatus, refert Sanctes Flamma, juxtà 14. Interrog. *fol.* 228. & in Positione *fol. mihi* 29.

35 Possunt pariter cogi iidem Rustici, competenti eis soluta mercede, ad occidendum locustas, & graculos, in Urbe, vulgò *Magnacozze*, *è Grilli* nuncupati, quæ merces solvenda est eis à Dominis Agrorum, in quibus reperiuntur, & etiam vicinorum, ut probat *Cohell. ad Bull. bon. Regim. cap.*44. *num.*81. & *seqq.* ubi *num.* 86. quòd tempore Pauli V. missi fuerunt Commissarii ad d. effectum, sumptibus Annonæ publicæ.

36 Quo demum ad fraudantes publicam Annonam, isti variis pœnis puniebantur. In primis enim fuit lex Julia de Annona, de qua *in tot. tit. ff. Ad leg. Jul. de Annon.* per quam puniebantur qui aliquid fecissent, quo Annona carior venderetur, vel qui impedibeant quo minùs Annona in Civitatem deferretur, & pœna erat 20. aureorum *leg.*2. *ff. Ad leg. Jul. de Annon.* Item lege Monopolii puniebantur illi, qui pactionem inibant, ut species & Annona cariùs venderetur, *ut in leg.*1. *Codic. de Monopol.* ubi disponitur, quòd qui Monopolium faciunt, quo Annona carior fiat, pœna 20. aureorum puniuntur, quam sequuntur ibidem communiter *Repetentes*, & signanter *Barto. Salyc. Castren. Sicard. & Barb.* Item puniebantur crimine Stellionatus, qui imposturam faciebant, idest, qui publicè emebant Annonam pluris, quàm valeret, ut cæteri ad emendum eodem pretio incitarentur, & sic verum pretium augeretur, ut in *leg.*3. §. *Item si quis*, *ff. de Crim. Stellion.* secundùm intellectum *Bart.* Item extraordinariè puniebantur, qui totam Annonam emissent, quam reperiebant in Provinciis, ut soli possent eo pretio, quo vellent, eam deinde vendere *leg. Annonam*, *ff. de Extraor. Crim.* & tradit etiam *Rip. de Pest. part. ultima num.*88. Item, qui Annonam defraudassent, si fuissent negotiatores, & mercatores, interdicebatur eis negotiatio, & interdum relegabantur, si fuissent nobiliores, si autem humilioris status personæ, damnabantur in opus publicum, ut in dicta *leg. Annonam*, *ff. de Extraord. Crim. Decian. lib.*7. *cap.*22. *num.*6. & *seqq.* & latè *Zaul. tom.*1. *lib.*4. *rubr.*4. *per tot.*

37 Nota hic, quòd Tessera, quæ retineri solet à Pistoribus facit probationem sicut instrumentum, dummodò panem sumens habeat *il Riscontro*, *Seta de offic. Locumten. cap.* 25. *num.*39. latè *Zaul. ad Stat. Fav. tom.* 2. *fol.* 261. *à num.*29. ibique *fol.*239. *num.*19. loquitur de signis, seu Sigillo, quod solent dare Tinctores.

TITULUS V.

De Crimine Homicidii.

1 Homicidii Crimen frequentissimum est, & inter ea, quæ contra proximum committuntur, gravissimum reputatur, quia per illud offenditur corpus, & læditur vita hominum, per alia autem res exteriores, Multoties pariter, nedum corporibus mors datur, sed etiam animabus, pretiosissimo Sanguine Salvatoris Nostri Jesu Christi redemptis, si, Divina non præveniente gratia, spiritualibus armis præmunitæ non sint, ut dicitur *in Constit.* 9. *S. M. Innoc. XII. in princip.* Gravitas item ejusdem ex aliis capitibus ostenditur, &

2 I. Respectu occidentis, quia homicida usurpat sibi officium Dei, juxta illud, *Deuter.* 32. 39. *Ego occidam*, & *ego vivere faciam*, *percutiam*, & *ego sanabo*, *can. Quicumque* 23. q.8. & considerat *Decian. lib.*9. *c.*17. *n.* 1.

3 II. Ex parte occisi, qui est homo ad Dei Imaginem factus, ut dicitur *Genes.* 9. 6. *Quicumque fuderit humanum sanguinem*, *fundetur sanguis illius*, *ad imaginem quippe Dei factus*

est homo, & ad nostrum effectum, aliis adductis, advertit Rayn. t. 1. c. 7. in rubr. n. 119.

4 III. Respectu naturæ humanæ, quæ inter omnes homines quamdam quasi cognationem constituit, *leg. Ut vim, ibique Repetentes communiter, ff. de Just. & Jur. & Ciazz. discept. crim. 26. n. 33.*

5 IV. Respectu Reipublicæ, & societatis civilis, quæ ab hominis occisione grave damnum patitur, Sicut enim Reipublicæ interest, homines procreari, & Civitates hominibus repleri, *leg. 1. ff. solut. Matr.* Ita, & in vivis conservari, cum Imperia, & Reipublicæ potiùs hominum adjectione, & multitudine, quàm pecuniarum copia amplientur, & dilatentur ex rescripto Adriani Cæsaris, *In leg. Cum ratio, §. In frandis autem, ff. de Portion. quæ liber. damnat. conced.*

6

7 . Dictum est homicidium ab homine, & à cæde, quasi idem sit dicere homicidium, ac hominis cædes, *leg. Qui vulneratur 42. ff. ad leg. Aquil. leg. Qui cadem, ff. ad leg. Cornel. de Sicar.*

8 . Definitur autem, quòd sit *Occisio hominis, facta ab homine* juxta *Anan. in Rubr. Decretal. num. 1. & 2. de Homicid.* Vel quòd sit *violenta vitæ hominis ademptio*, ut ait *Harpreƈt. in §. Item lex Cornelia de Sicar. num. 2. Instit. de public. Judic.* Vel demum, *quòd sit animati corporis peremptio, violenter ab homine perpetrata, qua anima à corpore se jungitur*, ut post multas definitiones concludit, *Jacobus Agrer. in leg. Ut vim, ff. de Just. & Jur. & in Rubr. de Triplic. Homicid. num. 89. & 90.*

9 Semper autem talis cædes appellatur homicidium quomodocumque quis hominem occiderit, *leg. 1. §. Occisorum, ff. ad S. C. Syllan.* Sivè scilicet manibus hominem quis occiderit, puta strangulando, ut in *leg. Qua actione, §. Occisum, ff. ad leg. Aquil.* cum aliis apud *Ricc. dec. 173. par. 1.* Sivè non manibus tantùm, sed toto corpore, puta suffocando, ut accidit Parentibus, & Nutricibus, infantes in lecto opprimentibus, de quo *in cap. final. de His qui fil. occidar.* Sive vim inferendo suis propriis visceribus, quo fiat abortus, & fœtus abigatur, atque moriatur, *leg. Si Mulierem, ff. ad leg. Cornel. de Sicar.* Sivè præcipitio, dimittendo scilicet aliquem de Ponte, vel de alio alto loco, *leg. Qua actione, §. Occisum, & leg. Cum qui, ff. ad leg. Corn. de Sicar.* Sivè pugno, *leg. Si servus servum, §. Si Mulier pugno, ff. ad leg. Aquil.* Sivè telo, *§. Item lex Cornelia Instit. de Public. Judic.* Teli autem appellatione licèt vulgariter loquendo veniat id, quod attenso arcu mittitur, propriè tamen significatur, id quod manu cujusque jacitur in alterum, unde non solùm ferro, veluti ensis, culter, sica, idest gladius brevis, & ferrum cultrum, quod occultò à Latronibus gestatur, & à qua sica dicti sunt Sicarii, ut in *§. Item lege Cornelia, Instit. de Public. Judic.* Sed etiam tali nomine lignum, & lapis in nostro proposito continentur *leg. Calumnietur §. Telum, & leg. Armorum, ff. de Verb. signific. & §. Prohibemus enim, Auth. de Arm.* ubi singula corpora, quæ veniunt armorum nomine sigillatim explicantur, & numerantur. Sive quis occiderit Clava *leg. 1. §. D. Adrianus, ff. Ad leg. Corn. de Sicar.* Sive Ligone *c. Significasti in princip.* ibique *Gloss. & Repetentes communiter, de Homicid.* Sive Falce, vel Bidente, aliisque Rusticis Terræ instrumentis, de quibus *in leg. Instrumenta, ff. de Fund. instruct.* Sive nimis gravibus custodiis, & carceribus, vel plumbatarum verberibus, aut ponderibus catenarum, & ferreis manicis, ossibus, & corpori inhærentibus, *leg. 1. §. Si accusator, & §. Illud etiam, Cod. de Custod. Reor. leg. Incredibile Cod. de Pœn. & leg. Nemo carcerem, Cod. de Exaction. Tribut. lib. 10.* Sive denegatione Alimentorum, *leg. Necare, ff. de Liber. agnoscend. & leg. Item si obstetrix, §. Si quis, ff. Ad leg. Aquil.* Sive Flagello, in quo latet dolor, idest intra cujus virgam latet Pugio *leg. Si ex plagis, §. Tabernarius*, ibique *Gloss. ff. Ad leg. Aquil.* Sive malo medicamento *leg. 3. ff. Ad leg. Cornel. de Sicar. & leg. Qua actione, §. Proculus & leg. Idem Juris, ff. Ad leg. Aquil.* Sive veneno malo *leg. 1. §. Præterea, ff. Ad leg. Cornel. de Sicar.* Dicitur autem venenum malum ad differentiam veneni boni, nam nomine veneni apud Græcos, tam medicamenta, quàm ea, quæ nocent, continentur. Venena bona sunt omnia salubria medicamenta, hæc enim, præsertim potentiora, & efficaciora in se venenum continent, quod tamen, aliis salubribus medicamentis admixtum, nocendi naturam deponit, & antidotum efficitur. Venena mala sunt, quæ nullo modo per adjectionem alterius materiei usu nobis esse possunt, quia nunquam deponunt qualitatem nocendi, *leg. Qui Venenum, ff. de Verb. signific. leg. Quod sæpè, §. Veneni, ff. de Contrah. empt. & leg. 3. §. Adjectio, ff. ad leg. Cornel. de Sicar.* Sive occiderit lingua, puta mandando homicidium, consulendo illud, vel falsum testimonium dicendo, propter quod ad pœnam ultimi supplicii quis fuerit condemnatus; Sive denique alio quocumque modo, & ratione, sæpè citata *leg. Qua actione, §. Occisum* ibi *Vel qualitercumque, ff. Ad leg. Aquil.*

10

11

12

13

14

15

16 Multiplices homicidii distinctiones, & differentias adducunt Authores, citati per *Decian. lib. 9. cap. 1. num. 1. & cap. 19. per tot. Farin. quæst. 119. à num. 5. usque ad 9. & quæst. 126. per tot. & Rayn. tom. 1. c. 7. per tot. in Rubric.* Illas tamen ad prima principia, ex quibus homicidia procedunt, reducendo, dicimus, quòd alia sunt *Ex voluntate*, alia *Ex necessitate*, alia *Ex culpa*, alia *Ex casu*, alia denique *Ex impetu furoris*.

17 *Ex voluntate* dicitur homicidium illud, quod committitur dolosè, & malo animo occidendi, à voluntate autem voluntarium dicitur, & subdistinguitur *in homicidium dolosum simplex, & homicidium dolosum deliberatum*.

18 *Homicidium dolosum simplex*, illud est, quod non fuit præmeditatum, sed solùm de tempore illius patrationis volitum, idest, in quo occidendi animus concurrit quidem, sed solùm de tempore rixæ, & quando adest impetus iracundiæ, quod vulgò à *Sangue caldo* appellatur, *Farin. quæst. 126. num. 6. 7. & 92. & Ricc. dec. 173. par. 1.* ubi de homicidio in personam cujusdam Mercatoris, sequuto mediante appositione manuum emptorum ad illius guttur, ex quo suffocatus miserè remansit.

19

20 Advertendum tamen est hic, quòd tunc homicidium hoc dicetur dolosum ad effectum puniendi etiam pœna mortis, quando constat de duobus, quòd scilicet occisor fuerit etiam provocator, & author rixæ, quòdque animo occidendi vulneraverit, ut concordantibus adductis probant, *Farin. d. q. 126. n. 47. & 48. & Conciol. Resol. Crim. Verb. Homicidium resolut. 2. n. 5.*

21 De primo quidem requisito constabit, vel præsumetur ex conjecturis, & indiciis, videlicet, Si occisor inventus sit habens minora vulnera, quàm alter, Vel si primus fuerit in movendo se de loco, in quo erat, ad locum rixæ, Vel si sit magis rixosus, & rixari solitus, malæque famæ, Vel si sit magis animosus, & audax, quàm alter, aut magis robustus, ferociorque, etiam quòd sit altero senior, Vel si alterum superavit, & in terram projecit, & subtus se tenuit, Vel si sit altero junior, habeatque arma ad offendendum, & occidendum aptiora, Qualitas enim armorum hominem animosiorem reddit, puta, quòd unus habeat gladiusculum, vel cultellum ad incidendum panem, vel ad aptandos calamos, vel solum baculum, alter verò gladium justæ mensuræ, vel cultellum longiorem, Vel si armis ad occidendum aptis erat magis instructus, mediante exercitatione, vulgo *Scherma*. Vel si erat solitus arma portare, alter verò non solitus, Vel si minatus est alteri ante rixam; Vel si in rixa non exclamavit, nec vocavit auxilium, Vel si fugientem fuit insequutus; Insequens enim præsumitur insultans, è contra verò, qui fugit, & se retrahit, præsumitur insultatus, dummodò se retrahens, & fugiens, non percusserit Adversarium, nam tunc secus erit; Vel si fuerit magis associatus, quàm alter, nam propter socios redditur quis animosior ad rixandum, & delinquendum, Vel si post sequutam rixam citatus à Curia ad comparendum, non comparuit, vel à loco statim aufugit, Vel si in loco rixæ poterat verosimiliter sperare auxilium, aut favorem à Consanguineis, Affinibus, Vicinis, Amicis, &c. Vel demùm si quis propè Domum suam rixatus est, de quibus omnibus latè *Farin. q. 125. à n. 439. usque ad 475.*

22

23

24

25 De secundo autem, puta de animo occidendi, constabit, vel præsumetur pariter ex conjecturis, & indiciis, videlicet ex genere, & qualitate armorum, quæ adhibuit, & ex quibus percussi, & vulnerati verosimiliter, & ut plurimum mori solent, veluti, si lancea percussit, vel gladio, vel pugione, vel cultello longo, vel sagitta, vel securi, vel forcipibus juxta Textus in *cap. Sicut dignum, de Homicid. & in leg. 1. §. Divus Adrianus, ff. ad leg. Corn. de Sicar. & in leg. unic. §. 1. Cod. de Emend. Cerv. Conciol. resol. Crim. Verb. Homicid. resol. 2. num. 13. & resol. 3. num. 6. & 7. & Honded. cons. 104. num. 21. & seqq. lib. 1.* ubi plures enumerant conjecturas, vel probantes, vel excludentes animum occidendi.

26 Secus si eum percussit lapide, vel baculo, vel calce, *leg. Omne delictum, §. Si quis, ff. de Re militar. Rayn. to. 3. cap. 25. num. 21.* ubi, quòd hoc casu potiùs attribuendum est in-

fortu-

fortunio occisi, quàm peritiæ proiicientis lapidem, mors 27 sequuta, peritia enim in proiiciente potest ad summum assecurare illum de percussione in aliqua parte corporis, non verò in loco periculoso, cùm vix mira Archibusii aliquandò ad id sufficiat, *Carpzov. in Prax. Crim. par. 1. quæst. 3. num. 50.* Multò magis si cum tenui baculo, vel parvo lapide, nisi tamen cùm istis factæ sint percussiones in capite, & replicatis ictibus, atque percutiens non habuerit apud se arma aptiora ad occidendum, nam tunc præsumitur animus 28 occidendi, Vel si habens duplex armorum genus, unum aptum ad occidendum, puta ensem, alterum non aptum, vel minus aptum, nempè baculum, usus fuerit ense, & non baculo, cujus contrarium præsumeretur si usus fuisset baculo, & non ense. Vel denique si illata vulnera sint reiterata, periculosa, profunda, & penetrantia, ut latè observat *Fa-* 29 *rin. q. 126. à n. 117. usque ad n. 256.*

30 Occasione mortis, vel vulneris ictu lapidum secuti, nota hìc, lapidum usum propriè Puerorum esse ex animadversis per *Mut. dec. 30. num. 12. & Novar. in pragm. 1. de Lapid. collect. 1. num. 2. & seqq.* ubi *num. 4.* quòd Neapoli prohibita fuit mediante speciali pragmatica, ex quo Juvenes ad invicem lapidibus pugnare solebant propè Montem Magda- 31 lenæ, & quidem in tanto numero, ut auderent facere testam Birruariis, quod tempore Innocentii X. evenisse in Urbe, propè Pontem Sixtum, fama est. Sunt autem hujusmodi pugnæ severè puniendæ ob pericula, & vulnera, quæ inde 32 evenire possunt, & solent, ut considerant, *Capoll. cons. crim. 30. Amese. de Potest. in seipsum lib. 2. cap. 11. num. 16. & Ricciul. de Person. in Stat. reprob. lib. 5. cap. 3. numer. 6.* Quia verò hujusmodi pericula non solent verificari in proje- 33 ctionibus lapidum, factis à mulieribus, benè advertit *Thor. vot. 71. num. 7. & seqq.* quem sequitur *Rayn. tom. 3. cap. 25. num. 13.* in his terminis non esse locum pœnis, in Bannimentis contra proiicientes lapides, contentis, si isti proiiciantur à Mulieribus.

34 *Homicidium dolosum deliberatum* dicitur illud, quod committitur præcedente proposito, & deliberata voluntate, seu ex prævia animi præmeditatione; & machinatione in mente occidentis facta ex intervallo temporis, antequam 35 homicidium committatur, vocaturque homicidium præmeditatum, & deliberatum, vulgò autem à *Sangue freddo, & a caso pensato, Clar. in Prax. §. Homicidium num. 1. & 6. Boss.* pariter *in Prax. tit. de Homicid. num. 35. Conciol. resol. Crim. Verb. Homicid. resol. 1. num. 1. Graffett. de Nec. prodit. §. 2. & 3. per tot. & Panim. decis. 22. annot. 4. numer. 1. & seq.*

36 Tribus modis hoc deliberatum homicidium committitur I. In personam sui ipsius, de quo *in tit. ff. de Bon. eor. qui ante sentent. sibi mort. conscivér.* II. In personam suorum Ascendentium, Descendentium, Collateralium, & affinium, de quo in *Tit. ff. ad leg. Pompejam de Parricid.* III. In personam aliorum quorumcumque Extraneorum, de quo in *Titul. ff. & Cod. ad leg. Cornel. de Sicar.*

37 Si primo modo, licèt prima facie videri possit, quòd non sit dicendum homicidium, verè tamen, & propriè tale est, & crimen publici Judicii. Quòd sit homicidium probatur, nam hoc nihil aliud est, quàm occisio hominis, facta ab 38 homine, quando autem quis seipsum occidit hoc verificatur, *can. Si non licet 23. quæst. 5. D. Thom. 2. 2. quæst. 64. ar. 5. vers. Sed contra.* Quòd autem sit crimen publici Judicii ex eo remanet manifestum, quòd cùm ipse sit membrum Civitatis, tollendo semetipsum de Mundo, aufert quod est commune Civitati, & sic Rempublicam offendit, in quo consistit delictum publici judicii, juxta ea, quæ supra dixi- 39 mus. Præsertim quia nemo est Dominus membrorum suorum, *leg. Liber homo, ff. ad leg. Aquil.* Atque non minus 40 prohibitum est alterum, quàm seipsum occidere, *leg. Omne delictum, §. Si quis, ff. de Re militar.* Et insanum est alios 41 diligere, seipsum autem odisse, sibique ipsi nequam esse *Gloss. in cap. Nisi verb. Eligemus, de Authorit. & usu pall.* Imò occisio sui ipsius gravior reputatur, quàm alterius, quia quis tenetur plus seipsum, quàm proximum diligere, & no- 42 stra persona in iis, quæ pertinent ad opera charitatis, præferenda est cæteris, juxta commune Theologorum axioma. Exemplum hujus criminis refert, *Rota in dec. 369. nu. 77. p. 19. rec.* in personam Menippi Philosophi, qui præ mœrore amissi cujusdam lucri, laqueo seipsum suspendit.

43 Advertendum tamen hìc est, quòd ad hoc, ut sui ipsius interfectio improbum homicidii crimen sit, duo indispensabiliter præcedere debent. Primum conscientia pattati criminis, cùm videlicet quis sciens, se Reum alicujus capitalis Criminis judicium antevertit; & mori magis quàm de eo accusari, torqueri, & damnari voluerit, *leg. Si quis Filio, §. Ejus qui, ff. de Injust. rupt. & irrit. fact. testam. & leg. 3. ff. de Bon. eor. qui ante Sent. sibi mort. consciver.* Secundum Metus pœnæ, cùm scilicet quis jam accusatus, & in carceribus inclusus, antequam condemnetur, vel postquam est confessus, & convictus, ultimi supplicii pœnam spontanea morte tentat antevertere, *leg. 2. Cod. qui Testam. facere poss. Decian. lib. 9. c. 2. n. 6.* 44

Si II. modo committitur, tunc specifico vocabulo Parricidium dicitur, & in variis circumstantiis personarum verificatur. 45

I. Si quis impia manu Patrem, Matrem, Avum, Aviam, aliosque Ascendentes interfecerit, *Gloss. in §. Alia denique verb. Parentes, Instit. de Publ. Jud. & in leg. unic. Cod. de His, qui Parent. vel lib. occider.* Etiamsi isti Parentes sint naturales dumtaxat *Gloss.* ubi proximè, quia ex hoc crimine ipsamet natura, & jus sanguinis violatur, *leg. Hos accusare, §. Item, ff. de Accus.* Apud naturam autem nulla est differentia inter Parentes naturales, & legitimos simul, & naturales tantùm, *§. Si quis verò Filios, Auth. Quib. mod. natur. effic. sui.* Non solùm autem Reus erit hujus Parricidii, qui eos occiderit, qui sibi natura Parentes sunt, sed etiam eos, qui occasione contractæ affinitatis loco Parentum ei esse cœperunt, Unde si Nurus, vel Gener, Socerum, vel Socrum interfecerit, Parricida judicabitur. *leg. 1. ff. ad leg. Pomp. de Parric. & §. Alia denique, Instit. de Publ. Jud.* Socer enim, & Socrus pro Parentibus habentur, & Gener, vel Nurus pro Filio, & Filia *citatis juribus*, & adest alter *Text. in leg. Hoc facite, §. Hoc itaque* juncto *§. Affines, ff. de Gradib. Affinitat.* Idemque erit si Privignus Vitricum, vel Novercam occiderit, *dicta leg. 1. & leg. 3. ff. Eodem*, quia pariter Parentum, Liberorumque locum inter se obtinent, *ut in dictis juribus*, & in *leg. Adoptivus, §. Nunc videamus, ff. de Rit. Nupt.* 46 47 48 49 50 51

II. Parricidium erit si è contra Pater, vel Mater, Filium, vel Filiam, sive Avus, vel Avia, Nepotem, vel Neptem, & cæteri Ascendentes reliquos Descendentes interfecerint, *leg. 1. ff. ad leg. Pomp. de Parric.* ubi *Gloss. verb. Pœnam, & verb. Juliam, & leg. unic. Cod. de His, qui Parent. vel Liber occid. Decian. lib. 9. cap. 8. num. 3. & 8.* Etiamsi interfecti Liberi sint naturales tantùm, cohærenter loquendo ad ad supradicta *Farin. quæst. 120. numer. 110.* Neque Patrem, vel Avum, excusabit, quòd Filium, vel Filiam, Neptem, vel Nepotem in aliquo crimine deprehensos occiderit, *leg. Divus, ff. ad leg. Pomp. de Parric. & leg. Inauditam, ff. Ad leg. Cornel. de Sicar.* Vel quòd morituro jam Filio, & ad mortem condemnato, venenum propinaverit in carcere, ad familiæ infamiam evitandam, quia tunc etiam graviter, extraordinaria tamen pœna, punietur, *Decian. lib. 9. cap. 8. num. 10. & 17.* Minùsque excusat qualitas sexus, nam Mater etiam occidens Filium, ut Parricida punietur, *dicta leg. 1. vers. Sed, & si Mater, ff. ad leg. Pomp. de Parric.* Sive Filium recenter natum, dolo suffocaverit, *can. Consuluisti 2. quæst. 4. & Gob. consult. 139. per tot.* ubi quòd fuit ad mortem damnata, sed deinde ex gratia in perpetuum exilium missa. 52 53 54 55 56

Quòd si Mater occidens filium infantem sit Bizocca, seu Tertiaria S. Francisci, nec etiam gaudet Ecclesiastica Immunitate, ut resolvit *S. Congr. Immunitatis in Asculana 8. Augusti 1702. Ponente Card. Scotto.*

Sive in utero adhuc existentem interemerit, abortum ejus dolosè procurans, juxta latè animadversa per *Rayn. tom. 2. cap. 6. §. 5. à num. 32. usque ad 77.* Valdè enim impium est eum, qui nasci speratur, antequam Solem aspiciat, necare, *leg. 1. §. Sed & si quis, ff. de Ventr. in possess. mitt. leg. Cicero, ff. de Pœn.* Quæ autem diximus de Patre, & Matre, & de Avo, & Avia, Filios, & Nepotes occidentibus repetenda pariter sunt de Socero, & Socru, Prosocru, & Prosocero; occidentibus Generum, vel Nurum, Progenerum, vel Pronurum, Itemque de Vitrico, & Noverca occidentibus, Privignum, & Privignam, ut probant *Dec. lib. 9. cap. 8. num. 5. & Farinacc. qu. 120. num. 117.* 57 58

Quid autem dicendum de Matre, seu Nutrice suffocante Infantem, in proprio lecto retentum; Respondeo, graviter puniendam, nonquidem pœna parricidii, sed alia Judicis arbitrio, & à facti circumstantiis regulanda; Id enim expressè prohibitum est in *can. Consuluisti 2. quæst. 5.* ibi *Et propterea monendi, & protestandi sunt, ne eos secum in lecto collocent, ne, negligentia qualibet proveniente, suffocentur, & opprimantur, unde ipsi homicidii Rei inveniantur*, ibique *Hostien. ante num. 1. Verb. Parentes* observat, culpam ex ipso facto probari, his verbis: *Et si juxta ipsos infan-* 59

infantes reperti sunt suffocati, *facilè est culpam agnoscere*, *quia*, *vel non debebant dormire*, *vel ipsos tenere in Cunnis propter majorem securitatem*, & latè *Farinac. consil. crim.* 153. *per tot. tom.* 2. ubi *num.* 21. quòd culpa hæc potest esse gravis, & levis; Gravis quando ob angustiam infans ponitur in lecto propè Parentes, seu Nutricem; Levis quando lectus est amplus, & ponitur in loco remoto; Ex facti circumstantiis sui casus in fine referens, Matrem non fuisse punitam criminaliter, neque privatam filii suffocati hæreditate, sed solùm fuisse condemnatam ad solvendum quamdam pecuniæ quantitatem cuidam pio Loco; eo quia causa ventilata fuit in Tribunali Sacræ Consultæ solito semper in mitiorem partem inclinare, benigniorem que DD. sententiam amplecti.

60 III. Parricidium erit si quis aliquem consanguineum transversalem interfecit in linea, tam æquali, quàm inæquali usque ad quartum gradum inclusivè, & non ultra *leg.* 1. & 3. *ff. Ad leg. Pomp. de Parric.* & latè *Farin. quæst.* 110. *à num.* 123. *usque ad num.* 127. Benè verum est, quòd mitiori pœna punietur Parricidium commissum in Fratres, & alios supradictos Cognatos transversales, quàm in Paren-
61 tes, *leg. Pœna Parricidii* 1. §. *Qui alias*, *ff. Ad leg. Pomp. de Parric.*

62 IV. Denique Parricidium erit si quis occidat alias personas, etiam nullo consanguinitatis, vel affinitatis vinculo sibi conjunctas, veluti si Maritus interficiat Uxorem, & Uxor Maritum. *leg.* 1. *ff. Ad leg. Pomp. de Parric.* & *Gl. in* §. *Alia deinde Verb. Continetur*, *Instit. de Public. Jud.* Ratio est, quia ex conjunctione Viri, & Uxoris resultant Patres, & Matres, Filii, & Filiæ, cæterique omnes, in
63 quos Parricidium committitur, Unde qui Uxorem, & Virum interficit, intelligitur lædere primum principium, & fundamentum omnis fœderis naturalis, omnesque leges, & Jura naturæ, quæ inter Virum, & Uxorem intercedunt, Quia verò aliqui ex Theologis contrarium asseruerant, dicentes, non peccare Maritum propria authoritate occidendo Uxorem in Adulterio deprehensam *f. m. Alex. VII. die* 24. *Sept.* 1665. *propos.* 19. dictam opinionem meritò damnavit.

64 Si III. modo committitur, in alias scilicet personas extraneas, tunc homicidium dolosum secundùm diversas circumstantias, illud concomitantes, subdividitur *in Proditorium*, *Assassinium*, *in Duello*, & *commissum per Insidias*.

65 *Proditorium homicidium* dicitur, quando aliquis, nulla præcedente inimicitia, imò amicitia simulata, & ficta, alium interficit, *Vermig. cons.* 93. *num.* 5. *Ambros. de Immun. cap.* 6. *num.* 3. & *seqq. Sperell. dec.* 23. *num.* 6. & *seq. Panim. dec.* 22. *annot.* 5. *num.* 1. & *per tot.* & *Grasset. de Nec. prodit. in princ.* Puta, si quis cum aliquo ambulans, tanquam socius itineris, vel secum comedens ad mensam, vel cum eo dormiens, seu vitam ducens, nulla interveniente rixa, interficit illum, Vel si cum eo loquens amicabiliter, & amicum ejus effingens, deinde illum à tergo offendit, & occidit, nam in his, & in aliis similibus casibus, proditoriè occidere dicetur; Prodere enim est unum extrinsecè ostendere, & aliud in mente, & in corde tenere, & occultare
66 *Clar. in Prax.* §. *Homicidium num.* 10. juxta exempla Caini, & Judæ, qui proditorum Patres, & Magistri reputantur, ut observat *Card. de Luc. Miscell. Eccles. disc.* 9. *nu.* 7. *in fine* Atque adeò proditoriè occidere est plusquam ex proposito voluntatis hominem occidere, quia proditio continet utrumque, nempe animum deliberatum occidendi, & proditionis pravitatem: Ab inimico insuper, vel alio
67 simili cavere possumus, sed à proditore, amicum, & benevolum se fingente, præcavere impossibile est *Conciol. resol.*
68 *Crim. Verb. Homicidium resol.* 5. *num.* 1. & *per tot.* & *num.* 9. quod proditorium est crimen enormissimum, detestabile, & de numero attrocissimorum, quod observant pariter *Mastrill. ad Indult. Gener. Comm. cap.* 29. *num.* 1. & *Tort. ad Stat. Pap. in Crim. Stat.* 5. *num.* 2. *fol.* 672. & *Pignatell. consult.* 15. *tom.* 5. ubi, quod committere dicitur proditorium, occidens inimicum reconciliatum per solam
69 dexterarum porrectionem, & latissimè *Sperell.* allegans 93. punctuales Doctores, & optimas rationes *in decisione ultima per totam*, ubi adversùs scripta per *Grassettum in Anath. necis proditoriæ*, quem egregiè reprobat, advertit, eum non
70 dici proditorem, qui suum occidit inimicum, licèt à tergo & cum insidiis, quodque proindè si in Ecclesiam post homicidium se recipiat, gaudet Ecclesiastica immunitate & *Sperellum* sequitur *Panimoll. dec.* 22. *annot.* 5. *à num.* 32.

Cujus opinionis optima ratio illa est, quia licèt occidatur impotens ad se defendendum, & talia nullatenus cogitans, in quo proditorium consistit, id tamen non provenit ex solo facto occisoris, à quo non tollitur defensio inimico, sed ab ipsomet, à sua scilicèt injuria, vel offensa, &
71 culpa, quique sciens se offendisse inimicum, semper vindictam machinantem, tenebatur præcavere, vel pacem petere, vel apud Judicem pro cautione de non offendendo instare, aliàs si dicta ratio, *non posse defendere seipsum*, totaliter, & absolutè prodirorium constitueret, sequeretur, quòd vir interficiens adulterum cum Uxore deprehensum in
72 lecto, & sic hic, & nunc inermem, & impotentem ad se defendendum, esset proditorium, quod nemo somniavit asserere. Vera igitur, & totalis ratio proditorii consistit in
73 eo, quòd quis interficiat eum, cui nulla ab interfectore timenda erat occasio, quòdque taliter interfectus, nedum extemporaneè præcavere non potuerit, sed nec etiam debuerit præcavere, nec divinare, se absque ulla occasione, sed sub specie amicitiæ trucidandum, itaut non sua culpa, aut negligentia, vel oscitantia, sed sola malitia, & perfidia aggressoris ei naturalis defensio eripiatur.

74 Sed quia proditor pariter ille dicitur, qui dat alteri potionem venenatam, ex animadversis per *Farin. quæst.* 121. *nu.* 4. *Carafc. de Nobilib. non torquend. num.* 112. *in fine*, *Conciol. resol. Crim. Verb. Venenum resol.* 3. *per tot. Crus. de Indic. tom.* 2. *cap.* 22. *num.* 2. *Rayn. tom.* 3. *cap.* 31. §. 4. *num.* 3. & 150. & in specie sancitur in *Bannin. Gener. cap.* 50. ibi *Se alcuno con veleno procurerà di attossicare &c. subito come traditore debba essere condennato in pena della morte naturale*, & ex Medicis id observant *Francisc. Ranchin. in Hipp. Jur. Jur. leg.* 4. *rubr. an liceat. Medicis vers. Hos tamen*, & *Zacch.* 99. *Medicol. lib.* 2. *tit.* 22. *quæst.* 1. *num.* 5. ubi *num.* 10. quòd
75 Juristis multum interest de venenis perfectam habere notitiam, quam *in seqq.* 13. *quæstionibus* latè enucleat. Ideò homicidium veneno commissum cum proditorio conjugemus, Specificè autem tale homicidium veneficum appellatur, & illud committens, veneficus dicitur, juxta titulum, *ff.* & *Cod. ad leg. Cornel. de Sicar. & Venefic.*

76 Deterius autem hoc homicidium æstimabitur, quia plus est, hominem veneno, quàm gladio, & sica occidere, *leg.* 1. *Cod. de Malefic.* & *Mathem. Rayn. tom.* 4. *cap.* 31. §. 4. *n.* 6. Non solùm autem Reus erit hujus criminis venenum propinans, sed etiam illud componens, vendens, apud se re-
77 tinens, hominis necandi gratia, morte sequuta, *leg. Capitalium*, §. *Venerarii*, *ff. de Pœn.* & *Corrad. in Prax. Dispens. lib.* 5. *cap.* 1. *num.* 20. ubi quòd proindè difficiliores me-
78 ritò sunt Summi Pontifices ad concedendum dispensationes ob homicidium veneno commissum, propter illius attrocitatem, & proditionem. Casum autem hujus criminis nimia commiseratione dignum, experti sumus in Urbe ultimo loco in persona nobilis, divitis, & pulcherimæ Puellæ,
79 teneræ ætatis. Alium verò antiquiorem in persona Bajazetthi Secundi Turcarum immanissimi Tyranni narrat, *Caffer. in Synthem vetustat. ad diem* 11. *Aprilis*, ubi quòd Selimus illius filius, cujus jussu, & instigatione, Sedechias Medicus Hebræus, Patrem veneno necaverat, loco præmii, eidem Medico caput amputare fecit, ex eo forsan, quia
80 juxta illud *Taciti Graviorum scelerum ministri quasi exprobantes aspiciuntur*. In his autem casibus ad hoc, ut constare dicatur de corpore delicti, aperiri debet cadaver coram
81 Peritis, qui deponere debent de qualitatibus venenaris, ex adductis per *Feltmann. de Cadaver. inspic. cap.* 24. *num.* 1. ubi quòd ita practicatum fuit in Vrbe de anno 1667. & *Rayn. tom.* 3. *cap.* 31. §. 4. *n.* 113.

82 Cùm autem propinari possit venenum, non solùm tanquam habens noxiam qualitatem ad necandum hominem, sed etiam ex venenatis rebus commisceri possint pocula, vel sterilitatis, vel abortus, vel è contra pocula conceptionis, vel sanitatis, vel somni, vel denique pocula amatoria, & similia, ideo veneficii materiam in universum hoc in loco prosequentes, aliquos casus, etiam de istis poculis venenatis breviter annectemus, de quibus latè *Torreblanc. in Demonolog. lib.* 2. *cap.* 40. & *seqq.* & *Strik de Jur. sen. cap.* 4.

83 I. Igitur casus est, si propinetur poculum venenatum ad occidendum inimicum; Morte enim sequuta, intrat pœna ultimi supplicii; Gravius siquidem delictum est, aliquem
84 veneno, quàm gladio perimere, *ut supra diximus*, & notavit *Zacch. quæst. medicoleg. lib.* 2. *tit.* 2. *quæst.* 1. *num.* 5.
85 ubi *num.* 10. quòd in hoc delicto non distinguitur nobilis ab ignobili, sed uterque pœna furcarum puniri debet, quod observat etiam *Caball. de Omn. Gener. homicid. num.* 611. & *seqq.* Nec opus est quærere, an homicidium fuerit præmeditatum, quia qualitas veneni semper præsupponit præ-

86 præmeditationem, ut latè probat *Tap. de Jur. Regn. lib.5. tit.8. de Venen. Const. Amatoria pocula num.22.*

87 II. Si datum, sit poculum ad occidendum amicum, seu consanguineum, ad hoc ut divitiæ remaneant in posse occidentis, juxta casum *Text. in leg. Cùm ratio, §. final. ff. de Bon. damnat.* & juxta alium casum, relatum à *Jov. Hist. par. 1. lib.2. & à Zacch. quæst. Medicoleg. lib.2. tit.2. quæst.10. num.3. in fine* de veneno illo, quo Cæsar Borgia univer-88 sum Cardinalium Collegium inficere tentavit, consistente in pulvere, qui non illicò, neque cum vehementia, vitæ insidiabatur, sed exitiali mora hominem de medio tollebat, de quo casu sub nomine nobilis in genere loquitur *P. Segner. nel Christian. instruct. par.1. ragion.14. num.17.* Et sequuta morte imponitur pariter pœna ultimi supplicii, imò Reus tan-89 quam assassinus trucidari debet malleo in capite *Cavalcant. de Brach. Reg. par.4. num.57. & Guazzin. ad defens.43. c.4. num.8.*

90 Quod D. Thomas Aquinas veneno objerit asserit *P. Frig. in ejus Vit. lib.4. cap.2. num.9.* alios referens. Idemque eve-91 nisse Clemen. VII. ex veneno facis accensæ, ipsum præeuntis, observat *Zacch. quæst. Medicol. tom.1. lib.2. tit.2. quæst.2. num. 12. fol.148.* ubi *num.14.* refert curiosum ca-92 sum Monialis, quæ ex Scarabæo, joco in ejus manibus immisso, mortifera passa fuit accidentia.

93 III. Si poculum detur ad occidendam personam conjugatam, ad hoc ut inter superstitem, & occisorem deinde contrahatur Matrimonium, & hoc casu ultra nullitatem ejusdem Matrimonii, imponenda est pœna mortis *Censal. dec. Januens. 18. num.36. & seqq.* ubi, quòd fuit suspensus Ju-94 venis, qui placentam venenatam tradi fecerat Patri amasiæ ad hoc, ut post necem Patris, eamdem amasiam in uxorem duceret, & *Rayn. tom.3. cap. 31. §.4. num.10. & seqq.* ubi quòd ita practicatum fuit in Urbe *de Anno 1678. in Firma-95 na Uxoricidii*, quodque ita practicari deberet, etiam si non sequatur mors.

96 IV. Si detur poculum ad causandam fatuitatem, de quo *Zacl. quæst. Medicol. lib.2. tit.2. quæst.3. num. 16.* juxta exemplum Mas'Anielli, relatum à *Mantenga nel Ristretto Istoric. di Napoli fol.488.* Æquiparatur enim mors, & mentis alienatio, ut ad nostrum effectum observat *Afflict. ad Constit. Regn. Constit. Mala noxia lib. 13. rubr. 41 in princ.*

97 Et proinde, effectu sequuto, intrat pœna mortis *Afflict.* ubi proximè *num.2. Hornung. de Amor. Venenat. Thes.25. & seqq. & Farin. quæst. 122. num.116.* ubi, quòd præbens tale poculum duriùs puniri debet, quàm propinans venenum ad 98 occidendum, quia istud intra parvum tempus occidit, poculum verò fatuitatis homines semper vexat, & dilacerat, adeò ut non semel, sed millies moriantur. In quibus autem 99 consistant hujusmodi venenata pocula fatuitatis, satius judicat tacere quàm indicare *Zacch. quæst. Medicoleg. lib.2. tit. 100 1. quæst. 17. num.30.* Illa tamen recensentur ab *Eustach. Rud. lib.4. de Morb. occult. cap.6. & seqq.* Et de Napello tradit *Cæsalp. in sua Prax. lib.3. cap.20.* Atque de corde, & lin-101 gua Vespertillonis *Ovied. in Summar. & in Histor. General. de Occidental. Ind.* Neque proinde locus est ulteriori explicationis, juxta illud *Ignorari malo quàm me docente sciri Lud. Vitus de elud. epul. lib.3. pag.287.* relatus à *Bayle in Diction. Istor. in ejus vita tom.3. fol. 2937. lit. M.*

102 V. Si quis alicui, sive vir, sive fœmina sit, poculum dederit amatorium, & tunc si mors sequuta sit, ut evenisse Lucretio Poetæ, observant *Alciat. resp. 27. num.5. lib.7. tom.2. & Tiraquell. ad leg. Connub. leg.14. gloss.1. par.14. nu. 9.* Et idem evenisse Lucullo testis est *Binsfeld. ad leg.4. Cod. de Malef. & Mathem. quæst.3. concl.2. fol.476.* Reus erit homicidii, etiam si illud præbuerit, non animo necandi, sed ad 103 amorem incitandum *Leg. Si quis 38. §. Abortionis, ff. de Pœn. Nevizzan. in Sylv. nupt. lib.1. ver. Non est nubendum num.12.* ubi quòd aliquæ Uxores sunt adeò zelotypæ, 104 ut volentes dare poculum amatorium viris, aliquando ipsos enecant, vel ad insaniam deducunt, quodque mulieres antequàm nubant, caperent quemcumque etiam vilissimum 105 sepultorem, posteà verò etiamsi Maritus esset unus Rex, sunt malè contentæ, & de eo conqueruntur, cum aliis apud *Farin. quæst.122. num.112. & seqq. & Basilic. dec.7. num.18. 106 & seqq.* Quorum tamen opinionem non sequitur *Rayn. to.3. cap.31. §.4. num.16. & seqq.* ubi, quòd indulgendum est ei, qui, amoris furore obcæcatus, poculum amatorium dedit, si præter intentionem mors sequuta fuit, & idem quoque tenent *Thesaur. dec. 12. num.1.* ubi quòd est puniendus pœna 107 exilii, vel relegationis *Plach. Epitom. delict. lib.1. cap. 20. num.6. & Monteleon. in Pract. arbit. par.4. num.712.* Idem-108 que dicendum de dante poculum ad conciliandum odium, ex animadversis per *Farin. qu.122. num.116.* Si autem hujusmodi poculum detur in Calice, illud porrigens esset vehe-109 menter de hæresi suspectus *Bordon. in Manual. Sanct. Offic. sect.29. nu.34.* Et quòd si hujusmodi poculum misceatur cum sortilegio, ad illud condignè puniendum inspicienda sit pœna sortilegii, aliis adductis, observat *Panim. dec. 69. num.25.*

110 Non desunt tamen magni nominis Authores, mordicus insistentes in opinione, ut hujusmodi pocula amatoria non dentur, quorum rationes expendit, *Jo. Bockel. de Sterilit. Besold. Thes. pract. fol.603. Majol. in dieb. Canicul. t. 2. colloq. 3. fol.634. & Constan. quæst. Jur. lib. 1. cap. 36. & Basil. dec. 7. num. 33. & seqq.* ubi *num. 27.* ex *Zacut. in Prax. histor. lib. 1. tom. 2. fol.211.* observaverat, oculos maximam 111 habere vim, & potentiam fascinandi amantes, quia cùm multo igneo, & radioso quasi spiritu niteant, ad rei amatæ oculos radios jaciunt, & cum his spiritus emittant, qui spiritualem vaporem vehementiùs incendunt, unde incensus oculus, & amati specie agitatus, cor incendit cupiditate fruendi, dum ab amati oculis reciprocos amoris recipit aculeos, & hoc modo amoris veneno, seu potiùs fascino, miser amans inficitur, & deperit, & *num. 42.* asserit, vera 112 philtra esse amorem ipsum, & propensionem illam ad objectum amatum, quod vehementiùs amantes agitat, urit, dementat, & fascinat cum aliis apud *P. Joseph. à Speranza in Select. scrip. ad Oration. spectant. punct. 114. de Abnegat. visus in princ.* ubi ex Lucano oculos vocat primam amoris 113 viam, & ex Platone amoris principium, ex Dionysio amo-114 ris duces, ex Philostrato sedem amoris, & ex Clemente 115 Alexandrino amoris pugnæ prima præludia, anteaquè *ex* 116 *Gloss. in cap.31. Job* præmiserat, quòd visum sequitur cogi-117 tatio, cogitationem delectatio, delectationem consensus, 118 consensum opus, opus consuetudo, consuetudinem necessitas, necessitatem desperatio, desperationem damnatio, cum qua *Gloss.* concordat tremenda illa *D. Augustini* sententia *lib. 8. Confess. cap. 5.* relata à *P. Segner. nel Christ. instr. par. 3. ragion. 18. num. 12. dum servitur libidini, facta* 119 *est consuetudo, & dum consuetudini non resistitur, facta est necessitas*; Præcipuè si inter Amasios amatoriæ epistolæ intercedere possint, quæ sine nomine, & cognomine scribi 120 solent, ut, tamquam notissimum, observat *Rot. in dec.192. n. 9. cor. Buratt.*

De vi autem, & efficacia oculorum inter Amantes ita cecinit facetus Poeta:

Ladri son gl' occhi, & a rubare arditi
Van per le strade publiche d' Amore,
E tutti i furti alla beltà rapiti,
Per nasconderli ben, portano al Cuore.
Il Cuor poi, che gli hà presi, e custoditi,
Fà, che d' essi il desio scelga il migliore,
Ma quantunque al desio la scelta tocchi,
Contento è il Cuor, se si contentan gl' occhi.

121 VI. Si propinatus, & susceptus sit poculus sterilitatis, de quo *Arnisæ. de Jur. Majest. tom. 1. fol. 305. & Basil. dec. 7. num. 16.* quòd operari debeat, ut si suscipiens sit vir, generare non possit; si autem fœmina, non possit concipere propter quemcumque finem præbitum, vel propinatum fue-122 rit, *ut in cap. Si aliquis de Homicid. can. Aliquando 32. qu. 2.* & latè *Franc. de Re moral. consult. 47. per tot. & Torreblanc. de Jur. Spirit. lib. 12. cap. 13. num. 33.* In hoc autem 123 casu, tam præbens, quàm suscipiens poculum, tenebitur de homicidio, juxta *d. cap. Si aliquis*, & juxta tradita per *Bonifac. de Vitalin. in Rubric. de Homic. num. 4. post medium Ghirland. de Sortil. quæst. 12. num. 9. Jodoc. in Prax. Crim. cap. 73. rubr. de Homicid. per sortileg. num. 2. & Farin. quæst. 122. num. 105. cum seqq.* Sed veritas est, & ita communiter tenetur à DD. quòd isti non sunt verè, & propriè homicidæ, sed impropriè, remotè, interpretativè, & occasionali-124 ter tantùm *Pirbing. in Jus Canon. tit. de Homicid. §. 3. num. 18.* Quamvis autem Sixtus V. demandaverit in ejus *Const. 87. in Bullar. nov. tom. 2. §. 1.* contra procurantes abortum, & præbentes, vel suscipientes pocula sterilitatis, tamquam homicidas puniendos, etiam pœna mortis, attamen, ut observat *Panim. dec. 68. à num. 27. usque ad finem*, eadem Bulla fuit reducta ad terminos Juris communis *à Greg. XIV.* 125 ut videre est inter *Const.* ejusdem Summi Pontificis *in eodem tom. 2. Bullar. nov. Constit. 8. §. 2. in medio*, quas *Constit.* latè explicat, *Novar. in Summ. Bullar. par. 2. commen. 2. per tot.*

126 Nulla autem tenetur pœna medicus, poculum sterilitatis propinans mulieri tam arctæ, vel, quæ ob uteri angustiam, taliter à partu vexaretur, ut probabile vitæ periculum sit

in

in partu subitura, *Sanchez. de Matr. lib. 9. disput. 20. num. 15. Caranz. de Part. Legit. cap. 16. §. 1. num. 46. & Rayn. t. 3. cap. 31. §. 4. num. 42.* ubi curiosè etiam quærit cum *Fran. de Re Moral. consult. 47.* 127 An peccent consulentes Moniali languidæ, & ipsamet Monialis consentiens, sibi hujusmodi sterilitatis poculum præberi. An autem Monialis gravida sumens potionem fœtui mortiferam, incurrat excommunicationem contra vim inferentes Ecclesiasticis personis; 128 Respondeo negativè, quia hoc casu censetur facta violentia fœtui, non autem ipsi Moniali, ex adductis *per Anton. de Jur. Cler. lib. 1. par. 1. c. 3. n. 60.*

129 Ab hoc sterilitatis poculo longè distat facinus illud, seu maleficium, quod practicatur cum Sponsis, ut scilicet Vir non possit erigere, matrimonium consumare, semen emittere, nedum conjunctionem, sed etiam aspetere, abhorrere, & conversationem Uxoris, de quo maleficii genere, illiusque pœnis videndus *Bordon. in Man. S. Offic. qu. 42. à num. 15. usque ad num. 32. Cosp. nel Giudic. crimin. par. 2. cap. 12. num. 28.* ubi refert curiosum modum, quo quidam nobilis Romanus scivit, ubi consistebat maleficium, 130 à quo fuit liberatus, & *Joann. Maria Ferraria in Vita Beati Petri Georgei Odescalchi Episcopi Viglevanen. par. 3. in princip. fol. mihi 303.* ubi quòd quidam Rhedarius, mediante potatione aquæ, qua sibi manus lavaverat in Missa 131 idem Beatus, ab eodem maleficio liber evasit.

132 Cum illo autem fraternizzat Castratio, hoc est Amoris pomorum abscissio, quales vocat Testes *Rayner. de Graff. in princ. sui Tr. de utriusque sexus organ. gener. inser.* qua 133 mediante homines prorsus inhabiles ad generandum redduntur, quos sui homicidas, atque Dei conditoris inimicos, 134 vocat *Text. in can. Si quis 23. quæst. 5.* relatus à *Pignat. consult. 66. num. 2. tom. 7.* Atque creaturas Dei refingere; & 135 naturæ insidiari ait *Gonzal. in cap. 5. num. 6. de Corpor. vitiat.*

136 De istis eviratis, seu Castratis *Arnob. lib. 5.* relat. *à Gonzal. in cap. 5. num. 7. antè fin. de Corpor. vitiat.* ait – *Quotidie videmus eos, qui sibi demessuerint has partes, majori spedie videmus cos, qui sibi demessuerint has partes, majorispetulantiæ fieri, atque omnibus postpositis, & pudoris, & verecundia freris, in obscœnam prorumpere vilitatem, flagitiorum confessione vulgata.* Unde seipsos, vel alios castrantes capitali pœna puniendos statuit *Imper. in leg. 4. in fine, ff. ad leg. Corn. de Sicar. & in l. 1. Cod. de Eunuch.* & observat 137 *Aban. de Reatib. quæst. 7. num. 269.* ubi quòd id practicare fecit quidam Pater erga Filium, qui contra ejus voluntatem uxorem ducere tentabat, & dum contra eum fabricabatur Proccessus, formido pœnæ ita illum afflixit, ut animam in carceribus exhalaverit, quem casum refert etiam *Rayn. to. 1. ad cap. 7. supplet. 9. num. 45. & 46.* latissimè *Capon. cont. 222. per tot. & Franc. de Re moral. consult. 32. per tot.* ubi de infe- 138 licissimo puero, reluctante matre, malis actibus, & fraudolentis persuasionibus Patris, castratus, qui paulò post castrationem obiit. *Zacch. quæst. Medicoleg. tom. 1. lib. 5. tit. 3. quæst. 1. num. 12.* ubi quòd majoribus pœnis, tam spiritualibus, quàm temporalibus subjicitur hominem castrans quàm membrum aliquod mutilans, & latè *Menoch. de* 139 *Arbitr. Judic. cap. 570. per tot.* Quòd delictum nedum in Viris, sed etiam in Fœminis verificari posse observat *Zacch. quæst. Medicol. tom. 1. lib. 7. tit. 2. quæst. 4. num. 14.* ubi ta- 140 men quòd in Fœminis, absque inhumanitatis nota, exerceri nequeat, illamque proinde Barbaris relinquendam esse asserit. *Et de Angel. de Delict. par. 3. num. 109.* ubi quòd 141 castratus eligi non potest ad Ecclesiasticas dignitates.

142 Tertium genus hominum appellabat castratos *Alexander Severus*, ut refert *Lampridius in ejus Vita. Divus* verò *Ambrosius lib. 3. in Herat. cap. 3. sub fin.* relatus *à Gonzal. in cap. 5. num. 5. de Corpor. vitiat.* Ait – *Tollis homini quod natus est, & virum de viro exuis, abscissaque corporis parte, sexum negas, spadonum efficis, ut quod negavit natura in hominibus, impleret audacia. Divus* autem *Basilius ep. 87. ad Simpliciam hæreticam* ait *Ignominiosum Eunuchorum genus, genus hoc inquam, nec fœmineum, nec masculinum, insaniens in mulieres, invidiosum, vilis pretii, animo feroci, effœminatum, veneri deditum, auri cupidum, sævum, inconstans, illiberale, quidvis suscipiens, insatiabile, furiosum, & zelotypum, & quod amplius dicendum est, cum ista statim generatione ad ferrum damnatum – Divus* demum *Nazianz. Orat. 21. in laudem S. Athanasii*, illos vocat *mulie bres homines, & inter Viros minimè Viros, sexu quidem dubios, impietate verò apertos, & perspicuos* – ut refert *Verricell. de Mission. tract. 4. quæst. 197. sect. 1. n. 3. & per tot.* ubi latissimè, *& in Append. 4. 311. per tot.*

143 Quid autem dicendum in casu, quo quis ex industria taliter concuberet cum muliere, ut ex tali concubitu sequi non possit generatio prolis, puta, respectu mulieris, semen in matrice immissum data opera reliciendo, respectu verò viri, semen intra vas muliebre non proiiciendo, nè illa concipiat, quem concumbendi modum meritò homicidii festinationem appellat, *Tertullian. in Apocalyps. cap. 3.* relatus *à P. Segner. nel Christ. instr. par. 1. ragion. 13. num.* 144 *9.* his verbis – *Homicidii festinatio est prohibere nasci, nec refert natam quis eripiat animam, an disturbet nascentem.*

145 Respondeo cum *Gugl. Tholosan. Syntagm. Jur. lib. 36. cap. 15. num. 20. par. 3.* si id fiat causa libidinis, vel in odium sobolis, intrare pœnam ordinariam mortis, juxta id, quod legitur *in Gen. 38.* Si autem id practicetur ad tegendam dif- 146 famationem mulieris, quæ communiter pro casta reputetur, si sit vidua, sive Puella, & hoc casu benè dicit *Rayn. tom. 1. cap. 6. §. 5. num. 76.* non esse locum pœnæ ordinariæ, 147 ex quo id non sequitur in odium sobolis, nec ob inessrænatam libidinem, ut in casu Onan, & Her, sed ob honorem mulieris, & honestæ familiæ, citans alios concordantes. 148 Imò si verum est id, quòd hujusmodi perditi homines affirmant de minori voluptate, quæ percipitur hoc modo mulieres cognoscendo, deberent mitiùs puniri, ex hac eadem ratione juxta id, quod legitur, *in Apocalips. 18. 7. Quantum glorificavit se, & in deliciis fuit, tantum date illi tormentum, & luctum*, quod retulimus supra *lib. 1. tit. 1. num. 13.*

149 Nota hic, non esse opus ei, cui virilia per insidias hominum, vel in persecutione amputata sunt, vel Eunuchus natus est, illa secum in pulverem redacta, aut sicca, portare si fiat Clericus, ut vulgarium dicunt, *Glos. in Can. Eunuchus Verb. Vel in persecutione dist. 55.* ibique *Barbos. num. 2. Tolet. Instruct. Sacerdot. lib. 1. cap. 58. num. 2. in fine, & Vivald. in Candelabr. aur. tit. de Irregular. ex corpor. vitiat. n. 181.*

150 Nota 2. ex *Barbos. in Can. si quis à Medicis dist. 55. & de Potest. Epis. alleg. 42. num. 14. & seqq. & Gonzal. in cap. Ex parte num. 3. & seqq. de Corpor. vitiat. Tolet. Instruct. Sacerd. lib. 1. cap. 58. num. 2. & Giballin. de Irregul. cap. 3. qu. 4. consect. 4. num. 12.* Castratum propter infirmitatem ex Medicorum consilio, vel in cunabulis, seù à Barbaris, vel per insidias hominum, posse fieri Clericum absque ulla dispensatione, & in susceptis ordinibus ministrare, quod tamen 151 *num. 15. & 16.* limitat in duplici casu, primò, quando castrato fuerunt abscissa virilia à marito, ulciscente injuriam 152 quia ipsum invenit turpiter agentem cum sua Uxore, & 2. quando cognovit carnaliter mulierem, habentem morbum Gallicum, ex cujus Contagio amisit membrum genitale, 153 attento, quòd id ex tali contagione solet accidere, nisi ignoranter eam cognovisset, hoc est sanam putando; Quam primam limitationem sequuntur etiam *Sayr. de Censur. lib. 7. c. 7. n. 12. & 13. & Joan. Machad. nel Perfett. Confess. lib. 1. part. 3. tr. 27. docum. 6. num. 5.* 2. verò limitationem sequi- 154 tur *Eman. in Summ. tom. 1. cap. 158. num. 7.* Mihi autem hæc 2. limitatio videtur futilis, supponit enim quòd quis velit eo- 155 gnoscere carnaliter mulierem, quam certò scit, morbo Gallico laborantem, quod in mentem sani hominis capere non potest.

156 Nota 3. Eunuchos bona fide se facientes ordinare absquè declaratione eorum defectuum, taliter remanere ordinatos, ut etiam sint capaces pensionum Ecclesiasticarum, ea ratione, quia istæ validè reservantur ad favorem Clericorum, & 157 taliter ordinati, Clerici absquè ullo dubio dicuntur ad omnes effectus, quidquid dici possit circa peccatum, vel pœnam, ob non expressam Episcopis ordinantibus virilium deficientiam, ut, re maturè perpensa, resolvit *Sacra Congreg. Concilii in Æsina Pensionis 13. Maii 1702. L. 52. Decr. fol. 181.* in qua resolvit, translationem pensionis factam in taliter ordinatum esse convalidandam ad cautelam, si Sanctiss. placuerit; Et in eodem fuerat sensu *eadem Sacr. Congr. in Conimbricen. Pensionis 15. Settemb. 1674.* declarando validas pensiones translatas in Clericos, illicitè ordinatos ab 158 Abbate Regulari Ordinis S. Benedicti, injungendo tamen, quòd indigebant rehabilitatione ob suspensionem contentam *in can. 1. & seqq. 71. distinct. & in Concil. Trid. sess. 23. de Reform. cap. 8.* Quæ rehabilitatio de facili solet concedi, ut observat *Card. de Luc.* scribens in d. causa Conimbricen. 159 *in discurs. 81. de Pension. per tot.* ubi egregiè materiam pertractat, contrarias authoritates declarando, utpotè loquen- 160 tes de Beneficiis, à quibus non valet inferri ad Pensiones, *ut in num. 28. & seqq.*

161 Nota 4. consuetudinem canendi Missas, & alia Divina Officia ab his eviratis hominibus introductam esse pro homini-

minibus carnalibus, non autem pro spiritualibus, juxtà animadversionem *Sancti Isidor. lib. 1. de Offic. Eccl. c. 5.* ibi -- *Propter carnales autem, non propter spirituales consuetudo est instituta canendi, ut qui à verbis non compunguntur, suavi-*

162 *tate modulaminis moveantur* -- Rationes autem, quare Sacri Canones castrationem detestentur, enumerat *Pignat. cons. 66. num. 6. tom. 7.* I. scilicèt, quia pomorum amoris abscissio magno vitæ periculo peragitur: II. quia vigor etiam

163 mentis interit, & malignitas quædam, pusillitasque accedit, ipsaque corpora deteriora fiunt, quod in Belluis expo-

164 rientia manifestum est; & III. quia voluptatum voluntas nullatenùs exscinditur, sed potius incrementum accipit, præcipuè ex parte mulierum, ob remotionem periculorum gravidationis, juxta lepidum dictum, *Anton. Abbat. nelle Frascher. fol.* 198. ibi --

165 *Da Semiramigià nacque l' usanza*
Di troncar a i Garzon carne pendente
Ma sapete perchè? perche sovente
Mangiar volea senza gonfiar la panza.
Cocceio Nerva poi l' atto protervo
Del castrare i Figliuol fece vietare
E chi Nerva Cocceo si fè chiamare
Volle incocciar nella ragion del nervo.
Oggi un Padre crudel prende consiglio
Torre al Figliuol quel, che le razze eterna
Ma se il Figlio non ha forma paterna
Il Padre a ben di quel, che manca al Figlio.
Dal Maestro Norcin con l' Ablativo
Fa torre al putto i Gener mascolini
Perchè il numero poi non lo declini
Fa levar dal suo nome il Genitivo.
I Genitali suoi tronca il Castoro
Per non restar da i Cacciator predato
E per predar col canto uomo incantato
Perde i sonagli suoi Putto canoro.
Strappa de Testimonii il fondamento
Sol per cantar su'l instromento in scene
Ne vede il pazzarel, ch' oggi non tiene
Se non a testimonii un istromento.

qui *Ant. Abbas ibidem fol.* 134. *fascic.* 3. describens parum

166 fœlicem conditionem aliquorum, in remotis Orbis Terræ partibus moram facientibus, *ex Seneca* ait, *Eorum miserri-*

167 *ma conditio est, qui ne suis quidem occupationibus laborant, ad alienum dormiunt somnum, ad alienum ambulant gradum, ad alienum comedunt appetitum, & amare, & odisse, res omnium liberissimas, juventur.*

168 VII. Si quis alicui præbuerit poculum conceptionis, idest ad conceptionem fœtus procreandam, & tunc si fœmina, quæ illud suscepit, mortua fuerit, non homicidii sed alia mitiori pœna punitur propinans, *leg. 3. §. Adjectio, ff. Ad leg. Corn. de Sic. Decian. lib. 9. c. 22. n. 2. Torrebl. de Jur. Spirit. lib. 12. c. 14. num. 15. & Barbos. de Potest. Episc.*

169 *par. 3. alleg. 51. num.* 139. Ratio disparitatis inter istum, & V. atque VIII. casus ea est, quia in poculis abortionis, & amoris, tractatur de re illicita, ad destructionem nimirum humanæ naturæ, vel ad nutriendos malos amores, in poculo autem conceptionis agitur de humana natura reparanda, & conservanda, *Bajard. ad Clar. in Prax. quæst. 68. num. 9. Farin. quæst. 122. num. 101. & seqq. & Panim. dec. 69. num.* 29. Sed non ex inde factum deberet esse totaliter

170 impunitum ad sensum *Barbosæ loc. prox. cit.* quia adest malum exemplum, violentando naturam ad imponendum fœtum in utero, in quo Deus, & Natura imposuerunt sterilitatem; Mihi autem debilis videtur hujusmodi ratio, aliàs

171 enim contra defectus naturales non oporteret remedia adhibere, quod est falsum; Unde rectiùs existimo cum *Torreblanc. Jur. Spirit. lib. 12. c. 14. n. 15.* porrigentem hujusmodi pocula, dummodò remedia naturalia aptè admixta loco, & tempore applicet, esse potiùs laude dignum, & remunerandum, quod admittit etiam *Rayn. t. 3. c. 31. §. 4. n. 39.* ubi,

172 quòd contrarium procederet quando quis pocula porrigeret cum incantamentis, vel aliis Diabolicis signis composita, quia tunc etiam si bonus sequatur effectus, adhuc est puniendus, juxta Textum *in leg. Eorum, Cod. de Malefic. &*

173 *Mathem.* Advertendum tamen, quòd hæc procedunt Jure communi attento, nam ex dispositione *Bannim. General. c. 52.* indefinitè statuta est pœna homicidii contra quemcumque porrigentem pocula sine consilio Medici, si mors sequuta sit, etiam quod ad alium finem, quàm occisionis sit propinatum, quod observat *Farin. q. 122. n.* 102.

VIII. Si præbitum, & susceptum sit poculum abortionis, 174 de quo latè *Panim. dec. 68. per tot.* ut videlicet fœtus immaturus, & nondum animatus, idest qui non steterit in utero per 40. dies, si sit masculus, vel per 60. si sit fœmina, deperdatur, & abigatur (de fœtu animato jam supra *num. 55. & seq.* diximus, loquentes de Infanticidio per Matrem commisso) & in hoc casu, sive Matrem abortum procuraverit inusitato aliquo labore, sive defatigatione corporali, vel sustinendo aliquod grave pondus, reatum homicidii minimè incurret, nisi impropriè, interpretativè, & occa- 175 sionaliter *Gloss. in cap. Si quid verb. Aut homicida de Homicid. Plach. in Epitom. delictor. lib. 1. c. 19. num. 3. Thes. dec. Pedem. 12. sub n. 6. Panim. dec. 69. n. 3. & Farin. q. 122. num. 8. & seqq.*

Et ratio est, quia homicidium est occisio hominis facta 176 ab homine, ut supra diximus *n.* 8. Fœtus autem conceptus, & nondum animatus, homo non est; Solùm ergo dicitur 177 abortum procurasse, Patrem successione, & Maritum liberis orbasse, eritque proinde crimen extraordinarium, & extraordinaria pœna puniendum, *leg. Divus Severus, ff. de Extraord. Crim. l. Si quis aliquid, §. Qui abortionis, ff. de Pœn.* quem Textum ad nostrum effectum expendit, *Joann. Hornung. de Amor. venenat. Thes. 41. & Basil. d. 47. per tot.* ubi, quòd adversùs immane hoc scelus Jus Canonicum, & Civile, datis veluti manibus, armantur, ejus enim proprium est private vita innocentes, antequam vitam accipiant, ab humanis eripere, nondum in humanis existentes, 178 occidere antequam nascantur, proditoriumque moliri adversùs eos, qui, intra viscera absconditi, nihil mali perpetrarunt, nec perpetrare potuerunt, *Caranz. de Part. Legit. c. 16. §. unico de Abort. procur.*

An autem licitum sit procurare abortum ante animationem fœtus, ne Puella deprehensa gravida occidatur, aut in- 179 fametur, affirmant Doctores allegati à *Franc. de Re moral. consult. 14. n. 4. &* 5. Verùm hodiè contraria opinio, quam tuentur *Tancred. de Matrd. lib. 9. disp. 20. n. 4. Grasset. de Ne proditor. anatom. 21. à n. 3. & Basil. dec. 7. nu.* 49. omninò tenenda est, Ita enim *die 2. Martii* 1678. sancivit *sa. mem. Innoc. XI. propos.* 65. Jure autem civili attento, si 180 Puella id faciat, excusabitur à pœna ordinaria, ex bene animadversis per *Rayn. tom. 1. cap. 6. §. 5. n. 32. & seq.* ubi quòd ita obtinuit, quando erat Pauperum Procurator, liberando quandam mulierem, quæ in Civitate Vetula ejus fœtum necaverat.

Nota hic, abortum accidentalem, seu illum, cui nullam directam dedit Causam Reus, esse delictum mixti fori, itaut si Judex Ecclesiasticus præveniat, dicatur competens, *Sac. Congr. Immunitatis in Viterbien. abortus* 13. *Januarii* 1705. *Ponente Maresusco*, quam conclusionem in suspenso reliquerat *die 29. Apr.* 1704. *Falconerio in una Senogallien. seu Montis Marsciani.*

IX. Casus est in poculo ad difficilitandum partum, cujus 181 exempla referunt, *Gonz. in cap. Si aliquis lit. D. de Homic. Torreblanc. de Jur. Spir. lib. 12. c. 14. n. 13. & Rayn. to. 3. c. 31. §. 4. n. 58.* ubi, quòd maleficiator tenetur pœna ultimi 182 supplicii, si sequatur mors, si verò hæc non sequatur, puniendus sit extraordinariè.

X. Casus est in poculo ad exsicandum lac in muliere, quod 183 posse fieri ex pluribus causis intrinsecis, latè ostendit *Torreblanc. Jur. Spirit. lib. 12. c. 17. per tot.* ex quo si damnum Matri, vel fœtui obvenerit, Judicis arbitrio puniendus erit Reus, si verò mors alterius sequatur, pœna mortis puniendus, *Rayn. t. 3. c. 31. §. 4. n. 58. in fin.* 184

XI. Casus est, si alicui infirmo præbeat quis poculum sa- 185 nitatis, idest in medelis ad bonum finem venenum immiscuerit, & tunc licèt malus sequatur exitus, & mors suscipientis, non tamen Reus homicidii judicabitur, nec pœna mortis punietur, sed mitiori *Montel. in Prax. p. 4. nu. 712. fol. 247. Thesaur. in dec. 22. n. 11. Farin. quæst. 102. nu. 121. & seqq.* qui alios refert, & *n.* 123. advertit, recurrendum esse in hac parte ad *Bann. Gen.* quæ conformia sunt Juris communis dispositioni, nam porrigens similia pocula cum consilio, & Receptis Medicorum nulla pœna tenebitur, *The-* 186 *saur. dec. 12. n. 11. & Menoch. de Arbitr. c. 357. n.* 21. Tenebitur tamen Medicus ipse in duobus casibus I. Quando dat prægnanti poculum, quod scit esse aptum ad abortum faciendum; Si enim non potest succurrere Matri absque periculo filii, abstinere potiùs debet à medicamentis II. Quando ignorat 187 effectum, & potentiam pharmaci, quod ordinat, ut advertunt *Caranz. de Part. natural. c. 16. §. unic. nu. 46. Lar. de* 188 *Vit. Homin. c. 9. n. 25. & Rayn. t. 3. c. 31. §. 4. n.* 36.

XII. Casus est, quando datur poculum ad causandam 189 in-

infirmitatem; Si enim ea sequatur, sitque gravis, & multò magis irreparabilis, intrat pœna mortis, *Carpzov. prat. Crim. par. 1. q. 16. n. 13. & seqq. & Rayn. par. 3. cap. 3. §. 4. n. 54. & 58.* 190

191 XIII. Casus est, si quis alicui præbeat poculum somniferum, & iste vacat, & reatu homicidii, & omni alio, si sine dolo, & bono animo, puta pro sanitate habenda, vel tuenda, præbitum sit, *Menoch. de Arbitr. c. 358. n. 6. & Fab. Ann. in add. ad Jo. Vinc. de Ann. in Const. Terminum Vitæ n. 284. & Panim. dec. 69. n. 30.* Quòd si ad malum finem, puta, ut somniferum accipiens dormiendo non videat facta uxoris, juxta casum in quadam magna Urbe sequutum de mense Martii 1701. Quidam enim, mihi probè notus, ex cujus propria confessione id accepi, captus amore cujusdam Puellæ, post matrimonium ab hac contractum, admissus fuit ad cubiculum circa mediam noctem, ubi ipsa cum viro in uno, eodemque lecto permanebat, in cœna autem debebat sponsa viro poculum somniferum tribuere, ad d. effectum ab amasio jam acceptum, sed ex accidenti vir illud noluit accipere, omnium ignarus amasius accessit hora determinata, sed ignorans partem cubilis, ubi manebat uxor, accessit ad aliam, tangendo virum, qui expergefactus, ipsum per brachium cœpit, verùm per vim ab ejus manibus evulsus, fugam arripuit, prospero eventu, factus autem fuit magnus clamor, & timor in domo, ac vicinia, in qua simplicitate maxima, attentis falsis expressionibus sponsæ, & magna bonitate viri, omnia attributa fuerunt operationibus Dæmonum, itaut de manè Parochum accerserint, ad impetrandam ab eodem benedictionem pro evitandis in futurum similibus Demonum illusionibus. Vel ad aliquod aliud flagitium committendum, & tunc si ex illo sequatur fortasse mors accipienti; pœna extraordinaria puniendus erit Reus, *Farin. quæst. 122. num. 130. Hornung. de Amor venenat Thes. 36. in fin. Rayn. tom. 3. cap. 31. §. 4. num. 44. & Cosp. nel Giudic. crimin. par. 3. cap. 50. per totum* ubi de quodam efficacissimo somnifero, quod permittebat furibus expoliare etiam viatores, absque eo quod cognoscere illos possent, quod anno 1605. inventum fuit à quodam Bononiense, moram faciente Venetiis. Sed quia in hujusmodi poculis somniferis potest etiam Magiæ usus, & diabolicæ artis intervenire, ut observat *Torreblanc. de Jur. Spirit. lib. 12. cap. 21. per tot.* in hoc casu pœna erit aggravanda juxta qualitatem sortilegii, *Farin. q. 122. n. 115.* 192 193 194

195 Occasione hujus poculi somniferi, observat hìc ex *Tertull. c. 43. de Anim.* relato *à Bartoli. nell' Uomo di lett. par. 2. tit. della Dapocag. fol. 59.* somnum vocari recreatorem corporum, reintegratorem virium, probatorem valetudinum, pacatorem operum, medicum laborum, cui, legitimè fovendo, dies cedit, nox legem facit, auferens rerum etiam colorem. Ex quo forsan motus, dicere solebat f. m. Paulus IV. posse, ut libet somnum capere, non in hominis situm facultate, sed esse Dei donum, Indeque cùm nocte aliqua obdormire non poterat, surgebat quidem è lecto, sed neminem excitabat, neque omninò alicui molestiam afferebat, nè somno, quem Dei Donum appellabat, quempiam privaret, ut per hæc præcisa verba id advertit, *Ciacc. in ejus Vita, §. Vita puritas.*

196 An autem occidens veneno, uti proditorius homicida gaudeat immunitate Ecclesiastica, affirmat *Dian. tom. 1. tract. 1. resol. 80.* Sed rectiùs contrarium defendunt, *Caball. de Omn. gener. homicid. num. 583. Grasset. de Nec. proditor. §. 19. n. 26. & seqq.* & alii, quos refert, & sequitur *Conciol. resol. Crim. verb. Venenum resol. 3. num. 3.* Quod intellige verum de ipsomet occidente, secus de mandante aliquem occidi veneno, quia Constit. Gregorii XIV. utitur verbo *occiderit*, nomine verò occidentis in odiosis non venit mandans, sed solùm occisionis exequutor *Sanchez Cons. moral. tom. 2. lib. 6. cap. 1. dub. 9. num. 1. Tancred. de Relig. tract. 1. lib. 4. disp. 8. q. 5. n. 24. Homobon. in Exam. Eccles. p. 2. pag. 323. & Grasset. de Nec. proditor. §. 19. n. 29. & §. 20. n. 3. & seqq.* ubi latè hanc opinionem tuetur, & contrariis respondet. Vide *Pignat. cons. 173. t. 1.* 197 198

199 Adverte hìc, venenata pocula aliquandò non nocere ex eo, quia cùm sint inter se contraria, eodem tempore porrecta, unum expellat aliud, juxta illud *Antonii Galli*.

Prodest crudelior Uxor
Et, cùm fata volunt, bina venena juvant.

& latè *Cosp. nel Giudic. Criminal. p. 3. cap. 19. n. 2. & per tot.* ubi quòd casus iste suo tempore evenit: nam quædam mater, volens filiam annorum 22. veneno perimere, de mane dedit ei, *una buona quantità di Risagallo*, & circa horam prandii herbam, vocatam *Acconito*, quæ secundùm opinionem Durantis in Herbolario: *è veleno velenosissimo, ma se trova altro veleno nel corpo, combatte col veleno, e libera l'Uomo*, ut in effectu evenit eidem Puellæ. 200

201 Quid dicendum de Matre soffocante, seu occidente filium infantem, juxta animadversa super *num. 55. & seqq. Monacell. in Formular. fol. 287. num. 16.* probat, non gaudere immunitate, eo quia tale infanticidium est species homicidii proditorii, amplians id procedere etiam in uxore occidente maritum dormientem, ut resolvit *Sacr. Cong. Immun. in Cremonen. 29. Dec. 1625.*

202 Assassinii Crimen, nedum atrocissimum, & gravissimum in Jure reputatur, sed etiam crudele, inhumanum, horrendum, & execrabile nuncupatur à *Farin. quæst. 123. num. 6. Lotter. de Re benefic. lib. 3. quæst. 31. num. 36. & Cortiad. dec. 95. num. 2.* Est que illud, quod *ab aliquo committitur ad mandatum alicujus, suscepta, vel promissa pecunia contra Christianum, à quo occisor nulla injuria affectus fuerat*, & qui hoc facit Assassinus, seu Sicarius vocatur, *Decian. lib. 9. cap. 30. num. 16. Panim. dec. 22. annot. 6. per tot. & Rayn. tom. 1. cap. 7. §. 1. per tot.* ubi num. 1. quòd Assassinii nomen à Jure Canonico inventum est, & primo loco usurpatum *in cap. Pro humani de Homicid. in 6.* Juri autem Civili pœnitus incognitum, quod advertit pariter *Carpzov. in Prax. Crim. par. 1. quæst. 19. num. 10. & 11. & Zaul. tom. 1. lib. 4. rub. 14. num. 2.* ubi refert *Leandr. Albert. in descript. Ital. Tabul. de Calab. septima Regione Italiæ* afferentem *Il nome di Assassino fu primieramente nome di alcuni Popoli, che diedero principio ad uccider gl' Uomini nelle Strade publiche senza rispetto per spogliarli, onde fu poi tratto il vocabolo di Assassino, & imposto a quelli, che occidono alcuno per spogliarlo.* 203 204 205

206 Dicitur *ad mandatum alterius* loco generis, nam plures sunt species homicidii, quæ, interveniente mandato, committuntur, ut infra videbimus.

207 Dicitur *suscepta, vel promissa pecunia* loco differentiæ, ut distinguantur à simplici mandato de occidendo, de quo infra, & constituatur formaliter assassinium, ad quòd necessariò intervenire debet pecunia, data, vel promissa *Farin. quæst. 123. num. 26. & 39. Brugiot. Instit. Crim. lib. 2. tit. 22. num. 16. & Panim. dec. 22. adnot. 6. in 2. & 3.* Nomine autem pecuniæ ad hunc effectum venit quælibet res, pretio æstimabilis, *Decian. lib. 9. cap. 30. num. 16. Del Bene de Imm. Eccles. tom. 2. cap. 16. dubit. 27. sect. 1. nu. 8. & Leo in Thes. For. Eccles. par. 1. cap. 13. num. 27.* vide ad materiam *dec. 602. per tot. par. 4. rec. tom. 1.* quæ in materia Criminis assassinii est magistralis. 208 209

210 An autem hujusmodi promissio, & respectivè receptio pecuniæ, probanda sit argumentis, & conjecturis, vel aliis probationibus, & testibus, omni exceptione majoribus, discrepant inter se Doctores, & pro utraque opinione innumeros refert *Rayn. tom. 1. cap. 7. §. 1. à nu. 26. usque ad n. 86. & supplet. 4. cap. 7. per tot.* Ego verò præoculis habendo verba illa, *Textus in c. Pro humani de Homicid. in 6. Postquam probabilibus constiterit argumentis, aliquem scelus tam execrabile commisisse &c.* crederem, ad hunc effectum sufficere argumenta probabilia, & conjecturas, seu præsumptiones probabiles, & fundatas, sequendo in hac parte opinionem *Rayn. loco supra cit. Conciol. resol. Crimin. verb. Assassinium resol. 6. per tot. & Panim. dec. 22. adnot. 6. num. 41. & seqq.* ubi quòd pro hac opinione est *Textus expressus in d. c. 1. de Homicid. in 6.* 211

212 Dicitur *data, vel saltem promissa* alternativè, non enim necesse est, quòd ante perpetrationem homicidii pecunia data fuerit, & suscepta, ad constituendum assassinium sat est, quòd promissio facta fuerit à mandante, & acceptata per mandatarium, *Decian. lib. 9. c. 30. n. 16. Monticell. Regul. Crimin. 8. n. 9. Gramm. Vot. 11. n. 29. & Plach. in Epitom. delict. lib. 1. c. 19. sub n. 10.* Nec requiritur, quòd promissio fiat per scripturam, vel cum alia cautela, sed sufficit, quòd oretenus, & simpliciter fuerit promissa pecunia, *Capyc. Latr. dec. 115. n. 18. & Amen. de Delict. & Pœn. tit. 7. §. 6. n. 12.* Cum duplici tamen consideratione I. Quòd datio pecuniæ sequatur pro ipsamet occisione, non autem pro expensis itineris, vel pro alio, ab occisione distincto *Panim. dec. 16. adnot. 6. n. 8.* Et II. Ut sit in ea quantitate, quæ videatur sufficiens ad excitandum, movendumque animum mandatarii ad occidendum, aliàs enim non habebit locum assassinium *Ambrosin. de Immunit. c. 7. n. 9. Panim. dec. 22. annot. 6. n. 22.* ubi id exemplificat in promissione unius paris caligarum, & loquitur pariter de expensis, ut mandatarius se præpararet ad occidendum, *Rayn. t. 1. c. 1. n. 87. & seqq. & Conciol. Res. Crim. Verb. Assassinium resol. 1. n. 7.*

Quæ-

216 Quærunt hic Doctores, an hujusmodi promissio debeat esse certa, & specifica, ita ut contineat aliquid determinatum, vel sufficiat generalis, & vaga, puta *Si occideris &c. non deficiam tibi &c.* In qua licèt, *Farin. qu. 123. n. 145. & Panim. dec. 16. adnotat. 6. num. 5.* existiment, ad inducendam qualitatem assassinii requiri promissionem certam, & 217 determinatam; Mihi nihilominus ex desiderio publicæ quietis, ad compescendum similia delicta, ad refrænandos hu-218 jusmodi delinquentes, quos meritò crudeles humanæ naturæ inimicos vocat, *Fajard. alleg. fiscal. 5. num. 25.* ex quo non offensi, nec provocati, innocentes exterminant, & trucidant, magis arridet opinio contraria, quæ videtur etiam magis consona voluntati Summi Pontificis *in cap. Pro humani de Homicid. in 6.* ubi nulla denotatur necessitas specificæ promissionis, vel rei ad constituendum assassinium, 219 & hujus opinionis sunt *Del Ben. de Immun. Eccles. t. 2. cap. 26. dub. 21. sect. 2. num. 10. Novar. pragmatic. 1. de Assassin. column. 2. nu. 6. & 7.* ubi, quòd assassinium committitur ex istis verbis *Ammazzate il Tale, che la Casa mia sarà sempre aperta per Voi, Che vi levarò dalla Forca, Che ne farete gratia al Sig. Tale &c. Fajard. Alleg. Fiscal. 5. n. 25. Pignat. consult. 92. per tot. tom. 1.* ubi pariter de aliis verbis, *che al male, & al benè sarebbero stati communi*, de quibus *Franc. dec. 126. per tot. & Carpzov. Practic. Crim. par. 2. quest. 19. num. 42.* ubi quòd generalis promissio non debet attendi ad prosternendum assassinium, quando talis est naturæ, ut sit 220 pretio æstimabilis, *Zaul. tom. 1. lib. 4. rubr. 14. num. 6.* ubi de promissione *di una buona mancia*, & agebatur de verè impio casu assassinii, commissi *di ordine, & in presenza* proprii Fratriis, *discusso in Sac. Consulta de Ann. 1678. & resoluto die 8. Julii 1681.* ut refert idem *Zaul. loco citato n. 31.*

221 Ex quo infertur cum *Cortiad. dec. 95. n. 17. & 18.* ut assassinus dicatur is, qui aliquem occidit, ex promissione ei facta per mandantem, de ei dando aliquam mulierem in uxorem, vel procurando ei aliquod officium, eo quia ista sunt pretio æstimabilia, & pecuniæ æquipollentia, *Rayn. tom. 1. c. 7. §. 1. n. 102. & seqq.*

222 Circa verò facilitatem illam, quæ continuò practicatur in se faciendo adscribere militiæ pro tenui mercede, & evidenti vitæ periculo, lepidè cecinit, *Salv. Rosa in Sat. de Bell. fol. mihi 86.*

223 *Par, che la vita all' Uom più non sia cara*
Se a popolar le tombe d' Alemagna,
Vi concorre a morir gente a migliara.
Par, che andando a pugnar vada in Cuccagna,
Con paludati arnesi, o foggie vaghe,
Sicario della Francia, e della Spagna.
E dietro ordigni bellici, e ferali
Cercan la morte, patimenti, e ambasce,
Come se per morir mancasser mali.
E pur not' è ad' ognun fin dalle fasce
Che pochi ne ritornano al Paese
Che alla Guerra si muore, e non si nasce.
D' onde tanta impietade in voi s' apprese
Non osservar raggion, legge, ne fe,
E incrudelir contro chi mai v' offese.
Nò, che maggior pazzia fra noi non v' è
Per l' interesse altrui, l' altrui chimere
Gire a morir senza saper perchè.

& priùs idem cecinerat *Anton. Abb. nella Frascher. fasc. 1. tit. la Guerra Satira fol. 79.* ibi.

224 *Voi di un capo Real siete le braccia*
Chi far guerra in persona il cor non ave
Di farla poi con vostra mano ha faccia.
Schiavi, e remi voi siete all' altrui nave
Siete vigilie Voi dell' altrui feste,
Voi d' altrui porte, e sentinella, e chiave.
S' a pugnar per altrui Voi non correste
O i Re fra lor s' aggiusteriano ignai
O i Re fra lor si romperian le teste.
Aver senza pagar debiti assai,
Perdere, e sempre aver vitto, e vestito
Far guerra ad altri, e non combatter mai.
Uso è de Grandi, ma il Soldato ardito
Stenta, se vive, serve, se ha comando
Se perde, ha male, se deve, è spedito.

225 Dicitur denique *contra Christianum, à quo occisor nulla injuria affectus fuerat*, Nam si quis inimicum suum, & à quo injurias, damnum, vel quid simile passus fuerit, expectet in aliquo loco, qui ab eo prævideri non potest, & hoc modo vitæ ejus insidias tendendo, ex improviso illum aggrediatur, atque interficiat, non dicetur assassinus, sed homicida per insidias, ut videbimus infra, & observant, *Farin. quæst. 126. num. 15. & Panim. dec. 22. adnot. 6. n. 20.* ubi quòd est verum, etiam si suum, & alterius mandantis ini-226 micum occidat, quia inimicus semper debet ab inimico cavere. Ex quo sequitur, quòd nec etiam dicatur assassinus ille, qui aliquem interfecit præsente ipso mandante, quia occisus sibi præcavere debebat ab inimico præsente, *Novar. in* 227 *Summ. Bullar. par. 1. Comm. 17. num. 9. vers. Quare Dian. tom. 9. tract. 1. resol. 88. num. 2. Panim. dec. 22. adnot. 6. n. 21. & Rayn. tom. 1. cap. 7. §. 1. num. 133. & seqq.* ubi *num.* 228 137. Id limitat in casu, in quo mandans interveniat modo adeò occulto, & clandestino, ut non possit cognosci ab occidendo, quod observant etiam *Cav. de Brac. Reg. par. 1. num. 81. & Amon. de Delict. & Pœn. tit. 7. §. 6. num. 9.*

229 Per ly *Christianum* denotatur, quòd si quis occidat Turcam, vel alium infidelem, non dicatur assassinus, ut de communi opinione testantur, *Clar. in Prax. §. Assassinium in princ. & n. 13. Cortiad. dec. 95. n. 24. & Rayn. t. 1. c. 7. §. 1. num. 17. & seqq.* Quæ qualitas Christiani debet probari in 230 Processu, quia in dubio occisus non præsumitur Christianus ad evadendam pœnam assassinii, *Rayn. ubi suprà n. 20. Novar. super Pragm. de Assassin. collect. 1. n. 2. & Ambrosin. de Imm. Eccles. c. 7. n. 12.*

231 Non solùm autem ille, qui homicidium dicto modo mandavit, vel sibi mandatum exequutioni commisit, reatum incurret assassinii, *Decian. lib. 6. cap. 28. n. 18. & Novar. in Summ. Bullar. Comm. 17. n. 9. par. 1.* Sed etiam receptans, occultans, defendens, vel associans assassinum, aut illi auxilium præstans *c. 1. de Homicid. in 6.* eum alii apud *Farin. quest. 123. num. 28. & seqq.* ubi *num. 34.* advertit, hoc ve-232 rum esse, quando occultator, defensor, vel associans assassinum, non ignorat qualitatem, & circumstantiam homicidii, atque interventum pecuniæ datæ, vel promissæ, & *Rayn. t. 1. c. 7. §. 1. per tot.* ubi enumerat casus, in quibus ve-233 rificatur, assassinium, & elucidando, explicat sex requisita, quæ ad illud constituendum sunt necessaria, & *Basil. dec.* 234 *44. n. 110.* ubi quòd assassinorum fautores nec etiam gaudent Immunitate Ecclesiastica.

235 Demùm si quæras hic, an occidens Christianum in domo, vel in via publica, & illum pecuniis, & armis expolians, dicatur verè, & propriè assassinus. Respondeo negativè, ad assassinium enim verè, & propriè committendum, indispensabiliter concurrere debent mandatum ad occidendum, datio, seu prommissio pecuniæ, & mandatarii acceptatio, ex adductis *per Giurb. cons. 46. n. 8. Caball. de Omn. gener. homicid. nu. 471. & 492. & Guazzin. ad defens. Reor. cap. 1. numer. 1. & seqq. defens. 4.* sed in his circumstantiis 236 occidens dicitur homicida cum furto, ut advertunt *Giurb. d. cons. 46. num. 2. Menoch. de Arbitr. cas. 474. num. 8. in addition. 5. & Conciol. resolut. Crim. verb. Assassinium resolut. 4. num. 1.*

237 Dixi *verè, & propriè*, quia impropriè loquendo, & secundùm vulgi opinionem, taliter occidens potest assassinus nuncupari, ut declarando & respectivè reprobando contrarium sentientes, benè observat, *Conciol. ubi sup. num. 1. & per tot.*

238 Quia verò *Superchiaria* quædam assassinii species est, id observantibus *Monter. ad Stat. Crimin. Bonon. lib. 5. tit. de Pœn. Assassin. verb. Tamquam Assassinus circa finem, & Rayn. tom. 1. cap. 7. §. 1. n. 13.* Ideò sciendum, illam committere eos, qui cùm sint in majori numero, alios in minori 239 aggrediuntur, & vulnera; vel alia damna illis inferunt, ut advertunt *Grat. cons. 52. num. 51. lib. 2. Cresp. observ. 4. num. 75. & Graffett. de Nec. proditor. §. 9. num. 49. & 50. & Conciol. Resol. Crim. verb. Assassinium res. 4. num. 3.* ubi quòd superchiaria committitur, quando quis inermis, & solus à multitudine armatorum vulneratur, vel occiditur. 240 Superchiaria proinde offensum non dici caricatum, & salvo honore, non teneri progredi ad singulare certamen cum Adversario, afferunt in eorum, *Tractatib. de Duell. Mut. lib. 3. cap. 1. & 9. Faust. lib. 11. cap. 11. & Rayn. lib. 1. cap. 9. §. 5. num. 3.*

241 Nota hic differentiam inter verba *superchiare, concutere, & compellere. Superchiare* enim dicitur is, qui facta hominum unione, aliquem offendit, vel etiam ille, qui ad perterrefaciendum, Adversarium superimponit domui inscriptionem, seu arma alicujus Magnatis, vel Potentis, juxta 242 *Textum in leg. unica C. de Iis qui poten. nom. titul. prad. affligunt &c.* Concutere verò dicitur is, qui metum infert, ex quo alium invitum inducit ad faciendum, quod non vult: Significatque actum intrinsecum, animum perstringentem juxta *Text. in leg. Secularii, §. Sunt quadam, ff. de*

de Extraordinar. Crimin. & latiùs animadversa supra *hoc lib. 2. tit. 2. num. 22. & seqq.*

243 Compellere demùm convenit cum concussione circa actus ex timore gestos, sed differt per hoc, quòd concussio propriè verificatur in persona Officialis, vel alterius, qui officii, vel dignitatis occasione alios terret, & premit, compulsio autem in qualibet alia persona privata, absque ullo respectu ad officium, vel dignitatem incutiente timorem *Jodoc. in Prax. c. 129. de concuss. n. 2. Decian. lib. 8. c. 35. n. 24. & Rayn. t. 1. c. 12. §. 2. n. 21. & seqq.*

244 Quia verò potest homicidium committi ad mandatum alterius, nulla pecunia data, vel promissa, sed intercedentibus precibus, jussibus, vel simplici mandato, ideò de his subnectendo, ad cognoscendam differentiam inter assassinium, & simplex mandatum.

245 Dicimus, quòd mandare alicui simpliciter homicidium, est illud sine ullo mercedis interventu, aut promissione, alicui exequendum committere, *Decian. lib. 9. cap. 31. in princ. & Amen. de Delict. & Pæn. tit. 7. §. 6. n. 18.* Simplex autem mandatum homicidii dicitur jussus, & commissio 246 ejus, Mandator, qui jubet illud, & Mandatarius, qui illud suscipit perpetrandum. Quibuscumque verò verbis concipiatur mandatum à mandante, claris tamen, & aptis ad intentionem homicidii significandam, sufficit ad constituen-247 dum illud in reatum mandati homicidii, veluti jubeo, rogo, mando, volo, cupio, desidero, & similia, de quibus *Decian. lib. 9. cap. 31. num. 1.*

248 Dixi *verbis claris, & aptis*, nam si nulla concurrant verba, puta, quia Filius, Consanguineus, Amicus, Famulus &c. occidit eum, qui injuriam intulit Patri, Consanguineo, Amico, vel Domino, non præsumitur adesse mandatum homicidii *c. Cum ad eadem* ubi *Gloss. & DD. de Restitut. spoliat.* Vel si adsint quidem aliqua verba, sed dubia, atque 249 ambigua, quia tunc in bonam partem interpretari debent, & sic pro exclusione mandati, *Decian. lib. 9. cap. 31. n. 34.*

250 Idemque erit, si verba sint generalia, nec exprimentia actum occidendi, puta, si quis dixerit alicui, *Vade, & fac totum id, quod ego vellem, & possem facere*, nam si deinde constet, inimicum proferentis hæc verba occisum fuisse, non præsu-251 metur ex verbis illis mandatum occidendi, nisi alia concurrant; In delictis enim generale mandatum non sufficit, sed 252 requiritur speciale, atque in generali mandato numquam veniunt illicita, *Farin. q. 134. n. 37.* Quando autem constat 253 de mente, & intentione mandantis, tunc verba impropriandа esse advertit *Amen. de Delict. & Pæn. tit. 9. §. 6. n. 22.* ubi quòd si mandet quis alicui, ut suus inimicus quiescat, & dormiat, nomine quietis, & dormitionis intelligenda sit mors.

254 Sequuto homicidio uno ex dictis modis, tam mandans, quàm mandatarius, tamquam principales Rei puniendi sunt; mandatarius quidem tamquam verus, Principalis autem mandans tamquam talis fictè, & interpretativè; Qui enim per alium facit per se ipsum facere videtur, *leg. Quod* 255 *jussu, ff. de Regul. Jur. de Ros. Resol. Crim. 40. n. 33.*

256 Fallit tamen regula hæc, quòd mandans teneatur tanquam Principalis, & sic pariter Reus, eadem pœna puniendus ac mandatarius, in duobus casibus, & I. Quando man-257 datarius excessit fines mandati, nam tunc mandans non tenetur de excessu, Verbi Gratia, si mandans dixit mandatario, ut aliquem verberaret leviter cum instrumento, non apto ad occidendum, & mandatarius percussit graviter, reiteratis ictibus, & in capite, propter quod remansit occisus, Vel dixit ei, ut aliquem percuteret pugno, vel alapa, & mandatarius percussit baculo, & vulneravit gladio, Vel si dixit, aliquem occidi debere tali die, vel determinato tempore, & loco, & non in alio, & mandatarius eum occidit diverso tempore, & loco, Vel mandavit, aliquem vulnerari cum cultello ita parvo, ut cum eo occidi non possit, & mandatarius vulneravit cum cultello longo, ex quo remansit occisus, Vel mandans dixit occide unum, & mandatarius occidit alterum; Nam in omnibus his, & similibus casibus, mandans non tenetur de homicidio, eo modo, quo tenetur mandatarius, sed mitiori pœna puniendus est, Non enim æquum est, quòd mandans de excessu 258 mandati teneatur, latè *Farin. quæst. 135. a num. 150. usque ad 173.* Et quibus benè infert *Pignatell. consult. 31. per tot. tom. 9.* quòd mandans alicui, ut aliquem proditoriè vulneret, si mandatarius illum occidat, mandans gaudeat Ec-259 clesiastica immunitate, referens ita decisum *à Sac. Congreg. Immunit. 20. Junii 1636.* & reprobans *Peregrin. & Marium Ital.* contrarium defendentes.

260 II. Quando mandatum fuit revocatum, quia tunc mandans non tenetur de homicidio commisso post revocationem, sive mandatum revocatum fuerit expressè, sive tacitè, puta, si mandans contraxit deinde parentelam, vel pacem fecit cum suo inimico, quem occidi mandaverat, *Bonacin. de Irregular. disp. 7. qu. 4. punct. 8. num. 13. Farin. d. qu. 135. num. 174. & seqq.* Idemque erit si è contra mandatarius post 261 susceptum mandatum de occidendo aliquem, repudiaverit illud, nam si deinde eum repudiationis pœniteat, & homi-262 cidium committat, pro eo non tenetur mandans, *Farin. q. 123. n. 128. & seqq.*

263 Procedunt hæc, sive unus fuerit mandans, & mandatarius, sive plures, omnes enim eadem pœna puniuntur, *leg. si quis id, §. In Servos, ff. de Jurisdict. omn. Judic.* Prout etiam eidem subiicitur pœnæ nuncius, qui portavit epistolas, vel ambasciatas inter mandantem, & mandatarium, vel quid simile fecerit, *Farin. q. 130. n. 41. & qu. 135. num. 13. & 14.*

264 Quid autem dicendum in eo, qui ratum habuit homicidium, sua contemplatione patratum, ordinaria pœna mandatarium hunc plectendum esse volunt, *Bald. in l. Observare, §. Post hac num. 16. ff. de Off. Proc.* & alii relati de *Ros. res. Crim. 40. n. 73. & seqq.* Verum rectiùs putat idem relati 265 à de *Rosa* ubi *proxime n. 76.* extraordinaria tantùm pœna plectendum esse, ea ratione, quia deest hoc casu præcedens tractatus, & qualitas appensati, sine quibus capitali pœnæ locus non est.

266 In duello etiam committi dicitur homicidium voluntarium, & deliberatum, quando ex duobus ad singulare certamen se provocantibus, unus remanet occisus, dicitur au-267 tem duellum, quasi duorum bellum, seu certamen, *Gonzal. in c. Henricus n. 7. de Cleric. pugn. in duell.* Duellantes verò 268 homicidas nequissimos appellat Concilium Valentinum relatum à *Gobat. in Theol. experim. tra. 7. n. 582.* Definitur à *Caraff. de Monomach. tract. 1. sect. 1. quæsit. 2.* ut *sit pugna duo-269 rum, vel plurium ex condicto.* Sed melius à *Murga disquisit. Canonic. tom. 1. disp. 11. numer. 2.* ut sit *pugna inter duos, vel plures in pari numero, privata authoritate deliberata ab utraque Parte, & ex condicto*, idest ex pacto invicem inito, *statuto loco, & tempore, cum periculo occisionis, mutilationis, vel vulneris.*

270 Dicitur *Pugna*, quod intellige, cum effectu, nam duellantes ad solam apparentiam; puta, quia antea conveniant se se non vulnerare, sed honoris causa duellum simulare, 271 non incurrunt pœnas spirituales contra duellantes inflictas *Amesc. de Potest. in se ipsum lib. 2. cap. 5. num. 24. Caraff. de* 272 *Duell. tract. 1. sect. 5. quæsit. 6. num. 1.* Dixi *pœnas spirituales*, quia, ut, adductis concordantibus, benè probat *Caraff.* ubi *proxime num. 2.* hoc verum est dumtaxat in foro 273 conscientiæ, secus autem in foro fori, & *Caraffam* sequuntur, *Rayn. lib. 1. cap. 9. §. 3. & 4. num. 3. & Pignat. consult. 88. num. 92. tom. 9.* ubi quòd hæc sententia est probabilior, & tuta, quòdque in foro externo præsumitur duellum, quia 274 in illo non perscrutantur animi cogitationes, sed intueatur actus externus.

275 Dicitur *privata authoritate* ad excludenda duella illa, quæ publica authoritate inter hostes fiunt, inter quæ celebre est illud Davidis cum Goliat, *in lib. 1. Reg. cap. 17.* & modernioribus temporibus aliud inter Valerium Corvinum, & Marcum Torquatum, referente *Pignatell. consult. 88. numer. 9. & seqq. tom. 9.* & illud 13. Italorum, totidemque 276 Gallorum apud Andrian in Apulia Anno 1503. quorum nomina refert, *Caferr. in Synthem. Vetustat. ad die 13. Februarii fol. mihi 37.* ubi quòd summa Italicæ Gentis laude 277 Galli occisi fuerunt, vel manus victas dederunt post longum certamen; Ea ratione, quia potiùs habet speciem partialis belli, ad evitandum totius Exercitus perniciem, quàm 278 duelli. Alium similem casum *ex Damart. lib. 2. Arcad.* refert *Cosp. nel Giudic. Crim. par. 2. cap. 35. num. 41.* de tribus Gemellis ex una parte, & totidem ex alia, quorum duo initio pugnæ statim occisi fuerunt ab Adversariis, tertius verò, fugam arripiendo, insectatus fuit ab uno ex vincitoribus, quem de facili superavit, & occidit, & accurrentibus duobus superstitibus, prosequendo fugam, ab alio ex eisdem fuit aggressus, quem pariter occidit, demùm ipsemet aggrediendo tertium, illum etiam superando occidit, & victor remansit; Cumque inter multos bellum possit esse ju-279 stum, non implicat, quòd tale sit etiam inter paucos, seu inter duos, sola quidem multitudinis personarum differen-280 tia non variat honestatem, vel justitiam actionis. Ut autem hoc licitè fiat, justi belli conditiones sortiri debet, de quibus *Brugiot. Instit. Crim. lib. 2. tit. 21. per tot. Dian. tom. 7. tract. 6. resol. 3. & plurib. seqq. & Bon. de contr. tom. 2. disp. 2. punct. ult. per tot.*

Di-

281 Dicitur *spontè*, *& ex condicto inita*, quia adhoc, ut verificetur duellum requiritur praecedentes tractatus, & deliberatio, nam si calore iracundiae unus ex rixantibus alium ad dimicandum provocet, & incontinenti pugnent, non erit 282 duellum *Grasset. de Nec. proditor.* §. 2. *num.* 10. *&* §. 8. *num.*2. *Panim. dec.*144. *nu.*4. *&* 5. *Conciol. resol. Crim. verb. Duellum num.*4. *Rayn. tom.* 1. *cap.*9. §. *num.* 11. *& Pignat. consult.* 318. *per tot. tom.*1. ubi quòd ira resolvit *S. Cong. Conc.* 15. *Octobris* 1644. *in una Segobien.*

283 Dicitur *statuto loco*, *& tempore*, quia, nedum praecedere debet tractatus, sed eligi, & determinari certa dies certusque locus, ut probant *Amesc. de Potest. in se ipsum lib.*2 *cap.*5. *num.*2. *& Caraff. de Duell. tract.*1. *sect.*3. *quaest.*1 ubi reprobat *Pereg. de Duell. qu.*15. contrarium sententem, & resolvit *Sacra Cong. Concilii in Nullius* 15. *Octobris* 1644. *lib.*17. *Dec. fol.*360.

Ex eodem defectu temporis, & loci *S. Congr. Immunitatis in una Civitatis Castellana Ponente Card. Vallemano die* 13. *Februarii* 1703. non habuit pro duello sequens vigliettum disfidae *S. Alessandro siete un mentitore &c. intimo però a battervi meco a corpo a corpo con la spada alla mano, onde dourete cingerla, acciò, dove c'incontriamo, possa sostenervi, e ratificarvi con quella, tutto quello, che di proprio pugno vi scrivo*, non attento, quòd oretenus dixisset Portitori viglietti, quòd responsum expectabat in quadam Aromataria, eo quia ista verba expectare responsum erat nimis aequivoca.

284 Imò adhoc, ut duellum verificetur, debet provocatus clarè, & specificè illud acceptare *Conc. resol. Crimin. verb. Duellum resol.*1. *num.*7. *& Massin. de Confisc. Bonon. qu.* 10. *num.*24. *&* 25. Si enim respondeat, *Sono Cristiano, e* 285 *non accetto duello, ma cammino per la Città con la spada, e la prima volta, che s'incontraremo, vi darò soddisfazione*, vel similibus verbis, non verificabitur duellum, ut cumulatis concordantibus, probat *Caraff. de Duell. tract.*1. *sect.* 3. *quaesit.* 2. 3. *&* 4. *d. mosc. de Potest. in seipsum lib.* 2. *cap.* 5. *num.*19. *& Rayn. tom.*1. *c.*9. §.1. *&* 2. *num.*19. Et pariter debet locus esse certus, unde si quis dicat *Pugnabo* 286 *tecum prima vice, qua mihi per Urbem obviam eris*, non verificabitur duellum ex defectu certi loci, quia tota Urbs non est propria loci assignatio *Dian. tom.*5. *tract.*1. *de Excomm. resol.*60. quem sequitur *Pignat. consult.*88. *num.*90. *tom.*9. *& Conciol. resol. Crimin. verb. Duellum resol.* 1. *num.* 9.

287 Dicitur demum *cum periculo occisionis, mutilationis, vel vulneris*, ex quo excluditur à duello, exercitatio, seu *Scherma*, haec enim sine periculo mutilationis, vel mortis fit, ut 288 patet experientia, & observat *Murga disquis. Canon. tom.* 2. *disput.*11. *dub.*1. *num.*18. Excluduntur pariter contentiones 289 quae fiunt cum pugnis, vel capillorum evulsione, *Murga ubi supra num.*13. *& Pascucc. in annot. ad Pignat. to.*1. *tit. de Duell. ante finem fol.*240. *Vers. excluditur etiam*, ubi id extendit ad concertationem, seu pugnam quocumque alio instrumento fiat, dummodò exhoc non immineat 290 periculum mortis, vel mutilationis, & *Pignat. consult.*88. *num.*93. *tom.*9. Et demum excluduntur contentiones, seu provocationes, quae fiunt gratia disputationis circa Philo- 291 sophiam, Medicinam, seu Legalem scientiam, juxta *Cons. Follerii* à multis Doctoribus subscriptum, & impressum apud *Scaglion. ante Pragmatic. de Duell. fol.*200. quem, adductis concordantibus, sequitur *Rayn. tom.*1. *cap.*9. §.2. *num.*18. ea ratione, quia omnia ista sine armis, & con- 292 sequenter sine periculo mortis, vel mutilationis fiunt, Quod utinam semper verum esset, etenim planè tecordor, me praesente Anno 1681. graviter in Rom. Sapientiae Ar- 293 chigymnasio vulneratum quemdam Medicinae Alumnum in fervore contentionis circa quaestionem, an materia prima propriam habeat existentiam.

294 Quoad divisionem duelli discrepant Theologi à Legistis, Isti enim sequentes *Joan. de Lignan. tract. de Duell. cap.*2. *num.*1. illud dividunt in Decretorium, Propugnatorium, & Satisfactorium.

295 Decretorium est illud, in quo duellantes hac lege arma movent, ut à pugna cessare non debeant quo usque alter occidatur.

296 Propugnatorium, quando quis ad locum designatum accedit, non animo Adversarium occidendi sed suum honorem conservandi.

297 Satisfactorium demum, quando quis gravi affectus injuria, satisfactionem in mortis poscit Tribunali, paratus tamen à provocatione desistere eo ipso, quòd Adversarius satisfactionem dare vult, ut ex *Caram. in Theol. fundam.* *fundam.* 19. *quaest. de Honor. n.*418. *pag.*111. refert *Murg. disquisit. Canon. tom.*2. *dub.*1. *num.*20.

298 Theologi verò sequentes *Cajet. in* 2.2. *quaest.*95. *art.*8. *vers. Circa Duella*, dividunt duellum in sex species, juxta sex causas formales, ad quas singulare certamen ordinatur, nempe in Manifestativum veritatis; Ostentativum virium, Evitativum ignominiae, Terminativum controversiae, sive civilis, sive criminalis, Evitativum belli, & Defensivum honoris, ut latè prosequitur *Caraff. de Duel. sect.*1. *tract.*3. *quaest.*1. *num.*3. *& seqq. & Card. de Luc. del Caval. e la Dam. c.*20. *nu.*4. *& seqq.* quam Theologorum divisionem utpotè majori claritate duellorum naturam explicantem, sequentes, dicimus, quòd.

299 Duellum Manifestativum veritatis tunc verificatur, quando quis laesus in honore, non habens testes, seu aliam justificationem propriae Innocentiae, confidit, quòd victoria erit testis veritatis.

300 Ostentativum virium, quando ex solo motivo gloriae, seu valoris, quis in armis excellens, alium provocat, juxta exempla, quae leguntur in Historiis de Horatiis, & Curiatiis, & modernioribus temporibus inter Italos, & Gallos occasione divisionis Regni Neapolis, de quibus *Card. de Luc. nel Caval. e la Dam. cap.*20. *num.*11.

301 Evitativum ignominiae, quando quis aliquo notatur defectu, à quo per duellum putat, se purgari posse, & nisi duellum acceptet pro vili persona reputetur, quod ante annum 1665. ab aliquibus Theologis permissum reputabatur, illud tamen reprobavit *Alex. VII.* 24. *Septem. ejusdem anni propos.*22. *Pignatell. consul.*88. *num.*38. *tom.*9.

302 Terminativum controversiae, sive civilis, sive criminalis, quando aliter non potest terminari lis, nisi duello acceptato dum alioquin non acceptans duellum, justitiam non potest consequi, aut cum suo, vel aliorum damno in lite succumbit.

303 Evitativum belli, quando, hoc fervente, ad parcendum multitudini, Duces Exercitus, imò ipsimet Reges, ad duellum se provocant juxta celebre exemplum Caroli V. ad singulare certamen provocantis Franciscum I. Galliarum Re- 304 gem, coram Summo Pontifice, & Cardinalibus, referentibus *Pallavic. in Histor. Concil. Trid. lib.*3. *cap.*19. *n.*8. *& Alvar. nella sua Roma in ogni stato par.* 1. *nella vita di Paolo III. fol. mihi* 352. *& Capher. in Synthem. vetust. ad diem* 5. *Aprilis num.*5. *& ad diem primam Junii*, ubi refert simile duellum inter Carolum Andegavensem Neapoli- 305 tanum Regem, & Petrum Aragoniae Regem Siciliae, quem tamen nonnisi ad vesperas post Caroli discessum Burdegala in loco destinato, ubi dimicaturus cum centum viris juxta sancitas conditiones se contulerat, advenisse scribit post *Summont. in Histor. Neapol. par.*2. *lib.*3. *Alciat. de singul. certam. cap.*41. *per tot. & Pignatell. d. consult.* 88. *num.* 10. *tom.* 9.

306 Defensivum demum honoris, quando quis de aliquo defectu notatus, ad se defendendum duellum indicit; vel acceptat.

307 Quoad poenas hujus criminis, illud omni Jure esse prohibitum, conclamant *Gonzal. in cap. Henricus de Cleric. pugn. in Duell. Conciol. resol. Crim. verb. Duellum resol.* 1. *num.*1. *& seqq. Novar. in Summ. Bullar. par.*1. *com.* 51. *num.*1. *& seqq. Rayn. tom.* 1. *cap.* 9. §. 1. *num.*1. *& seqq.* ubi innumeras refert Pontificum Constitutiones, & Caesarum leges, quas refert etiam *Prat. resp.*40. *num.*7. *& seqq. & Pignat. consult.* 88. *num.* 195. *tom.* 9. Specialiter verò Reus hujus criminis.

308 I. Incurrit poenas criminis laesae Majestatis, ut, adductis concordantibus, probat *Rayn. ubi supra* §. 3. *&* 4. *num.* 7. *&* 8. ea ratione, quia duellans propria authoritate si- 309 bi jus dicens, ut observat *Tap. de Jur. Regn. lib.* 5. *tit.*34. *const.*1. *num.* 1. *circa medium*, quodammodo Jurisdictio- 310 nem Principis sibi usurpare videtur *Prat. respons. Crim.*18. *num.*28. *& seqq.*

311 II. Decedens in duello privatur Ecclesiastica sepultura *Novar. in Sum. Bull. comment.* 51. *par.* 1. *num.* 4. vide *Capon. dissept.* 379. *per totum ubi latissimè*. Quod limi- 312 tat *Panim.* in duello ex ira, atque improvisò suscepto in *dec.*144. *num.*4. *& seqq.* Limitat pariter eamdem conclusio- 313 nem *Murg. disquis. Can. tom.*2. *disp.*11. *dub.*2. *concl.*2. in eo, qui ex vulnere in duello accepto cum poenitentiae signis sive eodem; sive sequenti die moritur, & reprobat *Hurtad.* contrarium sententem *var. resol. tom.*2. *tract. ultim. resol.*5 *num.* 196.

314 III. Duellantes incurrunt poenam proscriptionis bonorum & perpetuae infamiae, ex adductis, per *Pign. consul.*88. *n.*159. *tom.*9.

tom.9. Et in Gallia ut observat *Zaul. lib.1. rubr. 16. num.89.* hujusmodi pœna inviolabiliter observatur; Sive enim agatur de nobilibus, sive de plebeus, irremissibiliter furca suspenduntur duellantes, ut dum hæc scribimus practicatum fuit, Menino, de mense scilicèt Julii 1700. cum quatuor Capitaneis. 315 Cùm enim octo ex illis ad duellum se provocaverint, quorum quatuor in conflictu objerunt, reliqui quatuor su- 316 pervirentes statim fuerunt furca suspensi. De aliis verò antiquioribus Edictis, in Gallia emanatis contra duellantes, mentionem faciunt *Ruald. action. in Duell. pag.73. Larrea alleg. 117. sub numer. 36. & Prat. respons. crimin. 40. num.24.*

317 IV. Si duellans sit Clericus privatur omnibus Beneficiis, & Dignitatibus, si quas obtinet, cum perpetua inhabilitate ad alia obtinenda, ut probat *Murg. disq. Can. tom.2. disp.11 dub.16. concl.2. num.22. & seqq.* ubi *concl.1. num.1. & seqq* probaverat, Clericum posse etiam deponi, & *Novar. in* 318 *Sum. Bull. par.1. comm.62. de Duell. num.16.* ubi *a nu.17. usque ad num.33.* benè probat, hujusmodi pœnam comprehendere pariter pensiones Ecclesiasticas, eo quia illa 319 appellatione beneficii continetur, etiam si agatur de materia pœnali, ex quo agitur de animæ favore, nè scilicet homines in statu damnationis ferè certò moriantur, ducta paritate à Constitutionibus, emanatis contra Hæreticos, quæ, 320 quia favore fidei factæ fuerunt, tanquam favorabiles à beneficiis ad pensiones extenduntur.

321 V. Occidens inimicum in duello non gaudet Immunitate Ecclesiastica; Si enim duellantes mortuos Ecclesia à sacro Loco expellit, & exhumari jubet, quis vivos illius subterfugio gaudere affirmet? ut ait *Barb. de Jur. Ecclesiast. lib.2. c.3. num.101. & Mar. Ital. de Immun. Ecclas. lib.1. cap.5. §.4. num.42. & 43.* Verùm rectiùs *Ambros. de Imm. cap.8. n.12.* 322 & alii, quos refert *Conciol. resol. Crim. Verb. Duellum resol. 2. num.1.* contrarium substinent, & ratio est, quia in Bulla Gregorii XIV. iste casus non est exceptuatus. Igitur comprehenditur sub regula, seu immunitate *Bonac. de Immun. Locor. disp.3. quæst.7. punct.5. num.1.*

323 An autem hujusmodi pœnæ incurrantur ipso facto, vel potiùs requiratur Judicis sententia, declaratoria delicti, dicendum, requiri eamdem sententiam Judicis, ratione adducta per *Sylvest. in Sum. ver. Assassinus num.4.* quia scilicet omnia Jura Mundi, quæ dicunt, ipso facto, vel ipso Jure pœ- 324 nam imponi, intelligi debeant dummodò sequuta sit sententia, per quàm declaratur, fuisse commissum crimen, propter quod pœna illa ipso facto imponitur, ut probat *Pignat. citat. consult.88. num.120. tom.9.* ubi *num. seqq.* multipliciter ampliat, & limitat hanc conclusionem.

325 Hujusmodi pœnas incurrunt, nedum ipsimet Duellantes, & Patrini, juxta animadversa per *Mendez. de Jur. Accad. quæst.29. num.311. & Pignat. consul.88. num.97. & 98. to.9* ubi referendo præcisa verba *Const. Clem. VIII.* explicat omnes illas personas, contra quas latæ fuerunt pœnæ in diversis 326 Summorum Pontificum Constitut. contentæ; Verùm etiam adstantes, & aspicientes, ex latè congestis per *Conciol. res. Crimin. Verb. Duellum resol.3. per tot.* Dummodo tamen 327 duello interveniant animo deliberato, secus si casualiter, & ad aliud intenti *Conciol.* ubi *proximè nu.3. Pignat. consul. 88. num.150. tom.9. Caraf. de Duell. tract.2. sect.3. quæst. 12. num.1. & Murga disquis. Canon. tom.2. disp.21. dub. 1. concl. unic. num.1.* ubi principalem conclusionem limitat in casu, quo duellum effectivè non sequatur; Tunc enim, 328 licèt quis ex industria ad illud videndum accedat, adhuc pœnas contra adstantes non incurrit, quia Constitutiones, id demandantes, intelligendæ sunt de duello formali, & proprio, quod non verificabitur, quando effectivè non sequitur.

329 Incurrunt pariter easdem pœnas Christiani cum Turcis duellantes, ut respondit *S. Cong. Conc. in Cattar. 22. August. 1637. lib.15. Dec. fol.584.*

330 Non habent tamen locum eædem pœnæ contra ratum habens duellum, suo nomine factum, ut probant *Floron. de Duell. cap.14. §.3. nu. 1. Murg. disquis. Canon. tom.2. disp. 11. dub.9. num.1. & seqq. Anson. Noctitot. in Sum. Verb. Duell. num.10. & Novar. in Sum. Bull. par.1. comm.62. num.41.* ubi reprobat *Peregrin.* contrarium sentientem in *Tract. de Duell. quæst.32. num.3.* & eam adducit congruam 331 rationem, quod Summi Pontifices, volentes, pœnas extendi ad ratihabitationem, id solent exprimere, unde cum hoc non practicaverint in Bullis contra duellantes, non est facienda extensio.

332 Demum, in dubio semper interpretationem sumendam, & faciendam esse contra existentiam duelli, & consequenter pro exclusione pœnarum contra illud inflictarum, benè probat *Panim. dec.144. num.10.* Causas autem excusantes ab acceptatione duelli, vide apud *Alciat. in speciali. tractatu* 333 *de Singular. certam. per totum*, ubi quòd excusantur Clerici, Doctores, Filiifamilias, Duces exercitus, senes, claudi, aliique innumeri, ita ut difficile sit, aliquem, revera nolentem acceptare duellum, non posse apud eumdem Authorem causam aliquam, eum excusantem, invenire.

334 *Per insidias* dicitur committi homicidium quando aliquis positus in loco, qui prævideri non potest, expectat alium venientem ad eum locum, & ex improviso, nullo verbo dicto, illum aggreditur, & occidit *Clar. in Prax. §. Homicidium num.7.* Insidiæ autem duobus modis parari solent, facto 335 scilicèt, ut modò diximus, & dicto, puta falsum dicendo, ex quo alius deceptus fuit, vel etiam cum mutatione vestimentorum, & similibus artificiis *Jacob. Agrer. de Homicid. necessar. par.2. num.207.* Quamvis autem *DD. in cap.1. de Homicid.* asserant, occidentem aliquem per insidias vocari proditorem, hoc tamen procedit in occidente eum, qui non erat suus inimicus, vel cui occidens se amicum fingebat ut supra diximus, secus in occidente suum inimicum, etiam quod eum occidat per insidias, vel retro, quia debebat cautè 336 agere, & ambulare, sibique à suo inimico prospicere, ejusque insidias præcavere, atque ita tenent quam plurimi relati per *Farin. qu.18. nu.73. & 76.*

337 Quia verò homicidium per insidias patratur ut plurimum mediante explosione Sclopi, seu Archibusii, de quo *Brugiot. Instit. Crim. lib.1. tit.20. per tot.* quod armorum genus insidiosum, & Diabolicum inventum, ad destruendum humanum genus appellant *Mut. ad Pragm. tit.42. de Armis prohib. nu. 92. & Peguer. dec. crim.56. num.7.* Ideò aliqua breviter subnectemus, pro quorum intelligentia, præsupposito, quòd adsint Bannimenta generalia, vel Edicta particularia, seu pragmaticæ sanctiones, imponentes pœnam mortis contra ex- 338 plodentes Sclopos, vulgò *tirano archibugiate*, pro illarum applicatione distinguendi sunt plures casus, & alii videndi apud *de Angel. de Delict. par.1. cap.74. & 75.* & apud *Raynal. tom.1. cap.7. §.12. a num.30. fol.469.*

339 I. Est, quando exoneratio Sclopi evenit in rixa, & tunc nunquàm imponitur pœna mortis, sive sequatur offensio, sive non; Rixa enim operatur, ut non sit locus pœnæ ordina- 340 riæ *de Angel. in addition. ad Gizzarel. dec.25. num.4. Giurb. cons. crim.63. num.1. & Mastril. dec.155. num.12.*

341 II. Casus est, quando id evenit dolosè, & appensatè, & cum offensione in corpore, & tunc semper exequenda venit pœna Bannimentorum *Mar. Brug. de Mod. proced. ex abrupt. quæst. 19. num.82. & seqq. & Intrigl. singul. 236. libr. 1.*

342 III. Quando dolosè, & appensatè, sed absque corporis offensione, vel cum sola læsione vestium, & tunc, idem dicendum esse, benè probant *Campan. resol.1. num.9. Matt. de re Crim. contr. 32. num.25. & de Regim. Regn. Valent. par. 2. cap. 8. §.9. num.141. & seqq. & Carpzov. practic. Crim. qu. 21. num.38.* ea ratione, quia pœna in hoc casu imposita fuit respectu conatus cum qualitate armorum igneorum, licèt 343 *Gizzar. dec. 25. num. 10. & seq.* rigorosam existimet hanc opinionem, quando copulativè duo non concurrunt, appensatum nimirum, & facinorositas in delinquente, & contrarium substineat *Conciol. resol. crim. verb. Offensio resol.2. per tot. & verb. Statutum resol. 1. per tot.*

344 Et in terminis explodentis Sclopum contra Clericum absque eo, quòd plumbei globuli ipsum tangant, quod nec etiam incidat in excommunicationem, nisi fortè ob terrorem idem Clericus moriatur, vel exanimis cadat *Sperel. dec.20. nu.12. & Bonac. de Censur. in part. disp.2. qu.5. num.11.*

345 IV. Quando quis, in vitæ discrimine constitutus, contra suum Adversarium Sclopum exonerat, & hoc casu taliter explodens omninò excusatur, nullamque pœnam mereri advertunt *Giurb. Cons. Crimin.63. n. 17. & Cabal. resol. Crim. 88. per tot.*

346 V. Quando quis Sclopum exonerat plumbeis globulis, vulgò *Migliarini*, dumtaxat onustum, & tunc sequuta, vel non sequuta, offensione, semper est mitiganda pœna, quia cum ex communiter accidentibus ex tali explosione non soleat sequi mors, videtur cessare animus occidendi in explodente *Blanc. in Pract. Crim. §.2. num.38. & Campan. Select. resol.2. num.41.*

347 VI. Quando Sclopus onustus est solo pulvere, quo casu quamvis explodens videatur id facere ad terrorem, ut inquit *Thor. vot.26. num.13.* debet nihilominùs explodens aliqua pœna puniri, ut prosequitur idem *Thor. n.14. & seq.* ea ratione, quia potest sequi offensio in personam, ut in Festivitatibus solet sæpè contingere.

348 VII. Casus est, quando pulvis in Pelvicula Sclopi, vulgò *Focone*, tantùm ignem suscepit, sed non fuit exoneratus Sclopus, & hoc pariter casu, quia deventum fuit ad actum proximum, & explodens fecit quantum in se erat ad occidendum, intrat pœna Bannimentorum *de Ball. var. lib. 5. prag. 3. tit. de Arm. prohib. num. 1. & 2. Giurb. obser. 33. num. 1. & seqq. & Matth. de Re Crim. contr. 32. num. 23.*

349 VIII. Demum casus est, quando quis direxit Sclopum aptum, & paratum ad occidendum, animo illum exonerandi contra aliquem, sed deinde, pœnitentia ductus, illum non explosit, & istum casum non puniri pœna mortis, sed pœna vis publicæ dumtaxat, aliis adductis, probat *Mut. ad Pragm. tit. 41. de Arm. prohibit. num. 128.*

350 Curiosum inventum homicidii per insidias vide apud *Amen. de Delict. & Pœn. tit. 7. §. 5. num. 64.* ubi, quòd in quadam Italiæ Civitate fabricata fuit dolosa machina ad instar Capsulæ, quæ credebatur plena bellariis, cujus operculo affixa erat epistola, quæ nonnisi cum difficultate divelli poterat, & dum vi divellebatur, organa intus existentia dissolvebantur, & jaculabantur circumquaque plumbei globuli quàm misit Author suo Inimico, qui, prudenter ab insidiis sibi cavens, illam per famulum aperiendam curavit, & Deo protegente, nullius mors ex adstantibus evenit.

Alium similem casum referunt sequutum in Civitate Londinensi mense Decembris 1712. l'avvisi di Forlì diei 4. Januarii 1713. his verbis-- *Mandata in casa del Milorde Gran Tesoriere Conte di Oxford per la Posta una Scatola serrata con spago, e portatala in Camera, la fece aprire dal Barone Suisf, che tagliato lo spago, e perforati li lati, scoprì due Terzaroli carichi à palla, e tesi, la di cui ritenuta era attaccata ad un Spaghetto, che tendeva al Coperchio della Scatola per il disopra, e si sarebbe dismessa la ritenuta, & averebbe dato luogo all'effetto di quella Machina, mà mancò il colpo per la precauzione, con cui fù aperta.*

351 Nota hic *ex Macr. in Hierolex. verb. Zarabotana*, non satis inter Doctores constare, neque de Authore, neque de tempore, neque de loco, ubi præcisè exequtioni demandatum sit inventum illud verè Diabolicum, quod vulgò *Bombarda* appellatur, licèt *Platina in vita Urban. VI. & Raph. Volater. lib. 30. Urban. comm.* credant, à quodam Germano allatam Venetiis in obsidione Fossæ Claudiæ, vulgò *Chiozza* quod fuit circà annum 1380. & quoad Authorem *Caranz. de Re milit. lib. 3. cap. 2.* authumat, fuisse quemdam Chimicum Coloniensem, *Petrarca verò, & Robertus Valturius* relati à *Macr. ubi suprà*, asserunt fuisse Archimedem Syracusanum quod tamen impugnant *Flav. Blond. lib. 1. decad. 3. & Laur. Vall. lib. 2. Elegant. cap. 34.* ubi quòd suo tempore reperta fuit ipse tamen scripsit ejus librum anno 1434. vide *Polidor. virgil. de Invent. Rer. lib. 2. cap. 11. & lib. 30. cap. 18.* Et librum, cui titulus *Dies Caniculares tit. de artif. hum. post med. composit. à Simeone Majolo.*

352 *Ex necessitate* dicitur homicidium illud, quod ad defensionem propriæ vitæ committitur *Gloss. in cap. Sicut dignum Verb. Consilio de Homicid.* Dicitur autem ex necessitate, quia fit non dolo, aut malo animo, sed, quia aliter non potest quis periculum mortis, sibi imminentis evitare, nisi suum occidat aggressorem, proindeque in istis circumstantiis defensio nihil est aliud, quàm imminentis offensionis, & periculi mor-

353 tis propulsatio, & evitatio *D. Thom. 2. 2. qu. 64. art. 7. per tot. Salom. in leg. Ut vim, ff. de Justit. & Jur. & Panim. dec. 48. num. 5. & 12.*

354 Impunibile est hoc homicidium, incontinenti commissum, & qui illud fecit, nec etiam homicida appellari potest quia injuriam propulsare, & vim vi repellere, est de Jure naturæ, & adversùs pericula naturalis ratio se defendere per-

355 mittit, sunt verba *Textus in leg. Ut vim, ff. de Just. & Jur.* Quod autem fit lege permittente pœnam non meretur *Leg.*

356 *Gracchius, ff. Ad leg. Jul. de Adulter.* & latè *Panim. dec. 22. per tot. & adnot. 8.* ubi materiam latè examinat, & *Basilic. dec. 16. num. 29.* ubi quòd hoc procedit quando quis aliter se liberare à periculo non potest.

357 Ex hoc igitur, quòd defensio propriæ vitæ permissa sit de Jure Divino, Naturæ, Gentium, Canonico, & Civili, sequitur, quòd etiam in foro conscientiæ, & sine incursu in irregularitatem, ubique locorum, & sic etiam in loco sacro

358 unicuique generi personarum, tam scilicèt Laicis, quàm Clericis, contra cujuscumque gradus, & dignitatis personas etiam si istæ Religiosæ sint, se defendere liceat *Clem. si furiosus de Homicid.* Vide *Capisuccum cont. 22. per totum Barb. de Potest. Episc. par. 3. alleg. 51. num. 4.* ubi quòd in his circumstantiis aliquem occidens, nec etiam peccat, non tenetur ad restitutionem, minusque fit irregularis *Pignatell. consul. 80. tom. 7.* ubi refert ita decisum à Sacr. Congregatione in Januen. 23. Maii 1589. Imò, quod in his circumstantiis, si quis aggressorem non occidat, sed permittat se occidi, peccet mortaliter, eo quia sub mortali peccato quisque obligatus sit ad se defendendum, & non se defendentes, non minùs peccet, quàm, qui sibi violentas manus infert, probant

359 *Sot. de Justit. & Jur. lib. 5. quæst. 1. art. 8. Binsfeld. de Injur. & damn. dat. cap. 1. qu. 5. Concl. 7. Zanett. in defens. tripart. par. 1. num. 3. Joan. Barnsfeld. de Injur. & famos. Libell. Conclus. 6. Georg. Freivald. de necessar. defens. position. 4. apud Basilens. to. 2. par. 2. literis DD. & Basilic. dec. 16. ante finem* ubi tamen refert contrarium substinentes.

360 Non sic autem, quando quis voluntariè alium in rixa occidit, quia tunc, nedum fit irregularis, sed ab illius incursu non solet de facili concedi dispensatio, juxta laudabilem praxim Sacræ Congregationis Concilii, de qua *Cherub. in Schol. 2. Constit. 62. Pii IV. & Corrad. in Prax. dispens. lib. 5. cap. 1. num. 3. & Card. Pallavic. nell'Istor. del Concil. di Trent. lib. 12. cap. 13. nu. 12.* ubi respondendo iis, qui contrarium gratis asserunt, ait: *Chiunque si persuada, che rimanga di fatto quest'agevolezza, venghi in Roma, e cerchi dispensatione d'irregolarità per omicidio volontario insidioso, che certo muterà opinione*, & practicavit in *Panormitana Irregularitatis 26. Aprilis 1698. lib. 48. Decr. fol. 185. at.* ubi gratia petebatur post 20. annos, & eo tempore, quo Orator ad ultimam senectutem redactus erat, & *in Veliterna Irregularitatis 28. Junii 1704. lib. 54. Decret. fol. 263.* in qua agebatur de homicidio, commisso à Puero annorum duodecim cum cultro ad aptandum calamos inserviente, eo tempore, quo circa secundam noctis horam, ob quamdam festivitatem in exigua Platea accensi ignes à Populo aspiciebantur.

Gratiam concessit eadem S. Congreg. Concil. 11. *Decemb. 1694. in Triventina Irregularitatis*, & agebatur de Sacerdote, & homicidio ad sui defensionem cum moderamine inculpatæ tutelæ Aliam gratiam concessit in *Nuscana Irregularitatis 12. Aprilis 1710.* favore Clerici, ut videre est in *tom. 1. par. 2. discep. 5.*

361 Verùm tamen est, quòd quando agitur cum jam in Sacris Ordinibus constitutis, concurrente casualitate, vel alia causa, delictum minuente, eadem Sacra Congregatio Concilii non solet esse inflexibilis in dicta praxi, ut notat *Corrad. in Prax. dispens. lib. 5. cap. 1. num. 7. & seqq. & in Addition. num. 55.* & respondit *in Nullius Coropoli Irregularitatis 5. Aprilis 1704.* In qua agebatur de Ludimagistro, constituto in ordine Diaconatus, qui projiciendo ferulam adversùs impertinentem Scholarem, dum iste ictum evasit, alter puer remansit vulneratus in capite, ex quo post 25. dies obiit, rescribendo ei concedendam esse dispensationem, *ut in lib. 54. Decr. fol. 123.*

Dixi, quòd non solet de facili concedi dispensatio, quod tamen ex particularibus facti circumstantiis limitari solet, & ex speciali gratia concedi, juxta casum, pro quo deputata fuit particularis Congreg. Eminentiss. Tolomæi, Pereyræ, & Origi, quæ die 26. Julii 1723. respondit pro gratia, cujus vigore de mense Augusti ejusdem anni Orator, qui erat nobilis Bononiensis prima Tonsura initiatus fuit. Agebatur in dicto casu de Homicidio præmeditato, ab annis 25. de mandato ejusdem Oratoris, sequuto in personam Ducis Birruariorum, pro qua Gratia in præscriptum frustrà semper porrectæ fuerant preces.

Aliud habemus in hac parte exemplum f. m. Alexandri VII. qui die 6. Augusti 1658. dispensationem ab irregularitate concessit Hieronymo della Marra Neapolitano, Filio Ducis della Guardia, ad hoc, ut posset prima Tonsura insigniri, omnibusque aliis Sacris Ordinibus ordinari. Agebatur autem de Homicidiis per ejus Familiares, & à se dependentes, sequutis in personas Sacerdotis, trium Clericorum, & tredecim aliarum Personarum sæcularium, qui erant publici Crassatores.

362 Quòd si quæras hic, an filius illius, qui Presbyterum ad sui defensionem honoris causa occidit, absque Apostolica dispensatione ad minores, & Sacros Ordines valeat promoveri, Respondeo affirmativè cum *Sacr. Congreg. Concil. in Tranen. 8. Maii 1706.* in qua casus erat longè fortior, quia Pater illius, qui volebat ad minores Ordines promoveri, absolutus fuerat à Sacra Pœnitentiaria cum expresso decreto: *Quod nullus ejus filius ad minores, & Sacros Ordines promoveri posset*, quo decreto non obstante, eadem Sac. Congreg. dubio, an esset locus dispensationi, in dicto casu respondit negativè, seu *non indigere dispensatione*.

363 Neque contra aggressorem actualiter offendentem tantùm sed etiam contra eum, qui se ponit in insidiis ad effectum occiden-

cidendi, ex quibus talis immineat vitæ periculum aggresso, ut illud evitare non possit, nisi cum morte aggressoris *Farin. quæst.*125. *à num.*21. *usque ad* 29. Imò enim contra minantem mortem, & jactantem velle occidere, dummodò ille non solùm sit vindicativus, & solitus minas ex quotidiani demandare, sed etiam manu taliter promptus, ut incontinenti post verba deveniat ad facta, quia nemo, taliter insultatus, tenetur expectare se percuti, & vulnerari, nam ubi insultatio est eo modo periculosa, ibi prævenire justa defensio est *leg.*2. *Cod. Ad leg. Corn. de Sicar. Farin. qu.* 125. *num.*60. *& seqq.* ubi *num.*64. quòd hæc est communiter recepta sententia, à qua in judicando minimè recedere liceat.

364

365

366 Advertendum tamen est hìc, quòd aggressorem tunc quis impunè potest occidere, quando hoc fit cum moderamine inculpatæ tutelæ, & defensionis *Gloss. in l.*1. *Verb. Moderam. Cod. Unde, vi Alciat. præsump.*39. *n.*1. *& seq.* ubi *n.*10. quòd in dubio præsumitur illud servasse.

367

368 Ut autem hæc defensio inculpata dicatur, & facta cum moderamine defensionis, reddatque homicidium impunibile, plura requiruntur, quæ si desint, homicidium dicetur commissum sine moderamine, & per defensionem culpabilem, nec proinde erit omninò impunibile, sed pœna saltem extraordinaria dignum.

369 I. Igitur requisitum consistit in tempore, Nam defensio debet fieri incontinenti, idest in ipso actu aggressionis, & antequam aggressor, & insultatus divertant ad alios actus extraneos, *Zuff. Instit. Crim. lib.*2. *tit.*9. *lit. N.* Quòd si secus fiat non reddetur homicidium omninò impunibile, sed solùm evitabitur delicti pœna ordinaria *Farinacc. quæst.* 125. *num.*338. *& seqq. Panim. dec.*22. *adnot.* 10. *num.* 10. *& Felic. alleg.*13. *num.*21.

370

371 II. In loco, ne scilicet se defendat quis in loco arduo, & acclivi, dum alter est in loco depresso, & declivi, nam alioquin inæqualitas loci culpabit defensionem.

372 III. In genere armorum, debet enim in defensione intervenire armorum æqualitas, undè si quis alium aggreditur sine armis, non licet ei se cum armis defendere, vel si aggreditur cum ense, non licet se defendere cum hasta ferrata, vel cum alabarda, vel cum sclopo, alioquin moderamen inculpatæ tutelæ inæqualitate armorum excedi videbitur *Panim. dec.*22. *adnot.*10. *nu.*7. *& seqq.* ubi multipliciter hanc conclusionem limitat.

373 IV. In conditione personæ, nam si aggressor sit puer, vel senex, seu taliter debilitatus, ut non sit verisimile, quòd eum cum armis potuisset occidere, insultatus autem sit juvenis, & robustus, taliter quòd etiam sine armis potuisset resistere, tunc si utatur armis, & insultantem occidat, non dicetur servasse moderamen inculpatæ tutelæ *Farin. qu.* 125. *à num.*365.

374 V. In æqualitate defensionis ad offensionem, ut scilicet ab aliquo insultatus talem faciat defensionem, qualis fuit offensio, neque excedat modum, plus offendendo aggressorem, quàm ab eo fuerit offensus *Farin. quæst.*125. *num.*349. *& seqq.*

375 VI. In causa, hoc est in animo, & voluntate, ut scilicet percutiat aggressorem ex causa defendendi, non autem se ulciscendi ab Adversario, quod verificaretur quando insultatus aggressorem fugientem insequeretur, & occideret, *Farin. quæst.*125. *nu.*382. *& Pan. d.*22. *adnot.*10. *à n.*27.

376 VII. Denique in necessitate facti, ut scilicet insultatus aliter non potuerit evadere manus insultantis, quàm illum occidendo *leg. Scientiam*, §. *Si quis*, *ff. Ad leg. Aquil. & leg. In rem. ff. Ad leg. Corn. de Sicar.* Non obstante, quòd potuerit aufugere in principio rixæ, nam nemo hoc facere tenetur, sive sit rusticus, & ignobilis, sive miles, & persona nobilis, ut de communi testatur *Farin. d. quæst.*225. *à nu.*221

377 Quæ tamen vera sunt in foro Civili, & externo, nam de Jure Canonico, & in foro conscientiæ quilibet, sive laicus sive clericus, & sive nobilis, sive miles, quando per fugam periculum vitæ potest evadere, aggressorem suum impunè occidere non potest, & ab hac limitatione non esse recedendum, benè probat *Farin. quæst.*128. *num.* 131. *&* 136. *Barbos. de Potest. Episcop. part.* 3. *alleg.* 51. *num.* 5. ubi quòd hæc fortiùs procedunt in Religiosis, vel Ecclesiasticis inferioris notæ, quibus fuga nullatenus est ignominiosa. *Et sancivit f. m. Innoc. XI.* 2. *Martii* 1679. *proposit.*3. in qua damnavit hanc propositione *Fas est viro honorato occidere invasorem, qui nititur calumniam inferre, si aliter hæc ignominia vitari nequit. Idem quoque dicendum si quis impingat alapam, vel fuste percutiat, & post impactam alapam, vel ictum fustis fugiat.*

378

379 In summa igitur, si quis occidat aggressorem suum in continenti, in loco congruo, non cum majoritate armorum, cum æqualitate defensionis, animo se defendendi, quando aliter periculum propriæ vitæ evitare non potest, tunc cum moderamine inculpatæ defensionis occidisse intelligitur, & nulla prorsus pœna, sive temporali, sive spirituali dignus reputabitur; Sed quia hæ cautelæ, & conditiones valdè periculosæ, & vix practicabiles sunt, ut benè observat *Salamon in leg. Ut vim à num.*6. *usque ad* 10. *ff. de Just. & Jur.* ideo idem *Salamon* ibidem *& Farinacc. quæst.* 125. *num.*351. *& seqq.* benè asserunt, quòd hoc moderamen intelligatur adesse, etiam si non interveniat æqualitas loci. Quis enim suadere potest, quod si ego permaneo in loco arduo, & acclivi, aggressor autem in loco declivi, & humili, debeam ego ad plana descendere, ne loci inæqualitas culpet defensionem? Item quamvis non interveniat paritas armorum; Quis enim sani consilii unquam dixerit, quòd si aggressor pugione me invadat, ego ensem, quem apud me habeo, stringere non possim, ne tutela longiori telo facta reddatur culpabilis? Et demum quamvis defensio non sit æqualis ad offensionem, seu excessiva, Quis enim in rixa positus, tam accuratè, & subtiliter observare poterit ictuum, & percussionum proportionatam, & correspondentem repercussionem; Insultatus siquidem non habet in manu stateram, qua hæc subtilia, & minuta defensionis momenta ponderet, & sic percussiones det ad mensuram, ut benè observat *Vical. in Clem.* 2. *num.*34. *vers. Sed non est judaizandam de Homicid. Ciazz. ad defens. Reor. discept.*26. *num.*16. & meliùs, atque latiùs *Panim. dec.*22 *adnot.*10. *&* 11. *per tot. & Zaul. tom.* 1. *lib.*4. *rubr.*12. *num.*15. ubi refert carmina illa *Torquati Tassi nella Gierusald. liber. cant.*5. *ott.*57.

380

Chi è, che meta à giust'ira prescriva?
Chi contra i colpi, e la dovuta offesa,
Mentr' arde la tenzon, misura, e pesa?

381 Igitur cum eodem *Salomonio* concludendo dicimus, quòd si natura docet, & permittit, vim illatam propellere, nec præscribit, quo armorum genere, & qualiter repellenda sit ideo quoquomodo propelli poterit, licebit propellere, Id quod clarè ostendit citata lex *Ut vim*, *ff. de Just. & Jur.* ibi *quod quisque ob tutelam corporis sui fecerit, jure fecisse existimatur.* In his enim verbis nihil excipitur, quod ad defensionem propriæ vitæ prodesse potest, in omnem vero casum excessus in his casibus nunquam pœna ordinaria, sed extraordinaria, & mitiori puniendus est *Panim. decis.*22. *adnot.*11. *per tot.*

382

383 Sicuti autem licitum est pro defensione propriæ vitæ alium impunè occidere, ita etiam pro defensione aliorum multorum, quæ ad ipsam pertinent, &

384 I. Pro defensione sui honoris, puta ad propulsandum adulterium cum propria uxore commissum, vel stuprum illatum filiabus suis, aut sororibus, aliisque consanguineis, & affinibus; Si quis enim talem, similia facientem, occiderit, violatam castitatem vindicare, & ad sui defensam fecisse dicitur *leg.* 1. §. *ff. Ad leg. Cornel. de Sicar. Harprecht. in*, §. *Item lex Cornelia num.* 171. *Instit. de Public. judic. Panim. dec.*86. *num.*6. *& seqq. Mart. vot.*206. *nu.* 3. Absque ulla necessitate præmittendi protestationem illam contra adulterum, de quo suspicatur vir, nè ampliùs loquatur, & converset cum uxore, quam sub nomine *Martini de Cornigliano* per extensum registravit *Nevizzan. in Sylv. nupt. lib.* 1. *ver. Non est nubendum num.* 102. *fol.* 67. Judices siquidem dum mariti accusant uxores adulteras solent illos deridere, ut observant *Castrens. cons.*277. *sub num.*3. *lib.*2. *Menoch. de Arbitr. cas.*298. *num.*26. *& Novar. in Summ. Bullar. comm.*72. *num.*81. *versic. Unde meritò Farin. qu.*145. *num.*44. *cum seq.* Atque honoris causa æquiparatur vitæ *leg. Justa*, *ff. de Manum. vindict.* Imò ab honestis hominibus plusquàm vita diligitur, vitæque anteponitur *leg. Just. quidem*, §. *Quod si dederis*, *ff. de Eo quod met. caus. D. Paul. epist.*1. *ad Corinth. cap.*9. -- *Expedit mihi magis mori, quam ut gloriam meam quis evacuet. Div. Ambros. lib.*3. *Offic. cap.*4. *Quis enim vitium Corporis, aut Patrimonii damnum non levius durat vitio animi, & existimationis dispendii? Marc. Tull. philippi c.*3. -- *Ad decus & libertatem nati sumus, aut hæc teneamus, aut cum Dignitate moriamur Trullenck. in Decalog. lib.*5. *cap.*4. *dub.*5 *Ursell. conclus.*59. *num.*63. *Vidal. Cas. Consc. tit. de Just. defens. inquis.* 1. *num.*44. *& seqq. Barbos. de Ep. part.*3. *alleg.*51. *num.*7. *& Concsol. Resol. Crim. verb. Defensio res.*6. *per totum.*

385

386

387

388 Quæ omnia vera sunt de Jure Civili in casu, quo pater, vel mari-

maritus ex improviso, & absque intervallo aliquo, ex animi deliberatione occidant filiam, vel uxorem in adulterio deprehensam, juxta Textum in *leg. Quod ait, ff. ad leg. Jul. de Adulter. Farin. q. 121. n. 105. & Rayn. tom. 1. cap. 2. §. 4.* 389 *n. 155.* Secus autem si id faciant ex intervallo, tunc enim intrat pœna ordinaria, ut probat *Gomez. ad leg. Taur. 82. num. 58. §. Item quia Gaill. pract. observ. lib. 2. observat. 101. num. 5. Bellon. de Potest. eor. quæ incont. fiunt cap. 65. nu. 17. Mart. vot. 306. n. 5. & 6. & Rayn. ubi supra n. 156.* Præcipuè si homicidium sequatur cum assassinio, vel alia qualitate aggravante, puta cum Conventicula hominum armatorum, *ut practicatum fuit in Urbe anno 1697.* cum G. F. nobili Aretino, qui honoris causa socrum, socerum, & uxorem miserè trucidavit, fuit enim capite punitus, ejusque socii furca suspensi. Non desunt tamen Doctores inclinantes in contrariam opinionem, vel saltem, quòd ex Principis benignitate sperare liceat pœnæ ordinariæ remissionem, eo quia 390 honor semper cor premit, ut videre est apud *Giurb. cons. 80. Gizzarell. dec. 18. & Matth. de Re Crim. cont. 12. n. 7. & 21.* Dixi *de Jure Civili*, nam Jure Canonico attento, nunquam 391 impunita est occisio, facta à Patre, seu marito *Lancell. de Compar. utriusq. Jur. fol. 74. Abrutius de mod. proced. summ. par. 2. c. 2. n. 80. & Montic. de patr. potest. c. 1. n. 25.* Semperque 392 cum peccato mortali practicatur, ut observat *Clar. in Prax. §. Homicidium n. 50.* & sancivit *s. m. Alex. VII. 24. Septembris 1665. propos. 19.*

Nota hic quòd Maritus non fit infamis ex inhonestate uxoris, cujus facta ignorat, eisque consensum non præstat, *Rot. dec. 642. n. 15. par. 19. rec.* ubi conclusionem ampliat etiam in filio, & in Marito retinente uxorem in adulterio deprehensam.

393 II. Pro defensione proprii Officii, & Dignitatis, *Farin. q. 125. num. 43.*

394 III. Pro defensione propriarum rerum *Gloss. in l. Ut vim verb. Nam jure, ff. de Just. & jur. Farin. q. 125. n. 168. Conciol. Resol. Crim. ver. Defensio resol. 5. per tot. Panim. dec. 22. adnot. 8. n. 2. & Barbos. alleg. 51. n. 6. par. 3.* ea ratione, quia bo- 395 na sunt media ordinata ad conservationem vitæ, dummodo agatur de illis, quæ actu possidemus, sintque valoris considerabilis, non autem de illis, ad quæ inchoatum Jus habemus, & quæ Nos possessuros speramus, *ut sancivit s. m. Innoc. XI. 2. Martii 1676. proposit. 31. & 32.*

396 Quia verò regulariter nostræ res defenduntur à nobis contra fures, raptores, aliosque violentos invasores, ideo pro plena intelligentia distinguendum est, quòd, vel loquimur de fure diurno, vel de nocturno. Si de diurno, & tunc si est cognitus fur, non potest impunè occidi pro sola defensione rerum, *Far. q. 145. n. 152. & 153.* ubi *n. 257. & 269.* illam assignat congruam rationem, quòd in hoc casu cùm fur supponatur cognitus, possunt res furatæ aliter recuperari, quam mediante occisione; Scilicet per viam Juris, adeundo Judicem, & curando, ut fur apprehendatur; Si verò te- 397 lo se defendat, nec potest res furata aliter à Domino defendi, & recuperari, quam occidendo, impunè occidi poterit, juxta *Text. in leg. Itaque, §. lex, ff. ad leg. Aquil.* Si est fur non cognitus, & tunc, sive telo se defendat, sive non, si res furata aliter recuperari nequit, impunè occidi poterit, ut de magis communi testatur, *Farin. quæst. 125. n. 254. & seqq.* Si de fure nocturno, & tunc, vel iste est cognitus, puta quia luminibus in domo existentibus, fuit à domesticis visus, adsuntque alii Testes idonei, & cum possit agi per viam 398 juris, non potest impunè occidi *Farin. q. 125. n. 264.* Si verò est incognitus, & tunc, sive telo se defendat, sive non, semper impune occidi poterit juxta *Text. in l. Itaque* ibi *Lex 12. Tab. furem noctu deprehensum occidere permittit, ff. ad leg. Aquil.* & adducta Doctorum caterva, multisque rationibus probant, *Farin. quæst. 125. num. 199. Ciazz. ad defens. Reor. discept. 26. n. 20.* ubi quòd ab hac opinione in judicando, & consulendo recedendum non est, *Rayn. tom. 2. cap. 14. §. 13. n. 3. & Struv. de Vindict. privat. c. 4. aphor. 10. per tot.*

399 IV. Denique pro defensione vitæ multarum aliarum personarum, *Gloss. in l. Ut vim verb. Nam Jure, ff. de Just. & jur.* Nempe pro defensione vitæ filii id permissum est Patri, & è 400 contra, & fratri pro defensione vitæ fratris, marito pro defensione vitæ uxoris, & è contra, & demum nedum cuilibet consanguineo pro defensione vitæ alterius consanguinei, ut probant *Farin. q. 125. n. 281. & seqq. Cont. disc. for. c. 74. n. 5. & seqq. & Zaul. t. 1. l. 4. rub. 12. n. 4.* Sed etiam pro 401 defensione vitæ proximi; In foro etenim conscientiæ quilibet tenetur, cum moderamine inculpatæ tutelæ vitam proximi defendere, etiam cum occisione injusti aggressoris, quando illa aliter defendi non potest, ut benè probat, *Barb. de pot. Ep. par. 3. alleg. 51. nu. 8.* ubi *nu. 9.* quòd huic propositioni non contradicit factum D. N. Jesu Christi *Matth. 26.* quia ibidem non damnavit defensionem proximi justam, sed injustam, qualis erat illa, dum D. Petrus, non ad defensionem, sed per speciem vindictæ operabatur, eratque contra Divinam ordinationem Patris, volentis, ut Filius iniquam illam vim humiliter substineret, quæ omnia latiùs prosequitur, *D. Augustin. tract. 112. in Joan. & Panim. dec. 22. n. 3.* ubi quòd defensio permissa etiam est pro extra- 402 neo, & incognito, quia vim faciens tertio, illam Reipublicæ fecisse dicitur, illamque proinde unicuique propulsare permittitur, & latè *Conciol. resol. Crim. verb. Defensio resol. 7. per tot.* An autem permissa sit defensio filiis, & schola- 403 ribus contra Parentes, vel magistros illos verberantes, Respondeo negativè, Isti enim impunè possunt eos verberare, ubi autem offensio est licita, ibi defensio est prohibita *Pasch.* 404 *de Patr. potest. par. 3. cap. 4. num. 7. Farin. q. 125. num. 117. & Conciol. resol. Crim. verb. Defensio resol. 8. per tot.* ubi *nu. 7.* id limitat in solo casu, quo id facerent immoderatè, atrociter, & animo occidendi, quod observant etiam, *de Rub. de valid. legal. cap. 41. nu. 96. Cartar. de Exequut. sent. capt. bann. in præfat. nu. 11. & 12. Guazzin. ad defens. Reor. defens. 29. cap. 4. n. 16.* & latè *Zaul. t. 1. lib. 4. rubr. 80. n. 1. & seqq.*

Quomodo autem, & à quo probanda sit in his casibus de- 405 fensio latè discurrit, *Pan. dec. 22. adnot. 9. per tot.*

Ex culpa, seu culposum homicidium dicitur illud, quod ab 406 occidente committitur sine dolo, atque animo, & voluntate occidendi, & sic distinguitur ab homicidio cum dolo, tam simplici, quàm deliberato, in quibus occidendi animus intervenit, de quo homicidio culpabili loquitur *Text. in leg. 1. §. Divus. ff. ad leg. Corn. de Sic.* ibi *Si non occidendi animo hoc admiserit, absolvi posse*, ubi *Gloss. verb. Absolvi* declarat, quod non debet sequi absolutio ab omni pœna, sed solùm à pœna ordinaria. Hujus homicidii culpabilis exempla tria poni solent. I. In eo, qui, se defendendi 407 causa, lapidem in Titium mittit, & non illum, sed Cajum prætereuntem percutit, & occidit; Tunc enim in occidente consideratur culpa, eo quia cautiùs lapidem projicere debebat, & de hoc est casus *in leg. Scientiam, §. Sed sunt* 408 *ff. ad leg. Aquil.* II. In eo, qui, ab alto loco se præcipitans, cadit inconsultò super alium ibi existentem, de quo est *Text. in leg. In lege Cornelia, ff. ad leg. Corn. de Sic.* III. Est in eo, qui putando arborem propè Viam publicam, & commu- 409 nem, ramum dejiciens, non proclamat admonendo, & transeuntem percutit, & occidit, de quo est *Text. in cit. leg. In lege Cornelia, & in leg. Si putator, ff. ad l. Aquil.* cum aliis apud *Farin. qu. 126. n. 21. & seqq.* ubi alia ponit exempla. Idemque dicendum est de Cæmentariis, si domus recta 410 pullendo, transeuntes per viam occidant, vel vulnerent, nisi apponant aliquid pensile, ut quotidie practicari videmus ad reddendos cautos pertranseuntes.

Inter quæ reponi possunt illa, quæ nimis frequenter com- 411 mittunt Rhedarii, nostris temporibus adeò insolentes, ut pœnas exasperandas omnes exclament, sed usque adhuc in vanum. In casu tamen contingentia pro modo culpæ puniendos observant, *Caball. de Om. gen. Homic. nu. 190. & seqq. de Angel. de Delict. par. 2. c. 40. à n. 13. Sabell. in Prax. univers. Verb. Cocchieri n. 3.* ubi distinguit, quòd si homicidium sequatur cum rotis anterioribus Rhedæ, sit graviùs puniendum, quàm si sequatur cum posterioribus, nisi ejusdem negligentia, & culpa aliter suadeant, & *Zaul. tom. 1. lib. 4.* 412 *rub. 67. n. 4. & seqq.* ubi quòd temeritas aurigarum Neapoli refrenata fuit à March. Carpil Prorege, mediante condemnatione ad Triremes unius ex eisdem, nulla habita ratione Domini, cui inserviebat, ex quo talem timorem conceperunt alii, ut magna deinde coleretur urbanitas ab hujusmodi 413 genere personarum, alioquin inurbanitatem profitentium utpotè cum Belluis continuò conversantium, Quod utinam in aliis magnis Civitatibus practicaretur, Non evenirent siquidem tot miserabilium cædes, & incommoda, minusque illorum Domini, ut plurimum in illis anfractibus, & quæstionibus reperirentur implicati, à quibus non de facili, minusque absque impensis, & Magnatum operationibus tandem liberantur.

An autem ad emendationem damni, facti per aurigam 414 teneatur Dominus, affirmativè respondent *Xamar. Rer. judic. par. 1. dec. 47. & Pacichel. de Distant. c. 6. membr. 9. n. 23.* si malam fecerit electionem, aut per locum angustum equos instigare fecerit, quo casu Dominus tenetur civiliter, auriga verò criminaliter, Secùs autem si non do- 415 ceatur

ceatur de mala electione aurigæ, latè *Rayn. tom. 3. cap. 25. suppl. 1. per tot.* ubi, quòd casus iste evenit de anno 1691. & ita judicavit, imò excusavit etiam aurigam, quia id evenit quando descenderat ad urinandum, & equi erant mansueti, nec ulla alia vice in fugam se dederant, inferendo exinde 416 bonam fidem aurigæ, in cujus favorem militabat assertio *Thom. de Nox. Animal. c. 3. n. 97. & seqq.* quòd non quodvis factum culpa sit in his terminis, sed requiratur imprudentia in operando, vel aliquid, quod non jure factum sit, & *Jacob. Aurelian. in Frax. libelland. rub. 149. num. 6.* qui ponit casum in eo, qui palpavit mulum suaviter in costis, & dicit non portare culpam, quia palpavit in loco solito modò mulus non fuerit solitus aliàs recalcitrare, & vitium ignoraverit qui palpavit.

417 Quòd si ulteriùs quæras hìc, quæ nam ex duabus Rhedis, seu Plaustris, cedere debeat alteri locum in via, quæ ambas non capit, Respondeo, quòd illa debet præcedere, quæ prior eamdem viam intravit, præcipuè si exclamavit, & Rhedarium alterius admonuit, nè intraret *Gloss. in leg. 2. verb. Ad obtinendum, ff. ne quid in loc. public.* cum aliis apud *Cyriac. controv. 274. num. 16. & seqq. Nepet. ad Consuetud.* 418 *Catan. tit. 67. num. 5. & Rayn. tom. 3. cap. 25. num. 4.* Si autem eodem tempore eamdem viam ingressæ sunt, est distinguendum, nam, Vel una est Rheda, & aliud Plaustrum vulgo *Carrettone*, quod scilicèt cum ingentibus rotis ob velociorem motum, ac magis facilem eundi aptitudinem *ab eximio Viro Michaële Angelo Bonarota* inventum fertur, de cujus laudibus aliqua dicit *Decian. in Apolog. impress. post 3. volum. respons. cap. 12. num. 10.* ubi quòd habetur pro Prin- 419 cipe Pictorum, Sculptorum, & Architectorum, & illud cedere debet Rhedis; Aut ambo sunt Rhedæ, & est subdi- 420 stinguendum, nam, aut illæ sunt privatorum Dominorum, vel conductitiæ, vulgo à *Vettura*. Si una est conductitia, hæc cedere debet locum alteri privati Domini; si ambo sunt privatorum Dominorum, vel conductitiæ ambo; tunc onustæ cedere debet locum vacua: Quòd si ambo sint onustæ, tunc, aut una est onusta rebus fiscalibus, dotalibus, vel pupillaribus, & ista est præferenda *Jo. le Cerier. de Primog. l. 1. q. 9.* sub *n. 4.* Aut verò in una reperiuntur Mulieres, & præcipuè nobiles, *vulgo Dame*, & istæ nemini lo- 421 cum cedunt, quæ sunt adeò vera, ut licèt in occursu magnorum virorum, & Principum sistere soleant Rhedæ, in quibus reperiuntur viri, donec iidem pertranseant, si in iisdem reperiantur cum uxoribus insimul viri, nullatenus id practicetur, sed viri gaudent prætogativa uxorum, & eximuntur à d. onere, ut in Urbe experientia notum est, & observant *Grati. discept. 284. n. 59. & Lagun. de Fructib. par. 1. c. 30. n. 79.* Aut demum ambæ sunt onustæ iisdem rebus, vel 422 similibus personis, vel ambo vacuæ, & locus erit gratificationi, vel sorti *Gloss. in d. leg. 2. verb. ad obtinendum, ff. ne quid in loco public. Cassan. in Cathal. glor. Mund. p. 12. consid. 98. Cyriac. contr. 274. n. 17. & seqq. Themund. dec. 49. n. 19. & seqq. Pacichell. de Distant. c. 6. membr. 9. n. 20.* cum aliis latè perpensis *à Zanl. t. 1. l. 4. rub. 67. per tot. & a Get. Feltmann. in speciali Tr. de Vehicul. sibi obviis.*

423 Si verò via capax est ambarum rhedarum, tunc unaquæque tenere solet manum dexteram, hoc enim pacto nemo perdit de suo, nec usurpat de alieno, ut advertit, *Cyriac. d. contr. 274. n. 20.* ubi tamen, quòd id non practicatur Romæ, ubi rhedæ sibi obviantes tenent manum sinistram, ea 424 ratione quia ibidem abundant negotia, & Curiales, qui sunt in primo loco in manu dextera evadunt viciniores, & utriusque dexteræ junguntur, ob majorem commoditatem, nedum obsequiorum, sed etiam negotiorum tractandorum secretò ab aliis in eadem rheda existentibus, quam congruentiam adducit etiam *Pacichell. de Dist. cap. 6. membr. 9. num. 23.*

425 Inter homicidia pariter culposa enumeratur illud commissum ab uno ex corrixantibus in eum, qui se interposuit ad dimidiandum *Plach. in Epitom. delictor. c. 28. n. 27. Rayn. to. 1. ad c. 6. supplet. 1. per tot.* ubi quòd proinde reus puniri debet 426 pœna extraordinaria, quod admittit etiam *Carrer. in Prax. Crim. §. Homicidii autem q. 3. n. 60. & seqq.*

427 *Ex casu* dicitur homicidium illud, in quo, neque animus occidendi, neque culpa ulla intercessit, eo quòd illud committens dabat operam rei licitæ, *§. injuria Instit. de leg. Aquil.* Vel juxta definitionem *Jacob. de Agrer. de Homicid. par. 3. n. 1.* casuale homicidium illud est, *quod casu fortuito, & præter intentionem committentis, & causam dantis, con-* 428 *contingit.* Hujus homicidii exempla quinque poni solent I. In eo, qui equitans dum equus habenis non obtemperat, sed præter sessoris arbitrium saltibus lascivit, cœpit cum calcaribus stimulare, non potuit illum retinere, quia fracto fræno, suoque arbitrio relictus, incidit in transeuntem, illumque in terram projiciens, occidit, juxta *Text. in c. Dilectus, & in cap. Significasti de Homic.* Nisi tamen equitans scivisset vitium equi, quòd scilicet esset effrenatus, & indocilis, nam tunc homicidium esset culpabile, ut communiter observant *Canonistæ in cit. capit.* II. Ponitur in laico venatore, qui inter venandum telum, vel globum igneum in feram mittens, occidat hominem absconditum, nec prævisum, de quo in *leg. Respiciendus, §. Delinquunt, ff. de Pœn.* & observat *Farin. q. 126. n. 26.* ubi exemplum hoc aliis casibus declarat, & illustrat III. Exemplum est in eo, qui colluctatione, vel ludo aliquo permisso, puta *Giostra*, vel simili, ludens cum alio, & observans leges ludi, nec studiosè aliquid faciens contra legem, & naturam ejusdem ludi, alium secum ludentem percutit, & occidit *Farin. q. 126. n. 31.* juxta casum Henrici II. Galliarum Regis in Equestri certamine oc- 429 cisi à Gabriele, Mongomerii Comite, referentibus, *Caferr. in Synthem. vetust. die 10. Julii, & P. Segn. nel Christ. instr. par. 3. ragion. 25. n. 23.* ubi quòd attento periculo, aliàs superato, non semel Regina ejus uxor, quæ erat una ex spectatricibus, misit ad illum rogandum, ut desisteret, cui ultima vice respondit, *Encore une fois, e das d'avantage*, hoc est *Adhuc semel, & non amplius*, & *Card. Pallavicin. in Histor. Conciol. Trid. lib. 14. c. 9. n. 1.* ubi quòd *Il Conte non ricevette altra pena da questo fatto se non quello di venire additato perpetuamente per uccisore, benchè involontario, del suo Prencipe, ma in processo di lungo tempo avvenne quasi per fato, ch'egli incorso in volontario delitto pur di lesa maestà, ricevesse ignominiosamente la morte dal manigoldo* — Attento autem periculo, quòd versatur in hujusmodi ludo, seu col- 430 luctatione, famosum est dictum Solimani, immanissimi Turcarum Tyranni, quòd scilicet ad præliandum seriò, est parum, ad jocosè operandum, multum. IV. Est in Milite, 431 qui dum jaculis ludit, & exercitatur in loco ad exercitium armorum deputato, sagitta, vel simili instrumento aliquem occidit juxta *Text. in §. Injuriarum Instit. ad leg. Aquil. & leg. Item si §. final ff. eodem* V. Demum est in Clerico, qui dum 432 pulsat campanam, ut Populus ad Divina officia congregetur, cadente tintinnabulo, transeuntem percutit, & occidit juxta *Text. in cap. Joannes de Homicid.* & considerando omnes supra expressos casus observant, *Caball. de omn. gener. homicid. n. 144. & seqq. & Conciol. resol. Crim. verb. Homicidium res. 4. n. 7.* Quibus addi potest aliud, relatum *a P. Segner. nel Christ. instr. par. 3. ragion. 17. n. 10.* his verbis — 433 *Vicino alla Città di Spruck nella Germania un Cavaliere uscito fuori a combattere, nel furor della mischia ammazzò per errore il suo medemo Padre, creduto da lui uno degl' Avversarii, ma indi a poco accortosi dell'abbaglio nel vedere quel cadavero steso a terra, concepì tal contristamento, che di puro dolore se ne morì, appoggiato come egli era a quell'asta medesima, con cui, benchè non volendo, aveva data morte a chi gli avea data la vita, & ora nella stessa Città presso li PP. di S. Francesco si vede in bronzo l'effigie di questo nobile Figliuolo, appoggiato alla sua lancia, in atto si compassionevole, che par più tosto moribondo, che morto.*

434 Ex his sequitur, quòd non dicatur casuale homicidium illud, quod committitur à Titio volente occidere Cajum, si ex alio accidenti Mevium occidat, & consequenter tale homicidium ordinaria pœna plectendum est, ut latissimè materia discussa, probat *Basil. dec. 16. per tot.* ubi *n. 12. in fine* refert, ita exequutum anno 1640. & respondet, & respectivè reprobat contrarium sentientes: Non sic autem dicendum si quis, volens occidere hominem, occidat animal, ut detestando tamquam barbaram sententiam illorum Judicum, qui 435 anno 1565. Stugdardiæ mandarunt, ultimo supplicio plecti Juvenem, volentem bombarda occidere hominem, & equum per errorem occidit, probat *Basil. d. dec. 16. n. 23.* & ratio est quia *Lex Corn. de Sicariis*, puniens homicidium consideravit hominis cædem, non autem animalis.

436 Notandum est hìc, quòd occidens aliquem in ludo, vel colluctatione ab usu, vel consuetudine alicujus Civitatis permissa, si deficiat dolus, puniri non potest, quia consuetudo illum excusat juxta *Text. in leg. Qua actione, §. Si in colluctatione, ff. ad leg. Aquil.* & de occidente in ludo pugnorum permisso in Civitate Eugubii *Decian. cons. 9. n. 4. & seq. Conciol. resol. crimin. verb. Occisio resolut. 7. nu. 1.* Et de homicidio commisso in exercitatione cum ense, vulgo *Scherma Gurb. cons. 51. n. 11. & seqq.*

437 *Ex impetu* denique *furoris* homicidium dicitur commissum, quando ab eo, qui sanæ mentis, non est, patratur (nam homicidium commissum dolo, culpa, vel casu non haber

bet locum, nisi in homine mentis compote) cùm scilicet rabie, & agitatione furoris concitatis, quis sibi metipsi violentas manus infert, vel præcipitem emittit, ut in *leg. 2. Cod. qui Test. fac. poss. & leg. Divus Marcus, ff. de Offic. Præsid.* Isti autem diligentissimè custodiendi sunt, vel vinculis tradendi, non solùm ad hoc, ut contra se ipsos perniciosa non moliantur, sed etiam ne aliis quoque exitio sint, ut (438) ultimo loco evenit cum nobili Romano, in Ecclesiastica dignitate constituto, qui duos vulneravit famulos, quorum unus paulò post occubuit.

(439) Ad istud homicidii genus pertinere videntur ea, quæ à similibus personis committuntur, &

(440) I. Ab eo, qui impatientia vehementis doloris, vel malæ valetudinis, vel tedio vitæ, vel furore æris alieni, vel ebrietate, sibi ipsi violentas manus infert, ut in *leg. Si quis Filio, §. Ejus, ff. de Injust. rupt. & irrit. fact. test. leg. 3. §. Si quis, ff. de Bon. eor. qui ant. sent. &c. & in leg. Omne delictum, §. Si quis, & §. Per vinum, ff. de Re militar.*

(441) II. Ab eo, qui amoris furore correptus, & agitatus, se ipsum interfecit *cit. leg. Omne delictum d. §. Per vinum, aut lasciviam*. Iste enim in *leg. 1. C. de S. C. Claud. tollen.* dicitur infœlici cupidine captus, ubi *Gloss. Verb. Capta* observat, quòd habet sua tela cupido, quodque spicula figit amor, Imo furere etiam dicitur, cùm nihil sit amoris furore vehementius, ut legitur in (442) *§. Novimus*, ibique *Gloss. verb. Vehementius Auth. Quib. mod. natur. effic. legit.* & novissimè observavit, *Rota in Senegal. 13. Junii 1697. §. Et profectò, & §. seq. coram Reverendiss. Molines*, ubi, quòd Jura amorem immoderatum, nedum æquiparant phrenesi, sed positivum furorem, & insaniam appellant quodque amantes ad (443) instar miserabilium personarum arceantur à testimonio ferendo, non puniuntur si delinquant, contrahere prohibentur, & uno verbo, omnia ea, quæ de Jure in amentibus disponuntur, locum habent in amantibus, quam decisionem declarat, *Bert. vot. dec. 127. per tot.* & sequitur *Ansald. in Addit. ad dec. 77. n. 18.*

(444) III. Ab eo, qui dolore filii amissi suis manibus se occidit, ut in *leg. final. §. Si quis, ff. de Bon. eor. qui ante senten. &c.* (445) de quorum numero, omissis aliis relatis per *Decian. lib. 9. cap. 2. num. 18.* ex nostris antiquis Juris Prudentibus fuerunt Nerva Coccejus teste *Tacit. lib. 5. Annal.* & Labeo Pater Antusii Labeonis, referente *Appiano lib. 4. de Bell. Civil.* Li(446)cèt autem omnes isti, qui voluntariè citatis modis se occidunt, malè agant, & pro malis hominibus de Jure reputentur, *l. Cum autem, §. Excipitur il 2. ff. de Edilitio edict.* (447) Qui enim sibi ipsi non pepercit, multò minùs aliis parceret, ut dicitur in *leg. final, §. Si quis, ff. de Bon. eor. qui ante sent. &c.* Excusantur tamen, & contra eos procedi non potest ad pœnas juxta *Tex. in leg. Omne delictum, §. Qui se, ff. de Re milit.* ibi *ut si impatientia doloris, aut tedio vitæ, aut morbo, aut furore, aut pudore, mori maluerit, non animadvertatur in eum, sed ignominia mittatur.*

(448) Ante explicationem pœnarum homicidii notandum est, quod si illud commissum reperiatur in domo alicujus, præsumptio est contra Dominum ejusdem domus, quod illud commiserit *Gramm. vot. 24. in princ. & Conciol. ref. Crimin. verb. Homicidium ref. 13.* ubi multipliciter ampliat, & limitat hanc conclusionem, & *resol. 14.* probat, idem esse si mortuus reperiatur prope domum alicujus, quia à domino pariter domus occisus præsumitur, quod firmant etiam (449) *Caball. Resol. Crim. cas. 230. num. 34. & Farin. quæst. 52. num. 120.* Si autem cadaver occisi non cognoscatur, vel quia erat advena, vel ex aliis accidentibus, tunc poni solet in Plateis, & aliis publicis locis ad hoc, ut reperiantur il(450)lum cognoscentes, ut observat *Pellegr. in Prax. Crim. par. 4. sect. 1. num. 39.* ubi quòd ita servatur in Urbe, & *Cosp. nel Giud. Crim. par. 3. cap. 26. num. 2.* ubi quòd tempore Pauli (451) V. Curia ex hac expositione, facta in Platea Agonali, nedum devenit in cognitionem occisi, sed etiam occisorum, quia Albergator quidam, nedum dixit, se cognoscere occisum, qui habitabat in ejus domo, sed etiam duos alios, cum quibus d. die exivit, & isti paulò post redierant ad accipienda eorum mobilia, discedendo à suis *Camere Locande*, & de aliis Locis advertunt *Caval. de Brach. Reg. par. 1. n. 197. & Boss. Prax. tit. de Delict. n. 33.*

(452) Neque debent Judices esse nimium solliciti in dando sepulturam cadaveribus, de quorum morte non sunt certi, sed per integrum diem tenere illum insepultum, ultra alias advertentias, de quibus *Cosp. nel Giud. Crim. par. 2. c. 16. in fin.* ubi refert casum *del famoso Dottore Scoto, il quale sepellito, e pochi giorni doppo aperto il sepolcro, fu trovato attaccato con le mani al coperchio; & il suo corpo in altra positura, che non era stato posto*, vide *Nicol. in floscul. V. Mors. nu. 2. Jul. Lavor. rier. lucubrat tit. 2. c. 1. n. 44. & Zacch. quæst. medic. leg. lib. 4. tit. 1. q. 11. n. 37.*

De eodem doctissimo, & Sanctissimo Viro hæc scripta reliquit *Platina in vita Leonis IV. f. mihi 160. at. Scrivono alcuni essere stato in questo tempo Giovanni Scoto, uomo nelle cose divine dottissimo, il quale andato in Francia di commandamento di Lodovico le traduffe di Greco in Latino la Gerarchia del B. Dionisio, nè molto doppo (come dicono) ferito da Scolari con un Stilo mori, la cagione di tanta scelleraggine non si ritrova.* — Aliosque casus referunt (453) *Rejes Franc. in Elis. Jun. q. camp. q. 79. n. 10. & seqq. Schenk. Observat. medic. lib. 2. de Suffocat. verb. Laqueo observat. 1. Arnald. de Apoplexia Matt. de Can. Sanctor. par. 3. c. 10. per tot. Zacch. q. Medicolegal. lib. 4. tit. 1. q. ultima à n. 27. usque ad fin.* ubi *n. 3. ex Diomed. Cornario lib. 15. Histor.* loquitur de quadam illustri fœmina Hispana ex familia D. Francisci Lasso, (454) quæ postquam triduo cum mortis agone colluctaverat, existimantibus consanguineis expirasse, corpus in destinatum sepulturæ locum deportarunt, sed, monumento post aliquot menses aperto, cadaver inventum fuit cum infante mortuo in brachio dextro, ex quo gravida erat, & circa tempus partus, quando tamquam mortua sepulta fuit.

(455) Nota secundò, quòd si cadaver repertum fuerit in aqua, ad cognoscendum, an ille vivus homo fuerit projectus, vel ceciderit, seu potiùs ipsum cadaver mortuum, observanda est quantitas aquæ, qua cadaver repletum est, si enim illa magna est, tunc dicendum est, fuisse vivum projectum, secus è contra, & rationem adducit, *Cosp. nel Giudic. Criminal. par. 3. cap. 27. n. 3.* quia (456) *mentre uno si trova sotto l'acqua vivo, nel voler respirare, assorbisce gran copia d'acqua, che quando è gettato nell'acqua morto, l'acqua riempie solo quel vacuo, che naturalmente ritrova senza fare alcuna violenza* — advertendo in fine ex *Lavinio Lennio*, quòd cadaver hominis supra aquam supinum jacet, è contra ve(457)rò cadaver mulieris cum facie, & pectore tangentis aquam.

(458) Nota tertiò, Quòd si Titius dum est in rixa cum Cajo, superveniat Sempronius frater, & Cajum corrixantem occidat, non tenebitur ex delicto Fratris accurrentis, juxta originale dictum *Bald. in leg. Data opera n. 63. C. de His qui accus. non poss.* quem sequuntur *Conciol. Ref. Crimon. verb. Homicidium ref. 10. per tot. & Calvin. de Æquit. lib. 2. c. 130. n. 42. & seq.* Nisi idem Titius apprehendendo Cajum in causa sit, ut (459) à Sempronio fratre occidatur, quia tunc tenetur de ope, & auxilio, & frater occidens de homicidio, *Anton. de Ball. tract. Crim. lib. 3. c. 1. n. 163.*

(460) Quoad pœnas homicidii, sequentes distinctionem in principio positam, dicimus, quòd si agatur de homicidio voluntario, est subdistinguendum, nam, vel illud est simplex, vel deliberatum.

(461) Si homicidium est simplex, & tunc, aut constat, quòd occisor fuit author rixæ, & provocator, & quòd verè habuit animum occidendi, & his duobus concurrentibus, imponi debet pœna ordinaria, seu mortis, *Conciol. Resol. Crim. verb. Homicidium resol. 6. n. 6.* Aut verò, non constat de dictis duobus requisitis, sed de uno, vel altero, & tunc pœna extraordinaria, arbitrio Judicis imponenda erit, *Farin. quæst. 126. num. 49.* ubi quòd tempore Sixti V. decapitatus (462) fuit quidam nobilis Romanus, qui in rixa subitanea alium nobilem occiderat, eo quia ex Processu constabat, quòd ex parte occisoris adfuerat provocatio, & quòd animo occidendi illum vulneraverat; E contra autem refert, plures alios homicidas à pœna mortis variis temporibus fuisse liberatos, eo quia non constabat, fuisse provocatores rixæ, & habuisse occidendi animum.

(463) Quòd si homicidium commissum sit à pluribus in rixa, & ignoretur author; tunc ratione incertitudinis omnes rixantes puniendi sunt pœna extraordinaria, non autem ordinaria, *Gail. pract. observ. lib. 2. observ. 109. num. 1.* ubi testatur de communi, & contrariis respondet. Si autem homicidium commissum sit cum pluribus vulneribus, tunc illi, qui non vulnerarunt, non tenentur de homicidio, quia in rixa nemo tenetur de delicto alterius, *Conciol. Resol. Crim. verb. Homicidium resol. 7. per tot.* ubi *n. 3.* id limitat (464) quando non vulnerantes opem, vel auxilium vulneratoribus dederunt, quia tunc pro auxilio præstito extraordinariè puniendi sunt, *Giurb. cons. Crim. 2. n. 9.*

(465) Si verò homicidium est deliberatum, & tunc pariter est subdistinguendum, nam, vel illud est commissum in personam propriam sui ipsius, Vel in personam suorum consanguineorum, Vel in alias quascumque personas.

466 Si in personam sui ipsius ex conscientia patrati criminis, vel ex metu pœnæ, & vel tentavit dumtaxat se occidere, effectu non sequuto ex aliquo impedimento, Vel homicidium perfecit; Si homicidium perfecit, tunc inspicienda est qualitas delicti, cujus conscientia, vel cujus pœnæ metu sibi mortem intulit, vel enim hoc crimen est publicum, pro quo est statuta pœna mortis, & plures assignantur in Jure pœnæ.

467 I. Nam notatur infamia, & propterea lugeri non debet, *leg. Libertorum*, §. *Non solent*, *ff. de His qui notant infam.*

468 II. Testamentum ejus infirmatur, *leg. 2. Cod. qui Test. fac.*

469 *poss.* III. Ejus bona confiscantur, *leg. 1. & 2. Cod. de Bon. eor. qui ante sent. &c.* Hodiè tamen hæc pœna cessat propter beneficium *Authent. Bona damnatorum*, *Cod. de Bon. pro-*

470 *script.* ut observat *Decian. lib. 9. c. 5. n. 3.* IV. Ut ad aliorum

471 terrorem ejus cadaver suspendatur. V. Demum de Jure Canonico seipsum occidens caret Ecclesiastica sepultura, nec pro eo orandum est, minusque Sacrificii oblatio facienda, *Can. Placuit. 23. q. 5. c. 2. de Torneam.*

472 Si verò est crimen, pro quo non solùm est imposita pœna mortis, sed etiam damnari memoria potest, prout est crimen hæresis, vel læsæ Mejestatis, & tunc procedetur etiam contra defunctum, ejusque memoria damnabitur, & ulteriùs confiscabuntur ejus bona, *Decian. lib. 6. c. 3. n. 5.*

473 Si tentavit tantùm se occidere, & ad hoc se vulneravit, sed non potuit perficere, & tunc subdistinguendum est, quòd, vel illud crimen puniendum erat pœna capitali, vel altera; Si pena capitali, eadem pœna punietur; Si verò altera, tunc illa altera puniri debebit, *leg. 2. §. Sic autem*, *ff. de Bon. eor. qui ante sent. &c.* cum aliis apud *Decian. lib. 9. c. 3. n. 4.*

474 Si in personas suorum consanguineorum, & vel commissum est homicidium in personam Patris, Matris, cæterorumque ascendentium, quod Parricidium dicitur, & tunc pœna Parridicæ est, ut virgis sanguineis verberatus, deinde in corio insuatur, & includatur cum cane, gallo gallinaceo, vipera, & simia, & in profundum maris, vel si mare longè distet, in flumen, vel lacum projiciatur, *leg. Pœna Parridii*, *ff. ad leg. Pomp. de Parricid.* & §. *Alia denique*, *Instit. de Public. Judic.* *Decian.* latè explicans pœnas hujus

475 criminis *lib. 9. cap. 16. per tot.* Verumtamen est, quòd hæc pœna ob nimiam ejus crudelitatem recessit ab Aula Criminali, & in eis locum imponitur pœna ultimi supplicii, cum aliquo alio super addito, Judicis arbitrio, regulando à qualitate, & consuetudine Regionis; & in terminis hujus cri-

476 minis, nec etiam parcitur minoribus, ut advertunt *Fagn. in cap. Canonum*, *num. 120. de Constit.* & *Farin. quæst. 92. num. 107. & seq.* referentes casum, *dec. 230. Franhi* de Parricidio veneno commisso à Puero decem, & octo annorum, qui condemnatus fuit ad mortem, secutam die 16. Junii 1580. ut que illius corpus deindè includeretur sacco, & in mare projiceretur, itaut careret sepultura, quod tamen ad supplicationem quorumdam nobilium, non fuit à Prorege exequutum. Si verò alias personas quis occiderit, veluti filium, & filiam, nepotem, & neptem, vel si sit gener, & nurus, socrum, vel socerum, & è contra privignus,

477 aut privigna vitricum, aut novercam, & quia isti non sunt verè Parentes, & liberi, prout etiam, si quis fratrem, aut sororem, vel patruum, aut amitam occiderit, puniendus erit pœna, *leg. Cornel. de Sicar.* hoc est ultimi supplicii, *leg. 1. ff. ad leg. Pomp. de Parricid.* & *leg. Pœna Parricidii*, §. *Qui alias*, *ff. eodem.*

478 Si homicidium est commissum in quascumque alias personas extraneas, & tunc, sive sit homicidium cum qualitate proditorii, sive cum qualitate veneficii, sive assassinii, cum quo conjungetur etiam suo modo mandatum, sive denique cum insidiis, pœna ordinaria pro istis homicidiis erit pœna mortis naturalis, & ultimi supplicii, ex adductis per *Ros. resol. Crim. num. 27. & 28.* ubi quòd id est verum, non solùm de Jure positivo juxta Text. ibidem citatos, sed etiam de Jure Divino, *Gen. 9. Levit. 24. Exod. 5. Deuter. 20. & Matth. 26.* Rei autem istorum homicidiorum aliquando

479 malleo percussi jugulantur, & deinde secantur in frustra, aliquando suspenduntur, & aliquando decapitantur juxta homicidii qualitatem, & conditionem personæ delinquentis, §. *Item lex Cornelia*, *Instit. de Publ. Judic.* & *leg. 3. §. Patitur*, *Cod. de Episcopali Audien.* cum aliis apud *Decian. lib. 9. cap. 2. num. 16. & cap. 17. num. 1. & Farin. quæst. 122. per tot. & quæst. 122. inspect. 1.* pariter *per tot. & Conciol. verb.*

480 *Homicidium resol. 5. per tot.* ubi *num. 5.* quòd homicida proditorius non evitabit pœnam furcarum, etiamsi sit nobilis, quia turpissimo hoc crimine nobilitati censetur renunciasse, quod observant etiam, *Canter. quæst. Crim. cap. 6. de Homicid. num. 34. & Graffett. de Nec. proditor. §. 10. numer. 33.* ubi quòd ita vidit in facto servari, & *Panim. decis. 22. annot. 5. num. 37.* Quòd si Reus homicidii proditorii in tu-

481 tum se ponat, itaut in persona puniri nequeat, ejus effigies capite inverso suspenditur cum proditionis elogio, addita pœna contra illud auferentes, *Laudens. de Crim. læsæ Majest. quæst. 16. & Sperel. dec. 158. num. 40. & 41.* Ad evitan-

482 dum tamen familiarum honestarum dedecus solent supremi Judices innocentum consanguineorum supplicationes aliquando exaudire, demandando amotionem earumdem effigierum, vel ut supersedeatur in illarum affixione, *ut decisum à Sacra Consulta de anno 1654.* ad preces sororum nubilium delinquentis de Terra Roncilionis, & *de anno 1662.* ad supplicationes fratris de Diœcesi Senogalien. refert *Panim. dec. 22. adnot. 5. n. 41.*

483 An autem ab ista pœna excuset minor ætas, ex qua minoranda sit illa in legibus contra similes Reos inflicta, latissimè discurrit *Card. de Luc. in Voto, seu discursu edito in Firmana Homicidii*, & impresso *post Conflict. leg. & ration.* ubi de more nervosè probat, in minoribus supra 20. & infra 25. *annos* non esse locum minorationi pœnæ, declarando, & respectiè reprobando contrarium sentientes, & suam opinionem egregiè comprobat.

484 Excusabit tamen à pœna ordinaria homicidii illa circumstantia, qua quis perquirens aliquem, eoque reperto, nullo prolato verbo, ipsum occidat, quando non constat de causa occidendi, rationibus, adductis à *Rayn. t. 1. ad c. 7. supplet. 2. per tot.* ubi *n. 23.* quod ita *resolutum fuit à Sacra Consulta de anno 1696. in una Asculana Homicidii.*

485 Quoad pœnas homicidii ex necessitate commissi, regula

486 est, quod illud pœnitus est impunibile, *leg. Ut vim*, *ff. de Just. & Jur.* ubi generaliter dicitur, quòd qui ob tutelam sui corporis homicidium fecerit, jure fecisse existimatur.

487 Quantum attinet ad homicidium commissum ex culpa, dicendum est, quòd illud non punitur pœna ordinaria *leg.*

488 *Cornel. de Sicar.* sed extraordinaria, & mitiori, arbitrio Judicis, juxta facti, & personarum qualitatem, *leg. 1. §. 1. ff. De Iis qui dejecer. & l. 4. ff. de Custod. & exhibit. Reor. Clar. in Prax. §. Homicidium n. 3. Conciol. Res. Crim. verb.*

489 *Homicid. resol. 3. n. 3. de Rub. de valid. leg. cap. 58. il 2. n. 38. & seqq. & Rayn. tom. 1. cap. 2. in Rubr. num. 34. & seqq.* ubi

490 benè distinguit, quòd majori pœna puniendus sit Reus, quando dabat operam rei illicitæ quàm quando hominem oc-

491 cidit, dando operam rei licitæ, & concordat, *Cartar. dec. Crim. 30. n. 22.*

492 Quoad homicidium casuale, cùm in eo, nec dolus, nec culpa interveniat, prorsus impunibile est ad *Text. in leg. 1. in fine*, *Cod. ad leg. Corn. de Sicar.* ibi *Cæterum ea, quæ ex improviso casu, potius quam fraude accidunt, fato plerumque, non noxæ imputantur*, *Farin. quæst. 126. num. 56. & seq. Medic. de Casib. fortuit. par. 2. quæst. 1. num. 24. & seqq. & Conciol. Resol. Crim. verb. Homicid. resol. 4. per tot.* In dubio autem potiùs præsumitur homicidium casuale, & in rixa, quàm præmeditatum, & ex insidiis. Quan-

493 do enim actus importare potest gravius, & levius delictum,

494 sumenda est illa interpretatio, per quod præsumatur levius *Giurb. cons. Crim. 2. num. 12. & 13. & Conciol. Res. Crim. ver. hom. res. 11. per tot.*

495 Quantum denique spectat ad homicidium ex furore commissum, idest à furiosis, & mente captis, illud pariter impunibile est, etiam si Pater ipse fuerit interemptus, *leg. Pœna Parricidii*, §. *Sanè*, *ff. ad leg. Pomp. de Parricid.* ubi, quòd satis furore ipso furiosus in his casibus punitur, & *Rota in Senogal. Legator. 13. Junii 1697. Et profectò*, & §. *seq. coram Reverendiss. Molines.*

496 Quòd si homicidium commissum fuerit ex impatientia doloris, vel morbi, vel tædio vitæ, vel amore, aut pudore æris alieni, distinguendo dicimus, quòd, vel iste perfecit sui occisionem, vel illam attentavit dumtaxat, & perficere non potuit.

497 I. Casu communis opinio est, quòd nullo modo contra taliter agentem de Jure Civili procedi potest, neque quoad pœnam corporalem, neque quoad publicationem bonorum. neque quoad nullitatem testamenti, juxta *Text. in leg. 1. §. Si quis*, *ff. ad S. C. Syllan. & in leg. 2. Cod. Qui test. fac. poss.*

498 Hæ enim causæ reputantur justæ, vel saltem ex legis præscripto excusantes taliter operantem, ut contra eum procedi non

499 possit, Justa itidem causa, & excusans reputabitur, siquis manus sibi infert ex gloria, & jactantia ad Posteros, ut nonnulli Philosophi fecerunt, *leg. Si quis Filio*, §. *Ejus qui*, *ff. de Injust. rupt. & irrit. fact. test.*

500 Dixi *De Jure Civili*, nam Jure Canonico attento, & in foro pœnitentiario dictæ causæ nullatenus excusant, Un-

de

de similia agentes in sacro sepeliri non debent, & de facto sepulti, exhumandi sunt, & in canina sepultura extra locum sacrum reponendi *Cap. Sacros de Sepult. & c. 1. & 2. de Torneam.* ubi *Repetentes communiter*.

501 II. Casu est subdistinguendum, nam qui hæc fecit, vel est paganus, vel miles. Si paganus, & tunc non punietur, quia si quis non punitur quando occisionem consumavit, ex hucusque animadversis, multò minus puniendus est quando illam nullatenus perfecit, sed simpliciter inchoavit; Si verò est miles, & tunc si tædio vitæ, vel impatientia morbi id fecerit, vel si pudore æris alieni, notatur ignominia, si autem ex lascivia, vel ebrietate, præter ignominiam, privabitur militia, *leg. Si quis 38. §. fin. ff. de Pœn.*

502 *& leg. Omne, §. Qui se, ff. de Re militari*, cum aliis apud *Decian. lib. 9. cap. 3. num. 2. & 4.*

503 Quod si Reus hujus criminis fuerit Clericus, iste pro homicidio voluntario priùs degradatione verbali punitur, seu deponitur *cap. Tuæ de Pœn. & Cap. Cùm non, §. Consultatione de Judic. Diaz. in Prax. crimin. cap. 88. num. 1. & seqq.* Deindè depositus detruditur in Monaste-

504 rium ad agendam pœnitentiam *cit. cap. Tuæ de Pœn. Farin. quæst. 119. inspect. 3. nu. 49. & seqq.* ubi, quòd suo tempore pro homicidio voluntario Clerici condemnabantur ad Triremes, vel ad tempus, vel in perpetuum,

505 juxta homicidii qualitates. Hodiè verò ad Ergastulum transmittuntur, *Chartar. dec. crim. 67. num. 119. & seqq. & Panim. dec. 16. num. 24.* ubi quòd hoc practicatur ex determinatione *san. mem. Urbani VIII.* quam refert etiam *Chartarius* ubi proximè.

506 An autem Clericus homicida privetur pensione Ecclesiastica, ad sui favorem reservata. Respondeo negativè, simplex enim homicidium, non inducit pœnam privationis, neque pensionis, neque beneficii, nisi agatur de delicto, ipso jure inducente privationem, ut magistraliter resolvit *Rota in dec. 135. per totum coram Ceer.* Quidquid dixerit *Card. de Luc.* succumbens in eadem causa *in discurs. 49. de Pension.* Si verò Clericus non sit simpliciter homicida, sed cum alia qualitate, puta Parricidii, vel occisionis sui Episcopi, in his casibus Curiæ sæ-

507 culari tradendus erit *Abb. in cap. 1. de Parent. qui fil. occid. & Decian. lib. 9. cap. 16. num. 35.* ubi concordantes allegantur, Itemque si Clericus veneno aliquem occiderit plusquam homicida puniri debet, & propterea, post depositionem, graviori, & longiori carceratione punietur,

508 ex adductis per *Farinac. quæst. 122. part. 1. num. 7.* Si demum adeò scelestus fuerit Clericus, ut in Calice Sanctissimæ Eucharistiæ, vel in Hostia venenum infundendum curaverit, ut fama est nostra ætate fuisse attenta-

509 tum contra unum ex primi Ordinis absolutum Dominum in nostra Europa, ultra antiquiores casus, relatos à *Samuele Strihio de Jur. sens. dissert. 6. de Gust. cap. 4. num. 33. Manteng. nel Ristrett. Istor. di Napoli in Vit. Ladislai 17. Regis fol. 357. Segner. nel Cristian. Instruit. par. 3. Ragion. 10. num. 17. & Rayn. lib. 3. cap. 71. nu. 153 & seqq.* ubi *num. 154.* quod Robertus utriusque Siciliæ Rex die 15. Augusti 1313. obiit ex Eucharistia entoxi-

510 cata, de quo pariter anno eodem modo in Urbecula, appellata *Bronconventi in* ditione Senensi obiisse Henricum VII. Imperatorem, testes sunt *Baudrand. in Lexic. Geograph. verb. Bonus conventus, & Macro in Hierolexic. Verb. Communio*, ubi solidè refellit calumniosam fabellam aliquorum Novatorum, asserentium in pœnam, seu pro pœnitentia ejusdem criminis, patrati à Fratre Bernardo à Monte Pessulano Dominicano, ejusdem Religionis Alumnos sinistra manu in Missa communionem sumere, ad-

511 ducendo exinde congruam rationem, quare id faciant, *Cleric. dec. 9. de Eucharist. num. 8.* Et tunc proculdubio Curiæ Sæculari tradendus erit Clericus, ex declaratione Summi Pontificis, relata per *Decian. lib. 9. cap. 22. num. 13. & Farin. quæst. 122. part. 1. num. 7.* Et igne cremandus, ut probat *Raynad. lib. 3. cap. 71. num. 15. & seqq.* Quam pœnam *f. m. Innoc. XI.* extendit ad subripientes eamdem Hostiam, seu unam, vel plures Particulas consecratas, cum, vel sine Pyxide, mediante ejus Constit. *emanata 9. Martii 1686.* de qua *Card. de Albic. de In-*

512 *const. in Fid. part. 1. cap. 34. num. 83. & Raynad. tom. 2. cap. 14. num. 34.* confirmata à *san. m. Alexand. VIII. 24. Decemb. 1689.* in qua in specie mentionem fecit Patrum Societatis Jesu, & Equitum S. Joannis Hierosolymitani, ad evitandas contentiones, dum ex particularibus privile-

513 giis prætendunt, se in Constitutionibus Pontificiis non esse comprehensos, quando in illis non fit individua, & specialis ipsorum mentio. Demum, quando agitur de crimine as-

514 sassinii, & processit super hoc declaratoria, contra Clericos potest procedere etiam Judex Laicus, ea ratione, quia eo ipso, quod Clericus tale crimen committit, amittit privilegium Clericale, ut latè probant *Fajard. alleg. fisc. 5. num. 20. & Raynd. tom. 1. c. 7. §. 1. num. 188. & seq.* ubi quòd ad hunc effectum quatuor debent concurrere. I. Quòd sit locus præventioni. II. Quòd constare debet, Cle-

515 ricum esse assassinum, quia de qualitate, quæ jurisdictionem tribuit, ante omnia debet apparere. III. Quòd præcedat declaratoria Judicis Ecclesiastici super dicta qualitate assassinii, & IV. Quòd præcedat etiam degradatio.

516 Addunt *Avendan. de Mand. part. 1. cap. 22. num. 8. & Bobadil. Polit. lib. 2. cap. 18. num. 56. tom. 1.* aliam conditionem, quòd scilicet sequutus fuerit effectus, nempè mors Verùm illam reiicit *Rayn.* ubi suprà *num. 211. & seq.* tum

517 quia videtur contra literam *Text. in c. Pro humani de Homicid. in 6.* Tum etiam, quia illam noluit admittere Sacra Consulta de anno 1685. ipso referente causam cujusdam Sacerdotis Spoletani, hujus criminis Rei. Quoad Milites Hierosolymitanos, illisque Servientes, Donatos, Servitores, Familiares &c. declaratio, quòd assassinii crimen com-

518 miserint, non ad Judices Sæculares, sed ad eorum Superiores, adjuncto Loci Ordinario, spectat ex *Constit. 37. Clemen. VIII.*

519 Procedunt omnes hæ pœnæ cum supposito, quòd uno ex prædictis modis sequuta effectivè fuerit hominis occisio si autem aggressus fuit dumtaxat vulneratus, tunc pœna erit arbitraria, ut probat *Panim. dec. 16. per totum* ubi *num. 1.* quòd nec Jure Pontificio, nec Cæsareo inflicta est pœna mortis contra vulnerantem, & in suo casu ex facti circumstantiis illam extendit ad Triremes per quinquennium. Quæ intelligerem vera in homicidiis diversis ab assassinio,

520 in hoc enim solus conatus, & affectus, si deventum fuerit ad actum proximum, punitur eadem pœna, per indè ac si perfectè commissum fuisset *Pan. dec. 22. adnot. 7. per tot. Rayn. loco proximè allegato.*

521 Prout etiam non procederent in delicto læsæ Majestatis in quo conatus pariter, ad actum proximum deductus, pœna mortis punitur, præcipuè si in primo capite contra personam ipsiusmet Principis attentetur, juxtà casum Joannis Castelli Parisiensis, qui die 27. Decemb. 1594. Henricum IV. Galliarum Regem ausus fuit occidere, sed aberrante ictu per labrum superius, in Regis dentem impegit, fuit enim

522 in quaternas partes disiectus, referente *Caserr. in Synth. vetustat. ad dict. diem 27. Decemb.* qui ad diem 14. Maii refert, eumdem Regem anno 1610. impiè occisum fuisse à Francisco Ravellasco Sicario, gemino ictu sub quintam costam illato, dum in curru per Civitatem deambulabat.

523 Ad terrendum verò homines à committendis homicidiis voluntariis meritò *Basil. in fine decis. 16.* inculcavit verba illa Apocalipsis 6. 9. *Vidi animas interfectorum, & clamabant voce magna, dicentes usquequo Domine non judicas, & non vindicas sanguinem nostrum de iis, qui habitant in Terra?* Subjungens *Quis enim ex his verbis in perpetuum, horrorem homicidii non concipiet?*

TITULUS VI.

De Crimine Falsi.

1 CRimen *Falsi* propriè sumptum est omne id, quod dolosè fit per falsitatem, seu per mutationem veritatis, adhoc, ut alteri præjudicium generetur *Bajard. ad Clar. §. Falsum num. 6. & Brugiot. Instit. Crim. lib. 2. tit. 13. in princ.* Vel ad sensum *Rayn. tom. 2. in Rubric. cap. 18. num. 7. & seqq. Falsitas est veritatis immutatio, dolo malo in alterius præjudicium facta*, cum quo concordat *Amen. de Delict. & Pœn. tit. 6. de Crim. fals. num. 2.*

2 *Immutatio* stat loco generis, reliqua autem verba loco differentiæ, Adhoc enim, ut falsi crimen verificetur tria copulativè debent concurrere: I. Immutatio veritatis. II Dolus malus, & III. Alterius præjudicium, ut observant *Ciazz. in discept. Crimin. 24. num. 50. Bajard. ad Clar. in, Falsum num. 255. Bellet. disquis. Cler. par. 2. tit. de Pœn. Cler. §. 44. num. 1. & Conciol. resol. Crim. ver. Falsum resol. 2. per tot.* probans sequenti *resol. 3.* non esse punibilem illam falsitatem, quæ nocere non est apta, & *resol. 5.* quòd nec etiam puniri possit falsitas, commissa in scri-

3 ptura, quæ nullam facit probationem, quod observant etiam *Gen. de Script. privat. lib. 1. quæst. 4. num. 6. & seqq. Cost. de Jur.*

de Jur. & facti ignor. dist. 83. in fine Mascard. de Probat. concl. 739. nu. 12. & 13. & Pan. dec. 76. nu. 3.

Non sic autem respectu falsificantis Scripturam aliquam, puta concernentem mutuam verum, cujus Scriptura amissa fuit, quia hæc non est immunis à culpa, rationibus adductis à *Dian. coordin. tom. 6. tract. 1. de Legib. resol. 82. per totum*.

4 Ex defectu tertii requisiti sequitur, falsi actione non teneri eum, qui se fingendo alium sub dicto figmento munera procurat, ut probat *Basil. dec. 25. per tot.* ubi de Siculo, anno 1642. se fingente Fratrem Reginæ Tunetanæ, à qua lacrymis, osculis, blandimentis, cæterisque fraterni amoris signis exceptus, ad Patriam rediturus, argento, pretiosisque Lapillis onustus se contulit; Ubi tamen refert, quòd ratione periculi, cui se exposuit, temeritatis, & audaciæ, relegatus fuit per annum, quam sententiam non fine risu excepit Prorex, calliditatem Siculi hominis, ingeniumque miratus, & *Rayn. tom. 1. cap. 7. §. 6. sub num. 10.*

5 Non sic autem evenit Sperantiæ de Nursia, qui faciendo se nobilem, cùm non esset talis, multos decepit, & pecunias truffavit, fuit enim per Civitatem mitratus ductus, & deindè ad Triremes condemnatus, & meritò ob dicta præjudicia, Tertiis illata, ut refert *Rayn. tom. 2. cap. 18. §. 35. num. 20.* Et de Villalta de Avalos, modò se faciente militem S. Jacobi de Spata, & modò militem Hierosolymitanum videri potest *Cabal. resolut. crim. 176. num. 12.* vide *Cyriac. contr. 101. num. 51.* ubi quòd *Caballus* se retractare coactus fuit, & de se denominantibus Andream Casalem, & Sebastianum Regem Portugalliæ, nimis notæ sunt historiæ, & ex

6 Legistis de illis mentionem faciunt *à Pont. de Potest. Proreg. Rubr. gener. de divers. provis. tit. de Insig. & Am. num. 4.* & *Card. de Luc. de Fideic. disc. 193. num. 6.* ubi quòd ambo eumdem finem fecerunt, moriendo in Triremibus, & novissimè experti sumus in Urbe similem inventionem in personam Fratris Dominici del Palazzo Laici Carmelitæ, se facientis denominare Abbatem Caracciolum nobilem Neapolitanum, de rebus Mundi versatissimi, adeout ferè mira-

7 rentur omnes, qui cum illo loquebantur, detecta tamen fictione à Reverendiss. P. Barberio, tunc temporis meritissimo Generali, & Amico meo, punitus fuit mediante carceratione formali per multum temporis spatium, à qua tandem liberatus fuit, & dum hæc imprimuntur, tanquam Laicus moram facit in Conventu Sanctæ Mariæ de Vita Civitatis Neapolis.

8 An autem tanquam falsarius puniendus sit ille, qui cùm amiserit veram scripturam authenticam ad sui favorem conscriptam, aliam similem prorsùs falsam confingit. Negat *Emanuel Sà in Summ. verb. Falsarius*; Affirmant verò *Fagnan. in c. Nè innitaris num. 335. Vers. qui perdidit de Constit.* & *Rayn. tom. 1. §. 7. Proem. supplet. 3. per totam*, loquens de gratia facta à Cardinali Legato post terminatam Legationem, sub Data tamen, qua illam verè fecerat Legationis tempore, Undè tu considera.

9 Circa bollettinum pariter Sanitatis *Marchin. de Bell. Divin. par. 7. cap. 4. in fine*, quem sequitur *Rayn. tom. 3. cap. 33. supplet. 7. nu. 43. & seqq.* probat nullum peccatum nullumque delictum committere eos, qui è Loco sano venientes, eumdem bollettinum confingunt, quo mediante in Urbem introducuntur, eò quia materialiter solùm dicantur mentiri, ex quo primariæ intentioni Custodum se conforment, quæ non potest esse alia, quàm illos venire è Loco non infecto: Verùm non de facili videtur ad praxim

10 reducenda hæc opinio, quia potest dari casus, quòd Custodes habeant aliquem locum pro suspecto, quem pro tali non credant Viatores, & ulteriùs semper verificabitur immutatio illa veritatis, quæ falsitatem, & mendacium constituit.

11 In istis præterea casibus maxima cum circumspectione procedendum est, & nullatenùs permittendus ingressus iis, qui tales sanitatis bollettinos non habent, etiamsi sint Domini temporales, vel spirituales Locorum *March. de Bell. div. p. 7. c. 4. ferè per tot. Rip. de Pest. num. 248. & seqq. Cancer.*

12 *var. resolut. par. 2. cap. 10. num. 37.* & *Pignat. consult. 44. ferè per tot. tom. 9.* loquens de Episcopo, *num. 26.* referens ita decisum *à Sacra Congreg. Immunitatis die 29. Maii 1667* quæ mandavit eidem Episcopo, ut removeret Interdictum Loci, & deleret censuras ab ipso inflictas contrà eos, qui impediverunt ingressum, & meritò, quia in istis circumstan-

13 tiis non paritio præceptis Superioris ex justa causa imminentis periculi est species naturalis defensionis, quæ adversùs quemcumque Superiorem est licita, ut in specie observant *Marchin. de Bell. Divin. par. 4. cap. 2. num. 6. Pign. ubi supra itum. 20. tom. 9.*

Falsitas, cùm sit delictum, nunquam præsumitur, sed con- 14 cludenter probanda est *Farin. qu. 253. num. 192. & seqq.* & ad illam excludendam omnis capienda est interpretatio *Conciol. resol. Crim. verb. Falsum resol. 9. per tot.* & *Rota in Perusina Repetitionis indebiti 22. Junii 1693. §. Verùm coram R. P. D. Priolo* Concurrentibus autem conjecturis, de quibus *Bertac. vot. 196. per tot.* ab eo censetur commissa, in cujus commodum illa resultat, *Conciol. verb. Falsum res. 6.* Et ab eo, pœnes quem falsa scriptura fuit reperta *Conciol.* ubi *proximè resol. 7.* 15 & *Farin. quæst. 153. num. 87.*

Pluribus modis falsum committitur, omnes tamen ad qua- 16 tuor reducuntur, *nempè dictum scriptum, factum, & usum Farin. qu. 67. & qu. 150. num. 2. & seqq.*

Dicto Falsum multifariam verificatur, & I. Quando Testis 17 productus testificatur super falso *leg. 1. & leg. Lege Cornelia Cod. Ad leg. Corn. de Fals.* Dicitur autem testis super falso testificari, quando, nec de per se visis, nec sibi notis, nec ab ipso auditis, testificatur *c. Testes 3. quæst. 9.*

Quatuor verò modis potest testis deponere I. *Verum verè*, 18 quando scilicet deponit veritatem rei, & facti, quam præsentialiter percepit sensu corporeo, idest propriis visu, & auditu *Gloss. in d. c. Testes verb. Quæ noverant verb. Noverant*, & *verb. Præsentia* II. *Falsum falsò*, quando videlicet testificatur super facto, non subsistente, atque constanter, & falsò dicit, se illi præsentialiter, & corporaliter interfuisse, & proprio visu, & auditu vidisse, & audivisse ea, de quibus testificatur, puta, si quis constanter dicat, se interfuisse tanquam testem rogatum in testamento Titii, qui verè illud non condidit III. *Verum falsò*, quando deponit veritatem in re ipsa, quia quæ dicit, sunt vera, sed de eis, neque est informatus de proprio visu, neque auditu, & tamen dicit, se vidisse, & audivisse, nam tunc iste deponere dicitur verum 19 materialiter, formaliter verò falsum, propter falsam scilicet redditionem causæ de proprio visu, & auditu, *Boss. in Prax. tit. de Fals. num. 121.* & *Conciol. resol. Crim. verb. Falsum resol. 18.* ubi quòd hoc casu, non dicitur deponere falsum, sed deponere falsò, & proinde saltem extraordinariè puniendus est. IV. *Falsum verè*, quando testis dicit, esse tale id, quod communiter videtur, & apparet tale esse, veluti si constanter testificetur, furem subripuisse vas aureum, quod in parte externa apparebat esse tale, cùm tamen in interna esset æneum *Bajard. ad Chart. §. Falsum num. 30.* & *Rayn. tom. 2. cap. 18. §. 7. num. 1.* Qui primo modo deponit, optimè testimonium dicit, qui autem ultimo modo, licèt non aptè, tamen non malè, sed benè testificatur, secundo modo pessimè, & qui tertio modo, licèt non tam malè, tamen perperam testificatur *Farin. qu. 67. num. 70.*

Nota hic, quòd juxta opinionem Rotæ, non creditur te- 20 sti, qui in Paschate sua peccata non sit confessus, & Sac. Communione refectus, ut videre est *in dec. 434. n. 9. coram Millino*, ubi proindè meritò observat, interrogatorium circa Confessionem, & Communionem esse relevans, & à Judice remissoriali resecari non posse; Dixi, juxtà *Rotæ opinio-* 21 *nem*: nam contrarium de jure procedere, advertunt *Farin. quæst. 73. num. 53. & seqq.* & *Fenz. ad stat. Urb. lib. 1. cap. 24. num. 21.*

Testis falsitas, vel convincitur, vel præsumitur; Convin- 22 citur, tam si ipsemet fateatur, se deposuisse falsum, cùm nulla major probatio dari possit, quàm propria oris confessio *Cap. Per tuas de Probat.* Quàm si testificando, sibimetipsi contradicat, deponendo in uno judicio contrarium ejus, quod in alio judicio deposuerat. Præsumitur autem contra testem, si pro parte falsus reperiatur, tunc enim in totum præsumitur falsus, quia falsus in uno, falsus censetur, in omnibus *Guazz. defens. 28. cap. 13. num. 17.* ubi, quòd in his 23 casibus, *Qui in uno delinquit factus est omnium Reus*, juxta dictum *B. Jacobi Apostoli*, *Rot. Aven. dec. 33. num. 1. & 2.* ubi refert illud *Virgilii Crimine ab uno Disce omnes*, & *Farin. quæst. 67. nu. 111.* ubi, non solùm testatur de communi, sed ita ab omnibus sine contradictore teneri, dummodò Testis sit pro parte falsus in substantialibus, & in negotio principali, ut in *num. 178.* & *Rot. dec. 269. num. 7. part. 16.* & *dec. 268. num. 10. coram Benincas.* & *dec. 58. num. 10. cor. R. P. D. Ansaldo.* Secus si non in substantialibus, & impertinentibus ad negotium principale, puta super Patria, super nomine, & cognomine, super vestimentis, & similibus *Farin. quæst. 66. num. 25.* tunc enim nihil est, quod ejus fidem in reliquis im- 24 pediat.

An autem puniendus sit de falso testis, accipiens pecu- 25 niam ad se subjiciendum examini, non probato, quod falsum deposuerit, affirmant *Conciol. resol. Crim. verb. Falsum res. 19. per tot.* & *Caren. de Offic. Inquisit. quæst. 3. tit. 6. num. 74.* & ta-

& ratio est, quia testis tenetur gratis verum dicere, & turpiter pecuniam accipit proferendo testimonio *Caren. ubi supra* Illamque accipiendo præsumitur falsum deposuisse *Farin. quæst.* 67. *num.* 233.

27 *Dicto* committitur falsum, quando Nuncius facit falsam relationem, quo casu ad hoc, ut criminaliter puniatur, necesse est, ut sit pecunia corruptus *Farin. quæst.* 250. *num.* 93.

28 An autem credendum sit Nuncio, asserenti falsam fecisse relationem, negat *Bologn. cons.* 52. *num.* 4. quem sequuntur 29 *Cassan. ad Consuet. Burg. tit. de Just.* §. 6. *verb. De leur rapport. num.* 5. *& Rayn. tom.* 1. *cap.* 4. §. 1. *& seqq. num.* 108. *&* 109. *Rota* verò *coram Zarat. dec.* 68. *num.* 4. *& seqq.* distinguit, quòd non credatur nuncio, si deponat contra substantiam primæ relationis, secùs si illius 2. relatio versetur solùm circa accidentia, & circumstantias, & citat concordantes.

30 Sub falsitate commissa *dicto* continetur mendacium, quod ex *Tolet. Instr. Sacerd. cap.* 54. *de sept. peccat. mort. num.* 2. *& Brugiot. Instit. Crim. lib.* 2. *tit.* 14. *num.* 3. definitur, *Verbum falsum cum intentione fallendi*, in qua definitione *Verbum* stat loco generis, & alia loco differentiæ, circa quod vide *Rot. dec.* 147. *à num.* 9. *usque ad fin. par.* 18. *rec.*

31 Dividitur mendacium à *D. Thom.* 2. 2. *quæst.* 110. *art.* 2. in quantum habet rationem culpæ secundùm ea, quæ aggravant, vel minuunt illud, in mendacium jocosum, quod fit causa ludi, mendacium perniciosum, quod fit causa nocumenti, & mendacium officiosum, quod fit causa utilitatis Secundum verò ordinem ad finem universaliùs dividitur. I. In illud, quod est in doctrina Religionis. II. Quod nulli prosit, & obsit alicui. III. Quod ita prodest uni, ut alteri obsit IV. Quod fit sola mentiendi, fallendique libidine. V. Quod 32 fit placendi cupiditate. VI. Quod nulli obest, & prodest alicui ad conservandam pecuniam. VII. Quod nulli obest & prodest alicui ad evitandam immunditiam corporalem, de quibus mendaciorum speciebus videndi sunt Moralistæ, & Commentatores *D. Th.* in loco suprà citato, & latè *Fagn. in c. Falsidicus à n.* 56. *de Crim. fals.*

33 Quia verò mendaciis solet fama proximi ut plurimùm denigrari, quæri potest, quomodò restituenda sit fama subtracta: Respondeo observando, quòd tripliciter potest quis alicui famam auferre: Primo verum dicendo justè, quando scilicet 34 quis, servato charitatis ordine, crimen alterius prodit juxta illud *Matt.* 18. 16. *& seqq. Si autem peccaverit, &c.* & hoc casu non tenetur ad restitutionem aliquam; Secundò falsum dicendo injustè, & tunc famam tenetur restituere, clarè fatendo, se falsum injustè dixisse, & quidem si fieri potest in præsentia illorum, coram quibus infamavit. Tertiò demùm verum dicendo, sed injustè, quando scilicet prodit crimen verum alterius, sed contrà ordinem charitatis, & tunc famæ restitutio sine mendacio restituenda est, puta, dicendo se malè dixisse, & injustè diffamasse, ita *Fagn. in c. Vestra nu.* 43. *de Cohab. Cler. & Mulier.*

35 Adverte tamen hìc ex *D. Thom.* 2. 2. *quæst.* 110. *art.* 3. *ad* 4. relato à *P. Segner. nel Crist. inst. p.* 1. *ragion.* 30. *num.* 13. quòd licèt præceptum negativum non falsum dices, obliget semper, & ad semper, itaut nullo casu, & tempore, licitum sit mentiri, etiam ad hoc, ut quis ab aliquo magno periculo 36 liberetur, non sic autem dicendum respectu obligationis fatendæ veritatis, quam in aliquibus casibus sub aliqua prudenti dissimulatione, licitum est occultare, & rationem assignat *D. Augustin. lib. de Mendac. cap.* 10. *in fin. tom.* 4. *& in Psal.* 5. *vers. Perdes omnes, qui loquuntur mendacium*, quia scili- 37 cet, aliud est falsum dicere, aliud verum tacere, quod ex eodem *D. August.* repetitur *in Can. Ne quis* 22. *qu.* 2. ubi *Barb. num.* 3. quod proindè Dominus alicujus domus, in quam aliquis confugit, interrogatus ab illius hoste, ubi sit ille, quem persequitur, justè possit respondere, *non est hic*, subintelligendo per illud verbum *est*, comedit, contra communem verbi intelligentiam, eo quia, quamvis d. verbum significet comedit, cùm descendat à verbo *edo*, secundùm tamen communem intelligentiam accipiatur pro responsione præsentis temporis à verbo *sum, es, &c.* circa quæ videnda sunt, & omnino sequenda ea, quæ determinavit *f. m. Innoc. XI.* 2. *Martii* 1679. *proposit.* 25. 26. *&* 27. *de quibus in fine libro* 4.

38 *Scripto* falsum committitur multifariam, & I. Si Notarius scripsit falsum testamentum, vel signavit, & firmavit illud, §. *Item lex Cornelia Instit. de Publ. Judic.* Vel si in instrumento dixit, fuisse numeratam pecuniam, quæ revera numerata non fuit, sed solùm ante ejus oculos in sacculo posita absque numeratione *Farin. quæst.* 154. *num.* 54. Vel si dixit, contrahentes, vel testes fuisse præsentes, qui absentes fuerunt *Far. qu.* 154. *num.* 104.

39 II. Committitur falsum scripto, si Notarius scripsit falsum testamentum, quasi aliquis testatus sit, cùm revera testamentum non condiderit, vel sit alicui inscio testatore legatum, vel fideicommissum scripserit, vel in testamento asseruit, testatorem sanum corpore, & mente, vel infirmum corpore, sed mentis compotem fuisse, cùm tamen esset mentis impos, vel furiosus *Decian. lib.* 5. *cap.* 4. *num.* 17.

40 III. Si Notarius, vel quivis alius in alterius testamento se scripserit hæredem, vel sibi legatum adscripserit *leg.* 1. §. *Ad testamentum, ff. Ad l. Cornel. de Fals. & tot. tit. Cod. de iis, qui sibi in testam. adscrib.* latè *Conciol. resol. Crim. verb. Falsum resol.* 22. *per tot.* Idemque erit, si quis non adscripserit ipse si- 41 bi, sed alteri, puta filio in potestate, vel servo *Gloss. in leg. De eo, qui Verb. Cœperit, ff. Ad leg. Cornel. de Fals.* & de- 42 mùm si maritus, scribens testamentum uxoris suæ, adscripserit sibi legatum, nam hoc facere nequit juxtà *textus in lege Qua in testamento, Cod de iis, qui sibi adscrib. in testamento.*

43 Omnia hæc rigorosè procedunt, quia leges voluerunt tollere à testamentis omnem prorsus suspicionem, occasionem, & præsumptionem falsitatis, quæ non modica resultat in eo, qui sive per se, sive per alium dd. modis aliquid sibi adscribit in testamento, etiam de testatoris voluntate, ut notat *Cyn. in leg. Si testator. Cod. Ad leg. Cornel. de fals. & Bertacchin. vot. decis.* 53. *num.* 1. *& seqq.* Ad purgandam verò hanc præsumptionem, & violentam falsi suspicionem, atque ad consequendum relictum, duplex assignatur cautela à Doctoribus. I. Quòd Testator se subscribat legato, vel fideicommisso, quod quis sibi adscripserit; II. Autem, quòd is, qui sibi aliquid adscripsit, faciat constare per testes, vel aliunde de voluntate testatoris *Farin. quæst.* 150. *num.* 183. *&* 216. Quibus concurrentibus 44 relictum deberi pluries firmavit *Rota*, & signanter *cor. Cels. dec.* 271. *& cor. Priol. dec.* 146. *per tot.* in qua causa scripsit *Card. de Luc. in disc.* 8. *de Testam.*

45 IV. Falsum committitur scripto, si quis manum alterius in ejusdem, vel tertii præjudicium falsificaverit, veluti, si quis contrafaciat manum sui creditoris, faciendo aliquam receputam, in ea asserendo, debitum sibi fuisse persolutum *Farin. qu.* 150. *num.* 23.

46 V. Exemplando aliquam copiam ab originali diversam, vel aliquam partitam aliter transcribendo; quàm in exemplari reperiatur conscripta *cap. Cum venerabilis*, §. *Intelligimus de Except. Farin. quæst.* 150. *num.* 64. Vel demum aliquid scribendo à veritate alienum, prorsusque improbabile, ut exemplificando in eo, qui in testamento rogato *anno* 1540. tempore Pontificatus Pauli III. apposuerat nomen Pauli V. longè postea electi, observat *Rayn. tom.* 2. *cap.* 18. *num.* 130. 47 ubi quòd hæc est maxima conjectura falsitatis, quia nullatenus est credendum, quòd Notarius ob confusionem specierum posuisset verbum *Quintò*, quando adhuc Paulus V. non fuerat inter Pontifices; Et in terminis partitæ, quæ asserebatur conscripta *anno* 1688. & in qua reperiebatur appositus *annus* 1692. egregiè *Rota in Lunen. Sarzanen. Redditionis Rationis* 14. *Aprilis* 1698. *Ratio resolutionis &* 28. *Novembris ejusdem anni*, §. *Talis autem coram R. P. D. Priolo*, 48 ubi quòd ferè impossibile redditur, quod scribenti de *anno* 1688. in mentem potuerit venire *annus* 1692. quia nemo cogitare potest scribere ea, quæ nondum evenerunt benè *Rot. dec.* 17. *num.* 17. *&* 18. *coram Arguelle*: Non sic autem respectu anni, seu temporis, jam effluxi, quod observaverat eadem *Rota apud Marchesf. de Commiss. part.* 2. 49 *fol.* 388. *vers. Circa tertiam*, ubi de errore anni 1609. loco anni 1608. *& in Corduben. Pecuniaria* 13. *Januarii* 1698. §. *Posita coram bon. mem. Ursino*, ubi de errore *anni* 1685. loco *anni* 1683.

50 VI. Demum mutando diem, & tempus in aliqua scriptura, & ut vulgò dicitur, apponendo antidatam *Farinacc. quæst.* 150. *num.* 99. *& quæst.* 155. *nu.* 26. Quæ tamen ex conjecturis, & præsumptionibus excluditur *Priol. dec.* 372. *num.* 2.

51 Ad hanc falsitatem scripto commissam reducuntur illæ, quæ leguntur in Tumulorum inscriptionibus, quando longè absunt à verò, in qua parte curiosa est illa, quæ legitur in una ex principalibus Ecclesiis Urbis nempe in illa S. Mariæ de Populo, descripta à *Gaspar. Alvero nella sua Roma in ogni stato par.* 2. *fol.* 15. *in fine*, in qua quidam conjugatus inscribere fecit, se cum Conjuge vixisse *triginta sex annos, nullis unquam eventis, nè leviter quidem tentata concordia:* Et tamen *Card. de Luc. in Libro, inscripto il Caval. e la Dam. cap.* 24. *sub num.* 21. testatur, quod *mentre stava leggendo questa inscrittione con qualche ammiratione, e*

molte

molto lodandolo; soggiunse un certo vecchio, il quale era stato amico del marito, e che pratticava molto in sua casa che quasi ogni giorno contrastavano, e che spesso vi correvano delle bastonate.

52 *Facto* committitur falsum modis pariter pluribus, & I. Si quis scripturas, veluti instrumenta, testamenta, libros, & similia subripuerit, & occultaverit, nè veritas detegatur *leg.* 1. §. *Qui in rationibus* ibi *vel rem amoverit, ff. Ad leg. Cornel. de fals.* ibique *Gloss. verb. Vel rem, & leg. Paulus,* §. *Paulus* ibi *velut verum non appareat, quid celaverunt, subripuerunt, ff. Eodem.*

53 Quòd si similes scripturæ interesse Cameræ Apostolicæ concernant, ultrà alias pœnas, de quibus infrà, adest excommunicatio latæ sententiæ: Summo Pontifici reservata *in Const.* 14. *Julii secund. Bullar. nov. tom.*2. qui in antecedenti *Constitutione* 9. eamdem excommunicationis pœnam latæ pariter sententiæ, promulgavit contra Clericos, & alios

54 Ministros R. Cameræ Apostolicæ, quomodolibet in contractibus rerum Camerallum participantes.

55 Quando res venditur duobus *leg. Qui duobus, ff. Ad leg. Corn. de fals.* cum aliis apud *Basil. dec.*37. ubi tamen *num.*4. quod ex generali consuetudine hodiè dispositio dictæ legis non ampliùs procedit, *& Zaul. tom.*1. *lib.*4. *rubr.*17. *num.*1 *& seqq. fol.*493. ubi hanc regulam multipliciter ampliat, & limitat.

56 III. Si quis epistolas aperiat alteri directas *Bart. in leg. Qui Testamentum, ff. de Fals. Bald. in cap. Cum olim* 33. *de Offic. & Potestat. Judic. deleg. & Clar. in Prax. lib.*5. §. *Falsum num.*33. ibique *Bajard. nu.*203. *& seqq. Ricc. dec.*98. *par.*3. ubi quòd peccat etiam mortaliter subripiens epistolas, & punitur pœna falsi. Quidquid dicat *Navar. in Manual. cap.*18. *num.*53. asserens, aperientem epistolas committere potiùs furtum, quorum sententias

57 conciliare nititur *Amen. de Delict. & Pœn. tit.*6. §. 2. *num.*3. *in fine*, asserendo, opinionem *Bartoli* veram esse quoad pœnas, *Navarri* verò quoad quidditatem, & substantiam delicti.

58. Grave autem esse aperitionis epistolarum crimen, de quo latissimè agunt *Rayn. to.*2. *cap.*18. §.22. *per tot. Gen. de Scrip. priv. lib.*3. *cap.*2. *per tot. Theodor. Hopingh. de prisc. & nov. Jur. Sigillor. cap.* 14. *num.* 40. *& seqq. fol.* 398. *& Zaul. tom.*1. *lib.*4. *rubr.*16. *à num.*15. nemo dubitat, Ex frequentia siquidem talis criminis violatur fidelitas civilis, quæ fundamentum est, & basis humanæ societatis; Nisi enim homo homini mutuam fidem, & auxilium sponderet, meliùs esset ferarum more in Nemoribus vivere, à proditionibus aliorum securum, quàm sociari aliis, quo-

59 rum consortium ipsi esset perniciosum. Hinc est, quòd sola reciproca fides inter homines ea est, per quam constat Civitatum, & Populorum felicitas; In apertione autem epistolarum maximè violatur fidelitas, quæ etiam de Jure Gentium servanda est. Notaque est querela *Cicer. Philipp.*2. humanitatis omnis expertem vocantis eum, qui ejus literas

60 aperuerat, palamque legerat, ut observant *Gonzal. in cap. Cum olim* 33. *lit.D. de offic. & potest. Jud. deleg. & Rayn. t.*2. *cap.*18. §.12. *num.*5. verba *Ciceronis d. Philippic.* 2. *post princ. fol. mihi* 353. sunt hæc – *Ac etiam Literas, quas me sibi misisse diceret, recitavit, homo, & humanitatis expers, & vitæ communis ignarus. Quis enim unquam, qui paululum modò bonam consuetudinem nosset literas ad se ab aliquo missas offensione aliqua interposita in medium protulit, palamque recitavit? Quid est aliud tollere, è vita vitæ societatem? Tollere Amicorum colloquia absentium? &c.*

61 Pœna hujus delicti varia est, juxta personarum diversitatem, quibus directæ sunt epistolæ. Aliquando enim evadit crimen læsæ Majestatis, & tunc est, quando agitur de epistola Magnorum Principum inter se, vel ad eorum respectivè Legatos, & Oratores *Decian. lib.*7. *cap.*17. *num.*18. *Gig. de Crim. Læsæ Majest. tit. Qualiter, & quando quæst.* 12. *& Menoch. de Arbitr. cas.*538. *num.*2. Aliquando crimen falsi, quando scilicet agitur de epistolis privatorum, etiamsi eædem epistolæ non aperiantur, sed dolo malo occultentur dumtaxat, vel detineantur, nè ad alium perveniant, falsum enim committit, nedum is, qui veritatem immutat, sed etiam is, qui dolo malo, & ad alterius damnum impedit

62 quominùs veritas pateflat *Menoch. de Arbitr. cas.*538. *num.* 3. *& seqq.* & Nos diximus supra *num.*52. Occultans autem, vel destruens epistolas, absque dubio veritatem impedit, nè pateflat, & proindè verè falsum committit, & falsitatis pœnis coercendus erit, Clericus verò hujusmodi

63 criminis Reus deponendus est, juxtà opinionem *Decian. lib.*7. *cap.*17. *num.*46. quam tamen benè impugnant *Amen. de Delict. & Pœn. tit.*6. §.2. *num.*37. *&* 38. ubi concludit, puniendum esse pœna Judici arbitraria, qui perpendere debeat circumstantias aggravantes delictum, vel ratione personæ, vel damni, vel frequentiæ delinquendi.

64 Quæ omnia limitantur in casu, quo nihil scriptum extet in epistola, quod scribenti, vel illi, cui directa erat, præjudicare potuerit, *Bertach. de Episcop. tit. Qualiter eligatur part.*1. *num.*38. *& Menoch. de Arbitr. cas.*538. *num.*5. ea ratione, quia, ut vidimus supra *num.*2. falsi crimen ut punibile sit, opus est, quod alicui noceat, vel potentia nocere possit.

65 Esset pariter immunis à pœna aperiens epistolam, à qua injustè magnum damnum timet, & nisi epistolam aperiat, illud effugere nequeat, ducta ratione à simili ejus, quod diximus de injusto aggressore, quem occidere licet, quando aliter vita aggressi salvari nequit, *de Angel. de Delict. par.* 1. *cap.*54. *num.*10. *Amen. de Delict. & Pœn. tit.*6. §.2. *n.*16 Quando tamen eidem damno posset aliter occurri, id permittendum non est, ut respondit *Innoc. III. in cap. Cum olim* 33. *de Offic. Judic. deleg.* ubi epistolas, continentes præ-

66 judicium illius, qui illas deferre debet, vocat literas Uriæ à nota historia, quæ legitur in *lib.* 2. *Reg. cap.*11. *num.*14. ibi *Scripsit David epistolam ad Jacob, misitque per manum Uriæ, scribens in epistola: Ponite Uriam ex adverso belli, ubi fortissimum est prælium, & derelinquite eum, ut percussus intereat,* quam refert *Rayn. tom.*2. *cap.*18. §.22. *num.* 81. ubi, quòd nemo ad mortem damnasset Uriam, si, justa suspicione ductus, aperuisset epistolam, sibi à David consignatam.

67 Dixi *injustè*, quia quando id, quod timetur, est damnum justum, non potest absque pœnarum incursu, & peccati nota, aperiri epistola, *Amen. de Delict. & Pœn. tit.*6. §.2. *num.*15. ubi ponit exemplum illius, qui epistolam portans ad Judicem sub timore nè ab illo, ob maleficium in eadem scriptum, carceretur, illam aperit, reprobatque *Peyrin. de Subdit. quæst.*2. *cap.*2. §.13. *vers. Dico tertiò*, contrarium asserentem.

68 Nedum autem aperiens alienas epistolas incurrit pœnas supradictas, sed mortaliter etiam peccat, ob gravem injuriam tam in eum, qui illas mittit, quàm in illum, ad quem mittuntur, *Barb. in c. Cum olim* 33. *num.*3. *de offic. & Potest. Jud. deleg.* ubi id limitat in sex casibus. I. scilicet in Superiore Regulari, Quod tamen benè declarat *Amen. de Delict. & Pœn. tit.*6. §.2. *num.*1. ut intelligendum sit respectu Superioris ip-

69 sius scribentis, non autem recipientis epistolam, inferendo exinde, quòd si Superior Provincialis scribat ad Subditum, nequeat localis Superior talem epistolam impunè aperire, quia subalternus iste Superior, respectu talis epistolæ, dicitur subditus, non Superior, ampliatque principalem conclusionem etiam respectu aliorum Superiorum, puta respectu Patris, & Mariti in epistolis Filiorum, & Uxoris respectivè citando *Navar. Graff. Reginal. Azor. & Peyrin.* II. Concurrente ratihabitione mittentis, vel ejus, ad quem mittitur. III. Ob causam sibi præcavendi ab injustis injuriis, vel insidiis. IV. Si id fiat ex inadvertentia, putans, eas ad se scriptas. V. Si contineant res parvi momenti. VI. Demum, si id fiat ex curiositate, nullumque adsit periculum alterius incommodi, & *Barbos.* sequitur *Rayn. tom.*2. *cap.*18. §. 22. *numer.* 96.

70 Crimen hoc grave in personis quibuscumque gravius evadit in Magistris, & Officialibus Postarum, qui circa hoc publicam spondent fidem, quam ex officio servare tenentur, quorum proindè delictum si non formaliter læsæ Majestatis eidem valdè proximum agnoscit, & severissimè puniendum asserit *Amen. de Delict. & Pœn. tit.*6. §.2. illam addu-

71 cens congruam rationem, quod Princeps erigendo officium Postarum, non tantùm ad commodum publicum, ad hoc scilicet, ut citiùs de rebus Mundi certioretur, quoties repentinum aliquod accidit, ex animadversis per *Alciat. in*

72 *leg.*1. *& seq. Cod. de Cursor. public. lib.*12. *fol.*131. *Larr. alleg.*50. *num.*4. *& seqq. & Card. de Luc. de Regal. disc.*46 *num.*9. *& Zaul. tom.*1. *lib.*4. *rubr.*16. *num.*19. Quàm ad utilitatem privatam, ob magnum lucrum, quòd indè retrahit, publicam spondet fidem de reddendis absque ulla fraude epistolis. Alias enim, si hæc publica securitas non adesset, pauci essent ità fatui, ut scripturas suas de negotiis familiaribus, & gravibus per viros sibi incognitos alibi deferendas committerent, *Rayn. tom.*2. *cap.*18. §.22. *num.*101. *& Prat. respons. crim.*49. *num.*23. *&* 24. Cresceretque illius gra-

73 vitas, si id facerent iidem Ministri ob vile interesse strenæ, quam epistolas recipientes nolint bis in anno eis persolvere, in quibus casibus per quamdam vindictæ speciem, vel

eis

eis epistolas nullatenus, vel nimium sero tradunt, quo casu, ultra pœnas Judici arbitrarias, teneri etiam ad interesse, ob præjudicium ex retardatione sequutum, probant, 74 *Decian. lib. 7. cap. 15. colum. penult. & Menoch. de Arbitrar. cas.* 538. *num.* 22. Juncta illa quoque gabellæ specie medietatis unius quadrantis, quam infallibiliter exigunt, 75 ut plurimum à pauperibus famulis, & aliis, in promptu non habentibus monetam æneam, sed tradentibus illis argenteam, in cujus permutatione semper pro seipsis retinent dimidium quadrantis, dando quatuor quadrantes cum dimidio alterius pro obulo, seu *bajocco*. Quæ licèt prima fronte videantur minutiæ, in fine tamen anni ad magnam 200. & ultra scutorum summam in Urbe ascendere, testes sunt idem ministri, quorum salaria in iis consistunt; Sed 76 quando etiam ad minorem reducerentur summam, adhuc semper ista esset tanta, ut obligationem restituendi, & reatum mortalis culpæ indubitanter involveret, juxta oraculum S. M. Innoc. XI. die 2. Martii 1679. propos. 38. damnantis sequentem assertionem *Non tenetur quis sub pœna peccati mortalis restituere, quod ablatum est per pauca furta, quantumcumque sit magna summa totalis*. Et ratio adducitur à *Sperell.* 77 *dec.* 113. *n.* 28. quia scilicèt in materia injustitiæ, summæ, quamvis parvæ, continuantur, & in unum coalescunt, tam quoad utilitatem propriam, quàm quoad proximi damnum, observans *num.* 39. ex vera, communi, ac omninò amplectenda sententia, id procedere etiam quando, ut in præsenti verificatur, modicæ summæ spectant ad diversas personas, duas ejusdem ampliationis convincentes adducens rationes.

78 Mirum proindè visum est, videturque, ut vigilantissimi Superiores his adeò patentibus, exorbitantibusque extorsionibus promptum non adhibuerint remedium, per publicum Edictum sub rigorosissimis pœnis eisdem ministris injungendo, ut ab illis desistant, *& forsan hoc reservatum est innegabili rectitudini illorum, qui de præsenti Apostolicæ Cameræ, & Populorum regimini commendabili vigilantia dignissimè præsunt*, demandando punctualem observantiam 79 Edicti cla. me. Card. Antonii, approbati à fa. me. Urbano VIII. registrati *à Cobell. post tract. de Bon. regim. inter resolut. Sacr. Congr. Bon. regim. cap.* 18. ubi registratur etiam exacta taxa emolumentorum, quæ solvi debent pro portu, tam epistolarum, quam aliarum rerum ministris Postarum, quam in aliquibus ampliat taxa, quæ de mandato cl. me. Card. Palutii de Alteriis, iterùm emanavit die 21. Februarii 1691. estque impressa in *collect. Bullar. fa. me. Innoc.* 80 *XII. la* 57. *in ord.* in quibus taxis, & respectivè in Edictis, eisdem unitis, in specie derogatur cuicumque contrariæ consuetudini.

81 Adverte hic, quòd hujusmodi emolumenta, quæ solvuntur pro portu epistolarum, tamquam de Regalibus Principis, non de facili subjacent præscriptioni, & licèt unus, vel alter ex Subappaltatoribus, illas gratis tradat alicui Personæ in dignitate constitutæ, successori in eodem appaltu nullum infert præjudicium, ut decisum à Camera contra Episcopum Civitatis Castelli refert *Card. de Luc. de Regal. disc.* 46. ubi tamen asserit, resolutioni non potuisse acquiescere, eo quia Episcopus probare volebat immemorabilem consuetudinem, cujus vigore quilibet melior titulus de Mundo allegari potest, vulgatis Juribus, adductis à *Rot. in dec.* 671. *n.* 16. *par.* 13. *rec.* & nihilominus denegata etiam 82 fuit Remissoria ad probandam dictam immemorabilem. An autem Ministri Procaccii teneantur restituere Dominis pretium mercium, sibi à bannitis, seu latronibus furatarum. Respondeo negativè cum *Rot. dec.* 208. *per totam post* 2. *volum. Consil. Farin.* ea ratione, quia bannitorum incursus reputatur casus fortuitus, qui Dominorum damno cedere debet *l. Quæ fortuitis, C. de Pignor. action.*

83 Nota secundò, epistolam nihil aliud esse, quàm absentium colloquium *Cic.* 2. *Philipp.* ibi *Amicorum absentium colloquia epistolæ*; Indèque *Bartol. in l. Nuda n.* 4. *ff. de Donat.* relatus *à Fagnan. in cap. Si aliquando n.* 19. *de Sent. excomm.* 84 ait, Epistolam loqui cum eo, ad quem mittitur, & *Alcuin. Flacc. in disp. cum Pipin. in fine, inter ejus Oper. f.* 1391. appositè epistolas vocat tacitos Nuncios.

85 Nota tertiò, verba generalia, & adulatoria, quæ ut plurimum in epistolis liberaliter apponuntur, non esse obligatoria *cap. Cum venissent*, ibique *Abb. num.* 5. *Butr. num.* 8. & 9. & *Fagn. num.* 5. *de Instit.* ubi, quòd si aliquis petat à me librum, & ego respondeam, nedum de Libro, sed etiam 86 de omnibus bonis meis fac quidquid tibi placet, hæc verba nullam inducunt obligationem, quod admittit etiam *Alex. cons.* 237. *sub num.* 12. *lib.* 6.

Ursaye Institut. Crimin.

Curiosè quæri potest cum *Dian. tom.* 8. *tract.* 10. *resol.* 8. 87 An sine peccato possint colligi fragmenta epistolæ, ab aliquo laceratæ, & uniri inter se, itaut legi commodè possint, circa quam vide *Carden. doctissimè de hac re differentem in Chris. Theol. dist.* 23. *prop.* 36. *art.* 3. & *per tot.* Cui quæsito respondeo ex *Laym. lib.* 3. *sect.* 5. *tract.* 3. *par.* 1. *cap.* 4. *num.* 4. affirmativè, si id fiat ex curiositate, vel ut quis sibi provideat, commodisque suis studeat, & hanc humanam, non vitiosam prudentiam appellat, advertendo, quòd in tali casu tenetur ex charitate non manifestare secretum aliquod ibidem contentum, & *Dianam* sequitur *Amen. de Delict. & Pœn. tit.* 6. §. 2. *n.* 21. *in fine*, ubi tamen sub mortali vult obligatum esse ad servandum secretum eum, qui in epistola familiari aliquid legit, quòd si publicetur in alterius tendat 88 præjudicium, & damnum.

Non est dissimilis ab extorsione dictorum Ministrorum 89 Postæ prætensio illa strenæ duorum obulorum pro quolibet loco Montis, quam prætendunt Depositarii Montium in bimestri Novembris, & Decembris, occasione, seu prætextu festivitatum Natalitiarum, quamvè à se ipsis propria authoritate, & de facto retinent, solvendo illud minus, postquam creditores Locorum Montium fecerunt receptam pro integra summa, quòd certè admirationem causat in Urbe, in qua adsunt rigorosa Bannimenta, talem extorsionem in individuo prohibentia, per extensum relata, & impressa *apud Zaul. t.* 2. *f.* 70. *à n.* 34. ubi refert ita resolutum à Tribunali R. C. die 18. Junii 1685. In una *Romana Strenæ*, concordat *Constant. ad Stat. Urb. tom.* 1. *disc. unic. de Loc. Mont. art.* 1. *sect.* 6. *à num.* 41. ubi egregiè, Vide *tom.* 5. *par.* 1. *discept.* 21. *per tot.*

Et cum hac extorsione fraternizzat pariter alia, quàm 90 prætendunt exercere ministri Doganæ vini cum Lectoribus Universitatis Romanæ Sapientiæ, de facto prætendentes sibi appropriare scuta tria pro quolibet centenario honorarii eorumdem Lectorum, absque ullo prorsus fundamento, & legali ratiocinio. Postquàm enim iidem Lectores ad formam assignationis, seu descriptionis eorumdem honorariorum, in lista ad hunc effectum tradita iisdem ministris, fecerunt receptam integri eorum honorarii, soluti vigore specialis mandati, subscripti à Conservatoribus Urbis, & Rectore ejusdem Universitatis, nescitur quo imperio, & qua authoritate, de facto prætendunt scuta tria pro quolibet centenario.

Sunt tamen approbatæ strenæ illæ, quæ occasione Festivitatis Sanctissimi Natalis, & Kalendis Augusti dari solent Judicibus, & Curialibus, ut observat *Ansald. in addit. ad dec.* 18. *sub n.* 36.

III. Committitur falsum facto, quando quis corrupit, 91 abrasit, vel cancellavit scripturas, vel aliquid delevit, ne itidem veritas appareat, *l.* 1. §. *Is qui pervertit, ff. ad l. Corn. de fals. leg. qui testamentum* ibi *deleverit, interleverit, ff. de Eodem* cum aliis apud *Farin. q.* 150. *n.* 158. Quando tamen 92 verba cancellata legi possunt, & ex sequentibus, vel antecedentibus verbis colligi potest verus sensus scripturæ, tunc cancellatio verborum non arguit falsitatem, *Conciol. resol. crimin. Falsum resol.* 11. & *Gen. de Script. priv. lib.* 1. *qu.* 6. *principali dubit.* 2. *n.* 21.

IV. Si quis scripturas combusserit, laceraverit, vel aliter 93 destruxerit, ut rei veritas opprimatur dicta *leg. Paulus*, §. *Paulus, ff. ad leg. Corn. de fals. Rayn. t.* 2. *c.* 18. §. 3. *n.* 1. & *seqq.* ubi *n.* 5. quòd Cancellarius Faventiæ condemnatus fuit ad Triremes, eo quia dederat Parti processum ex Cancellaria ad comburendum illum.

V. Si quis in scripturis corruperit sigillum proprium, 94 ponendo falsum, & adulterinum, *Gloss. in can. In memoriam verb. Falsum distinct.* 19. & *in leg. Lege Cornelia verb. Signum, ff. ad leg. Cornel. de fals. Rayn.* ubi proximè *c.* 18. §. 3. *per tot.* & *Amen. de Delict. & Pœn. tit.* 6. §. 1. *num.* 22.

VI. Fingendo se creditorem alicujus, vel fingendo se Sa- 95 cerdotem ad obtinendum faciliùs beneficia Ecclesiastica, vel fingendo se nobilem ad consequendam dignitatem, solis nobilibus concedi solitam, *Farin. quæst.* 150. *num.* 85. & 98. & *Rayn.* ubi supra *cap.* 18. *supplet.* 1. *num.* 1. & *seqq.* ubi de eo, qui erat creditor in scutis 35. mediante obligatione, contenta in medietate folii, & in alia medietate aderat recepta scutorum 22. qui dividendo folium, produxit in judicio illam medietatem, in qua legebatur obligatio, quodque in isto casu duplex committitur crimen falsi nimirum, & furti.

Ad hoc inconveniens evitandum cauti debitores procurare solent receptas a parte posteriori obligationis

seu Pagarò, itaut non possit creditor illam occultare, vel lacerare, quæ cautela optima est, nostris præsertim temporibus, in quibus hominum malitia excrevit in immensum.

96 VII. Supponendo unam personam pro alia in celebratione alicujus contractus, in testamento, in judicio, vel aliàs quomodolibet in tertii præjudicium, *Farin. qu. 150. n. 90. & 92.*

97 VIII. Adulterando, & corrumpendo comestibilia bonæ qualitatis, vel alia malæ qualitatis miscendo, & confundendo ad faciliorem venditionem, ut quotidiè practicari videmus in vino; Caupones enim, nedum mixtiones multas faciunt, sed variis utuntur medicamentis, ut citiùs

98 clarescat, illiusque corruptio non appareat, in maximam salutis humanæ perniciem. Ita etiam practicari videmus in piscibus, quorum venditores ad illos præservandos à putredine, calcem in eorum ventre ponunt, ex qua ut plurimum infirmantur comedentes illos, ut observat *Cobell. ad Bull. Bon. Regim. c. 21. n. 44.* ubi, quòd talia facien-

99 tes puniendi sunt pœna arbitraria, refertque ita vidisse practicari suo tempore, & sequitur, *Rayn. tom. 2. c. 18. §. 29. n. 58.* ubi *n. seq.* quòd idem dicendum est de Lanionibus, inflantibus animalia mortua, ut carnes pinguiores, & crassiores appareant, de quibus *Fenz. ad Stat. Urb. lib. 3. cap. 6. & 7.* ubi de delictis Salsamentariorum, vulgo *Pizzicaroli Set. de Offic. Locumten. cap. 25. num. 31. & seq.* egregiè, & latè *Zaul. tom. 1. fol. 650. num. 1. & pluribus seqq.* ubi *nu.*

100 17. de gravamine *nella gionta, che danno*, & priùs *fol. 600. n. 107. & seqq.* ubi de mercatore, miscente frumentum corruptum cum bono, & incorrupto.

101 IX. Si Aromatarius adulteret medicamenta, *dando quid pro quo*, seu unum loco alterius, à Medico præscripti, juxtà casum illius, qui dabat Mel rosatum loco Syroppi rosati solutivi, de quo *Rayn. tom. 2. ad c. 31. supplet. 2. per totam*, ubi id probat ex Consultatione *D. Joannis Mariæ Lancisii* Sanctissimi D. N. CLEMENTIS XI. Medici secreti, qui in tali munere in ultimis annis Pontificatus f. m. Innoc. XI. à medelis pariter fuit, cui vitam debeo, ex attentione, & magna diligentia, quibus de mense Maii 1695. me liberavit à periculosa febri, & de cujus laudibus aliqua tangit, *D. Eques Mand. in Theatr. Medicor. Maximor. Christian. Orb. Pontif. fol. mihi 126.*

102 X. Prohibendo aliquem testari, vel jam factum testamentum mutare, *leg. 1. §. Si quis*, ibi *Volente eo facere testamentum, vel mutare, &c. ff. Ad leg. Corn. de fals.* Hic enim veritatis occultator est, quia testator mediante testamento intentionem suæ voluntatis erat aperiturus de eo, quod post mortem suam fieri volebat, *Clar. in Prax. §. Falsum, num. 36. Farin. quæst. 151. num. 1. & 6. & Rayn. t. 1.*

103 *c. 12. §. 2. n. 2. & seq.* Prohibere autem aliquem testari multipliciter dicitur, puta si minis prohibuit ad testatorem accedere Notarium, vel finxit vocare illum; & non vocavit tempore, quo ad testandum quis erat paratus, *Farin. quæst. 161. num. 29. & 32.* Vel si quis prohibuerit accedere testes ad testamentum necessarios, *l. 2.* ibi *Aut Testes non veniant, & per hoc deficiat facultas testamenti faciendi, ff. ad leg. Corn. de fals.* Vel si rumore, & clamore facto ad effectum turbandi testatorem, qui ad testandum jam paratus erat, à testamento destiterit, seu testamentum inchoatum absolvere non potuerit, *Farin. qu. 150. n. 2. & seqq.* Vel demum denegando testatori ea, quæ necessaria sunt ad testandum, veluti cartam, calamum, atramentum, vel accessum alicujus personæ, ex Statutaria dispositione ad validitatem testamenti necessariæ, *Farin. q. 150. n. 34.*

104 XI. Si quis è contra aliquem ad testandum compulerit, ut *Rubr. & toto titul. ff. & C. Si quis aliq. testar. prohib. vel coeger.* Hic enim eodem modo efficitur veritatis suppressor, & occultator, ex quo compellit aliter testamentum ordinari, quàm testator verè, & realiter fuisset ordinaturus, sive id faciat cum armis, vel sine illis, & sive mediantibus verbis minatoriis, sive importunis, infestis, & lamentatoriis suasionibus, *Farin. q. 161. n. 5. & 6. & nu. 21. & seqq.*

105 XII. Per vestium mutationem, quoties scilicet quis utitur vestibus, & indumentis sexui, & conditioni personæ non convenientibus, puta quòd Sæcularis indutus sit habitu Religioso, vel mulierem, & fœmina sit induta vestibus virilibus, *Caball. resol. crim. cas. 176. n. 10. Cobell. ad Bullam Bon. Regim. c. 40. à n. 54. Rayn. t. 2. c. 58. §. 33. n. 1. & seqq. &*

106 *Panim. dec. 49. à n. 10.* ubi quòd, quando id practicatur, non ad malum finem, nec in alterius præjudicium, nulla pœna, nec etiam stellionatus, punitur.

107 Ita pariter observatur tempore Baccanalium, in quo animorum laxandorum gratia publicè permittuntur, nedum vestium mutationes, sed etiam larvæ, seu usus maschararum; Utinam verò de his diebus non verificaretur etiam hodie id, quòd suis temporibus observavit, *Senec. ep. 18.* quòd scilicet publicè jus luxuriæ detur, itaut certissimum argumentum firmitatis alicujus capi possit, si ad blanda, & in luxuriam trahentia, neque it, neque adducitur, & prosequitur *Nevizz. in Cylv. nuptial. leg. 4. num. 66. fol. 360.*

108 ubi mascharas vocat opera Diabolica; & egregiè *D. Thom. 1. 2. quæst. 103. art. 6. ad 5.* ibi: *Alia ratio est ad declinandam luxuriam, nam per commixtiones varias in vestimentis omnis inordinata commixtio coitus excluditur, quod autem mulier induatur veste virili, aut è converso, incentivum est concupiscentiæ, & occasionem libidini præstat*, ubi refert, & sequitur illud *Deuteron. 22. 5. Non induetur mulier veste virili, neque vir utetur veste fœminea, abominabilis enim apud Deum est, qui facit hæc. Franc. de Ramos ad leg. Jul. & Pap. lib. 2. cap. 44. num. 16. Rayn. tom. 2. cap. 18. §. 33. num. 12. & seqq.* ubi sequendo *Jo. Lutium Placitor. Cur. Gall. lib. 12. tit. 3. §. 1.* ait, Larvarum usum inductum, fuisse ad hoc, ut liberè posset quis alterius malas actiones jocosè exprobare, ut ille emendaretur; Hodie autem unicè inservire ad

109 depravandam juventutem, malosque mores in Civitatibus inferendos; & *num. 19.* observat, differentiam inter larvatum, & habitum ementitum in eo reddere, quòd larva ad faciem tantùm pertineat, itaut larvatus dicatur ille,

110 qui ita faciem coopertam habet, ut dignosci non possit, sive id faciat cum barba supposititia, sive cum maschara, ementitum verò habitum, etiam sine larva posse verificari, quod ante eum observaverant, *Bertazzol. cons. crim. 108. num. 3. lib. 1. & Rip. de Nocturn. tempor. cap. 164. n. 1.* Ad cognoscendum viros à mulieribus larvatis, optimum ad-

111 ducit modum ex Salomone *Kornmann. de Virgin. Jur. cap. 139.* faciendi abluere faciem ab utriusque, fœminæ liquidem molliter, ac delicatè vultus suos fricant, secus autem masculi.

112 Quæ omnia procedunt, dummodò diebus Baccanalibus non utatur quis vestibus sacris, vel Religiosorum, & dummodò se contineat intra honestorum verborum limites, aliter enim practicando, corporali etiam supplicio, & exilio puniri posset, juxta *Text. in leg. Mima, C. de Episc. audient. & in Auth. de Sanctiss. Episcop. §. fin.* & animadversa per *Urries ad Rit. 135. Magn. Cur. par. 1. num. 234. & seqq.* ubi, quòd verbum *maschara* derivat à dictione *masca*, quæ apud Longobardos significat cacodemones, & lamias,

113 exindè inferendo, solùm nomen mascharæ horridum, & perniciosum esse, *Summ. Armill. verb. Ludus, num. 12. & Borell. de Magistr. lib. 3. cap. 10. nu. 13. & 21.* Ego autem in facti contingentia rigorosè punirem excessum in qualitate vestium, circa quas nulla afferri potest excusatio, sed

114 mitiori pœna plecterem excessum in verbis, qui multis referri potest titulis, delictum minuentibus, vel saltem illud commiseratione dignum reddentibus, juxta *Tex. in leg. Si C. Si quis Imper. maledix.* Prout etiam hæc non procedunt in Monialibus, quibus, nec in Baccanalibus, nec aliis temporibus permitti debet usus virilium vestium, nec cujusvis speciei armorum, ut resolvit *Sac. Cong. Episcop. in Ferrarien. 27. Apr. 1602.* teste *Barbos. de Jur. Eccles. univ. lib. 1.*

115 *cap. 44. n. 57.*

116 Adverte hic contra *Neviz. in Sylv. nupt. lib. 4. num. 66. f. 360.* posse Episcopum, etiam sub excommunicationis pœna, ipso facto incurrenda, prohibere, nè post mediam noctem ultimæ dici carnis privii fiant choreæ, & saltationes, nevè aliquis larvatus, seu personatus incedat, rationibus

117 adductis à *Menoch. de Arb. cas. 69. à n. 52.* quem commendando sequitur *Ludov. Rodulphin. de Mod. viven. in diebus Quadrag. n. 36. & Zaul. tom. 1. lib. 1. rubr. 4. nu. 15.* Unde si Sacerdos contrafaciat, & deinde celebret, irregularitatem incurrit, ut latè probat *Rayn. tom. 2. c. 18. §. 34. suppl. 6. per tot.*

118 Adverte 2. quòd Clerici nequeunt personati incedere, & contrarium facientes possunt ab Episcopo excommunicari, præcedente priùs edicto *S. Cong. Conc. in Nullius, seu Mantuana 10. Apr. 1645. lib. 17. Decr. fol. 469.*

Nota pariter, quòd posse Episcopus prohibere mascharas diebus festivis, non obstante asserta Consuetudine, *Cong. Concilii in Viterbien. 16. Januarii 1693. apud Monacell. t. 1. tit. 5. form. 7. nu. 19.* ubi revocavit in hac parte edictum Gubernatoris Viterbii.

119 Adverte 3. quòd si Vigilia S. Matthiæ Apostoli occurrat feria tertia post Dominicam quinquagesimæ, transferri nul-

nullatenus potest jejunium, sed servandum omninò est d. feria 3. ut resolvit *Sac. Con. Rit. die 23. Januarii 1694.* quo anno taliter occurrit, ut videre est *in Bullar. Inn. XII. Const. 92. fol. 264.*

120 Adverte 4. immittentem ignem in larvatum, stuppa indutum, etiamsi id per jocum faciat, puniri posse pœna Tremiom, quando adest periculum comburendi, quia licèt absit dolus, concurrere nihilominus videtur lata culpa, quæ dolo æquiparatur, *Vulpell. respons. 150. num. 8. & seqq. & Rayn. tom. 2. ad cap. 15. §. 8. & seqq. n. 106.* ubi, quòd nisi larvatus in casu Vulpelli statim confugisset ad nivem,

121 qua Terra erat cooperta, combustus absque dubio fuisset.

122 Ad hanc falsitatem facto commissam per vestium mutationem reducitur illa, quæ fit per additionem coloris in facie, juxta modernum abusum, qui utinam inter solas mulieres restringeretur; Colores enim in facie operantur eum-

123 dem prorsùs effectum circa difficultatem cognoscendi, qui sequitur ex vestium mutatione, ut advertit, *P. Liberius à Jesu in Append. ad ejus Disc. Theol. de Matr. clandest. §. Sed*

124 *hic est punctus.* Mulieres autem taliter fucatas perbellè reprehendit facetus Poeta, dicendo:

Quæ pictas geritis facies, vos jure potestis
Dicere cum Flacco, pulvis, & umbra sumus.

125 An autem ista omnia sine peccato fiant, negativè respondent, *Albert. de Albert. in Paradox. moral. de Ornat. mulier. disp. 2. cap. 1. Marchant. in Tribun. Sacram. tom. 3. tract. 2. tit. 2. quæst. incid. ref. 30. §. 1. regul. 1. f. 30. & Dian. tom. 7. tr. 5. de Scand. resol. 12. per tot.* dummodò tamen sint excitativæ libidinis, & concupiscentiæ, in quo peccati

126 ratio consistit, neque cohonestari potest motivo placendi viris, quia, ut benè advertunt, *Marchant. & Dian. ubi suprà*, non est permissum uxori uti vestitu, vel ornamento

127 libidinoso, ut placeat viro, ultra quòd tunc præcipuè mulieres uti solent istis ornamentis, & habitibus, quando extra domum volunt exire, sicque, non ut viris, sed ut aliis sibi obviam venientibus, vel cum illis moram facientibus, placeant, ut consideranti est manifestum, & observabimus *infrà lib. 3. tit. 5. à num. 142.* & latè *Zaul. t. 1. lib. 1. rubr. 16.*

128 *n. 72. & seqq.* ubi, quòd id sæpè practicatur, etiam à fœminis provectæ ætatis, & etiam vetulis, quas, nec annorum numerus, nec aniles rugæ, nec alia vetustatis circumstantia docere potest, quòd vetulæ sint, sed in locum amissorum capillorum, alienis verticem ornant.

129 XIII. Mutando sibi nomen, vel cognomen, & aliud assumendo, *leg. Falsi 13. ff. ad leg. Cornel. de fals.* ubi *Gloss. verb. Coercetur, & in l. unic. verb. Fraudem, Cod. de Mutat. nom. Panim. dec. 76. num. 26. & seq. & Brugiot. Instit.*

130 *Crim. lib. 2. tit. 13. num. 9.* Impositio namque nominis, & cognominis ad effectum discernendi singulos à singulis practicatur, *leg. unic. C. de Mutat. nom.* ibi: *Sicuti impositio nominis, & cognominis prænominis recognoscendi singulis impositio libera est.* Et Parentes pulchra nomina filiis impo-

131 nere debent, etiamsi opus esset illa pretio cariori emere, ut dicebat Doctor Milantiana Uxor Joannis Andreæ, eodem teste *in cap. Cum secundum de Preben.* quem refert *Borell. de Præst. Reg. Cathol. c. 1.* eumdemque *Joann. Andream* Tubam Juris vocat *Paulus Frebiherus vit. vir. Illustr. tom. 1. f. 786. §. In petra.* Non tamen ex antiquo Testamento, quia novum eidem præferendum est *Gavard. de Sacr. tit. de Baptis. qu. 5. art. 2. num. 8. de Angel. de Delict. par. 1. cap. ult. num. 55. in fin. Korman. de Virgin. Jur. cap. 98.* ubi tamen illam vocat Constantiam, non Milantianam, & citat eumdem *Joan. Andr. id* referentem *in c. Gravis de Deposit. Tiraquell. ad leg. connub. leg. 11. Glos. 1. par. 11. num. 27.* ubi quòd eadem uxor Joannis Andreæ erat taliter docta, ut il-

132 lam aliquando consuluisse asserat *in cap. Qui prior. de Reg. Jur. in 6.* Idem refert etiam *Frebiherus ubi suprà.*

133 Quod est adeò verum, ut si à Testatoribus sub caducitatis pœna similia turpia nomina, vel cognomina Substitutis imponerentur, diceretur adesse justa causa pro impetranda à Principe relaxatione talis præcepti, & gravaminis, juxta latè animadversa *per Gratian. disceptat. 798. à num. 12. Thesaur. dec. 270. num. 16. num. 17. ante fin.* ubi de cognomine *Becco*, advertens, illud in Pedemontana Regione, & in tota Italia habere aliquid ignominiosi, ibidem etiam obser-

134 vando, quod si domus relicta à Fideicommittente, cum præcepto de illam inhabitando à vocatis, esset eis nociva ob aeris insalubritatem, vel impropria ratione dignitatis eorumdem, diceretur etiam adesse justa causa obtinendi pariter relaxationem ejusdem præcepti, & eumdem sequitur alter *Thesaur. filius lib. 4. quæst. forens. cap. 76. num.* *Ursaye Institut. Crimin.*

12. & practicavit f. m. Innoc. XII. in Signatura Gratiæ habi- 135 ta anno 1696. Ponente R. P. D. Columna ad favorem Leonis Vitelleschi, & CLEM. XI. in alia habita die 28. Novembris 1702. Ponente Casale ad favorem Co: Petri Pauli Luca- 136 telli Bononiensis.

Si quis autem nomen sibi mutat ad decipiendum alterum, 137 crimen falsi procul dubio committit, *Farin. quæst. 150. nu. 140. & seqq. & Rayn. tom. 2. cap. 18. §. 35. à num. 14. usque ad finem*, ubi *à num. 2. usque ad* 10. benè observat, ex quatuor causis posse licitè aliquem nomen mutare: I. Causa adeundæ hæreditatis, sub conditione assumendi nomen defuncti, juxta *Text. in leg. Facta, §. Si in danda, ff. ad S. C. Trebel.* ibi: *Si verò nominis ferendi conditio est, quam Prætor exigit, rectè quidem facturus videtur, si eam expleverit, nihil enim mali est honesti hominis nomen assumere.* II. Si fiat 138 ad effectum ut mutetur turpe nomen, quo quis appellatur, ut de Paduano, qui vocabatur Machalupo, observat *Cyn. in leg. unica, Cod. de Mutat. nom.* & de Sergio II. qui anteà vocabatur Os porci, advertunt *Platin. & Alverus in ejus Vita, & Barbos. de Jur. Eccles. lib. 1. cap. 1. num. 115.* A quo tamen Platina videtur dissentire *Card. Pallav. nell'Istor. del Conc. lib. 13. cap. 11. num. 3.* asserens, Sergium IV. primum 139 inter Pontifices nomen proprium mutasse, ex quo antea vocabatur Petrus, & quòd id fecerit – *perchè non osò di portare in quella Catedra il nome di tanto Apostolo, elettone per Fondatore* – III. Si fiat ob reverentiam, prout exemplifi- 140 cat, *Vagnozz. in ejus Suppellect. Polytic. vol. 3. nu. 6081.* in muliere appellata Maria, & ejus nomen mutando, postquam meretricio more vivere cœpit, nam talis mulier est potiùs laudandi; Imo, referente *P. Segner. nel Christ. instr. par. 3. ragg. 34. num. 9.* ob reverentiam erga idem sanctissimum nomen invicta Natio Polonorum, nedum non imponit illud in Baptismo, sed nec etiam permittitur, ut Exteræ illo vocatæ, & in eodem Regno nuptæ, in eadem denominatione perseverent, itaut Uxor Ladislai IV. filia Ducis Niversii, quæ anteà appellabatur Maria Aloysia, in instrumento matrimoniali se obligaverit, in posterum denominari solo nomine Aloysiæ, & hoc in honorem, & reverentiam ejusdem SS. Nominis. IV. Demum si adsit quælibet alia licita, & hone- 141 sta consideratio, juxta *Gloss. in leg. unic. verb. Innocentibus, C. de Mutat. nom.*

Posito autem errore, sive data opera, sive casu in nomi- 142 ne, vel cognomine alicujus, nullum dubium est, quòd veritas ejusdem nominis, vel cognominis ex aliis adminiculis, vel præsumptionibus demonstrari potest, juxta latè firmata per *Rot. in Rom. Matrim. 19. Jan. 1684. cor. Ursin.* in qua, impugnante contractum matrimonii Petro Paulo Ximenez, eo sub motivo, quod partita Parochi cantabat *Pietro Paolo Simbaldo*, Sacra Rota ex pluribus conjecturis benè firmat, id esse per errorem sequutum, & consequenter pro validitate, & subsistentia matrimonii respondit.

XIII. *Per suppositionem partus*, cùm scilicet aliqua fœmi- 143 na fœtum, tamquam ex se natum supponit, cùm revera alterius fœminæ filius sit, *l. 1. & leg. Cum suppositi, C. ad l. Corn de fals.* cum aliis apud *Farin. q. 150. n. 239. de Angel. de Delict. p. 1. c. 95. & Brugiot. Instit. Crim. lib. 2. tit. 13. n. 8.*

Inventa autem fuit partus suppositio à Mulieribus, ut vi- 144 rorum, vel amantium amores perpetuò sibi adjunctos vinculis filiorum haberent, & sterilitatis defectum, partus non sui fœcunditate, repararent, ut plurimum autem id, nonnisi ex urgentissima causa, & in magnis successionibus practicari observant *Mascar. de Prob. lib. 3. concl. 1147. nu. 28. Stephan. Federic. de Qualit. delict. c. 22. n. 17. f. 79. & Amat. resol. 39. n. 49.*

Quia verò hoc crimen difficillimæ est probationis, ideò 145 admittuntur præsumptiones, & conjecturæ relatæ à *Caranz. de Part. suppos. sect. 2. cap. 5. fol. 365. Zacch. quæst. Medicoleg. lib. 3. tit. 2. quæst. 8. per tot. & Basil. dec. 7. ante fin.* ubi, inter, alias, considerat: I. In matre ætatem senilem, annum scilicet 45. quo facultas generandi in fœminis regulariter completur ex allegat. *per Narbon. de Ætat. anno 45. q. unica num. 5. & per totam.* Dixi *regulariter*, quia potest 146 etiam partus, editus à muliere quinquagenaria, esse legitimus, juxta Textum *in l. Si major, C. de Legitim. hæred.* & animadversa *per Nevizan. in Sylv. nuptial. lib. 2. verb. Seni non est nubendum num. 17.* ubi quòd Henricus Imperator 147 voluit, quòd ejus uxor quinquagenaria ad evitandas suspiciones, coram multis testibus fide dignissimis pareret. II. Si non permittat, quòd ejus venter tangatur, vel inspiciatur. III. Si non publicaverit, se esse prægnantem. Et IV. Si partus, qui de recenti natus dicitur sanguine non madeat; quas considerat etiam, *Al- fer.*

fer. conf. 42. n. 21. & conf. 48. n. 33. lib. 2. & Farin. qu. 150. num. 250. & seqq.

148 Excluditur hujusmodi delictum probata vera prægnantia antecedenti à personis fide dignis, peritis, & idoneis, qui, non in diversis temporibus, sed eodem contextu, ventrem prægnantem mulieris discoopertum tetigerunt, & inspexerunt, cum aliis circumstantiis relatis à *Boss. in Prax. tit. de Part. suppos. n.* 10. & habemus in hac parte *tit. ff. de Ventr. inspic.*

149 Pœnam suppositi partus ex *leg. 1. Cod. ad leg. Cornel. de falf.* capitalem existimat *Peguer. dec. crim.* 80. *num.* 8. *Basil.* tamen *in dec. 7. num.* 51. autumat, id esse Judicis arbitrio remittendum, qui, vel pœnam minuat, vel extendat ad mortem ex circumstantiis, crimen respicientibus. Et in

150 fine ejusdem *decis.* asserit, hoc crimen non præsumi, nisi agatur de magno lucro, quodque matris confessio filio non præjudicet, & *Caranz. ubi suprà num.* 58. *fol.* 365. Imò, quòd ad hunc effectum non attendantur Patris, & Matris

151 insimul assertiones, si aliunde de partus, vel filiationis veritate probationes, vel urgentes præsumptiones habeantur, firmavit, *Rot. in Rom. Filiat.* 23. *Januarii* 1683. §. *Minusque, & §. seq. & 4. Februarii* 1686. §. *Pariter, & seqq. cor. Card. Caccia.*

Casus hujus delicti ultimo loco, anno scilicet 1703. acerrimè discussus fuit in Tribunali Urbis Vicarii in causa Alexandri Leopoldi Antonii de Ranoxa filii Co: Christophari ejusdem Cognominis, & Dorotheæ Heduigh Principissæ de Slesuifgo Holstein in Holsatia, quæ peperit eumdem Puerum in Urbe die 19. Novembris 1681. Postquam enim idem Puer per spatium annorum 14. recognitus, tractatus, & educatus fuerat à Comite Patre, uti proprius filius etiam post obitum Matris, ad instantiam sororis ejusdem Comitis, aspirantis ad ejus hæreditatem, institutum fuit in partibus Hollandiæ, ubi sita sunt bona, & Principatus, Judicium super suppositione partus ejusdem Alexandri Leopoldi, ad quod confovendum, quidam in Urbe Causarum Defensor multas per subornationem Testium procuraverat attestationes super partus suppositione, ac si fuisset unus ex Projectis in Hospitali S. Spiritus in Saxia. Verùm ab eodem Tribunali Eminentissimi Vicarii, unà cum tribus Prælatis adjunctis, nempè R.P.D. Scotto Rotæ Auditore, posteà Cardinali Gherzio Prælato S. Consultæ, & Paracciano tunc temporis auditore Sanctissimi, & posteà Cardinali condemnatus fuit idem Curialis ad Triremes per quinquennium, effectu sequutò, prout etiam in eamdem pœnam condemnatus fuit quidam Barbitonsor, Socius ejusdem in procurandis dictis falsis attestationibus; reliqui verò Testes subornati in pœnam exilii, nervosè scribente pro eodem Alexandro Leopoldo Vincentio Janno in eodem Tribunali substituto, & Promotore fiscali.

152 An autem detur certus terminus ad vitalis partus nativitatem, quæstio nimium involuta fuit apud antiquos Jurisconsultos, & Medicos, ut videre est ex adductis per *Roderic. à Castr. de Morb. mulier. lib. 4. cap. 6. Carol. Anton. de Luc. in respons. legal. 7. per tot.* impresso *post par. 1. tom. de Lin. legal. Torreblanc. de Mag. lib. 2. cap. 43. & Rayn. tom. 1. cap. 6. §. 5. à num.* 127. Hodie verò inter recentiores Philosophos, & Medicos recepta communiter videtur opinio negativa, partum scilicet non solùm in sexto, sed etiam in

153 quinto mense natum, vitalem esse, nullumque dari certum nativitatis terminum, quam sequuta fuit, *Rot. in Avenion. Dotation.* 3. *Martii* 1692. *coram Eminentiss. Caprara,* ubi innumeri allegantur concordantes, quodque perfectio partus respuit certos dierum limites; Atque refert, inter

154 alia, exemplum Pincernæ Henrici IV. nati in quinto mense, quòd refert etiam *Hieron. Montuus in Anascev. morb.* 40. & 41. *fol.* 519. Quæ decisio confirmata fuit *die* 10. *Aprilis* 1693. coram eodem, sed non fuit extensa, quia Partes concordiam injerunt.

155 XIV. Committitur falsitas à Notariis, vel Procuratoribus, secreta causæ, vel scripturas sibi secretò consignatas, adversæ Parti ostendendo, juxta *Tex. in leg. 1. ff. ad l. Corn. de falf.* quem sequitur *Amen. de Delict. & Pœn. tit. 5. §. 6. num. 9. & de Angel. de Delict. par. 1. c. 105. n. 5.*

156 Si autem quæras hic, quando Procurator absque speciali mandato procuræ Principali possit præjudicare: Respondeo distinguendo, aut enim loquimur in omittendo, & tunc regula est, quòd illi præjudicet, non faciendo ea, quæ alii diligentes Procuratores facere solent, Aut verò sermo est in committendo, & tunc nullatenus præjudicare potest Principali, ut observat, *Rota in dec. 75. num. 3. coram Ludovis. & dec. 231. numer. 21. & seqq. par. 18. rec. & in Romana Manuten.* 12. *Junii* 1686. §. *Sed neutrum, & ferè per totam, coram Card. Caccia,* in qua Procurator elegerat viam ordinariam, quando Principali competebat expeditior, & magis privilegiata via executiva, licèt idem Procurator haberet amplum, & generale mandatum, firman-

157 do *in §. Minusque,* mandatum, quamvis generale, & cum

158 libera, non trahi ad ea, quæ important remissionem certi juris & grave irrogant præjudicium constituenti, juxta animadversa per *Golin. de Procur. par. 2. cap. 5. num. 43. & seqq. & Rot. in Bonon. Fideic. de Monterentiis* 15. *Maii* 1665. §. *Deficit. coram Ottal.* vide *Rotam in Romana hæreditatis* 1. *Februarii* 1715. *in fine, coram Crispo,* & in *Romana locorum Montium super manutentione* 3. *Aprilis* 1713. §. *Neque relevat, coram Card. Scotto.*

159 XV. Demum committitur falsum facto, *fabricando falsam monetam,* ut latè probat *Panim. dec. 77. per tot.* Ad cujus intelligentiam præmittendum est, quòd ad hoc, ut moneta justa sit, liberumque usum legitimi pretii in humanis negotiationibus obtineat, de qua loquitur *Tex. in leg. 1. ff. de Contrah. empt.* quinque copulativè requiruntur, juxta doctrinam *Joann. à Plat. in leg. fin. Cod. de Veter. numism. potest. lib. 11. vers. Quæro.*

160 I. Quòd cudatur, & fabricetur authoritate ejus, qui habet facultatem de jure, vel ex privilegio, vel ex præscriptione cudendi, & fabricandi illam; De jure, veluti Papa, vel Imperator. Nulli enim alteri licebat monetam cudi facere, quàm supremo Principi, *leg. fin. Cod. de Falf. mon.* Ex privilegio, nam hodie ex indulto Papæ, & Imperatoris multis aliis Principibus, Ducibus, & liberis Civitatibus hæc potestas concessa est, ut notant Doctores *in cit. leg. fin.* & experientia est manifestum. Ex præscriptione demùm, quia cùm Imperium scissum sit in multa Regna, & Provincias, cum usurpatione jurisdictionis, etiam facultas cudendæ monetæ præscripta, & usurpata reperitur, ut est notorium.

161 II. Est, quòd excudatur in loco publico, seu Officina à Principe, ad cudendum publicè destinata, non autem in loco privato, ducto argumento à simili de publicis armis, quæ non ab aliis, quàm à publicis Officialibus, appellatis Fabricensibus, & in publicis Officinis, fieri poterant, ut *in tot. tit. Cod. de Fabric. lib.* 11. & observat *Brugiot. Institut. Crim. lib. 1. tit. 20. n. 6. & seqq.*

162 III. Quòd sit bonæ qualitatis, tam intrinsecè, quàm extrinsecè. Intrinsecè, hoc est bonæ ligæ, & ex materia non reprobata, nec adulterina, sed idonea, sive sit aurea, vel argentea, sive ærea, *leg. 1. C. de Veter. numism. potest. lib. 11. & leg. Cornel. §. Eadem, ff. ad leg. Corn. de falf.* Extrinsecè verò, id est non falsati, nec tincti, seu ficti coloris, ut in *leg. Quacumque, ff. Ad leg. Corn. de falf.*

163 IV. Quòd sit justi ponderis, *leg. 1. C. de Vet. numism. potest. lib. 11. & Farin. q. 115. n. 58.*

164 V. Denique, quòd sit insculpta, & percussa publica forma *leg. 1. ff. Contrah. empt.* id est, quòd insignia, nomen, vel imaginem Principis in se contineat, *Glos. in leg. fin. verb. Solidorum, C. de Veter. numism. potest. lib.* 11.

165 V. Ex defectu primi requisiti, monetam falsam facere intelligitur ille, qui sine Principis authoritate illam cudere præsumit, etiamsi alias materia sit bonæ ligæ, probæ speciei, justi ponderis, & in publica Officina, atque cum Principis sigillo, & nomine percussa, & insculpta. Bonitas

166 namque monetæ consistit potissimùm in authoritate Superioris, sine qua, etiam aliis requisitis concurrentibus, falsa dicitur, *Gloss. in leg. 2. verb. Obnoxii, Cod. de Falf. monet.* & observat *Decian. lib. 7. cap. 23. num. 16. & 26.* Atque in Urbe habemus, *Bannim. Gener.* Idem determinantia in *cap.* 71.

167 Ex defectu secundi requisiti sequitur, ut etiamsi quis sit monetarius publicus, adhuc tamen si extra Officinam publicam, vulgò *la Zecca,* ad cudendum publicè assignatam, in privato loco cudat monetam, reus sit falsatæ monetæ.

168 Ex defectu tertii requisiti efficitur, quòd crimen falsæ monetæ committat is, qui nummos in totum falsa effusione formaverit, putà vel stamneos, vel plumbeos, vel alterius adulterinæ, & reprobatæ materiei, & sic ex toto falso fabricaverit, *leg. Lege Cornelia, §. Eadem, ff. ad l. Corn. de falf. Zuff. Instit. Crim. lib. 2. tit. 18. lit. G.* & latè *Amen. de delict. & Pœn. tit. 6. §. 3. num. 5. & seqq.* Item, si quis,

169 mediante quadam aqua, in cujus infusione relinquit monetas, istarum pondus emungit, itaut quoad exteriorem apparentiam integra sit, sed in statera posita defectuosa deprehendatur, de quo modo falsandi monetas loquuntur De-

Decian. lib. 6. cap. 23. num. 15. & Amen. de Delict. & Pœn. tit. 6. §. 3. num. 13. ubi, quòd ipse novit Papiæ quemdam falsarium 170 qui tali arte magnum fecit quæstum, ex quo miro arcano absque alicujus metalli additamento, moneris pristinum restituebat pondus, quod tamen non durabat, nisi per unum, aut alterum diem, & exindè sensim decrescebat, fuitque detectus à mercatoribus, à quibus, dato pignore, mutuò accipiebat pecunias, quas post 15. dies restituebat justas ad fucatum poudus, sed Justitiam elusit, mediante fuga, Venetiis se recipiendo. Item, si non in totum falsos nummos fe-171 cerit, sed in aurum verum aliquid diversi metalli addiderit vel argenteos nummos, cum mixtura alterius reprobatæ materiei, adulterinos effecerit, citata *leg. Lege Cornelia*, juncta *leg. 1. ff. Ad leg. Jul. pecul. Zuff. Instit. Crim. lib. 2. tit. 18. lit. F.* Item, si monetam bonam alio colore tinxerit, ut 172 appareat majoris valoris, & pretiosioris metalli, *Glos. in leg. Quicumque, ver. Raserint, ff. Ad leg. Corn. de fals.*

173 An autem Aurifices non fabricantes monetam, sed miscentes aurum cum majori liga, quàm sit statutum in Regno vel Civitate, teneantur de falso, ut à quatuor circiter annis retrò in Urbe praticabatur in rebus argenteis, quod causam dedit novo, & rigorosiori prohibitorio Edicto, cum condemnatione ad Triremes, Authoris ejusdem falsationis, dicimus, quod sic, per *text. in cit. leg. Lege Cornelia* ubi *Gloss. verb. In aurum, ff. Ad leg. Cornelia de fals.* & tradita per *Farin. quæst. 115. nu. 36. & Fabiv. de Mont. de Empt. & vend. quæst. 5. num. 9.* Contrarium tamen dicendum est de Alchimistis: Isti enim non tenentur de falso, dummodò ex ea ma-174 teria non conficiant monetam, sed alias res, puta candelabra, vasa, & similia, ea ratione, quia Alchimia est quædam ars, perspicacitate Ingenii inventa, ubi expenditur tantum pro tanto, & tale pro tali, absque falsificatione aliqua for-175 mæ, vel materiei, ut probant *Fabian. de Mont. de Empt. & vendit. quæst. 5. num. 8.* latè *Rayn. tom. 1. cap. 5. §. 4. per tot.* ubi materiam suo more doctè, & luculenter pertractat, & *Bordon. in Man. S. Offic. sect. 35. num. 16. & seq.* ubi, quòd licèt Alchimia de se non sit mala, potest tamen ei in-176 esse malum, quia ignoratur modus perveniendi ad ejus veram cognitionem, quodque truncum partim ferreum, partimque aureum, quod asservatur in Arsenali Magni Ducis Florentiæ, putatur esse opus Dæmonis, ex quo illius Author statim fugam arripuit, nè se sortilegum proderet. Circa 177 societatem verò contractam ad docendum artem Alchimiæ vide *decis. 280. sub n. 2. apud Zacch. de Obligat. Camer.*

178 Alchimiæ verò nomen æquivocum est, quia aliquando sumitur materialiter pro ipsomet metallo adulterato; Aliquando verò pro auro, argento, vel alio metallo arte facto; Aliquando demum significat artem ipsam, per quam talia metalla fiunt, quæ, vel est falsa, & deceptitia, quæ scilicet adulterina metalla, & ad solam apparentiam conficit, vel vera, fabricans nimirum legitima metalla.

179 Alchimia falsa definitur ab aliquibus penes *Lemer. Cour. de Chym. cap. 1. de Aur. fol. 61.* ut sit *Ars sine arte, cujus principium mentiri est, finis verò mendicare*, & concordat de *Angl. de Delict. par. 1. cap. 6.* de quibus Alchimistis verificantur ea quæ refert *Pegn. in Director. Inquisit. par. 3. comm. 26. in fine*, nempè.

Ars suspecta probis, ars ipsa invisaque multis,
Invisos etiam Cultores efficit artis,

180 Vera Alchimia definitur *Ars, qua perficitur id, quod natura defectu caloris reliquit imperfectum in metallis, Michael Etmuller in schorder. dilucidan. mineralog. cap. 9. fol. 230. & in Piroth. ration. lib. 2. sect. 1. cap. 1. fol. 603.* Author incertus in tractatu, cui titulus *Lex obnubilata sumpte natura refulgens Od. 3. stroph. 4.* ibi—

181 *Con tal fuoco lavora arte seguace*
D' infallibil natura
Ch' ove questa mancò, quella supplisce.
Incomincia natura, arte finisce.
Che sol' l'arte depura
Ciò ch' à purgar natura era incapace
L'arte è sempre sagace
Semplice è la natura, onde se scaltra
Non spiana una le vie, s' arresta l' altra.

& Amen. de Delict. & Pœn. lib. 6. §. 6. num. 2. ubi *num. seqq.* multis comprobat exemplis dari veram Alchimiam, & si-182 gnanter Arnoldi de Villanova, in Curia Romana facientis virgulas auri, quas consentiebat submitti omni probationi Ignis, & aquæ fortis, Beati Alberti Magni, Raymundi Lulli, & aliorum Virorum, vel sanctitate, & doctrina simul, vel sola scientia præclarissimorum, quidquid dixerit *Verric. quæst. mor. & legal. tract. 7. quæst. 2. per tot.*

183 Ex defectu quarti requisiti obnoxii sunt crimini falsatæ monetæ etiam publici monetarii, cudentes monetam defectuosam in pondere; Imò ipsemet Princeps faciens cudere monetam non justi ponderis, dicitur monetæ publicæ defraudator à *Farin. quæst. 115. num. 36. & 88.* Nisi id faciat ex justa, & rationali causa, ut ex *D. Thom. lib. 2. de Regim. Princ. cap. 3.* admittit *Corazz. de Augum. monet. art. 3. num. 38. & seqq.* 184 Quo casu fieri potest moneta etiam ex materia longè inferiori, dando illi ab extrinseco magnum valorem, ut practicatum fuisse Melitæ obsidionis tempore fama est, & adérant in monetis inscripta verba hæc: *Non æs, sed fides*; 185 attento, quòd deindè fuerunt permutatæ, & restitutæ aliæ bonæ materiei, & justi ponderis. Item quicumque alius privatus, qui monetam publicam justi ponderis, totonderit, raserit, vel diminuerit, hujus criminis reus erit, *leg. Quicumque* ubi *Gloss. verb. Tonserit, ff. Ad leg. Corn. de fals.* 186 *Conciol. Resol. crim. ver. Moneta res. 5. per tot.* Et adest *Constit. 115. Beati Pii V. in Bull. tom. 2.* in qua contra tondentes monetas statuitur pœna ultimi supplicii, quæ fuit confirmata per Urbanum VIII. *Constit. 75.* & pariter imposita est à *Stat. Urb. in lib. 2. cap. 45.* Etiam si quis totonderit monetam excessivam, eamque ad justum pondus reduxerit; Licèt enim nulla lex in corpore juris reperiatur, quæ hoc factum 187 puniat, & propterea contrarium defendant *Alciat. cons. 461. per tot. de Ball. tract. crim. lib. 3. cas. 8. num. 6. & alii*; Verius tamen est, istum teneri pœna falsi, saltem extraordinaria, ut benè probant *Farin. quæst. 115. nu. 110. Massin. de Confisc. quæst. 6. num. 34. & seqq. & Conciol. Resolut. crim. verb. Moneta res. 5. num. 4.* ubi alios refert.

188 Ex defectu denique quinti requisiti efficitur, quòd dicatur falsa moneta, etiamsi facta sit de proba materia, quando non habet publicam formam, idest publicam imaginem, & insignia Principis, quæ ejus publicum usum, & expensionem designant, *Fabian. de Mont. de Empt. & Vendit. quæst. 5. num. 3. & 4.*

189 Est etiam reus hujus criminis liquefaciens monetam publicam, bonam, & probatam, ejusque formam fusione delens, & corrumpens animo occultandi, & destruendi illam & impediendi publicum ejus usum, *Joann. à Plat. in leg. final. vers. Item quæro qua pœna, Cod. de Veter. numism. potest. lib. 11. Farin. quæst. 115. num. 37. & Fabian. de Mont. de Empt. & Vend. quæst. 5. num. 10.* qui disputans hinc indè hanc quæstionem, an liceat monetam publicam liquefacere, atque fundere, & ex ea effusione massam facere, & virgas auri, vel argenti conficere, tamdem benè, optimisque rationibus resolvit, quòd non, & pro eadem opinione videtur *Text. clarus in leg. 1. Cod. de Aur. publ. ponderator. lib. 10.* ubi statuitur, non licere sine permissione Principis publicam monetam in massam redigere. Hoc inconveniens adeò 190 excreverat in moneta Regni Neapolitani annis proximè elapsis, eo quia aderat major utilitas in effusione monetarum, quàm in illarum permutatione, mediante opera mercatorum, ut Prorex, & Collaterale Consilium, post multa expedientia inutiliter proposita, ad occurrendum eidem inconvenienti, tamdem illud approbarunt alterandi valorem ejusdem monetæ, illamque ad illud pretium extrinsecum extollere, ut non ampliùs utilitatem redoleret illam effundere, prout factum fuit, & hoc modo impedimentum positum, ne tota moneta ejusdem Regni progressu temporis integraliter effunderetur. Quia verò experientia demonstravit ex hac provisione aliud, & forsan majus, resultare inconveniens, augumenti scilicet cambii ad exorbitantem rationem, ducat. 50. & ultra pro quolibet centenario, dum hæc imprimuntur, alia santissima superaddita fuit provisio in eadem Civitate Neapolis, restringendi, seu determinandi quantitatem cambii, itaut ad summum illud excedere non possit duc. 45. pro quolibet centenario (quæ summa non videtur tenuis) obligando mercatores Neapolitanos sub rigorosis pœnis ad non adimplen. neque solven. Literas Cambii, nisi in istis contineatur expressio quantitatis ejusdem cambii, minoris, vel ad summum æqualis d. summæ ducatorum 145. pro quolibet centenario.

191 Hæc autem, quæ de liquefactione monetarum dicta sunt procedunt contra dolosè illas liquefacientes, secùs autem contra illos, qui bono fine id faciunt, ut practicant Aurifices liquefacientes illas, vel aliter destruentes, causa inaurandi vasa, schyphos, & alia opera artis. Isti enim in his circumstantiis non tenentur de crimine falsi, *Joan. à Plat. in leg. fin. num. 11. Cod. de Veter. numism. potest. Curt. in tract. de Monet. quæst. 7. numer. 20. in fine*, & *Farinacc. quæst. 115. num. 38.*

192 De eodem crimine pariter tenentur, tam falsificantes, quàm

quàm falsam monetam scienter expendentes, vel apud se retinentes, *leg. Lege Cornelia §. Eadem, ff. Ad leg. Corn. de fals. Capell. Tholos. dec.162. Pignat. consult.2. num.67. tom.9. & Conciol. Resol. crim. verb. Moneta resol.3. num.1. & per tot. & resolut.4. num.1.* ubi *num.11.* quòd hoc non procedit quando expendens falsam monetam docet, à quo illam habuerit, quia tunc puniri non debet, & idem firmat *de Franch. decis.401. num.3.*

193 Item falsam monetam ementes, vel vendentes, lucrifaciendi causa, *Farin. quæst. 115. num. 113. & 130.* Item monetas falsas, jam formatas, liquefacientes, & comburentes, nè appareat corpus delicti, citata *lege Cornelia*, quia, liquefactione non obstante, delictum jam consumatum est, & perfectum, ad *Text. in leg. Qui falsam, ff. Ad leg. Cornel. de fals.* Et demùm, non solùm falsam monetam fabricantes, sed etiam mandantes, fabricari facientes ad fabricandum auxilium dantes, puta commodando domum, dando malleos, seu aliam materiam præstando, *Farin. quæst.115. à num.30.*

194 An autem falsam monetam cudentes gaudeant immunitate Ecclesiastica, negant *Abbas*, & alii apud *Pignat. consul. 2. num.6. tom.9.* Verùm contraria opinio est magis communiter recepta, & à magnis Tribunalibus admissa, & proindè sequenda, cujus rationes latè adducit *Pignat. d. consul.2. tom.9.* ubi respondet etiam contrariis. Nec refragatur Constitutio Gregorii XIV. mandantis, Reos criminis læsæ majestatis, quales sunt monetarii, non gaudere immunitate, quia eadem loquitur de iis, qui committunt crimen læsæ majestatis in primo capite, & in personam ipsiusmet Principis restrictivè, ut observat *Ambros. de Immun. cap.9. num.7. Mar. Ital. eod. tract. lib.1. c.5. §.7. num. 45. Peregrin.* pariter *de Immun. c.10. num.13. & Conciol. Resol. Crim. verb. Moneta resol.6.* ubi *num.4.* quòd per Judices Ecclesiasticos possunt.

195 Rei in ipsamet Ecclesia expoliari falsa moneta, quod advertit pariter *Massin. de Confisc. qu.6. in fine.*

196 *Usu* denique falsum committitur dupliciter & I. producendo dolosè, & scienter falsas scripturas, putà instrumentum falsum, vel falsum testamentum; Is enim falsum committere dicitur, ac si illud fabricasset, *leg. Majorem, Cod. Ad leg. Corn. de fals.* Verum tamen est, quod juxta *Gloss. in leg. Falsos verb. Adstrinxerit, Cod. Eod.* mitius agendùm est in his casibus cum eo, qui utitur, quàm cum illo, qui falsum facit instrumentum, II. verò producen-

197 do dolosè, & scienter falsos articulos, à se fabricatos, & super illis procurando examinari falsos testes, utendo eorum dictis. Præsumitur autem quis falsos adducere articulos, quando respiciunt factum proprium non subsistens, sed de recenti sequutum, vel talis naturæ, ut nullo modo possit habere locum ignorantia, *Farin. qu.159. num.84. & seqq.*

198 Quoad pœnas hujus criminis, si loquamur de falso, quod consistit in dicto, pœna falsi testis in causis civilibus erit deportationis *leg.1. in princip. §. fin. ff. Ad leg. Corn. de fals.* Et insuper tenebitur actione in factum ad damna, & interesse, quæ passus est alter propter ejus falsam depositionem. Hocque non solùm communiter teneri, sed nullum habere contradictorem, testatur *Farin. quæst.67. num.2*

199 *& seqq.* In causis verò criminalibus, si aliquis fuit punitus propter falsam testis depositionem, tunc pœna erit illa eadem, qua punitus fuit ille, contra quem deposuit, *Farin.*

200 *qu.6. num.9. & seqq.* Si verò punitio sequuta non fuit, tunc, non eadem pœna, sed mitiori, propter effectum non se-

201 quutum, imponenda erit, vel alia à Judice arbitranda, *Far. qu.67. n.11. & 15.*

202 Quòd si falsus testis sit Clericus, iste ab Officii honore depositus; in monasterium detruditur, *can. Episcopus 50. dist.* juncta *Auth. Presbyteri, Cod. de Episc. & Cler.* cum aliis apud *Diaz. in Pract. crim. cap.87. Via Instit. Can. lib.3. tit.33. de Crim. fals. vers. Qua pœna, & Brugiot. Inst. Crim. lib.2. tit.13. num.19.*

203 Vel loquimur de falso, quod fuit commissum scripto, & tunc, vel commissum fuit à notario, scribente falsum instrumentum, vel testamentum & pœna erit deportationis, vel alia arbitraria; vel etiam amputationis manus, quando agitur de magna falsitate, & pluries reiterata, *Farin. quæst.155. num.11.* Imò si id exigant facti circumstantiæ, poterit extendi etiam usque ad mortem, juxta

204 *Textum in leg. Ubi falsi,* ibi: *Supplicio capitali, si id exigat magnitudo commissi, Cod. Ad leg. Corn. de fals.* Et ultra pœnam criminalem, tenebitur etiam ad damna, & interesse, *Farin. qu.155. num.11. & 12.* Vel falsum commissum fuit ab eo, qui aliquid sibi adscripsit in testamen-

205 to, vel in codicillis, & regularis pœna est illa *leg. Corn. de*

206 *fals.* Qua pariter pœna punitur falsificans manum alicujus vel exemplans copiam diversam ab originali, *leg. Quod sit, ff. ad leg. Corn. de fals.*

207 Vel loquimur de falso, consistente in facto, & vel fuit commissum prohibendo aliquem testari, vel jam factum testamentum mutando, vel è contra ad testandum compellendo, & si hoc factum fuit cum armis, habebit locum pœna *leg. Jul. de Vi. public.* Si verò sine armis pœna extraordinaria, & Judicis arbitrio regulanda, *Farin. qu.61. nu.4.*

208 *& seqq.* Atque tenebitur insuper, qui id fecerit actione de dolo ad damna, & interesse illi, qui ex hac prohibitione, vel concussione, præjudicium passus est, *Farin. quæst.161. num.8.* Vel fuit commissum per suppositionem partus, &

209 tunc non pœna mortis, sed extraordinaria falsi, quæ hodie erit exilium, puniendus est, *Farin. quæst.150. par.10. nu. 239. cum seqq. & Brugiot. Instit. Crim. lib.2. tit.13. nu.*

210 17. Vel fuit commissum occultando, subripiendo, supprimendo, corrumpendo, abradendo, lacerando, vel comburendo scripturas publicas, vel libros mercatorum, vel mutando sibi nomen, aut similia faciendo, & regularis pœna erit illa *leg. Corn. de fals.* juxta *Textum* in *leg.1. §. Qui ubi Gloss. verb. Reus est, & leg. 1. Cod. de Mutat. nom.*

211 Vel commissum fuit per fabricationem falsæ monetæ, & tunc intrat pœna ultimi supplicii, *l.1. & 2. §. Sine ibi : Supplicio capitali plectenda, & in leg. 2. Cod. de Fals. mon.* latè *Conciol. Resol. crim. verb. Moneta resol.2. per tot.* ubi *resol.1.* provaberat ad hunc effectum, imò ad hoc ut inquiri possit de hoc crimine, constare debere de cor-

212 pore delicti evidenter, & per oculorum inspectionem, non autem per conjecturas, quod admittunt etiam *Capyc. Latr. dec.179. num.29. lib.2. & Mar. Anton. var. Resol. lib.3. resol. 44. in 7. casu.*

213 Constito autem de delicto ab hujusmodi pœna, nec etiam exempti, & immunes sunt Clerici, & quorumvis Ordinum Regulares, quomodocumque exempti, juxtà *Constit. 3. B. Pii V. & 75. Urbani VIII.* de quibus *Pignat. consult.2. num.70. tom.9.* & latè *Novar. in Summ. Bullar. to.*

214 *1. par.1. commen.84. per tot.* ubi *num.18.* hoc limitat in fabricante falsam monetam æream, ratione vilissimi valoris, quo attento, falsarius puniendus sit pœna extraordinaria, quod advertunt pariter *Scial. in Prax. torquendi Reos cap. 12. num. 31. & Conciol. Resol. crim. verb. Moneta resol.2. num.9.* ubi, quòd hoc non servatur in Ur-

215 be, & Statu Ecclesiastico vigore Statuti, & Bannimentorum Generalium, in quibus etiam contra fabricantes quatrinos imponitur pœna mortis, & idem dicit *Farin. quæst. 115. num.90.*

216 Vel denique falsum commissum fuit *Usu, & videndus Via in Summ. Jur. Can. lib. 3. tit.52. vers. Qua pœna in fine, & Amen. de Del. & Pœn. tit.6. de Crim. fals. nu.4. in fine, &, §.1. nu.45. & seqq.* Advertendo tamen, quòd ad hoc, ut falsitas in his terminis dicatur commissa, ne-

217 cesse est, ut utens falsa scriptura, perseveret in illius usu, usque ad sententiam, quia non attenditur animus, vel consilium, sed exitus, *R. P. D. Ansald. de Comm. & Merc. disc. 36. num.6.*

218 Circa falsitatem usu commissam, mediante nimirùm productione depositionum falsorum testium, curiosam disputat quæstionem *Rayn. tom.1. ad cap.1. supplet.3. à num.76 vers. Fui*, an scilicet puniendus sit coram Tribunali Sanctissimæ Inquisitionis, vel potiùs coram Ordinario Clericus Regularis nulliter professus, qui ad ostendendum suum statum liberum curavit examinari coram Ordinario falsos testes, de illo plenè deponentes, in qua licèt *Card. de Albic. de Inconst. in Fid. cap.6. num.156.* asserat, posse procedere idem Tribunal, ea ratione, quia ante judicium Ecclesiæ, & ante sententiam super nullitate professionis, non sine maxima temeritate contrahi dicatur matrimonium, attamen, eo reprobato, contrarium benè comprobat, & ratio principalis ea est, quia probata nullitate professionis

219 etiam post contractum matrimonii, evanescit suspicio hæresis ob polygamiam similitudinariam, & consequenter remanet incompetens Tribunal Sanctissimæ Inquisitionis, ut advertit etiam, concordantibus cumulatis, *Bord. in Manu. Consult. sect.28. num.54.*

220 Ultra quod in triplici casu falsitatis in his circumstantiis dici potest competens Tribunal Sanctiss. Inquisitionis, I. scilicet, quando falsitas fuit commissa in actis, vel circa acta S. Officii; II. quando fuit producta in Tribunali S. Officii, licèt commissa in actis, & circa acta alterius Curiæ,

riæ, & III. quando de falsitate etiam incidenter in d. Tribunali tractari debet, quorum neutrum verificatur in casu, de quo quærimus, quia demonstrata nullitate professionis cessat jurisdictio Tribunalis Sancti Officii, nedum circa principale dubium, sed etiam circa incidentia, & ab illo dependentia. Sic practicari videmus in Judice 221 Criminali, qui attenta illius competentia incidenti circa causam civilem à criminali dependentem, si non condemnet in criminali, vel quia non fuit probatum, vel non commissum furtum, non condemnat in civili, nempè ad restitutionem rei, quam sine crimine, ad prætensum reum pervenisse constat ex animadversis per *Farin. qu.*1. *nu.*65. *vers. Ad hoc, & cons.*69. *per totum*.

222 Demùm adverte hìc, apud probos Viros magnam reputari pœnam, quòd Judex aliquem condemnet de falso, vel quòd ei non credatur, quia ut solidè discurrendo dicebat 223 *Ugolinus de Fontana*, Doctor Lombardus, relatus *à Barbat. in c. Verùm de For. compet. & Rayn. tom.*2. *ad cap.*18. §.7. *num.* 19. licèt talis sententia hominem non perimat, vel pœnam sanguinis non ingerat, totaliter illum vituperat, secundùm enim mores nostros non est crimen in mundo, 224 quod respectu opprobrii, & existimationis illud superet.

225 Quid autem dicendum in casu, in quo cum falso mandato procuræ vendita reperiantur Loca montium alicujus cum solita resignatione in manibus Secretarii, non cognoscentis talem falsitatem. Respondeo, quòd in d. casu danda est vero Domino reintegratio ad sua Loca montium, à quocumque possessa, quia absque illius consensu nullatenus privari potuit rebus suis, ad quod neque etiam Principis 226 potestas se extendit, ut firmavit *Rot. in d.*651. *per tot. cor. Cavaler. & in Romana Reintegrationis* 25. *Januarii* 1700. *a*, §. *Prout cor. R.P.D. Scotto*, ubi *in*, *Hinc authoritas*, *&*, §. *finali* respondet *Card. de Luc. de Regal. disc.*163. *& R.P. D. Ansald. de Comm. & mercat.* contrarium substinentibus.

227 Neque per hoc præjudicatur Locorum montium libertati, & immunitatibus contentis in diversis Summorum Pontificum privilegiis, & signanter *Constitut.*154. *f.m. Urbani VIII.* Illæ enim respiciunt solùm onera, & hypothecas, quas habere potuissent penes eorum anteriores possessores quorum respectu statutum fuit, transire in emptores libera, & exempta ab omni vinculo, & hypotheca, ex firmatis *per Rot. in d.*642. *num.*15. *cor. Dunoz. Jun. & in Rom. Locorum montium* 27. *Junii* 1671. §. *Quia cor. Card. Taya*; nullatenus verò se extendunt adhoc, ut quis privari possit Locis montium ratione publici commercii absque suo facto, & consensu; Quod est adeò verum, ut procedat, 228 etiamsi Judicis authoritas, minùs rectè procedentis, intercedat, quæ nullatenùs operatur, ut Translatarius vigore Apostolicarum Constitutionum sit totus absque d. consensu in illorum acquisitione requisito, ut pluries firmavit *Rot.* & signanter *in d.*407. *num.* 10. *&* 11. *par.*12. *& dec.*381. *nu.* 14. *p.*14. *rec. & coram Dunoz. Jun. dec.*642. *num.*13. *& in Romana Locorum montium* 7. *Maii* 1694. §. *Neque coram Ursino, & in dicta Romana Reintegrationis*, §. *Contrarium cor. R.P.D. Scotto*.

229 Quæ intellige de oneribus, vinculis, & hypothecis nullatenùs expressis in Literis patentibus, quia si in istis reperiantur expressæ, afficiunt quemcumque possessorem, qui cum illas videre, & considerare potuerit ante emptionem, non potest dici bona fide deceptus, ut advertit *Card. de Luc. de Loc. mont. non vacab. cap.*2. *nu.*8. & firmavit *Rot. cor. Mantud.*909. *num.* 14. *& coram Priol.* 246. *num.*1. *& d.*263 *num.*6. *& in Rom. Locorum montium* 25. *Junii* 1696. *in princ. & à*, §. *Cumque cor. Emin. de la Tremoille*: Potest verò easdem attergationes vinculorum, & hypothecarum facere 230 solus Secretarius, absque ulla participatione Thesaurarii Generalis, juxta plenissimam decisionem 1342. *Emerix. Jun.* ubi respondetur omnibus adversionibus, quæ in contrarium fieri possunt.

TITULUS VII.

De Criminibus Vis publicæ, & Vis privatæ.

1 Relictis diversis acceptionibus Vis, de quibus *Gloss. in* §. *Furtive, Instit. de Usucap. & Rayn. tom.*2. *cap.*23. §.1. *num.*1. *& seqq.* ubi *num.*11. quòd alia dicitur ablativa, alia expulsiva, alia turbativa, alia inquietativa, & alia compulsiva, ad nostrum propositum, Vis alia est publica, alia 2 privata *l. Hoc jure, ff. de Regul. jur.* Inter quas hæc intercedit differentia, quòd vis publica fit cum armis, privata verò sine illis, §. *Item lege Julia, Instit. de Publ. Jud. & Rayn. ubi prox.* 3 *n.*3. Variis modis vis publica committi solet, de quibus *Brug. Instit. Crim. lib.*3. *tit.*6. *per tot.*

4 I. Si quis domui suæ, sive in Villis, sive in Civitate, arma coegerit ad aliquod facinus perpetrandum, *leg.*1. *ff. Ad leg. Jul. de vi public.* Dixi *ad aliquod facinus &c.* nam si quis illa coegerit ad venandum, ad usum navigationis, vel commercii, seu itineris causa, vel in domum suam per viam hæreditatis arma exportaverit, non tenebitur de vi publica, *l.*1. *&* 2. *& l. Qui dolo, ff. Ad l. Jul. de vi publ.*

5 II. Si quis turbæ, seditionisque faciendæ consilium inierit & servos, liberosque homines in armis habuerit, armatosque congregaverit: *leg.*3. *ff. Eod.*

6 III. Si quis armatos homines apud se habere præsumpserit ut faciunt illi, qui rixis, & capitalibus insidiis sunt obnoxii & armati semper incedunt, atque stipati armatis hominibus, quos vulgò *Bravos* vocamus, *l. fin. Cod. Ad l. Jul. de vi pub. Decian. lib.*8. *cap.*3. *num.*8.

7 IV. Si quis publicè cum armis ambulaverit, quia cum armis incedere prohibitum est, *leg.*2. §. *Eadem lege, ff. ad l. Jul. de vi publ.* Multòque magis si quis deferat arma venenata, 8 vel brevia, quæ sub vestibus facilè asportantur abscondita, ut observat *Farinac. quæst.* 118. *n.*51. *&* 52 qualia sunt, ut vulgò dicitur, *Archibuggietti, e Pistole*, de quarum prohibitione adsunt *Const.*65. *Pii IV. &* 151. *B. Pii V.* sub pœna rebellionis, & ultimi supplicii contra illas deferentes, de quibus *Rayn. tom.*3. *cap.*24. §.6. *num.*1. *& seqq.* Hujus pa- 9 riter generis sunt pugiones, &, ut vulgò dicitur, *Stilletti, e Coltelli Genovesi*, eisdem pœnis prohibiti per *d. Const. B. Pii V.* & sub rigorosioribus per aliam *Alex. VIII. editam* 13. *Augusti*. 1690. de qua mentionem facit *Rayn. tom.*3. *ad cap.* 10 24. *supplet.*1. *num.* 1. *& seqq.* ubi, quòd, ad tollendam omnem excusationem, determinatur in d. Constit *non suffragabitur allegari, non constare de dolo, vel mala contravenientium qualitate*, quæ verba ipse intelligit non excludere probationem realem bonæ intentionis; Ego verò valdè dubito de dicta interpretatione, quæ mihi videtur verbis Bullæ parum conformis, ultra quod ex ipsa solùm armorum delatione malum animum præsumi, benè observat *Ursell. conclus.*144. *nu.*84. Quæ omnia vera sunt contra prædicta arma deferentes, vel portantes, non autem domui retinentes, ut observat 11 *Farin. quæst.*108. *num.*39. ubi, quòd pro sola armorum retentione in domo nunquam proceditur, nisi agatur de deli- 12 ctis armis prohibitis in cit. *Const. Pii IV. & B. Pii V.* in quibus prohibetur etiam retentio domi, quocumque jure, sive pignoris, sive depositi, sive permutationis, sive dationis in solutum, sive quocumque alio titulo.

13 Loquendo autem generaliter de armorum non veneratorum, nec breviorum usu, circa quæ meritò emanarunt dictæ rigorosæ prohibitiones, Jure communi attento, licitum esse Doctoribus, & Advocatis, eorumque familiæ, illa impunè portare, ad rem observant *Decian.* loquens de Advocatis 14 *lib.*8. *cap.*3. *num.*53. *& alii*, quos referunt, & sequuntur *Versut. de Land. inter controv. Andreol. contr.*325. *per tot. Conc. verb. Arma resol.*20. *per tot. & Rayn. tom.*3. *cap.*24. *num.*37. *& seqq.* qui respondent *Farin. qu.*108. *num.*96. asserenti, id non servari in praxi, & egregiè eorum sententiam probant. 15 Si enim Militibus arma deferre concessum est, ex adductis per *Plach. in Epit. delictor. lib.*1. *cap.*8. *num.*14. *& Bon. de Privileg. Doctor. privil.* 45. *num.*2. Id pariter permissum erit Doctoribus, & Advocatis, qui militare etiam dicuntur, cumque hujusmodi privilegium sit clausum in corpore Juris, vel illi æquiparetur, non comprehenditur sub proclamatibus, licèt generalibus, contrarium determinantibus, & consuetudo unius Loci ad alium non extenditur.

16 An autem Mulieres arma prohibita deferentes puniendæ sint pœna, in Bannimentis expressa, negat *Conciol. alleg. for.*87. *à num.*22. sed solùm pœna extraordinaria, & mitiori, referendo ita decisum, *& Calv. de Æquit. lib.*2. *cap.*129. *numer.* 30.

17 V. Si quis ædes, vel Villas alienas convocatione, vel seditione expugnaverit, expilaverit, effregerit, & bona, ibidem existentia, rapuerit, *leg.* 1. §. *Eadem lege, & leg. Hi qui ædes, ff. Ad leg. Jul. de vi public. Zuff. Instit. Crim. l.*2. *tit.*19. *per tot.*

18 VI. Si quis armatis hominibus possessorem de domo, vel de agro, vel de navi dejecerit, concusserit, vel expugnaverit, *dicta leg.*3. §. *Eadem lege*, ubi *Gloss. verb. Suo, ff. Ad leg. Jul. de Vi public. & leg.* 1. §. *Si qui, ff. de Vi, & vi armat.*

19 VII. Si quis vineas, & agros depopulaverit, sive de die, sive

sive de nocte. Sunt autem depopulatores, qui segetes, in agris, fructus, & vineas devastant, & extirpant, & ad alienos agros exterminandos destructores accedunt, à verbo *populo*, seu *populor*, quod deprædari, & diripere significat, *Ambros. de Imm. cap.4. num.4.* qui ob criminis atrocitatem, nec etiam Ecclesiastica gaudent immunitate, *cap. Inter alia* 21 *de Imm. Eccles.* & sancivit Gregorius XIV. in celebri *Const.* impressa *apud d. Ambrosin.* qui super illa doctum, & elabora- 22 tum edidit Commentarium, & latè *Panimont. decis.78. per totum*.

23 VIII. Si quis cœtu, concursu, turba, seditione, &c. incendium fecerit. Item, qui in Incendio causa rapiendi interfuerit, vel dominum prohibuerit, res suas ab incendio servare, sæpè *cit. leg. 3. §. Eadem lege, & leg. Qui cœtu, ff. Ad leg. Jul. de Vi publ. & Panim. dec.79 per tot.* ubi, quòd gravissimum, & inhumanum est hoc crimen dolosè perpetratum, quia ex incendio nihil utilitatis, nihilque vo- 24 luptatis consequitur incendiarius, ostenditurque solùm barbara cupiditas igne subvertendi facultates, & bona ad humanam vitam necessaria. Indeque Innocentius II. in Concilio universali, relato in *Can. Pessima 23. quæst. 8.* 25 depopulatricem, pessimam, & horrendam Incendiariorum malitiam detestatur, & interdicit, & sequitur *Basil. dec. 18. per tot.*

26 IX. Qui latrocinantur, vel dirobantur; Latrocinium enim crimen publici judicii esse, probat *Farinac. quæst. 165. num.12.* Quod autem pertineat ad legem Juliam de Vi publica, tradit *Decian. lib.8. cap.16. n.17.* Eo quia la- 27 trocinia per vim apertam, & armatam perpetrari consueverunt; Licèt autem aliquando, etiam sine armis perpetrentur, nunquam tamen sine violentia, *Auth. Sed novo jure, Cod. de Serv. fugit.*

28 Ex latronibus alii sunt simpliciter tales, alii famosi, & insignes. Latrones simplices illi sunt, qui semel tantum in domibus, itineribus, & viis publicis, & etiam in Mari, cum armis, vel saltem cum violentia, aggressi sunt homines, illosque derobaverunt, differuntque à Furibus, quod hi occultè, & sine armis furantur; Latrones verò 29 violenter deprædantur, & homines publicè expoliant, *Ambros. de Immun. cap.2. num.3.* Latrones verò famosi, & insignes sunt illi, qui consueverunt aggredi publicas vias, & itinera frequentata, & pluries, saltem scilicet tribus vicibus, in eis grassati, & furati sunt, *Barbos. de Jur. Eccles. lib.2. cap.3. num.79. & 80. Panim. dec. 95. annot. 2. num.4. & seqq. & Farin. qu.166. num.6. 7. & 14.* ubi *num.17.* quòd Latro famosus reputatur ille, qui tria latrocinia commisit, etiamsi ex fama publica talis 30 non reputetur. Sicuti è contra, si quis non fecit tria latrocinia, non potest dici Latro famosus, etiamsi per publicam famam sit pro Latrone reputatus. Dicuntur verò Latrones, quasi Laterones, quia latentes itineribus publicis insidientur Viatoribus, *Pignat. consult.28. n.14. t.9.*

31 Hæc autem habent pariter cum Grassatoribus viarum, qui nimium proximi sunt, & affines viarum Latronibus, ut inquit *Text. in leg. Capitalium, §. Grassatores, ff. de Pœn.* & observat *Ambros. de Immun. cap.3. num.1.* Grassatores verò dicuntur illi, qui prædæ causa in publicis itineribus stant, & transeuntes sæpè spoliant eos verberando, aut intenta morte terrendo, & resistentes etiam occidendo, *cit. leg. Capitalium, §. Grassatores, ff. de Pœn. Panim. decis.95. annot.2. per tot. & Amen. de Delict. & Pœn. tit. 9. §.6. num. 2. & seqq.* Undè grassari est supra modum sævire, ut explicat ibidem *Gloss. verb. Grassatores*, & observat *Marius Ital. de Immun. lib.1. cap. 5. §.1. per tot. & Pignat. consult. 28. num.16. tom.9.* ubi, quòd Sacra Congregatio Episcoporum multoties declaravit, Grassatores non posse dici eos, qui semel, aut 32 bis aliquem spoliaverint in locis occultis, sed necesse est quod publicè furari consueverint. Quamvis autem inter Grassatores, & famosos Latronos vix aliqua differentia constitui posse videatur, juxta *Decianum* tamen *lib. 9. cap.29. num.18. & Ambros. de Immun. cap.3. nu.7.* con- 33 stituitur hæc, quòd scilicet Grassatores sunt illi, qui semper aggrediuntur cum armis, parati etiam jad occidendum, & quodcumque facinus per rapinam explendum, si eis vel minima fiat resistentia. Latrones autem famosi, etiam sine armis aggredi possunt, vel si armis aggrediantur, non tamen sunt adeo improbi, atque scelesti, ut ad occisionem statim prorumpant eorum, quos expoliant, Ideoque Grassatores sunt quidem Latrones publici, sed aliis publicis Latronibus nequiores *Am. de Delict. & Pœn. tit.9. §.6. num.2. & 3.*

34 X. Vis publica committitur Raptu, de quo in *tot. tit. Cod. de Rapt. Virg. & Vid.* qui definitur *violenta, seu cum malis artibus asportatio, & abductio de loco ad locum Mulieris honestæ, & invitæ, causa libidinis, & animo eam carnaliter cognoscendi*, Ita colligitur *ex, §. Sin autem, Instit. de Publ. Jud.* & sequuntur *Farin. quæst.145. num.6. Brugiot. Instit. Crim. lib.3. tit.16. num.1. & seqq.* ubi delictum hoc vocat atrocissi- 35 mum, pessimum, & detestabile de *Ros. in Prax. Crim. par. 2. cap.5. num.1. & seqq. Cyrill. in Summ. Crim. rub. de publ. Jud. §.4. n.18. & Pan. dec.62. nu.1.*

36 Dicitur *asportatio, seu abductio* loco generis, Conveniunt enim cuicumque asportationi, tam cum violentia, quàm sine illa factæ, & tam de persona volente, quàm de invita, atque tam causa libidinis, quàm alterius sceleris, vel negotii. *Rota in Leodien. Matrimonii 20. Januarii 1714. §. Ejusdem coram Ansaldo.*

37 Dicitur *violenta*, quia non potest esse, imo nec intelligi raptus absque eo, quod inferatur vis, ut satis ipsum nomen ostendit, & patet *ex leg. 3. §. Non solùm, ff. de Incend. Ruin. & Naufr.* ibi *Siquidem amoveri aliquid sine vi potest, rapi autem sine vi non potest Zuff. Instit. Crimin. lib. 2. titul. 27. lit. XX.*

38 Dicitur, vel *malis artibus*, ut comprehendantur insidiæ, & persuasiones importunæ, cæteræquè callidæ, & astutæ artes, quibus Raptores uti solent ad effectum simulandi violentiam, de quibus loquitur *text. in leg.1. §. Pœnas Cod. de Rapt. Virg.* ibi *Nisi etenim eam sollicitaverit, nisi odiosis artibus circumvenerit, non facit eam velle in tantum deducus se se prodere*, & quas improbat *Brouver. de Jur. connub. lib.1. de Sponsf. dolo contract. cap. 19. num.1. & 2.* & alii, quos retuli *de Differt. de Matrim. nullit. §.22. num.7. & seqq.* ubi *num. 13. ex Cicer. lib. 1. de Offic.* observavi, duobus modis, aut 39 scilicet vi, vel fraude injuriam fieri posse, fraudem quasi Vulpeculæ, vim Leonis videri, utrumque alienissimum ab homi- 40 ne, sed fraudem odio dignam majore. Dictis enim modis persuadere, & sollicitare, est plusquam cogere, ut ait *text. in leg.1. §. Persuadere, ff. de Serv. corrupt.* & observat *Zuff. Instit. Crim. lib.2. tit.27. lit. CCC.* Atque importunæ suasio- 41 nes vim compulsionis habent *leg. Cùm. qui, C. de Apost. & de Ros. in Prax. Crim. par.2. cap.5. num.10. & 12.* ubi *num. 18.* quòd hujusmodi importunæ preces, & suasiones non sunt à Fisco, vel ab Accusatore probandæ, quia præsumuntur à lege, nisi in contrarium adsint conjecturæ, mulieris spontaneitatem denotantes, ibidem enumeratæ, de quibus etiam *Farinacc. quæst.145. num.22. & Nevizzan. in Sylv. nupt. lib.4. verb. est nubendum num.40. fol.329.* ubi, quòd Athe- 42 nienses magis puniebant stuprantes per persuasiones, & blanditias, quàm per vim, ea ratione, quia inferens vim, à coacta odio habetur, qui autem per blanditias illas cognoscit, ita illarum animum vitiat, ut obsequentiores sibi sint, quàm Maritis.

43 Dicitur *Mulieris*, ut sub hoc nomine comprehendatur, tam virgo, quàm nupta, & tam vidua, quàm sponsa. Nam in omnes istas æquè benè raptus committitur *d. leg.1. Cod. de Rapt. Virgin. Brugiot. Instit. Crim. lib.3. tit.16. num.6. & seqq.*

44 Dicitur *honesta*, ut excludantur Meretrices, circa quas propriè non cadit raptus, ut observant *Marsil. in d. lege unic. num.26. Panim. dec.62. num.25. & Decian. lib.8. cap. 7. num.9. & 13.* Quidquid dicat *Via in Sum. Jur. Can. lib. 3. tit.30. de Rapt. vers. Quando*, Sed si circa illas commit- 45 tatur, erit crimen extraordinarium, ut docet *Brugiot. Inst. Crim. lib.3. tit.16. num.18.* & observant *Decian. lib.8. cap.7 num.13. & Fagn. in cap. Ne innitaris num.371. de Constit.* ubi quòd potest puniri etiam pœna ordinaria, & refert ita 46 practicatum; Meretrix autem differt à concubina, & focaria, quia concubina dicitur illa mulier, quæ domi causa procreandorum liberorum, ex animi destinatione detinetur *leg. Concubinam, ff. de Concubin.* adeo ut si extra domum retineatur, concubina nullatenus dicatur *Lotter. de Rebenef. lib.3. quæst.33. num. 121. & seqq.* Focaria verò ea cen- 47 setur, quæ non ex animi destinatione, gratia procreandorum liberorum, sed simpliciter pro explenda libidine domi retinetur *leg.1. Cod. de Donat. int. Vir. & Ux.* sic dicta à foco, quia, ut plurimum, prætextu artis coquinariæ, cujus principale instrumentum est focus, mulierculæ hujusmo- 48 di consueverint retineri, juxta opinionem *Cujac. in leg. Mulierem in 1. colum. ff. de His quibus ut dign.* vel ex eo quod ad instar foci animas denigrent, ad sensum *Bald. cons.364. sub num.3.* quem sequitur *Lotter. ubi supra num.137.* Meretrix 49 demum illa est, quæ sui corporis quæstum facit, & duplex 50 est, alia scilicet publica, alia non publica. Publica dicitur quæ

quæ sui corporis quæstum palam facit, & cujus turpitudo omnium libidini publicè venalis est, *can. Meretrices* 32. *q.* 4. *& can. Vidua* 34. *dist.* Atque illa, quæ sine delectu personarum pudori suo non parcit, sed unumquemque accedentem indifferenter admittit, etiam si sine quæstu, sed sola 51 libidinis causa id faciat, *leg. Palam.* §. *Itemque de Rit. nupt. Gloss. in d. can. Vid. Verb. Quæ multorum* 34. *distinct.* ubi, quòd publica meretrix dicitur illa, quæ à pluribus quàm 23. 52 millibus hominum cognita fuit; sequitur *Cyriac. contr.* 246. *n.* 12. Quod tamen *Abb. & Preposit.* relati *à Barb. in d. can. Vidua n.* 2. verum putant in solo casu, quo meretrix ex mero amoris motivo faciat copiam sui adeò excessivo numero hominum, quòd si id faciat quæstus causa, sat est, quòd à duobus dumtaxat patiatur se carnaliter cognosci; Meretrix non publica dicitur illa, quæ non ab omnibus indifferenter, 53 sed à multis permittit se carnaliter cognosci, *Decian. lib.* 1. *cap.* 7. *num.* 9. *& seqq.* Quòd meretrix dicatur illa Mulier, quæ solita est de nocte aperire januam domus dixit *Rot. dec.* 151. *n.* 36. *par.* 18.

54 Expedire autem Reipublicæ, ad majora mala evitanda, meretrices permittere, seu tolerare, pluribus adductis, probant *Garon. ad nov. Const. Mediol. lib.* 4. *tit.* 15. *de Meretric. & Leonib. art.* 1. *n.* 1. *& seqq. Rebuff. ad Const. Regn. Franc. t.* 1. *in prohem. gloss.* 1. *n.* 2. *Iband. de Bardax ad Foros Aragonens. tit. de Offic. Gubernat. q.* 5. *nu.* 90. Atque ad propositum scriptum *reliquit D. Augustin. tit. de Ordin. c.* 4. 55 *paulo antè medium t.* 1. *Aufer meretrices de rebus humanis, & omnia turbaveris libidinibus*, quod *refert Scannarol. de Visit. carcer. fol.* 35. *n.* 19. *ubi ex D. Thom. pr.* 2. *q.* 10. *ar.* 3. 56 *ad* 3. observat, prudentis Legislatoris esse minores permittere transgressiones, ut majores caveantur, & regimini humano præsidentes, sapienter aliqua mala tolerare, nè in pejora incurrant, *& Rayn. to.* 3. *cap.* 28. §. 1. *nu.* 24. *& seqq.* ubi, quòd hujusmodi tolerantia non se extendit ad mulieres nuptas, quas si meretricari scienter permittant Superiores, 57 mortaliter peccent, quod dixerat etiam, *Tholos. Syntagm. Jur. par.* 2. *lib.* 10. *cap.* 2. *n.* 14. *& seqq. & Sabell. nella Prattic. univ.* §. *Meretrici n.* 55. *Pignatell. cons.* 81. *per tot. t.* 7. me citato *Paulut. t.* 2. *discept.* 82. *n.* 94. *& prius n.* 56. Idem verò *Rayn. loc. cit. n.* 21. *& seqq.* refert privilegia eisdem inhonestis mulieribus concessa, & enarrata *in Secretaria Apollinis f.* 456. ac si eisdem ab eodem Apolline concessa essent, cum seqq. verbis — *Abbiamo determinato di concedervi alcuni privilegii, i quali, agevolando le vostre fatighe, potranno* 58 *rendere men fallaci le vostre arti, e sono questi; Di poter rubare senza obligo di restitutione; Di fingere; Dissimulare; Di non dir mai la verità; Di godere senza amare; Di piangere quando volete; Di trasformarvi quando vi pare; Di chieder senza discretione; Di togliere senza pietà; Di celar l'odio sotto le lusinghe; Di strapazzare li vostri Amanti; E finalmente di vendicarvi insensibilmente dell' ingiurie, che vi fanno, facendoli restare pellati nella testa, e nella borsa nel termine* 59 *di quaranta giorni*. Cum quo concordat lepidum illud proverbium, relatum *Nevizzan. in Sylv. nupt. lib.* 4. *verb. Est nubendum n.* 55. *f.* 305. nempè *Amor di Puttane, carezze di Cani &c. e invito d' Osti, non puo far, che non ti costi*, ubi *fol.* 37. *num.* 28. observaverat, pulchritudinem in publicis meretricibus vilescere, referendo aliud proverbium tres sci- 60 licet res magni esse valoris, & tamen parvo pretio possideri, nempè fortitudo *di facchino*, seu Bajuli, consilium pauperis, & pulchritudo meretricis.

61 Ex dicta autem permissione nihil inferri potest contra Superiores, illas permittentes, ad hoc, ut minus malum sequatur, insistendo in hoc, quòd, nec etiam minori malo aperienda sit via, dum ultra alias congruas responsiones, quæ videri possunt apud Theologos, adduci solet grossolanum quidem, sed nimis convincens exemplum illud hominis, portantis de nocte lanternam, & lumen facientis ei, qui paratus est in foveam se projicere, ad hoc, ut à se ipso observando minorem profunditatem unius foveæ, potiùs in hanc, quàm in aliam profundiorem se projiciat. Ille enim non dicitur motus ad se projiciendum in foveam ab illuminante ioca, seu à portante lumen, sed à se ipso, & ab ejus prava, & determinata voluntate, ut consideranti patet.

62 Nota hìc, quòd ducens in uxorem scienter meretricem, hoc saltem boni habet, quòd non decipitur, quia scit eam talem esse, quod non semper aliis contingit, ut advertit *Nevizzan. in Sylv. nupt. lib.* 4. *verb. Est nubendum sub n.* 33. ubi aliud pariter considerat commodum, quia scilicet præbeant viro majorem delectationem, utendo arte, quam usu didicerunt, & concordat *Scapp. de Jur. non scripr. lib.* 1. *cap.* 54. *n.* 21.

Circa meretrices non publicas, frequentes audiuntur in 63 Tribunalibus Urbis contentiones, inter Monasterium Convertitarum, & hæredes mulierum, de incontinentia suspectarum, eo quia ex Constit. diversorum Summorum Pontificum, relatis *à Zaul. tom.* 1. *lib.* 4. *rubr.* 58. *per tot.* Idem Monasterium succedit inhonestis mulieribus, ab intestato defunctis, vel etiam cum testamento, nisi in illo instituatur hæres, saltem in triente idem Monasterium *Card. de Luc. de* 64 *Testam. disc.* 37. *num.* 1. *per tot.* ubi, quòd in præjudicium ejusdem Monasterii nequeant ex eorum redditibus constituere census vitalitios, circa quod adest *Constit.* 22. *f. m. Clem. X. in Bull. nov. tom.* 6. emanata occasione ejusdem discursus, de qua latè *Zaul. tom.* 1. *lib.* 4. *rubr.* 58. *numer.* 71. *& seq. & Rayn. tom.* 3. *cap.* 24. §. 33. *nu.* 44. *& seqq. Tartaglia ubi proximè num.* 42. Quæstiones autem, ut plurimum versan- 65 tur circa probationes qualitatis meretriciæ, circa quam videri potest Chirographum f. m. Innoc. XII. de quo infra, dum ibidem videntur comprehendi mulieres omnes, quo- 66 cumque modo impudicæ, ex quo referendo, & approbando Const. Clem. VII. dicitur — *tanto di quelle donne, volgarmente chiamate cortegiane, quanto di quelle, che publicamente si prostituiscono, ò in altro modo disonestamente, & impudicamente vivono nelle proprie Case, o in altre ancora, ritenute ad istanza di persone sì Secolari, come Ecclesiastiche*. Nec non pariter videndi in casum contigentia, *Zaul. ubi proximè à num.* 89. *Scannar. de Visit. carcer. lib.* 1. §. 3. *cap.* 4. *& Pacichel. de Dist. cap.* 6. *membr.* 9. *n.* 15. *vers. Neque*, ubi, quòd eædem Constitutiones locum pariter habent 67 cum Cantatricibus, Collarariis, & *Arte bianche* vido *Lagunez. de fruct. lib. c.* 34. §. *unic. sect.* 2. *n.* 19. & me citato *Paul. t.* 2. *differt.* 82. *n.* 68. Quod tamen impugnat *Zaul. ubi supra n.* 114. *&* priùs *nu.* 39. *ex Sabell. in Prax. univ.* §. *Meretrici* observaverat, difficultatem restringendi inhonestas mulie- 68 res intra certos fines forsan hodie provenire ex eo, quòd earum numerus adeò excrevit, ut vix restringi possint, *Nevizz. in Sylv. nupt. lib.* 1. *num.* 19. ubi quòd inter secretas, 69 & publicas meretrices illa intercedit differentia, quæ est inter milites, & grassatores; *Pignat. consul.* 28. *n.* 20. *t.* 9. ubi, quòd eædem Constitutiones non habent locum cum mulie- 70 ribus, quæ unum, vel duos admiserunt, etiam si id quæstus gratia fecerint, *Rayn. tom.* 3. *cap.* 24. §. 33. *num.* 47. ubi, quòd fiunt quotidiè processus in præjudicium honoris, & existimationis familiarum, & Deus scit quales sunt Testes, loquiturque de facto proprio, quia vidit illos tempore, quo 71 fuit Pauperum Procurator, quodque proindè expediret, easdem Constitutiones resecare, sequitur *Tartaglia de reservat. statut. art.* 37. *num.* 97. & *cap.* 28. §. 1. *per tot. & in supplet. & Rot. dec.* 999. *n.* 6. *coram Seraph.* ubi, quòd Monasterium nullum habet jus contra bona illarum mulierum, 72 quæ ad bonam frugem redierunt, quam sequuntur *Sabell. in Summa*, §. *Meretrix n.* 10. *Scannar. de Visit. carcerat. l.* 1. *c.* 4. *n.* 48. *fol.* 37. *& Rayn. tom.* 3. *cap.* 24. §. 33. *n.* 48. *in fine.* Quod ego, post *Zaul. to.* 1. *lib.* 4. *rub.* 58. *n.* 101. *& seqq.* in hac secunda impressione visum, verum intelligerem, si id faciant bono spiritu ductæ, & in juventute, secùs si in tempore senectutis, quando non ipsæ peccata, sed ista, ipsas 73 non admittunt, in quem sensum intelligerem ea, quæ tradit *Menoch. de Arbitr. cas.* 535. *nu.* 17. licèt contrarium indistinctè teneat, *Novar. in Summ. Bullar. comm.* 142. *num.* 3. *par.* 1.

Idem verò privilegium non habet locum cum illis mulie- 74 ribus inhonestis, quæ decedunt cum filiis, Istis enim, sive ab intestato, sive cum testamento decedentibus, excluso eodem Monasterio Convertitarum, semper succedunt filii *Guazzin. de Confiscat. bonor. conclus.* 13. *limit.* 42. *num.* 3. *Scannar. de Visit. carcer. lib.* 1. *part.* 3. *cap.* 4. *num.* 31. *& seqq. Ursell. conclus.* 159. *num.* 12. *& Zaul. tom.* 1. *lib.* 4. *rubr.* 58. *num.* 64.

An autem hujusmodi privilegium Monasterii Convertita- 75 rum comprehendat solùm bona ex turpi quæstu acquisita, vel potiùs omnia alia patrimonialia mulieris, inhonestæ, affirmant, *Ursell. concl.* 159. *num.* 12. *& Massin. in addit. ad Guazz. de Confisc. q.* 16. *ex n.* 53. Verùm contraria opinio magis fundata videtur, eo quia in hoc casu Monasterium 76 subrogatum est ex Pontificiis Constit. loco filiorum mulierum impudicarum, Sicuti ergo in veris filiis, quoad successionem in bonis maternis non intrat dicta distinctio, & bonorum separatio, ita idem dicendum est in filio ficto, ex Principis authoritate in locum veri filii subrogati, ut egregiè observat *Card. de Luc. Testam. disc.* 90. *per tot.* ubi reprobat contrarium sentientes, & hanc opinionem nervosè suo mocomprobat, vide *Tartagl. de reserv. statut. art.* 37. *n.* 34.

77 Quam opinionem omninò sequendam statuit f. m. Innoc. XII. in ejus particulari Chirographo, post hæc scripta viso, sub die 26. Septemb. 1696. & registrato in plena Camera sub die 8. Octob. ejusdem anni, prout *in Lib. Signat. ejusdem Summi Pontificis fol.* 148. In quo Chirographo voluit, 78 & mandavit idem Pontifex, id procedere, *In tutti, e singoli altri beni, mobili, stabili, se moventi, luoghi de monti, attioni, ragioni, & anco li beni emfiteotici, feudali, benchè Ecclesiastici & acquistati, à acquistato, tanto per il passato, quanto per acquistarli per avvenire per titolo di doti, di heredità, legati, donationi, tanto inter vivos, quanto causa mortis, e per altri contratti, tanto d' investiture, concessioni, ò per qualsivoglia altro titolo lecito, giusto, e legittimo* — Tollendo pariter quæstiones illas, quæ priùs agita-79 bantur in diversis Tribunalibus circa qualitates Testium, deponentium de inhonestate earumdem mulierum, illorumque repetitione, nomina, cognomina, & similia, præcipiendo Illustr. Vicesgerenti, Judici privativè deputato in 80 eodem Chirographo — *di esaminare, e ripetere respettivamente li testimonii senza Interprete, & anco di publicare l' esame di quelli, e darne li sommarii alle Parti, senza li nomi, e cognomi di essi testimonii, & anco senza esprimere le particolari qualità di essi testimonii, dalle quali si possa venire in cognitione della loro persona, come è stato solito farsi per il passato nelle suddette Cause &c.*

Solent aliquæ Meretrices, de quarum impudica vita non adsunt claræ probationes, relinquere tertiam partem eidem Monasterio, non absolutè, sed quatenus Jus aliquod prætendere possit in earum hæreditatibus, itaut concludenter idem Monasterium probare teneatur vitam impudicam, tamquam fundamentum suæ intentionis; Verùm cautela nullius est momenti, illamque in specie reprobavit Gregorius XV. sequentibus verbis: *Gregorius XV. ad perpetuam rei memoriam*. Admonet Nos Pastoralis Officii nostri debitum &c. Cum autem sicut dilecti Filii &c. nos &c. supplicationibus DD. Gubernatorum nomine &c. nobis &c. porrectis inclinati &c. quod de cætero perpetuis futuris temporibus quæcumque dispositiones, donationes, & legata, de quarta, vel quinta parte hujusmodi &c. per Curiales, & inhonestas Mulieres prædictas pro tempore cum conditione hujusmodi, quatenus de jure teneantur, facta minimè sufficiant, neque Mulieribus hujusmodi ullo modo suffragentur, sed dispositiones, donationes, & legata de quarta parte hujusmodi per easdem Mulieres purè, nudè, simpliciter, & realiter absque ullis subterfugiis, & conditionibus ad favorem ejusdem Monasterii fiant, idque quibusvis Notariis per edictum, locis publicis affigendum, significetur. Datum Romæ apud S. Petrum, die 18. Novembris 1621. S. Cardinalis, S. Susannæ.

81 Hac occasione opportunè quæri potest, an disponente Statuto alicujus Confraternitatis, quòd dote destinata privetur puella, quæ ante matrimonium inhonestatem aliquam commisit, aut de illa diffamata sit, comprehendatur illa, quæ sub fide matrimonii passa fuit stuprum, & deinde ab amasio fuit desponsata. In qua breviter dico, quòd non, & ratio est, quia matrimonio sequuto cum amasio, omnis præcedens macula sublata fuit, & mulier affectu maritali patiens se ab amasio cognosci, inhonesta dici non potest, cum aliis considerationibus *apud Rayn. tom. 3. cap. 28. supplet. 2. per tot.* ubi, quòd pro veritate requisitus ita respondit.

82 Quibus non obstant ea, quæ post hæc scripta notavit *Monacell. in Formul. fol.* 217. *n.* 3. & 4. Vis enim matrimonii in his terminis talis, & tanta est, ut omnem antecedentem maculam purget, juxta *text. in c. Tanta Qui filii sint legit. ubi Glos. verb. Legitimi*.

83 Quòd si Testator leget Puellis pauperibus, & civilibus, à tali legato nullatenùs excludi filias mercatorum, & artificum respondit *Sac. Cong. Conc. in Romana Subsidii dotalis 2. Martii* 1692. *lib.* 42. *Decret. fol.* 187. *à ter.* illamque refert *Monacell. in Formular. fol.* 217. *n.* 5. Ea forsan ratione, quòd cùm hodiè tituli in immensum excreverint, illorumque abusus intolerabilis ferè sit, ad hoc, ut aliquis col-84 locari possit in civilitatis ordine, satis est, quòd vilem non exerceat artem.

85 Nota hic cum *Fagn. in cap. Mandato n.* 53. *de Simon.* quod ex oraculo f. m. Pauli V. de mense Maii 1617. Sac. Pœnitentiaria facultatem habet condonandi puellis violatis dotes, quas à Confraternitatibus tamquàm virgines obtinuerunt, & sic cum præjudicio aliarum verè virginum; quam facultatem confirmavit f. m. Innoc. XII. in ejus *Constit.* 12. *n.* 53. addita hac conditione — *quatenus illæ in posterum honestè vivant*.

Nota 2. quòd Puella carceribus mancipata ob inhonestatem vitæ, si deindè reperiatur virgo, non est incapax eleemosynarum dotalium, *Nicol. in Floscul. verb. Virgo num.* 4. ubi, quòd ita respondit *Sac. Cong. Episcop.* 19. *August.* 1603. *Tartagl. de reserv. statut. art.* 37. *n.* 26. 86

Quòd si ulteriùs quæras, an donatio facta meretrici sustineatur, Respondeo, quòd si agatur de actione ad consequendam rem donatam, Doctores divisi sunt in contrarias opiniones, ut videre est *in dec.* 19. *ex nu.* 1. *usque ad* 10. *par.* 16. *rec.* Si verò meretrix sit jam in possessione rei donatæ, tunc certissimum esse, ei competere retentionem, multa enim facta tenent, quæ fieri prohibentur, atque meretrix licèt turpiter faciat, non tamen turpiter accipit, ut latè prosequitur, *Rot. in cit. dec.* 19. *per tot. par.* 16. *rec.* ubi *num.* 16. quòd, nec alia mulier honesta, nec virgo, nec etiam monialis, quæ concubitus causa aliquid receperit, ad restitutionem tenetur, quod dixerat priùs *Gizzarel. dec.* 34. *n.* 8. & *seqq.* 87 88 89

Quid autem dicendum in casu, quo habens rem cum meretrice, eique mercedem promittens, nolit deindè promissionem servare, an scilicet in conscientia teneatur, Respondeo negativè cum *Valer. de Differ. utriusque For. verb. Promissio differ.* 8. & *Zacch. de Salar. q.* 76. *n.* 60. ubi tamen, quod *Diana* utramque sententiam, tam scilicet affirmativam, quàm negativam probabilem putat. 90 91

Nota 3. *ex Cyn. in l.* 1. *C. de Mulier. quæ propr. ser. se junxer.* amatores debere donare amasiis, non autem è contra, ubi subdit, *crede experto, quod donum magis valet, quàm suspirium*; Cui omnis præstari potest fides, quia idem Cynus, nedum fuit excellens Doctor, sed etiam maximus amator, & egregius Poeta, testibus *Clar. in Prax.* §. *Fornicatio nu.* 20. *Farin. q.* 136. *n.* 1. *Jo. Franc. de Leonard. in Prax. offic. c.* 5. *sub n.* 11. & *Rayn. t.* 2. *cap.* 14. §. 17. *n.* 7. & *seqq.* ubi, quòd scholaris incitatus ad adulterium à sua hospita, minùs peccat, quàm si illam multùm sollicitasset, sollicitando enim amitteret tempus, & posteà adulterium committeret, & sic dupliciter peccaret, In qua parte adsunt versus illi, quos causa solatii, non vitii, suis scholaribus recitabat *Doctor Raynerius de Forolivio*, ut dicit *Bald. in cap. Litteris de Præsumption*, ubi dictos versus registravit, nempe 92 93 94 95

Villanam precibus, Burgensem munere quære,
Gentilem capias portunitate loci.

Possunt meretrices à Vicinia, in qua probæ personæ degunt, expelli, tribus concurrentibus I. Quòd constet de vita inhonesta, & meretricia. II. Quod in Vicinia, & domo meretricis habitare solitæ sint personæ honestæ, & III. quòd instantia proveniat ab his, qui habent jus agendi pro ejectione, ex adductis *per Ric. dec.* 63. *par.* 1. & *dec.* 129. *par.* 4. *Themund. dec.* 212. *n.* 2. & *Rayn. tom.* 3. *c.* 28. §. 2. *n.* 60. & *seqq.* & signanter *n.* 79. ubi, quòd procedit etiam contra mulieres rixosas, & brigosas, licèt non meretrices, contra quas, tempore quo erat Locumtenens Criminalis Eminentiss. Vicarii transmittebat præceptum de non molestando, nec facto, nec verbis, cum comminatione pœnæ ejectionis in casu contraventionis, quòd etiam admittunt, *Scann. de Visi. Carcerat. lib.* 1. *cap.* 4. *n.* 42. *fol.* 37. & §. 11. *cap.* 3. *sub nu.* 37. *fol.* 147. *Jo. Mart. à Costa de Dom. Supplic. annot.* 20. *n.* 9. & *seqq.* 96 97

In quibus casibus non datur appellatio suspensiva, sed statim exequutioni demandari debet decretum expulsionis, *Carpan. ad Stat. Mediol. cap.* 472. *n.* 54. *lib.* 2. & *Calvin. de Æquit. lib.* 1. *cap.* 33. *num.* 12. Ea autem, quæ diximus de meretrice, procedunt etiam si domus, in qua inhabitat, propria sit, quando illa propè Ecclesias, sita est, quia, nedum potest ab illa expelli, sed etiam cogi ad illam vendendam, ut probant *Calvin. de Æquit. d. lib.* 1. *cap.* 33. *num.* 8. & *seq. Possent singul.* 113. *per tot.* & *Sabell. in Summ. verb. Meretrix n.* 5. *Franch. dec.* 316. *n.* 1. & *seqq.* ubi, quòd Neapoli ex speciali privilegio id practicatur etiam cum scholaribus, quòd advertit etiam *Prat. respons. crimin.* 24. *n.* 42. Expelli pariter possunt à vicinia exercentes artem candelarum sebacearum, dum illos manere voluit f. m. Pius IV. dumtaxat propè flumen Tyberis, referente *Zaul. t.* 1. *lib.* 4. *rubr.* 70. *n.* 4. & *seqq. fol.* 713. 98 99 101

Dicitur *invita*, ut excludatur à crimine raptus abductio facta de voluntate mulieris, quia volenti non fit injuria, *leg.* 1. §. *Usque, ff. de Injur. Decian. lib.* 8. *cap.* 7. *nu.* 19. Cui non obstat *text. in cit. leg.* 1. §. *Pœnas, Cod. de Rapt. Virg.* ibi *Ut huic pœna omnes subjaceant, sive nolentibus, sive volentibus virginibus, & aliis mulieribus, tale facinus* 102

fue-

fuerit perpetratum. Quia intelligitur de mulieribus invi-
103 tis, & coactis, diverso tamen modo, nam potest mulier esse invita, & coacta, vel vi, vel metu, vel malis artibus, scilicet pretio, insidiis, fallaciis, promissionibus, & importunis sollicitationibus. Unde per mulieres nolentes intelligit Textus mulieres coactas, & raptas, per vim, cui resistere non potuit; Per mulieres verò volentes, eas
104 quæ dictis malis artibus seductæ sunt. Nam iis concurrentibus nolentes potiùs, quàm volentes dicuntur, ut explicat *Decian. lib. 8. c. 7. à n. 19. usque ad fin. Far. q. 145. à n. 105. usque ad n. 112. Sanch. de Matr. lib. 7. disp. 12. n. 6. & seqq. & Panim. d. 62. n. 23.* Ex quibus autem consensus mulieris, vel
105 excludatur, vel deducatur, per sex regulas tradit, *Far. qu. 146. n. 141.* & sequitur, *Panim. d. dec. 62. n. 24.*

106 Dicitur *de loco ad locum*, quia si quis raperet mulierem, & eam per vim carnaliter cognosceret in eodem loco, esset quidem stuprum cum violentia, ut infra videbimus *n. 108.* sed non raptus, *Decian. lib. 8. c. 6. n. 31. & Amen. de Delict. & Pœn. tit. 4. §. 7. n. 2.* ubi reprobat *Moron. respons. 96. n. 14.* asserentem, raptum dici quotiescumque infertur vis fœminæ ad copulam, sive amoveatur, sive non, à loco, in quo est.

107 Dicitur denique, *causa libidinis, & animo eam carnaliter cognoscendi*. Nam raptus non est, ubi copula non concurrit, vel saltem intentio ad illam, cùm in nostro proposito raptus sit separata species luxuriæ, juxta *text. in can. Raptus 27. q. 3.* & observant *D. Thom. 2. 2. q. 25. ar. 7. & Far. q. 145. n. 196.* ubi, quòd sola intentio ad copulam sufficit ad hoc, ut raptor sit reus hujus criminis. Dicitur pariter *causa libidinis*, quia si quis rapiat mulierem ad effectum contrahendi cum illa matrimonium, de quo præcedens inter ipsos habitus sit tractatus, raptus crimen non verificatur, *Rot. d. 250. n. 9. & seqq. p. 16. rec.*

108 XI. Committitur crimen Vis publicæ per stuprum cum violentia, *l. 3. §. Eadem, ff. ad l. Jul. de Vi publ.* Aliud namque est mulierem rapere causa libidinis, & de loco ad locum eam abducere ut modò diximus, & aliud eam violenter co-
109 gnoscere, nam violentus coitus dicitur, quando dictis modis fœmina minimè abducitur, sed ubi reperta fuerit, ibi carnaliter invita cognoscitur, *Decian. lib. 8. cap. 36. num. 1. & cap. 7. num. 91.* Ad hoc autem, ut hujusmodi crimen locum habeat, violentia debet esse facta ipsimet per-
110 sonæ stupratæ; Unde si quis frangeret ostium domus, vel cubiculi, & ibidem per violentiam ingrederetur, & carnaliter cognosceret ibidem fœminam consentientem, non diceretur stuprum cum violentia commisisse. *Decian. lib. 8. cap. 15. numer. 3. de Angel. de Delict. part. 1. cap. 124. numer. 21.*

111 Ad rem autem observat in hac parte *Amen. de Delict. & Pœn. tit. 4. §. 5. num. 8.* non debere Judices esse nimium faciles ad pronunciandum, constare de vi illata, præcipuè quando mulier matrem habet, aut amitam pauperem, cum qua vivit; Frequentissimè enim evenit, quòd tales mulierculæ Lenæ sint propriarum filiarum, vel neptum, ut observat etiam *Cosp. nel Giud. crim. par. 3. cap. 38. num. 9.* Atque, vel pro recipiendo pretio lenocinii, vel pro cogendo stupratore ad dotandam, vel in uxorem ducendam stupratam, non rarò subagitatissimum scortum vendunt pro virgine, cum illis remediis, ac improbis modis, quos indicant *Verticell. quæst. moral. & legal. tom. 1. q. 14. num. 4. vers. 5.* ubi,
112 quòd inter Turcas adeò certa habentur hujusmodi medicamenta, ut puellæ constupratæ tamquam integræ publicè vendantur, præcedente illarum visione, & recognitione,
113 quodque nec etiam possit deprehendi vitium, quòd fuit ei narratum Constantinopoli. *Augen. Epistol. medic. tom. 2. lib. 1. cap. 5.* ubi, quòd à sex probatæ famæ obstetricibus mulier quædam mediante hoc secreto judicata fuit virgo,
114 quæ per septem menses antea puerum pepererat, & *Regner. de Graff. in Bibliothec. anathomic. tom. 1. tit. de Infim. Ventr. fol. mihi 594.* Et de T. Caracossa, quæ, ut placeret suo ma-
115 rito, tantùm medicaminibus se fecit restringere, quod nec ipsa, nec alius potuit ampliùs eam cognoscere refert, *Praeposit. in cap. Consultationi de Frigid. & malefic. & Nevizz. in Sylv. nupt. l. 2. verb. Seni non est nubendum n. 310. in fine fol. 171.* & generaliter *Archid. in Can. Hæc imago 33. q. 5. n. 7.*
116 ubi, quòd fœmina etiam millesies sit corrupta, benè scit contra hoc remedia invenire. *Roder. à Castr. de Morb. mul. lib. 1. c. 3. n. 20. Cosp. nel Giud. Crim. par. 3. cap. 38. n. 8. Pa-
117 nim. dec. 93. adnot. 1. n. 14. & Rayn. tom. 1. c. 23. §. 4. n. 47.* Quæ medicamina non sine peccato mortali adhiberi, etiam ad bonum finem, puta, ut mulier virginitatis defectum tegat, & tamquam virgo nubat, benè probat, *Sanchez. de Ursaye Institut. Crimin.*

Matrim. lib. 7. disput. 27. n. 7. & 10. ubi refert Hispanicum 118 illud proverbium *No ay casamiento pobre, ni Novia fea*, vide *Perez. de matrim. sect. 5. à n. 4. disp. 24.* qui contrarium nimis tamen superficialiter loquendo substinet, vide etiam *Gobatin. Theol. experim. tract. 9. cas. 4. n. 127. fol. 616.* Illorumque vanitatem egregiè ostendit, *Zacch. q. Medicol. l. 3. tit. 2. q. 7. Turrebl. in Demonolog. lib. 2. c. 19. n. 13. & 14.* ubi id limitat in casu, quo mulier sit jam desponsata, & 119 metuat mortis, aut honoris periculum, si vir ejus amissam virginitatem agnoscat. Quòd si pro voto illis res non succedat, accusant de vi illata illum, cum quo ex condicto 120 omnia pertractata fuere; Cauti igitur esse debent iidem Judices, & omni sedulitate se informare debent de fama quærelantium, quomodo vixerint in juventute, quomodo se substentent, & quomodo propriam tolerent paupertatem in victu, & vestitu, & an laboris, vel otii sint amicæ; Si enim in adolescentia propriæ famæ prodigæ fue- 121 runt, in senio non curabunt filiarum honestatem vendere, atque si paupertatis incommoda in victu, & vestibus aversantur, nec laboribus manuum incumbunt, intrat contra quærelantes præsumptio maxima, quòd filias prostituerint.

Præcipuè si puella, quæ vim passa prætenditur, puber- 122 tatem fuerit egressa; Vix enim credi potest, ipsam, pro viribus reluctantem, à viro per vim cognosci posse, nisi aliqualis ipsius accedat consensus, saltem extortus blanditiis, mixtis cum aliquali vi *Amen. de Delict. & Pœn. tit. 4. §. 5. num. 9.* ubi, quòd audivit à nonnullis viris, summis pollen- 123 tibus viribus, se spe frustratos, dum omni violentia, nisuque adhibitis, procurarunt puellas viriare, quas auro, & precibus priùs frustra tentarunt, & ex eorum testimonio asserit, impossibile esse, non tantùm virginem, sed nec etiam mulierem, verè constantem, vi præcisa perfectè carnaliter cognoscere. *Card. de Luc. de Dot. disc. 153. sub n. 15.* ubi, quòd in vaginam invitam difficile gladius immitti potest. Fortiùs si mulier gravida remaneret, ex ingravidatione 124 enim mulieris excludi vim, observat *de Angel. de Delict. c. 124. num. 20.*

Non potest tamen negari, quòd aliquando, summa vi 125 adhibita, id sequutum fuerit. ut de Thamar, & Dina habetur, *Gen. 34. & Reg. 13. 14.* & nota est historia, *Ezzelini Tyranni Patavini*, qui cùm esset amore captus uxoris cujusdam medici, quæ honestissima erat, nec oblata pecunia, nec precibus, nec cæde viri umquam flecti potuit, licèt ad ejus cubiculum rapta, per vim nudata, cum eodem cubare coacta fuerit. Unde in ferinam agitatus rabiem dictus Tyrannus, crucem parare fecit ad instar illius, qua 126 S. Andreas Apostolus crucifixus pingitur, eamdemque virilis animi mulierem, brachiis, cruribusque deductis, super ea ligare fortiter fecit, sicque libidine expleta, ita alligatam satellitibus suis illudendam tradidit, & tamdem jugulare fecit. Sed raritas horum casuum, atque necessitas, vel instrumentorum, vel cooperationis aliarum personarum, ad id perpetrandum, confirmat potiùs veritatem prædictorum.

Posito autem stupro cum violentia, quæri potest, an puel- 127 la in morte coronari possit serto florum, ut practicatur cum puellis virginibus, quando ad sepelliendum ducuntur. In qua quæstione breviter adhæreo opinioni negativæ; & ratio est, quia cùm simile sertum, seu corona florum, sit signum virginitatis corporis, non animi, utique non convenit ei, quæ per vim eamdem corporis virginitatem amisit *Isern. in Cap. Regn. Si quis rapere vers. Item, quod dicit Lex. tit. de Rapt. & Violent. Mon. lib. illat. Carpzov. Jurisprud. Consist. lib. 2. definit. 237. & Raynal. tom. 3. c. 23. §. 1. nu. 38. & seqq.*

Quare autem virgines magis venereas appetant delecta- 128 tiones, quàm conjugatæ, *Nevizzan. in Sylv. nupt. lib. 2. Verb. Seni non est nubendum num. 38.* asserit, id provenire ex eo, quod dulcius putant id, quod numquam expertæ sunt. Num. verò 35. observaverat, quòd licèt viderit plures mulieres cognitas ab uno viro, à duobus tamen nullam, ea forsan ratione, quia quando mulier facit copiam sui secun- 129 do viro, vel propter pecunias, vel pulchritudinem, vel aliam considerationem, ex concursu ejusdem, vel majoris circumstantiæ, eadem facilitate se prostituit tertio, & ulterioribus Procis.

XII. Demum committitur vis publica prohibendo per 130 vim aliquem testari, vel è contra ad testandum aliquem compellendo; Si enim quis cum armis id fecerit, præter crimen falsi, *de quo diximus supra tit. 6.* tenebitur etiam *ex lege Julia de Vi public.* si verò sine armis tenebitur *lege Julia, de Vi privata*, ut scribit *Farin. q. 151. n. 5.*

131 Circa facilitatem testandi, & bona, quæ relinqui solent innumeris vinculis subjecta, respectu avarorum, & illarum personarum, quæ ex nimia parsimonia, & propria industria divitias acquisierunt, duas adducit congruentias *Card.* 132 *de Luc. de Testam. discurs. 6. n. 9. vers. 4. & seq.* Primam, quia sicuti viventes cum proprii etiam corporis detrimento bona conservare, & cumulare studuerunt, ita illa indiscretè vinculare solent morientes, quasi invidentes successoribus liberam illorum fruitionem: Secundam verò, quia credentes humano dumtaxat modo carnis resurrectionem, & dubitantes illis posse aliquando indigere, ita student eum fideicommissis, & prohibitionibus perpetuæ conserva- 133 tioni bonorum, ut in die judicii ea reperire valeant intacta.

134 Vis privata etiam ipsa pluribus modis committitur, & ferè in omnibus illis casibus, in quibus publica committi solet, si sine armis committatur, ut observant in *eorum Instit. Crim. Brugiot. lib. 3. tit. 6. & Zuff. lib. 2. tit. 19.* Igi- 135 tur, si quis convocatis hominibus, absque tamen armis, vim fecerit, Reus erit criminis vis privatæ *leg. 2. ff. ad leg. Jul. de vi privat.* Item si quis cœtum, vel concursum fecerit, quo minus quis in jus producatur, in *leg. Jul. de Vi privat.* committit *leg. Legis Juliæ, ff. Eodem.* Item si quis aliquem de Agro, vel Villa sua, congregatis hominibus, sine armis dejecerit, *l. Si quis aliquem, ff. Eodem.* Item si creditor propria authoritate, & non vi armata bona debitoris usurpaverit, *l. Creditores, & l. fin. ff. Eodem.* Item si quis ex naufragio aliquid rapuerit, nam si sine armis hoc fecerit, de vi privata tenebitur *l. 1. vers. Eadem pœna, ff. Eodem.* De publica autem, si cum armis, cœtu, vel seditione fiat, *Dec. lib. 8. c. 16. n. 13. & c. 17. n. 2.* In qua parte adest etiam *in Bulla Cœnæ* §. 4. excommunicatio contra subripientes bona Christianorum in transversum jactatorum, vel quomodocumque naufra- 136 gium passorum, sive ex eisdem in mare projectorum, itaut nullatenus excusari possint, nec prætextu privilegii, nec consuetudinis, aut longissimi, & immemorabilis temporis possessionis, & latè *Dian. t. 5. tract. 1. resol. 43. & seqq.*

137 Quantum attinet ad pœnas hujus criminis, est distinguendum, quòd, vel loquimur de vi publica, commissa in latrocinio; vel in raptu, vel in stupro violento, vel in aliis casibus, enumeratis supra à casu primo, usque ad octavum inclusivè.

138 Si loquamur de latrocinio, & grassatione, & tunc est subdistinguendum; Nam vel sermo est de Latronibus, & Grassatoribus simplicibus, vel de famosis; Si de simplicibus; pœna est damnationis in Metallum, vel relegationis in 139 Insulam, *l. Si Capitalium, §. Grassatores, ff. de Pœn.* Hodie verò pro unico latrocinio, & grassatione damnatur latro ad Triremes, vel ad tempus, vel in perpetuum, nisi interveniat vulneratio, vel occisio, quo casu etiam pœna mortis potest habere locum, juxta animadversa per *Farin. qu. 267.* 140 *par. 5. n. 85. & seqq.* Si de famosis, pœna est ultimi supplicii, & furca suspenduntur, *leg. Capitalium, §. Famosos, ff. de Pœn.* ibi *Famosos latrones in his locis, in quibus grassati sunt, furca figendos.* Quòd si Clericus sit hujus criminis Reus, suis ordinibus degradatur, & in arctum monasterium detru- 141 ditur, *cap. Tuæ de Pœn. & Farin. in Fragm. verb. Clericus n. 314. & 318.*

142 Si loquamur de Raptu, tam raptores, quàm eorum auxiliatores, idest auxilium, vel operam præstantes in ipso actu rapiendi, si fuerint Laici ultimo afficiuntur supplicio, *§. Sin autem per vim, Instit. de public. Judic. & leg. 1. Cod. de Rapt. virg. & leg. Si quis, Cod. de Episc. & Cler.* qui licèt lo- 143 quatur de rapientibus moniales, ex communi tamen Doctorum opinione locum habet etiam contra rapientes mulieres non sacratas, cum quibus Juribus concordant, *Stat. Urb. lib. 2. c. 51. & Constit. March. lib. 4. cap. 69.* & observat *Brugiot. Instit. Crim. lib. 3. tit. 16. n. 19. & seqq.* Insuper Raptores perdunt omnia bona, applicanda raptæ mulieri, si illa sit 144 laicalis conditionis *leg. 1. §. Et si, & seqq. Cod. de Rapt. Virg.* ubi *Gloss. verb. Diminutionem, & verb. Transferantur.* Si verò sit monialis applicanda ipsimet raptæ quoad usumfru- 145 ctum, donec vixerit, post mortem verò monasterio, in quo rapta mulier, Deo dicata est, *leg. Raptores, §. Bona, C. de Episc. & Cler. Zuff. Instit. Crim. lib. 2. tit. 27. lit. III.*

146 Dixi *si Raptores fuerint laici*, quia si sunt Ecclesiastici deponuntur ab eorum officiis, nec eis imponitur pœna degradationis, & multò minùs mortis, etiamsi agatur de raptu monialium, sed alia Judicis arbitraria, regulanda à circumstantiis casus, ut latè probat, *Bertach. vot. dec. 104. per tot.* ubi quod *die 4. Septembr. 1696.* Sacra Consulta, cui f. m. Innoc. XII. commisit causam cujusdam Sacerdotis Religiosi, qui, invitis parentibus, rapuerat Puellam honestæ condi- 147 tionis, resolvit, eumdem Religiosum esse perpetuò suspendendum à Divinis, & relegandum in arctum Ergastulum per decennium.

148 Si loquimur de stupro violenter commisso, & tunc pœna ejus videtur, quòd, si stuprum violenter commissum fit in mulierem honestam, non interveniente raptu, hoc est traductione de loco ad locum, non sit pœna mortis, sed minor, & mitior, major tamen proportionabiliter ad eam, quæ imponitur pro stupro commisso sine vi, de qua pœna habetur in *§. Item lex, Instit. de Publ. Jud.* quæ in stupratore honesto est pœna publicationis dimidiæ partis bonorum, in humili autem coercitio corporalis eum publicatione *Brugiot. Instit. Crim. lib. 3. tit. 16. n. 17.* Sed pro hac pœna habenda recurrendum puto ad *tex. in l. Eadem, §. Eadem lege, ff. ad l. Jul. de Vi publ.* in qua habetur quòd stuprum vi commissum puniri debeat pœna legis Juliæ de vi publica, & sic non pœna mortis, ad quod facit *tex. in l. Mariti, §. fin. ff. ad leg.* 149 *Jul. de Adult. & Far. q. 247. n. 28. cum seqq.*

150 Vel denique loquimur de vi publica, commissa in aliis casibus, enumeratis supra, & tunc regulariter est pœna deportationis, *§. Item lex Julia, Inst. de Publ. Jud.* Dicit tamen *Decian. lib. 8. c. 18. n. 29.* quòd hodie usus, & praxis obtinuit, ut pro vi publica Rei hujus criminis extraordinaria, & arbitraria pœna puniantur.

151 Dixi *regulariter*, nam illi, qui ædes, vel villas alienas expilaverint, effregerint, expugnaverint, si in turba cum telis hoc fecerint, etiam capite puniuntur, *l. penult. ff. ad* 152 *leg. Jul. de vi publ.* Nam qui ad aliquem expellendum de possessione accedunt cum armatis hominibus, propter quam causam homicidia sequuta sunt, capitis pœnam substinebunt 153 *l. Quoniam, Cod. ad leg. Jul. de vi publ. Dec. lib. 8. cap. 18. num. 4. & 6.*

154 Denique eadem pœna capitis punietur Reus quoties cum vi publica reperitur conjuncta causa læsæ Majestatis, veluti seditio, tumultus, rebellio, & similia, ut monuimus *supra variis in locis.*

155 Quantum attinet ad pœnam vis privatæ, dicendum est, quòd ea consistit in publicatione tertiæ partis bonorum, *d. §. Item lex Julia Instit. de Publ. Jud. & Zuff. Instit. Crim. lib. 2. tit. 19. lit. BB.* Idem tamen *Decian. d. n. 19.* dicit, quòd 156 hodie usus, & praxis obtinuit, quòd pro ea imponitur pœna arbitraria.

TITULUS VIII.

De Criminibus Furti, Rapinæ, & Plagii.

1 Furtum est *Contrectatio fraudolenta rei alienæ, corporalis, mobilis, gratia lucri faciendi, vel rem ipsam, vel usum, vel possessionem ejus, invito Domino facta, §. Furtum, Instit. de oblig. quæ ex delict. nascunt.* ubi *Harprect. n. 1. & 3. & Zaul. t. 1. lib. 4. rubr. 13. n. 1.*

2 Dicitur *Contrectatio*, idest realis exportatio, & amotio rei de loco ad locum, sine qua furtum non committitur, *leg. 3. §. Si rem, ff. de Acquir. poss. & leg. Si quis, §. Neque, ff. de Furt.* Sola namque cogitatio, seu intentio furandi, si- 3 ne actuali operatione furtiva, crimen furti, in criminali judicio externo puniendum, non constituit, *leg. 1. §. Sola, ff. Eod. Farin. q. 174. n. 2. & 3. 48. & 51. & Zuff. Instit. Crim. lib. 2. tit. 3. lit. B.* cum aliis apud *Jo. Piton. Tabor. Crim. defin. racemat. 2. ad tit. ff. & Cod. de Furt. thes. 1. nu. 3. & seqq.* & latè *Rayn. t. 2. c. 14. n. 1.*

4 Dicitur *fraudolenta*, idest facta doloso animo auferendi Domino rem suam; Furtum etenim sine affectu furandi non committitur *leg. Furtum, ff. de Usucap. & §. Placuit, Instit. de Oblig. quæ ex delict. nascun.* Sicuti enim sola cogitatio fu- 5 randi, sine contrectatione non constituit furtum, ita nec etiam illud constituit sola contrectatio sine dolosa cogitatione, & intentione furandi, *Farin. q. 174. n. 9.*

6 Dicitur *rei alienæ*, Nam nemo intelligitur committere furtum in re sua, *Gloss. in §. Furtum ver. Rei Instit. de Oblig. quæ ex delict. nascunt.* cum aliis apud *R. P. D. Ansald. de Comm. & Merc. disc. 36. n. 11.* Etiam si quis falsò putet, se 7 furare rem alienam; nam attenditur veritas, & non simplex 8 animus furandi, *Farin. quæst. 174. num. 18. 34. & 38.* Atque falsa existimatio furantis non facit, ut sit furtum, quod furtum non est, *leg. fin. ff. de Crim. expil. hæred.* Imo, nec suf- 9 ficit, quòd quis furetur rem verè alienam, nisi etiam il- 10 lam tamquam alienam furetur, nam si falsò putet esse suam, furtum non committit, *leg. Vulgaris, §. Sed, & si, & §.*

&, §. *Si is*, *ff. de Furt.* cum aliis apud *Farin. quæst.* 71. *num.* 34.

11 Nota hic, quòd occidens aves domesticas, puta columbas, & similes, actione furti puniri potest, ut exemplificando in Falcone observat *Possent. Singul.* 201. *centur.* 3. quem sequitur *Zaul. tom.* 1. *lib.* 4. *rub.* 40. *nu.* 40. *fol.* 44. *&* loquendo de Columbis *Rayn. tom.* 2. *cap.* 14. §. 17. *num.* 5. *& seqq.*

12 Dicitur *Mobilis* propter eamdem rationem, nam, cùm furtum sit dimotio, & contrectatio, hæc non potest contingere, nisi in rebus mobilibus, vel se moventibus, ex quo in re immobili propter sui immensitatem, & inhærentiam solo, furtum minimè consistet, §. *Quod autem, Inst. de Usucap.* Sed si circa illas committitur, dicitur invasio, & intrabunt 13 Interdicta possessoria, & pœna *leg. Si quis, Cod. Und. vi* Quod tamen verum est de tota re immobili, nam de ejus parte furtum committi potest, veluti, si quis de fundo alterius cretam, vel arenam exportet, quia fur erit *l. Si creta, & l. Si quis*, §. *Sulphuraria, ff. de Furt.*

14 Dicitur *gratia lucri faciendi*, Quia ubi non adest animus lucrandi, ibi non cadit furtum, veluti, si quis contrectet rem animo potiùs inferendi damnum Domino, ut in *leg. Si servus*, §. *Qui olivam, ff. Ad leg. Aquil.* Vel, si quis injuriæ causa vineam alicujus effregerit, propter quod res ab aliis 15 amotæ, & furatæ sunt *leg. Qui injuriæ, ff. de Furt.* Vel demum si quis curiositatis, vel præjudicii causa alienas epistolas occultet, aperiat, vel laceret, Quidquid dicant *Navar.* 16 *in Manual. cap.* 18. *num.* 53. *& Amen. de Delict. & Pœn. tit.* 6. §. 2. *num.* 3. authumantes, in hoc casu committi furtum, ex quo quis utatur re aliena contra voluntatem Domini; Hoc enim cùm non fiat gratia lucrifaciendi, nunquam poterit verè, & propriè furtum denominari. Diceretur ni-17 hilominus furtum, si quis furaretur Reliquias, & Agnus 18 Dei, imo tanto gravius, quanto res furatæ essent sanctiores, & consequenter puniri potest fur pœna etiam Triremium ad decennium, juxta casum, relatum *à Scannarol. de Visit. carcer. lib.* 1. §. 13. *cap.* 7. *num.* 18. *& Ricciull. lucubr. Eccles. cap.* 39. *lib.* 1. *& Rayn. tom.* 3. *cap.* 28. §. 6. *num.* 14. ubi de eo, qui in magna quantitate ex Palatio Apostolico furatus fuerat Agnus Dei; Et contra Famulum ejusdem Apostolici Palatii, 19 furantis Coronas, & alias pretiosas Medalias, relictas pro Pontificia benedictione, practicatum fuit circa finem Pontificatus f. m. Innocen. XII. Imò in his casibus, non solùm puniuntur furantes veras reliquias, sed etiam deferentes falsas ad quæstuandum, ut faciebat Frater Cœpolla apud *Boccacc. dieta* 6. *fab.* 10. *& Rayn. ubi proximè num.* 10. *& seqq.*

20 Dicitur, *vel rem*, ut intelligatur primus modus lucrandi & contrectandi, qui in furto contingit, scilicet quantum ad proprietatem, ut regulariter accidit in furantibus, qui eo animo rem subripiunt, ut illam pro se ipsis in totum habeant *leg. Vulgaris, ff. de Furt.*

21 Dicitur, *vel usum*, ut explicetur secundus modus contrectandi, qui in furto contingit, & versatur circa inordinatum & indebitum usum alicujus rei. Qui enim utitur re, modo sibi non permisso, procul dubio usum ejus contrectat, & furtum committit. Sic Commodatarius, qui rem utendam accepit, si in alium usum eam transferat, fur dicitur, §. *Furtum, Instit. de Oblig. quæ ex delict. nascunt.* Eodem modo Creditor, Depositarius, & Fullo, vel Sarcinator, qui res in pignus, in depositum, vel ad farciendas acceperunt, & illis utuntur, 22 vel per se, vel per alios, furtum committunt, ut de Creditore est *text. in leg. Si pignore*, §. *Cum qui, ff. Furt.* De Depositario *in leg. Si sacculum, ff. Depositi*, & de Fullone in *l. Fullo* 84. *ff. de Furt.* de quibus omnibus *Farin. quæst.* 169. *nu.* 1. *& seqq. Matth. de Regim. Regn. Valent. cap.* 8. *num.* 30. Et demum Religiosus utens re ad alterius Religiosi usum destina-23 tæ furtum pariter committit *Amen. de Delict. & Pœn. tit.* 3. §. 6. *num.* 1.

24 Dicitur, *vel possessionem ejus*, ut intelligatur tertius modus contrectandi, qui in furto contingit, & versatur in usurpatione possessionis rei alienæ, veluti si proprietarius naturalem possessionem auferat usufructuario *Gloss. in leg.* 1. §. *Furtum verb. Possessionis, ff. de Furt.* Vel si creditor post fi-bi solutam à debitore pecuniam debitam, non reddat rem 25 pignoratam, sed illam velit detinere, & possidere, nam si intercipiendi animo id faciat, furti actione tenebitur *leg. Si qui*, §. *Cum creditore, ff. de Furt.* Vel si hoc idem faciat depositarius, negando depositum deponenti *leg.* 1. §. *Sola, ff. de Eodem.*

26 Dicitur demum, *invito Domino facta*, nam contrectatio rei alienæ ipsomet Domino volente furtum non continet *Zuff. Instit. Crim. lib.* 2. *tit.* 3. *lit. H.*

Volenti enim non fit injuria, atque, ut dicitur *in leg.* 27 *Qui vas*, §. *Qui ex, ff. de Furt.* qui voluntatem Domini pro se habet, fur dici non potest, ex quo sequuntur plura.

I. Quod furtum non committitur ab eo, qui rem sibi fur- 28 to sublatam aufert furi ipsi, tum quia illa non est res aliena, sed propria, juxta ea, quæ supra diximus *num.* 5. Tum etiam quia cùm fur non sit dominus illius rei, hæc ablatio non dicitur invito domino facta, juxta *text. in leg. Qui vas, ff. de Furt.* & firmata per *Basil. dec.* 13. *num.* 36. Quod tamen ve- 29 rum est, dummodo fur sit de fuga suspectus, vel capiatur in ipsa fuga, nec detulerat adhuc rem furatam ad locum destinatum, alias non, ut probat *Farinacc. quæst.* 174. *num.* 41. *& seq.* & contrarium faciendo, licèt dominus non teneatur de furto, tenebitur pœna *leg. Si quis, Cod. Unde vi*, Exceptis 30 tribus casibus, I. quando rem ad destinatum locum perductam subripuit, non ex intervallo, sed in continenti, II. quando vero domino rei alia via Juris non est permissum rem suam recuperare, & III. quando dominus rem sibi furatam Judici detulit, ut multos concordantes referens de magis communi testatur *Farin. quæst.* 174. *num.* 44. *& seqq.* Supradicta tamen vera sunt, si dominus auferat à fure rem ipsam sibi furatam, nam si, non rem, sed ejus pretium furi subripue- 31 rit, de furto tenebitur. Non enim in hoc casu pretium succedit loco rei *d. leg. Si vas*, §. *final. ubi Gloss. ff. de Furt.* De quo pariter tenebitur creditor surripiendo rem sibi debitam à debitore, quando alia via potest suum creditum consequi, ut, quæstione ad partes discussa, probat *Basil. dec.* 13. *à num.* 27. ubi contrariis respondet, & opinionem suam bonis ra- 32 tionibus comprobat.

II. Sequitur, quòd expilatores hæreditatum furtum non 33 committant, quia donec hæreditas jacet, illius possessio nullius est *leg.* 1. §. 1. *Scevola, ff. Si quis Test. lib.* ubi autem nullus est dominus, & possessor, impossibile est furtum committi, cum nemo reperiatur, quo invito res contrectetur *Gloss. in leg.* 2. *verb. Epilata, & verb. Palam, ff. de* 34 *Crimin. expil. her. Brug. Inst. crim. lib.* 3. *tit.* 8. *num.* 4.

III. Sequitur, quòd si quis furetur ob necessitatem famis, 35 taliter quod vivere non potest, nisi furetur, furtum non committat *Can. Sicut dist.* 47. *& cap. Si quis de Furt.* Quia tunc id non fit invito domino, vel quia verosimiliter creditur in talibus circumstantiis, dominum permissurum, vel, quia 36 in casu necessitatis omnia sunt communia, undè non dicitur illud invito domino fuisse contrectatum. Quod intellige 37 verum de necessitate extrema, non autem de gravi, ut latè probat *de Ros. res. crim.* 7. *per tot.* & declaravit *f. m. Inno. XI.* 2. *Martii* 1679. *prop.* 36. reprobando in hac parte opinionem *Less. de Just. & Jur. lib.* 2. *c.* 12. *num.* 12. Atque *propos.* 37. *&* 39. damnavit pariter sequentes. *Famuli, & Famulæ domesticæ possunt occultè heris suis surripere ad compensandam operam* 38 *suam quam majorem judicant salario, quod recipiunt*: Et *Qui alium movet, aut inducit ad inferendum grave damnum* 39 *Tertio, non tenetur ad restitutionem istius damni illati.* Quid autem sit necessitas communis, quid gravis, seu urgens, & quid extrema, latè explicat *Card. Capsucc. contr.* 29. §. 2. *per* 40 *tot. fol. mihi* 933. ubi, quòd indigentiæ distinguuntur ex minori, vel majori periculo, in quo quis versatur amittendi aliquod maximum bonum, seu incurrendi maximum detrimentum; Undè si quis in tali periculo reperiatur, ut eidem occurrere facilè possit, dicitur positus in necessitate communi seu vulgari; Si verò non tam facilè eidem periculo possit occurrere, dicitur positus in necessitate gravi, seu urgenti. Quod si tale periculum ferè certò immineat, dicitur positus in necessitate extrema. Observando ad hunc effectum, extremam necessitatem non dici tunc, quando quis v. g. ex inedia emissurus est spiritum, sed quando, vel manifesta, vel saltem valdè probabilia apparent indicia, quod quis vitam, aut proprium statum amittat, nisi ei quamprimum succurratur, vide *Anton. de Jurib. & Onerib. Cleric. lib.* 2. *par.* 6. *cap.* 16. *à num.* 11. explicantem necessitatem communem, mediam, & extremam, nec non quando dicatur superfluum vitæ, seu status.

An autem puniri possit fur, si dominus rei furatę non inve- 41 niatur, negat *Cravet. cons.* 86. ea ratione, quia furtum nunquam poterit dici probatum, nisi dominium, vel quasi, in re subtracta probetur; Verùm contrarium tenendum est *per Text. in l. Falsus*, §. *Qui alienum, ff. de Furt.* & firmata per *Rovit. dec.* 68. *num.* 6. *Matth. de Crim. c.* 1. *de Furt. num.* 10. *& Basil. dec.* 13. *per tot.* ubi de fure duarum mularum, quarum dominus, omnibus adhibitis diligentiis, nunquam inveniri potuit, & refert fuisse ad Triremes per triennium 42 damnatus; Ratio est, quia ad hoc ut quis furtum committat,

sat est

sat est quod sciat, rem non esse suam, & consequenter alienam; Quod autem id fiat invito domino, præsumitur à lege, quæ non præsupponit in domino, voluntatem, ut res suæ furto subtrahantur *leg. Qui vas*, §. *Vetare*, *ff. De Furt.* cum aliis apud *Basil. d. dec.* 13. *num.* 4.

43 IV. Sequitur, furtum non committere eum, qui credidit, dominum esse permissum, ut rem suam acciperet, dummodò tamen concurrant conjecturæ, & præsumptiones, talem credulitatem comprobantes, puta, quia agatur de re consan- 44 guinei, vel magni amici, qui sit maximè liberalis, consuetus donare, res sit parvi momenti; &c. secus si tales conjecturæ deficerent, alias enim nemo puniri posset de furto, ut observant *Farin. quæst.* 174. *num.* 142. *& seqq. Caball. resol. crimin. cas.* 136. *num.* 13. *& seq. Menoch. de Arbitr. cas.* 298. *nu.* 2. *&* 3. *Conciol. resol. crim. verb. Furtum resol.* 5. *per tot.* Et, dd. conjecturis non concurrentibus, dominus præsumitur invitus, ut, testando de opinione communi, advertit *Gomez. var. resol. tom.* 3. *cap.* 5. *num.* 1. Imò nec eidem crederetur si diceret, rem sublatam fuisse de ipsius voluntate, nè sit in 45 illius potestate liberare furem à pœnis furti, ut notant *Bart. leg. Inter omnes*, §. *Rectè num.* 2. *ff. de Furt. Giurb. cons.* 68. *nu.* 12. *Mascar. de Probat. concl.* 1132. *nu.* 3. *lib.* 3. *& Conciol. ubi sup. num.* 8.

46 Nota hìc, rerum inventores non teneri actione furti, licèt non benè faciant aliquid petendo pro illis restituendis juxta *text. in leg. Falsus*, §. *Qui alienum*, *ff. de Furt.* Quod intellige verum in casu fortuitæ inventionis, quia si aliquis 47 data opera diligentias faceret pro rebus deperditis inveniendis, nedum inventionis præmium, quod Græci *menystra* vocant, ut advertitur in citata *leg. Falsus*, *ff. de Furt.* licitè petere posset *Zacch. de Salar. quæst.* 71. *num.* 6. *& seqq.* sed etjam repetere expensas, si quas inveniendo fecerit *Leoncill.* 48 *de Privileg. Pauper. par.* 2. *privileg.* 193. *nu.* 9. Posset pariter licitè accipere à Domino aliquid spontè sibi oblatum, & 49 multomagis si id promissum fuisset ante inventionem, ad quod tradendum tenebitur dominus, non vi restitutionis rerum inventarum, sed vigore promissionis. *Molin. de Justit.* 50 *& Jur. tom.* 1. *tract.* 2. *disput.* 83. *lit. C. col.* 3. Cæterùm si non reperiatur dominus rei deperditæ, omnibus præmissis dili- 51 gentiis, teneretur Inventor illam pauperibus tribuere pro anima illius, qui rem amisit *Scopp. de Jur. non script. lib.* 5. *c.* 155. *sub num.* 8. Nisi & Inventor ipse miserabilis sit, & in ne- 52 cessitate constitutus; Tunc enim posset illam sibi pro eleemosyna retinere *Azor. Inst. moral. par.* 3. *lib.* 4. *cap.* 26. *quæst.* 2. *vers. Si roges*, *& Zacch. de Salar. quæst.* 21. *num.* 4.

53 Nota secundò, quod emens rem à Zingaris, teneatur illam absque restitutione pretii vero domino restituere, viget enim contra eos furti præsumptio, & propterea etiam pro minimis furtis, puta Gallinarum, puniri debent *de Angel. de Delict. part.* 1. *cap.* 6. *nu.* 13. Imò quod præsumuntur mali homines, notat *Florell. in vot. edit. in Perusina* falsæ *moneta* 24. *Novembris* 1711. §. *In oppositum*. Quæ tamen præsumptio 54 cessat in rebus, ab eisdem fieri solitis, puta Clavibus, Verubus, Tripodibus, & similibus, ex adductis per *Pign. cons.* 64. *num.* 40. *& seqq. tom.* 8.

55 Nota tertiò, quod hæbrei in pignus recipientes res alienas cum mala fide, teneantur pariter illas veris dominis restituere, nullo habito pretio *Spad. cons.* 76. *num.* 4. *&* 5. *tom.* 1. *Boss. in Prax. tit. de Indit. ante tortur. num.* 62. *Coccin. dec.* 1034. *per totum & de Angel. de Delict. part.* 2. *cap.* 30. *nu.* 16. ubi *per tot. cap.* latè agit de delictis eorumdem, probans dici de corpore Civitatis, & Populo, quamvis non de corpore spiritua- 56 li, quodque ligentur legibus Romanorum, quod adverterant prius *Card. de Luc. de Regal. disc.* 160. *num.* 32. *Bertacch. vot.* 159. *num.* 1. *& per tot. Gob. consult.* 28. *per tot. & Rot. dec.* 269. *par.* 4. *tom.* 2. ubi, quòd pauperibus hæbreis carceratis ad in- 57 stantiam Christianorum, debeantur alimenta per ejusdem creditores Christianos; Quod tamen moderatus fuit f. m. Urb. VIII. *Constit.* 315. ad eamdem alimentorum præstationem obligando eorum Universitatem, ut observat *Card. de Luc. de Cred. disc.* 118. *num.* 3.

58 Ea autem, quæ diximus de Legibus Romanorum, quibus ligantur hæbrei, limitantur in privilegiis dotis, quæ mulieribus hæbreis nullatenùs competunt ex speciali dispositione *Text. in auth. Item privilegium*, *C. de Heretic. & Manich.* quem latè exornat *Rota in dec.* 214. *per tot. par.* 16. *rec.* reprobans authores, in contrariam inclinantes opinionem, Dictorum verò alimentorum appellatione continentur omnia homini necessaria, ut probat *Menoch. de Præsump. lib.* 4. *præsumpt.* 157. *num.* 14. *& seq.* ubi *num.* 25. quod illorum appellatione continetur etiam aqua, quæ Romæ, & Venetiis vendi solet.

Dixi *cum mala fide*, quia si id sequatur bonâ fide, hoc est 59 cum verisimili ignorantia, quòd oppignorans non sit dominus, tunc recuperant à veris dominis summam, quam in oppignoratione exposuerunt, ex privilegio à Sixto V. concesso hæbreis in Urbe Rationem Bancariam exercentibus, ut observant *Vermigil. cons.* 275. *num.* 3. *& seqq. Panim. dec.* 103. *per tot. & Rot. dec.* 473. *num.* 6. *part.* 19. *rec.* & quidem optima 60 ratione, alias enim daretur ansa eosdem fraudandi, quia possent Christiani per interpositas personas res suas oppignorare allegando postea, sibi fuisse furto subtractas. Vide *dec.* 327. *Millini*, quæ in hac parte est Magistralis.

Præciso autem eodem Sixtino privilegio, de Jure recipiens 61 in pignus res alienas, si id faciat scienter, tenetur ad pœnam furti, & ad restitutionem rei in pignus receptæ, absque recuperatione pretii, si verò id sequatur ignoranter, ad nullam tenetur pœnam, sed obligatus est ad restituendum pignus, nullo recepto pretio, juxta *Text. in l. Servus*, *ff. de Condict. indeb.* & animadversa per *Osasch. dec. Pedem* 59. *n.* 1. *Guaz. ad Defens. Reor. defens.* 17. *cap.* 54. *nu.* 28. *& Panim. dec.* 103. *num.* 1. *&* 2.

Nota quartò, Judæos omnium mortalium pessimos, & 62 ad emungendos Christianos natos vocari *à Bertazzol. cons. criminal.* 502. *numer.* 32. *libr.* 2. *& Peschuitz de Repræsal. capitol.* 6. *numer.* 13. ubi illos appellat etiam Juris Canes.

Nota quintò, hæbreos posse conficere indumenta, etiam 63 ex nova materia, ut resolvit *Rota in Romana artis sutoriæ* 20. *Martii* 1620. *coram Sacrato*, quæ est *in par.* 4. *tom.* 2. *la* 194. illamque refert *Pignatell. consult.* 14. *num.* 25. *tom.* 5. 64 ubi asserit contrarium statuisse Em. Urbis Vicarium in Edicto ibidem transcripto.

Nota 6. cum *Conciol. ad Statut. Eugub. lib.* 6. *rub.* 39. 65 *num.* 1. adeo raros esse bonos colonos, ut in addagium transiverit propositio, *Est colonus, ergo fur.* quod an verum sit, me remitto ad eos, qui illos habent. Idemque admittit *Constan. ad Stat. Urb. tom.* 1. *annot.* 29. *art.* 1. *num.* 1. *fol.* 475.

Furtum tanquam genus sub se comprehendit varias fur- 66 torum species, scilicet Latrocinium Peculatum, Plagium, Rapinam, & Furtum simplex, ad quod etiam alia multa reductivè pertinent, ut videre est apud *P. Manar. nelle sue Notti malinconiche interrog.* 200. §. 10. *fol.* 317. *Bonifac. de Furt.* §. 12. *num.* 67. *& seqq. & Zuff. Instit. Crim. lib.* 2. *tit.* 4. *per tot.* Et quia de Latrocinio, & Peculatu, tanquam de criminibus publicorum Judiciorum, supra diximus, ideo in præsenti aliqua de illo dicemus, tamquam de privato delicto, & deinde agemus de Rapina, & Plagio.

Fur igitur alius est manifestus, & alius occultus. Manife- 67 stus est ille, qui à domino rei furatæ deprehenditur in flagranti crimine, idest in ipso actu furandi, vel in eodem loco, in quo furtum fecit, vel quamdiù rem furatam habens fuit visus, & deprehensus *leg.* 1. *cum tribus seqq. ff. de Furt. Farin. qu.* 166. *num.* 22. Occultus fur è contra est ille, qui in furto non deprehenditur, vel postquam furtum detulit quo 68 deferre destinaverat, videtur, §. *Furtum Instit. de Oblig. quæ ex delict. nascun. Zuff. Inst. Crim. lib.* 2. *tit.* 4. *lit. A.* Pariter- 69 que occultus fur dicitur, qui furanti consilium, vel opem præstat *leg. Is qui opem*, *ff. de Furt.*

Secunda divisio est, quòd alius sit fur simplex, alius pu- 70 blicus, seu famosus. Simplex fur dicitur ille, qui occultè, & sine armis furatur *Auth. Sed novo*, *Cod. de Serv. fugit.* Vel qui semel tantùm, & clam, atquè sine armis, sive de die, sive de nocte, & præsertim in domibus, furatur, ut observat *Cepoll. in cit. Auth. Sed novo num.* 46. Publicus, seu famosus fur ille dicitur, qui tria, vel plura furta perpetravit clam, & sine 71 armis, nam aliàs non diceretur fur famosus, sed latro famosus, juxta ea, quæ supra diximus, & observat *Farin. quæst.* 166. *num.* 5. *&* 7.

Tertia divisio est, quòd alii fures dicuntur *Effractores*, & 72 alii *Abigei*, alii *Epilatores*, alii *Balnearii*, & demum alii *Saccularii*.

Fures *Effractores* dicuntur illi, qui cum fractura furantur 73 *leg.* 1. §. *Expilatores*, *ff. de Effract. & expil.* ubi effractor vocatur ille, qui, pariete effracto, pecuniam abstulerit.

Abigei fures dicuntur ab abigere, quod abducere, seu se- 74 orsim ducere significat, & sunt illi, qui pecora ex pascuis, vel ex armentis subtrahunt, & deprædantur ex quadam consuetudine insidiandi, & studio, abigendi quasi artem exercens juxta *Text. in leg.* 1. §. *Abigei*, *ff. de Abig. Farin. quæst.* 167. *num.* 109. *& seq. Panim. dec.* 74. *num.* 39. *& de Angel. de Delict. par.* 1. *cap.* 1. *num.* 1. Vel sunt illi, qui consuetudi- 75 nem habent insidiandi alienis animalibus minutis, & gregariis

garils juxta *Text. in*, §. *Si igitur Auth. de Nupt.* Vel denique juxta *Text. in leg. Oves*, *ff. de Abig.* illi sunt, qui totum gregem abducunt, ex quibus variis definitionibus colligitur, dupliciter posse crimen abigeatus committi, & aliquem esse abigeum.

76

77 I. Si quis gregem abigat, idest decem oves, quæ sufficiunt ad constituendum gregem, vel quinque porcos, aut saltem quatuor, qui etiam gregem formant, vel quinque, aut quatuor equos, qui equitium, vel armentum componunt, ut in dicta *leg. Oves*, *ff. de Abig.* ibi *quidam decem oves gregem esse putaverunt, porcos etiam quinque, vel quatuor abactos*, & notat *Gloss. in leg.* 1. §. *Qui pecora*, *ff. Eod. & Gloss. in d. leg. Oves Farin. qu.*167. *num.*115. *Panim. dec.*94. *annot.*3. *n.*40. *& seqq. Rayn. to.*2. *cap.*14. *nu.*97. *& seq. & de Angel. de Delict. par.*1. *cap.*1. *num.*2. ubi *cap.*33. *num.*6. notat, duos

78 homines facere Congregationem, tres Collegium, decem Plebem, & quindecim Turbam, quod observaverat etiam *Pellegr. in Prax. Vicar. par.*1. *sect.*5. *num.*8. *Cafareg.* tamen *ad Stat. Januen*, *in rubr.* 52. observat, ex particulari consue-

79 tudine Januæ, Collegium saltem constare debere ex sex Procuratoribus, qui illud componunt, testans, ita semper vidisse observatum.

80 II. Modo committitur abigeatus, si quis non gregem, sed singula animalia, puta ovem unam, vel capram unam, vel porcum unum, vel unum equum abigat, & hoc faciat ex quadam consuetudine, quam habet gregariis animalibus insidiandi, & studium abigendi, quasi artem exercens, nam in hoc casu, qui sæpius abegit, licèt semper unam, vel alteram pecudem subripuerit, tamen abigens judicabitur, & de istis loquitur *Text. in d. leg.* 1. §. *Abigei*, *ff. de Abig. & Gloss. in d. leg. Oves*, *& Farin. qu.* 169. *num.* 116. Dixi *ex quadam*

81 *consuetudine insidiandi, & studium abigendi, quasi artem exercens*. Nam si quis sine hoc studio, & arte, vel consuetudine, sed arrepta, & captata occasione furandi ovem unam, vel aliquas oves, equum unum, vel aliquos equos errantes, scilicet in solitudine relictos, qui gregem, vel armentum non constituunt, subduxerit, non erit propter

82 hoc abigens, sed fur tantùm *leg.*1. §. *Abigei Vers. Cæterum*, *ff. ad Abig.* nam oves, & boves pro numero abactarum, aut abigeum, aut furem faciunt *dicta l. Oves in princ.* ibique *Gloss. Verb. faciunt*, unde si quis studium abigendi quasi artem non exerceat, non erit abigeus, nisi decem subripuerit aut quinque juxta differentiam animalium, ut notat *Gloss. in d. l. Oves Verb. faciunt*, & juxta ea, quæ diximus circa primum modum abigeatus.

83 Advertendum autem est hìc, quòd hæc species furti, quæ ab animalibus abactis appellatur abigeatus, ut dicitur *in l. Abigeatus*, *ff. de Abig.* aliquando gravius, aliquando minus grave reputatur. Qui enim ab ipso stabulo, vel domo

84 domitum pecus abigit, graviùs delinquit, quam qui à sylva, vel agro, vel pascuis abigit illud *d. leg. Oves in princ. de Angel. de Delict. par.*1. *cap.*1. *num.*3. Item, qui majora animalia abigerit, veluti equos, vel boves, graviùs committit, quàm qui porcum, vel capram, vel ovem abduxe-

85 rit *d. leg.* 1. §. *Abig. ff. de Abig.* & observat *Tholos. Syntag. Jur. lib.* 37. *cap.* 5. *de Furt. Animal. num.* 1. *Peguer. d. Crim.*29. *num.*1. *Cabal. resol. Crim. cas.* 160. *& Panim. dec.*74. *à nu.*39. *& de Angel. de Delict. par.*1. *c.*1. *n.*8. *seqq.* ubi, quòd gravius de hoc crimine puniuntur viles

86 personæ, quàm nobiles, quodque credens, se jus aliquod habere in animalibus subtractis, non dicitur abigeus, quod antemeum observaverat *Boss. in Prax. tit. de Abig. num.*2. Circa hujus verbi Agibei pronunciationem, quidquid ali-

87 qui opinentur, penultima syllaba brevis est, eo quia antecedit aliam vocalem, juxta regulam illam *Vocalem breviant alia subeunte Latini*, quæ licèt contemptibilis videatur differentia, in re tamen magna est, quia, ut benè advertitur *a Calepin. verb. Accentus in med.* iste definitur anima

88 verborum, seu syllabæ vox.

89 Expilatores sumuntur dupliciter. I. Pro expilatoribus hæreditatum, nam licèt expilatio hæreditatis, attenta verborum significatione non sit propriè furtum, ut dictum est supra, & advertit *Brugiot. Instit. Crim. lib.*3. *tit.*8. *num.*3. Expilatores tamen hæreditatum inter fures, saltem largo modo esse numerandos, tradit *Tholos. Sintagm. Jur. lib.* 37. *cap.*19. *num.*4.

90 Sub hujusmodi expilatorum hæreditatum nomine veniunt illi ministri Curiarum Metropolitanarum, & Cathedralium, in quibus adest pia consuetudo, ut decedente aliquo sine dispositione, Episcopus faciat pro eo testamentum ad pias causas, seu, ut vulgò dicitur, *dell' Anima*, demandando erogationem alicujus summæ pro suffragio animæ defuncti, ut observant *Ferr. qu. Vicar.* 23. *par.* 1. *Nicol. in Flos. Verb. Testamentum num.*7. *& seq. Card. de Luc. de Testam. disc.*24. *Abb. Justin. in addit. ad Novar. in Summ. Bull. fol.*17. ubi latissimè *è Rayn. tom.*1. *ad cap.*1. *supplet.* 5. *num.*468. *& Rot. decis.*69. *num.*21. *part.*19. *rec. & in Rom. Funeralium* 15. *Junii* 1696. §. *Quæ omnia coram Reverendiss. Molines*. Et tunc verificatur, quando iidem

91 ministri sibi appropriant summam illam, quæ ex Episcoporum dispositionibus converti deberet pro suffragio animarum dd. defunctorum. Cùm autem in hac parte multi introducti essent abusus, *s. m. Innoc. XI. die* 9. *Augusti* 1678. mediante organo Sac. Congr. Epis. & Regul. plures præscripsit

92 regulas, contentas in Epistola scripta Nuncio Neapolitano, & impressa post novissimam Synodum Provincialem Beneventanam *fol.*148. quæ epistola approbata fuit in Taxa *Innocentiana* §. *In quella Diocesi*, impressa *apud Pignatell. consul.* 11. *tom.*8. I. Nempè ut prætextu ejusdem testamenti vel executionis ipsius, nullatenus retardetur sepultura defuncti, idque sub pœna suspensionis à Divinis ipso facto & sine aliquo decreto incurrenda. II. Ut nihil pro se, vel propria Curia, aut Officialibus retineant Ordinarii. III. Ut dicta summa non excedat vigesimam partem hæreditatis, omnibus detractis, imò quod nunquam excedat summam scutorum 100. etiamsi agatur de hæreditate opulentissima valoris scut. 20000. IV. Ut id fiat cum hæredum consilio, & cum expressione missarum, vel alterius operis pii, in quod erogari debet V. Ut pro intestabilibus, vel illis, qui sine patrimonio decedunt, nihil exigatur. VI. Demum ut Ordinarii locorum intelligantur illi, in quorum Diœcesibus intestati decedunt, non autem ubi habitant hæredes, vel sita sunt bona hæreditaria. Quas conditiones latiùs expendit *Abb. Justin. in addit. ad Novar. in Summ. Bullar. fol.*17. *& seqq. & Nicol. in Floscul. Verb. Testamentum num.*7 *& seq.* & idem resolvit S. Congr. Concilii *in Bovien. Test. ad pias Causas*, 5. *Maii* 1696. in qua dictum fuit subministrandam esse summam ducatorum centum ad formam litterarum generalium S. Cong. & in reliquis cum agente Episcopi, qui disposuerat in summa — 200. *Et in Corronen.* 3. *Septembris* 1707. *ad* 7. *dubium*, in qua Dubio, *An sit locus Testam. ad pias Causas*? respondit *affirmativè*, ut videre est in *tom.*3. *part.*1. *discept.*12.

93 Advertendum tamen est hìc, quòd talis consuetudo, ubi reperitur, non est extendenda de casu ad casum, sed strictè intelligenda, juxta regulam quod illa tantùm habet de actu, quantum habet de potentia, de qua post *Tex. in L. Quod verò*, *& leg. Quod ratione*, *ff. de Legib. Rota dec.*222. *nu.*30. *& seq. par.*15. *rec.* Indeque eadem *Rota in dec.*449. *& dec.*484. *par.*19. *recen.* in Diœcesi Cæsaraugustana, in qua illa adest, sed in casu, quo quis decedat ab intestato, absque ulla dispositione, aut nihil disposito pro Anima sua, noluit illam ex-

94 tendere ad casum, in quo talis dispositio, licèt minùs solemnis, & ad pias causas verificabatur.

95 An autem intrent facultates R. Fabricæ in eo casu, quo quis instituat hæredem animam propriam, cum destinatione in piorum operum. R. negativè, & promptæ exequutioni demandandam esse talem piam dispositionem cum *Maranta*, qui fuit R. F. Advocatus, & acerrimus Defensor *in respon.* 4. *per tot.* quòd referunt, laudant, & sequuntur, *de Ros. consult.* 36. *n.*31. *& Rocc. select. interpret. c.*44. *n.*6.

96 Et ratio est, quia in tali dispositione non verificantur, neque incertitudo, neque incapacitas hæredis. Non incertitudo, quia suppono testamentum loqui ad favorem animæ testatoris, quæ non potest esse magis certa, *Rota in Placentina legatis pii* 28. *Junii* 1706. §. *Quod autem coram Lancetta*, in qua præsupponitur, tamquam indubitatum, quòd anima possit institui hæres, & *Piton. discept.*2. *num.*20. ubi quòd quando anima relinquitur hæres Episcopus illius loco subrogatur. Minùsque incapacitas, quia extra omnem controversiam est, relinqui posse Tertio, intuitu, seu ad favorem animæ alicujus, multò igitur magis directè relinqui potest eidem animæ ad usus verè pios, & ita pro veritate consultus respondi anno 1705. in una Mantuana, communicato Responso cum diligentissimis ministris ejusdem R. Fabricæ, cum quibus observavimus, resolutiones Congregatio-

97 nis R. Fabricæ 28. *Junii* 1613. *in fol.* 12. 18. *Novembr.* 1661. *ut in fol.* 158. *&* 3. *Julii* 1664. *ut in fol.* 312. non obstare,

98 cum quia in dispositionibus, pro quibus emanarunt dd. resolutiones, non erant assignati exequutores, minùsque designata, vel indicata pia opera; Tum etiam, quia agebatur

99 de testamentis, debitæ exequutioni nullatenus demandatis, pro quibus de plano intrabant notoriæ facultates ejusdem R. Fabricæ.

II. Mo-

100 II. Modo Expilatores sumuntur prout distinguuntur à suprà dictis, & ita etiam diversimodè accipiuntur. I. Pro iis, qui cum fractura furantur. II. Pro illis, qui viatoribus de nocte vestes, & pallia diripiunt, quos vulgariter appellamus *Cappeggiatori*, ut observant *Cortiad. dec.106. n.53. Matth. de Crim. contr.42. per tot. Brugiot. Instit. Crimin. lib.3. tit.7. num.17. & Rayn. tom.2. cap.14. §.7. nu.1.* Vel pro illis, qui in totum expoliant, & nec pilum quidem, ut vulgò dicitur, in corpore spoliatorum relinquunt. III. Pro illis qui in vicis, vel in viis viatores vestimentis, vel vilibus, vel pretiosis, expoliant, dicti expilatores, quasi expoliatores. IV. Pro illis, qui non omnia, sed quædam adeò callidè & insensibiliter furantur, ut vix dominus advertat, veluti acsi pilus ex corpore detrahatur, de quibus *Alciat. lib.1. Parerg. cap.11. ante finem Farinacc. quæst.166. num.48. Rayn. tom.2. cap.14. §.7. num.1. & Amen. de Delict. & Pœn. tit.3. §.6. num.42.*

101 *Balnearii* sunt illi, qui furantur in balneis vestimenta eorum, qui denudati in balneum sunt ingressi *leg. 1. & tot. tit. ff. de Furib. Balnear. Zuff. Instit. Crim. lib. 2. tit.4. lit. DD.*

102 *Saccularii* demum illi sunt, qui sacculos, idest crumenas ab inopinantibus, aliaque cogitantibus, cautè subripiunt, qui vulgò dicuntur *Borsaroli*, *Tholos. in Syntag. Jur. lib.37. cap.14. num.7. & seqq. Zuff. Instit. Crimin. lib.2. tit.4. litt. CC. & Amen. de Delict. & Pœn. tit.3. §.6.* ubi quòd Italicè *Taglia borse*, Latinè autem *Crumeniseca*, seu *Saccularii* nuncupantur.

103 Alia demum differentia Furum, respiciens furti gravitatem, vel levitatem, mensuratur ex circumstantiis rerum furatarum, ex qualitate personarum furantium, vel eorum, quibus furatur, loci, temporis, adjunctorum, & modi, cum quibus furtum executioni mandatur.

104 Ex circumstantiis rerum furatarum, nam magnitudo rei furatæ furtum reddit magis grave, quàm si aliqua parva res subtrahatur *Amen. de Delict. & Pœn. tit.3. §.6. nu.4.* Quando autem dicatur res magna, vel parva, & sic furtum magnum, vel parvum, tres assignantur regulæ. I. Quòd hæc discernantur ex qualitate furis, & domini, ex eorum scilicet paupertate, vel divitiis, juxta exemplum illius Viduæ, quæ

105 mittens duo minuta in Gazophilacium, plus aliis misisse ipsamet summa Veritas attestata est *Marc.12. 42.* Præcipuè si furata pecunia cum magno labore acquisita sit, ita ut *pretium Sanguinis, seu Sanitatis* dici possit, quale *Card. de Luc. de Emphyt. disc.58. in princ.* vocat honoraria Curialium in Urbe, Deum tamen timentium, & omni integritate, & diligentia præditorum. Ratione siquidem excessivi

106 studii, quod facere tenentur, multis ægritudinibus solent subjacere, experientia teste, & id observante *Rebuff. in Auth. Habita, §. Quis C. Ne fili pro Patr.* Itaut in certis casis, & temporis angustiis, contra regulas à medicis sibi præ-

107 scriptas, non possint non applicare, & aliquando tantùm vigilare in nocte, quando dies magni sunt, ac quando sunt parvi contra consilium *Gloss. in Auth. Ut Judic. sine quoque suffrag. in princ. lit. X. v. Utentis*, cum qua Glossa ego possum

108 dicere circa easdem medicorum regulas – *sed ego malè servo.* Et concordat *Macri in Hierolex.* verb. *Zizania* ibi *Ad curiales redeo, apud quos in accipiendo cibo in vigiliis non est ordo, non est ratio, non est modus.*

109 In hunc igitur sensum verificari potest id, quod de Advocatorum professione legitur apud *Card. de Luc. de Jurisdict. disc.24. sub nu.1.* his verbis *dum adhuc indeterminatus huic pessimæ occupationi me non subjiceram*, Istis enim incommodis & periculis præcisis, non pessima, sed optima omni jure vocari potest, ut lepidissimè notavit *Boccalin. ne Ragguagl. di Parnass. centur.2. raguag.9.* dicens – *Quelli, che hanno avuta così grassa raccolta, che molti ne sono arricchiti, e particolarmente quelli, che hanno coltivati i campi delle Corti generali, hanno havuta la messe tanto feconda, che hanno dato cinquanta per uno. Maggiori cose si sono vedute nelle fertilissime campagne della Corte di Roma, dove in particolare Silvestro Aldobrandini, e Marc' Antonio Borghese con molti dispendii, e con infinite fatiche avendo seminato, e con proprii sudori irrigato lo studio delle leggi, hanno empiuto i granari loro di ricchissimi tesori, & i loro virtuosissimi figliuoli, che hanno atteso all'agricoltura de medesimi studii, hanno raccolto Principati per le loro case, e dignità divine, per loro stessi.*

110 Præscindendo autem ab omni qualitate personarum, furtum reputatur magnum eo ipso, quòd ascendit ad summam centum librarum, habendo respectum ad locorum consuetudinem.

111 II. Regula ad cognoscendum furtum magnum, vel parvum est, quod circa hoc stetur Judicis arbitrio.

112 III. Quòd attendenda sit affectio domini ad rem sibi furto sublatam, veluti si furetur quis Doctori Repertorium, in quo multum insudavit, & vigilavit, vel si alicui Circulatori sublatus sit canis jaculatorius solertissimus, vel avis industriosissima, cujus ope sibi, suæque familiæ victum lucratur *Farinac. quæst.165. num.19.* qualis dum hæc scribimus ostenditur in Urbe, movens cum rostro naviculam ab una parte ad aliam canalis aquæ pleni, & deinde ad pristinum locum illam reducens, & exiens à cavea ad sumendum cibum, existentem in loco distanti, & à semetipsa rediens ad eamdem caveam, ejus portam ex se claudendo. Idemque exemplifi-

113 cari posset in Psittaco illo, quem in deliciis habuit Uxor Guilelmi Hervæi, isto id referente *in Bibliothec. anatomic. to.1. fol.423. vers. Psittacum*, ubi latè describit illius qualitates, & facilitatem canendi, respondendi & multa alia rara faciendi.

114 Nec non in equo illo, qui dum hæc imprimuntur ad nutum domini inaudita, & ferè incredibilia facit puta, pedibus gestiendo, quando ei nominatur aliquis Christianus Princeps, non se movendo, quando sermo est de Turca, vel alio infideli, & ethnico Principe, & similia.

115 Ex qualitate personarum furantium, & earum quibus furatur, veluti si dives furetur pauperi, nam gravius reputabitur furtum, quàm si pauper diviti, vel si filius familias furetur patri, & uxor marito, licèt in his casibus non habeat locum actio furtiva, *ut in leg. Qui servo, §. Item, ff. de Furt.* sed actio rerum amotarum *tot. tit. ff. de Act. rer. amot. De Angel. de Delict. p.1. c.58. num.6. & Rot. in Rom. Dotis 5. Maii 1683. cor. Matthaio 12. Maii 1682. cor. Rondin. & 27. Aprilis 1695. cor. Reverendiss. Molines.*

116 Ex circumstantia loci, veluti si furtum fiat in loco sacro tunc enim non solùm erit gravius, sed transit etiam in aliam speciem delicti, scilicèt in sacrilegium *Amen. de Delict. & Pœn. tit.3. §.6. num.4.* Vel si furetur quis ex publico Ærario custoditam pecuniam, nam fit furtum deterius, & transit in speciem Peculatus, *ut supra vidimus tit.3.* puniturque pœna mortis juxta casus relatos *à Basil. dec.43. per tot.* ubi de furto scutorum 1043. ex Mensa nummularia Panormi, cujus

117 reis datus fuerat terminus 4. dierum, sed à Proroge abbreviatus ad quatuor horas, cùm nihil ad illorum defensionem adductum fuisset, furca fuerunt suspensi, *& num.6.* refert exclamationes Fisci pro exequutione sententię ob violationem publicæ fidei, & securitatis Mensæ nummulariæ. Ultra obligationem restituendi summam furatam juxta casum, decisum *à Rot. in Rom. Pecun. 10. Maii 1684. coram Alberg.* in qua condemnatus fuit Mons Pietatis Urbis ad restituendum scut.7666. 30. quæ unus ex ejus ministris furatus fuerat, li-

118 cèt ageretur de furto commisso ab Officiali, deputato pro receptione pignorum, firmando ibidem Rota *in, §. Quandoquidem*, quod de jure pecunia oppignorari potest, dum-

119 modo in sacculo obsignato oppignoretur, ut fuerat practicatum in dictu casu, quod firmaverat priùs *cor. Dunoz. Jun. dec.832. num.7. & 8.* An autem furtum, quod committitur clam; & in loco occulto, sit gravius, vel levius illo, quod sit palam, & in loco publico, latè disputat *Farin. quæst.18. à*

120 *num.67. usque ad 72.*

121 Nota hic, quòd contra Cauponem datur actio pro rebus deficientibus in Valisia, seu Fardello ex cumulatis *per Pan. dec.94. annot.2. num.3. & seqq.* ubi latè materiam examinat. In Urbe tamen *ex Constit. s. m. Pii IV. la 71.* inter alias ejusdem, id non procedit, nisi præcesserit consignatio earumdem Valisiarum, imposita *in, §. 1. in fin. ejusdem Const.* Cauponibus, & Albergatoribus obligatione notificandi hospitibus dispositionem ejusdem Bullæ, ut observat *Rayn. t.3. c.29. §.1. num.1. & seqq.*

122 Ex circumstantiis temporis, nam, cæteris paribus, furtum diurnum levius reputatur, quàm nocturnum *l. Sacrilegii, §. Cæterum, ff. Ad leg. Jul. pecul. Rip. de Noct. temp. c.17 per tot. & Rayn. to.1. §.14. num.1. & 2.*

123 Ex circumstantiis demum adjunctorum, & modi, nam furtum commissum cum fractura, vel cum clavibus adulterinis, gravius est illo, quod est commissum sine illis *Farin. quæst.20 num.145. & Rayn. t.2. cap.14. num.58.* ubi de furto commisso cum Grimaldellis, de quo pariter *Sanfelic. dec.34. num.7.* ubi quod in suo casu iste fur pœna mortis fuit punitus consulto

124 Principe; Commissum præterea cum scalis gravius reputatur quàm commissum sine illis *Peguer. dec.26. nu.2. Caball. resol. crim.95. num.22. Farin. qu.165. nu.21. & Rayn. to.2. cap.14. num. 46.*

125 Similem casum notabilis furti in summa scut.16000. sequuti cum clavibus adulterinis in Civitate Bononiæ, refert *Cosp.*

vel

nel Giudic. crimi. p. 2. c. 43. n. 6. ubi n. 7. ait, tempore Pontificatus Pauli V. quatuor fures, se fingentes dominos cujusdam horrei frumenti, de die fecisse mutare vectes, & claves, cum prætextu debilitatis primarum, & sequenti die cum novis clavibus, ac si essent domini, accesserunt ad horreum cum mercatoribus, qui volebant emere frumentum, & stabilitis conditionibus, vocati fuerunt mensuratores, quorum unus truffam aperuit, quia cognoscebat veros dominos, illudque mensuraverat paulò antè, hoc est tempore, quo in eodem horreo repositum fuerat.

126 Quid autem dicendum in casu, in quo fur utatur scala ad ingrediendum viridarium, ex quo deinde absque aliqua violentia, vel fractura ingrediatur domum, juxta casum, qui evenit Ferrariæ anno 1691. Respondeo, quòd si furtum, seu rapina non fuit consumatum, non intrat pœna ordinaria, sed extraordinaria, Judicis arbitrio, quia, tam rapina, quàm furtum requirunt essentialiter rei contrectationem, & amotionem, ut latè probat *Rayn.* pro veritate consultus in d. casu Ferrariensi *tom. 2. cap. 14. supplet. 2. per totam*, qui fuit in voto, quòd Rei, ultra aliquam exemplarem demonstrationem, puta, quòd ducerentur per Civitatem, & subtus furcas, laqueo eorum collis apposito, condemnarentur ad triremes in perpetuum, in cujus casu concurrebant circumstantiæ, tale furtum nimis aggravantes; 1. quia penetraverant domum cum armis, 2. quia accesserant larvati, nè cognoscerentur: 3. quia usi fuerant scalis ad ingrediendum viridarium ut supra; & 4. quia vulneraverant domesticos clamantes, & auxilium implorantes.

127 Ultrà Fures multi alii actione furti tenentur, & I. mandantes furtum fieri, effectu sequuto, etiamsi mandatarius adhuc furtum illud aliàs fuisset facturus, *leg. Si quis servo, C. de Furt.*

128 II. Illud consulens, effectu pariter sequuto, *leg. Qui servo, ff. de Furt. leg. Si quis, §. Nec verbo, ff. Eodem Mynsing. in §. Ex Maleficiis n. 13. Instit. de Action. de Ros. Resol. Crim. 3. per tot. & de Ang. de Delict. par. 1. cap. 58. n. 7.*

129 III. Præbentes operam, & auxilium, *leg. Is qui & leg. Si quis, ff. de Furt.* Auxilium autem præstare dicitur is, qui ministerium aliquod ad subripiendum præbet, veluti si accomodat ferramenta ad frangendum, vel aperiendum ostium, scalam ad ascendendum, claves, limam, & similia, *leg. In Furtis, §. Rectè, ff. de Furt. & leg. Si pignore, §. Qui*

130 *Ferramenta*, ibique *Gloss. ff. Eod.* Consilium verò is, qui persuadet, impellit, & instruit ad furtum faciendum *de Ang. de Delict. par. 1. c. 60. n. 6.* Requiritur tamen, quòd consilium, & auxilium sine præstita ei, qui aliàs non fuisset furaturus, nam secus erit, si quis furari erat paratus.

131 Itemque, quòd sit sequutus effectus, nam aliàs auxilium ferens, de furto non tenebitur.

132 IV. Receptans furem *Bald. in leg. Eos, Cod. de Furt. Ricc. collect. 2231.* Nisi agatur de Patre, Filio, Uxore, vel simili conjuncto, qui excusantur si fures sibi conjunctos receptant, *Vulpin. in Succ. Farin. tit. de Furt. fol. 354. de Angel. de Delict. par. 1. cap. 60. n. 3.* Item furti actione tene-

133 tur eodem modo quo ipse fur, rem furatam scienter occultans, vel ad conservandum recipiens, *§. Sed hæ Instit. de Obligat. quæ ex delict. nascunt. Peguer. dec. 25. per tot.* Si autem ignoranter id fecerit, furti actione non tenebitur, *leg. Si quis*, ibique *Gloss. ff. de Furt.*

134 V. Capientes bona, cadentia ex rheda, curru, sive sarcina *Menoch. de Arbitr. cas. 297. Calv. de Æquit. l. 2. c. 180. n. 45. & Rayn. t. 2. c. 14. §. 6. n. 3.*

135 VI. Vendens fumum, hoc est ille, qui prætextu amicitiæ, vel familiaritatis cum Principe, vel cum Judice, promittit negotii bonum evenium, victoriam, vel favorem, aliquo sibi dato, vel promisso, ut advertunt *Gonzal. in cap. Cum ab omni n. 9. de Vit. & honest. Cleric. Caball. cas. 67. n. 7. & seq.* ubi, quòd nostris temporibus non desunt similes perso-

136 næ, quæ aliquando punitæ fuerunt pœna pecuniaria, exilio, privatione dignitatis, & officiorum. *Fontan. dec. 15. n. 4. & seqq. par. 2. Cortiad. d. dec. 106. n. 113. Zaul. t. 1. lib. 4. rub. 13. n. 10. & Ray. t. 2. c. 14. n. 94.* ubi quòd tempore Ur-

137 bani VIII. quidam Franciscus, hujus delicti reus, ad Triremes fuit transmissus, postea verò, more remigum rasus, de ordine Sanctissimi ad carceres reductus fuit, ibique usque ad tempus Sedis Vacantis permansit, de quo loquitur etiam *Scannarol. de Visit. Cancer. lib. 1. c. 6. in fin. f. 177.* ubi, quòd

138 ex honesta familia ortus fuerat, quam tamen meritò silentio involvit. Alium verò antiquiorem refert ex *Plin. Calvin. de Æquit. lib. 2. cap. 104. n. 53. & 54. de Thurino*, insigni fumi venditore, qui de ordine Imp. Alex. Severi alligatus fuit palo, circumdato fumo viridium lignorum, pronunciante Prætore -- *Fumo periit, qui fumum vendidit.*

139

140 VII. Truffatores, pro quorum meliori intelligentia sciendum est, Italicam hanc vocem *Truffa*, frequentem esse apud Criminalistas, ex animadversis per *Novar. dec. 172. num. 1. & 2. Chartar. dec. 89. n. 6. & seqq. & Thor. in Cod. Rer. judic. cas. 33. per tot.* De illa tamen si fides danda est *Scannar. de Visit. Carc. f. 168. n. 17.* nemo ex antiquis JurisCon-

141 sultis sermonem habet, vel mentionem facit; Idem autem sonat *Truffa* generaliter sumpta, ac deceptio, fraus, seu dolosè gestum, *Cyriac. contr. 76. nu. 1. & 2. & Rota in dec. 473. n. 1. p. 19. rec.* ubi quòd idem est truffare, ac decipere,

142 specialiter verò importat furtum improprium; Illamque definit *Scannar. ubi suprà n. 23.* ut sit *Inficiatio illius, qui ex aliquo contractu legitimo rem habuit ab initio, vel aliàs ad ejus manus pervenit, non invito Domino, & negat habuisse, aut in proprios usus convertit, vel ad sui commodum distraxit*, & concordat *de Angel. de Delict. par. 1. cap. 127. num. 1. & seqq.*

143 Indeque infert *Sanfelic. dec. 42. n. 1. lib. 1.* truffam committere eum, qui non restituit id, quod ei ad aliquem finem consignatum fuit, *& Cortiad. dec. 106.* quòd truffator sit is,

144 quis sub colore, seu prætextu mutui, commodati, conducti, vel depositi, rem sibi traditam in ejus usum distrahit; Et generaliter, quòd qui utitur re ad alium usum, quàm de-

145 stinatum, dicatur truffator, advertunt *Matth. de Regim. Regn. Valent. tom. 2. cap. 8. §. 8. n. 30. & seq. Solorz. de Jur. Ind. to. 2. lib. 1. cap. 12. n. 16. Rayn. tom. 2. cap. 14. n. 17. & de Angel. de Delict. par. 1. cap. 126. n. 1. & seqq.*

146 Pœna truffatoris varia est, & regulatur à qualitatibus, & circumstantiis truffæ *Bajard.* enim *ad Clar. quæst. 70. nu. 5.* ait truffatorum pœnam esse fustigationem, *Cortiad. dec. 106. n. 62.* quòd sit extraordinaria, Judicique arbitraria *Sanfelic. dec. 42.* quòd intrat pœna relegationis, & aliquando etiam Triremium, juxta casus ibidem citatos, *Scannar.* autem *ubi supra n. 23.* quòd in Urbe longa carceratio succedit loco pœnæ, Parte concordata, quòd si non valeat Partem in carceribus concordare, relaxatur præstita fidejussione de concordando infra certum tempus, & si demùm fidejussorem non inveniat, relaxatur cum exilio donec concordaverit, *Scannar.* sequitur *Rayn. tom. 1. cap. 14. nu. 19. Rota* demùm *in cit. dec. 473. par. 19. rec.* refert, quemdam Federicum Octavium fuisse condemnatum ad Triremes, & alium juvenem mercatoris, qui se publicum finxerat mercatorem in Foro Romano, summamque scutorum centum habitam ad deferendum, sibi appropriaverat, Bononiæ fuis-

147 se suspensum, aliosque similes casus referunt, *Virgil. Pinzinger. qu. Saxon. q. 48. n. 20. Thor. in Compend. dec. Neapol. Verb. Truffator par. 1. Sabell. in Summ. divers. tract. §. Furtum n. 5. Carol. Ant. de Luc. in Prax. Crim. c. ult. sub n. 10. & de Angel. de Delict. par. 1. c. 137. per tot.*

148 Truffæ proximus est contractus ille, quem *Stat. Urb. lib. 1. c. 153. & Card. de Luc. de Alien. disc. 50. n. 38. & in Summ. n. 125.* vocant *Stocco, Barocco, Ciavanza, seu Rompicollo*, quando nimirum ab illis callidis mercatoribus, quos Piratas terrestres vocat *Porro in Fascic. rer. Crim. §. Conclusion. 2. f. 196.* incautis, ac inexpertis filiisfamilias, vel stupidis hominibus, dantur res pro pretio longe majori, quàm revera valeant, sive directè, sive per interpositas personas, seu Proxenetas, & ut plurimum mediantibus Schedulis, *vulgo Pagarò*, quas callidi contrahentes solent procurare absque vera data, & tempore, & ut dici solet *in bianco*, ad hoc, ut illas replere possint, quando obligati, sunt jam effecti Patresfamilias, vel quando eis expediens videtur, magisque utile, juxta casum ultimo loco in Tribunali Eminentissimi Vicarii agitatum, & in quo fuerunt nullius roboris declarati multi *Pagarò*, facti ab inexperto Juvene, qui inter alias res emerat quamdam pretiosam tabulam pretio scut. 2000. quam immediatè post venderat pro scut. 800. eidemmet venditori, & aliqui ex manipulatoribus, & mediatoribus eorumdem contractuum fuerunt etiam ad Triremes damnati. Contractus autem iste, quo mediante

149 mercator merces exorbitanti pretio vendit, illas recepturus pro minori, sive per se, sive interpositas personas, propriè *Mohatra* vocatur, ut observant *Franciosi. nel Vocabol. Spagnuol. eodem verbo de Angel. de Delict. par. 1. cap. 133. n. 26.* ubi quòd Italicè contractus iste vocatur *Baroccola, Macr. in Hierolexic. verb. Moatra, Escob. in Theol. Moral. tract. 3. exam. 3. n. 36.* Pro cujus validitate inclinavit *Less. de Just. & Jur. lib. 2. cap. 21. dub. 16.* illum tamen meritò impugnant, & feneratitium esse asserunt *Sylv. in Summ. Verb. Usura n. 3. Manent. de Jur. Const. Livell. q. 2. n. 28. Vel. de Pœn. delict.*

delict. cap. fin. n. 23. & Rayn. tom. 2. cap. 16. §. 2. n. 15. & reprobavit f. m. *Innoc. XI. 2. Martii 1779. proposit. 40.* ibi *Contractus Mohatra licitus est, etiam respectu ejusdem personæ, & cum contractu retrovenditionis pravie inito intentione lucri.*

150 Procedunt hæc omnia cum supposito, quod dolus, & machinatio se teneant, ex parte contrahentium dolosè cum filiis familias: Nam si è contra dolus, & fraus se teneant ex eorum parte, tunc omnis interpretatio contra ipsos su- 151 menda est; Jura enim, tam communia, quàm municipalia subveniunt deceptis, non autem decipientibus, atque providerunt, ut minores non circumveniantur, non autem, ut alios circumveniant, *Cyriac. controv. 337. num. 17. & seqq. Card. de Luc. de Alien. disc. 296. num. 26. & Rot. in Rom. Cambior. 16. Maii 1689. §. Vel ipse coram Rondin.* 152 ubi, quòd nulla æquitas, vel justitia patitur, quemquam ex propria fraude ullum commodum in alterius præjudicium consequi posse, *& in Rom. Census 21. Februarii 1687. §. Nec replicare coram Card. Caccia*, ubi, quòd in his circumstan- 153 tiis doli, & mendacii ex parte minoris, vel mulieris contrahentis, non procedit conclusio, quòd assertio earumdem licèt jurata non sit attendenda, ex quo eadem facilita- 154 te, qua minor, vel mulier inducitur ad contrahendum, inducitur pariter ad jurandum, & proindè juramentum præsumatur dolo, & metu extortum, sed applicatur alia conclu- 155 sio, quòd mulier, & minor ex proprio mendacio, & dolo, quibus Statuta, & Jura non patrocinantur, non debet commodum nullitatis contractus reportare, & dicitur cessare quælibet præsumptio seductionis, cui innituntur Jura, tam communia, quàm municipalia.

156 Quid autem dicendum in casu, quo minor nulliter se obliget, & deindè contractum observet, non deducendo illius nullitatem: Respondeo, quòd tertius non potest eamdem nullitatem allegare, & ratio est, quia in his terminis 157 contractus taliter gestus non potest dici nullus ipso jure, sed ipso minore volente, manente interim in implicito statu validitatis, ex adductis *per tot. in dec. 378. n. 18. & 19. par. 9. & dec. 495. n. 10. par. 13. & dec. 224. n. 8. & 9. par. 14. & dec. 531. n. 4. & 5. eadem par. 14. & dec. 128. nu. 18. par. 16. rec.*

158 Quòd est adeò verum, ut possit cogi idem minor ad declarandum, an velit stare contractui implicitè valido, *Rot. dec. 235. n. 8. par. 17. rec.*

159 Dicitur autem ratificatus per ipsum minorem, non solùm negativè, scilicèt per non impugnationem, sed etiam positivè, mediante adimplemento, vel executione ejusdem contractus, puta, solvendo fructus, si agatur de contractu census, vel similia faciendo, *Rot. in Rom. Census 23. Maji* 160 *1692. §. Cæterùm cor. Caccia*, ubi *in §. Nihil*, notabiliter firmavit, in his casibus ratificationis contractus nulli, non requiri notitiam omnium nullitatum facti, & juris in ratificante, quia quoad scientiam facti, hæc concludenter probatur ex ipsamet interessentia contractui.

161 Quo verò ad scientiam juris, in re adeò vulgari nullitatis contractus ex capite minoris ætatis, satis inducta dicitur ex diuturnitate temporis, & aliis actibus, necnon ex commoditate consulendi juris Interpretes, juxta firmata *per Rot. in dec. 321. n. 8. par. 4. t. 2. rec.*

162 Demùm Vagabundi, quos Fures vocant *Naurath. de Vit. & mor. homin. in addit. ad theor. 10. circa fin. Berlich. par. 5. concl. 44. num. 31. Jodoch. in Prax. cap. 110. n. 55. & seqq. Rayn. tom. 3. cap. 26. §. 1. num. 4. & de Angel. de Delict. par.* 163 *1. cap. 130. num. 1. & seqq.* ubi, quòd Civitatem perturbant quemadmodum humanum perturbat corpus pituita, & bilis, Tales autem dicuntur illi, qui propriam non habent sedem, sed absque ulla necessitate, commoditate, aut uti- 164 litate, modò huc, modò illuc per Orbem vagantur, & cùm sint validi, & robusti, potiùs malunt mendicare, ostiatimque stipem, & eleemosynam verè pauperibus furari, quàm alicujus servitio, seu arti se se addicere, *Borell. de Magistrat. lib. 3. cap. 16. num. 19. Ricciul. de jur. person. lib. 9. cap. 1. per tot. Scannar. de Visit. carc. lib. 2. §. 2. c. 12. nu. 1. & seqq. f. 226. Bertacch. de Episc. q. 3. n. 15. Petr. à Biaxio in Direct. Election. c. 29. n. 24. & Sarn. in Prax. crim. quæst. 1. cap. 22. num. 1.*

165 Ejusdem farinæ sunt Mendicantes validi, seu Errones, Birbones, Ganeones, Nebulones, & similes, enumerati *per Menoch. de Arbitr. cas. 532. per tot. Caball. cap. 178. & de Angel. de Delict. par. 1. c. 130. n. 3.* qui ut plurimum untuntur herbis, & suppositoriis collіriis ad sibi manus, vel tibias intumescendas, seu ut claudi, vel manibus contracti videantur, de quibus *Zacch. qu. medicoleg. lib. 3. tit. 2. q. 1. & seqq. Ripa de Pest. q. 5. n. 153. & Sabell. in prax. unic. Verb. Vagabondi n. 3. & Matt. de Canoniz. Sanct. par. 3. c. 23. per* 166 *tot.* ubi *n. 10. & seqq.* refert casus similes, animadversione dignos, & *Abasuerus Fritsch. in integr. Tract. Theolog. nomin. Politic. de Mendican. valid.* Isti verò à quacumque benè regulata Civitate expellendi sunt, non solùm quia victum verè pauperibus, & infirmis auferunt, *Bobadill. in Polit. lib. 2. c. 13. n. 32.* sed etiam quia morbos, & vitia introdu- 167 cunt, & nutriunt, ut pluribus ostendunt, *Franc. Marc. dec. 436. par. 2. Borell. de Magistr. lib. 3. c. 16. n. 17.* & latè *Pign. consul. 64. ferè per tot. t. 8.* Imò gravi pœna puniendi, *Joan. à Plat. in leg. unic. C. de Mendic. valid. Naurath. de vit. & mort. homin. in addit. ad theor. 10. & Rayn. t. 3. cap. 26. §. 1. n. 9. & seqq.* ubi *n. 6.* probaverat, eleemosynam dantes hujusmodi validis mendicantibus nullum actum meritorium facere. Quòd comprobari potest *ex Gloss. super Matth.* quam 168 refert *alia Gloss. in leg. unic. lit. H. Cod. de Mendicant. Valid. lib. 11.* ibi *Justius feceris si injustè petentem correxeris, quam si ei dederis*, & priùs hos validos mendicantes vocavit Spanaldos, vel Galiotas. *Cobell. ad Bull. Bon. Regim. c. 41. num. 16.* ubi duas hujus conclusionis assignat rationes. I. Nè prætextu eleemosynæ otiosorum hominum foveatur inertia, & II. Nè ab his validis mendicantibus verè debilibus, & ægenis auferatur panis, assignans numero antecedenti *ex Luc. de Penn. in L. unic. C. de Mendic. valid. lib. 11.* decem conditiones ad hoc, ut eleemosyna rectè fiat. Idem 169 verò, *Rayn. n. 17.* refert plures pœnas, quibus in Hispaniarum Regnis, Belgio, Sabaudia, Cathalunia, Hetruria, & in Urbe puniuntur, ubi verò particularis non extat contra eosdem sanctio, asserit genus hoc hominum pu- 170 niendum esse pœnis corporalibus, carcere nimirum, vel exilio *Cosp. nel Giudic. Crim. par. 3. cap. 45.* ubi latè, & *Zaul. to. 1. lib. 4. rub. 56. per tot. & tom. 2. lib. 6. rubr. 4.* pariter *per tot.* Ego verò illos cogerem ad opus aliquod publicum exercendum, juxta exempla Reipublicæ Romanæ, & aliorum Regnorum, relata *à Muta ad Pragm. tit. 54. de Va-* 171 *gabund. nu. 3. & 32. Salzed. ad novas Leg. Recopil. leg. 34. tit. 7. lib. 1. num. 48. & seqq. Bobadil. in Polit. lib. 2. cap. 13. num. 28. & seqq. & Pignatel. consul. 64. num. 15. tom. 8.* ubi ex *Rebuffo* observat anno 1532. à Suprema Curia Senatus Parisiensis coactos fuisse ad expurgandas publicas vias: In multis tamen Civitatibus, nedum in Italia, sed etiam extra illam, cum fructu restricti sunt in Locis, à Publico 172 ad diversas Officinas destinatis, quòd tamen ob affluentiam miserabilium Peregrinorum, & aliorum, devotionis causa, confluentium in Urbe, practicari non posse experientia compertum est tempore Pontificatus san. me. Innoc. XII. ut recognosci potest ex Ordinationibus, & præceptis, registratis in Bullariolo ejusdem *Constit. 70. & septem seqq. Constit. & Constit. 86. & 87.* quæ ad praxim redacta, inventa fuerunt inpracticabilia, ut advertit *Pascucc. ad Pignatell. tit. de Pauperibus, & Mendicis in fine.* Laudabiliter ta- 173 men idem Summus Pontifex occurrere tentavit communibus votis in hac parte, licèt irrito conatu, quia *talora è prudenza il tentare, eziandio con dubio dell' evento ciò, che se riuscisse sarebbe grato al commune, almeno per dare a divedere, che se non si fa, è perchè non si può, non perchè non si voglia*, ut licèt ad alium finem, benè ob- 174 servat *Card. Pallavicin. nell' Istor. del Concil. lib. 23. cap. 11. num. 6.*

175 Ac occurrendum autem inconvenientibus illis distractionis Fidelium ab orando, & similibus, ob eorumdem importunas preces, & eleemosynarum improprias petitiones in Ecclesiis præcipuè tempore Expositionis Sanctissimi Sacramenti, contra tot diversorum Pontificum ordinationes, & signanter *Constit. 5. §. 5. B. Pii V.* providè Sanctissimus Dom. Nost. Clemens XI. injunxit priùs Prædicatoribus in Quadragesima anni 1703. ut Populo annunciarent majoris esse meriti, sibique gratius, non dare eisdem eleemosynas in Ecclesiis, sed vel in Janius, earumdem, vel alibi: Ita enim de facili fiet, quòd non invenien- 176 tes benefactores in Ecclesiis, præcipuè tempore Divinorum Officiorum, & expositionis Sanctissimi Sacramenti, se abstinebunt à circuendo per illas, ut egomet audivi à Concionatore in Ecclesia S. Augustini, in Concione habita die 177 28. Februarii ejusdem anni 1703. Deindè verò: *Riconoscendosi, che tutto ciò non sia stato bastante ad impedire le sudette questuazioni, la Santità di Nostro Signore, &c. espressamente proibisce a tutti i Fedeli dell' uno, e dell' altro sesso di qualsivoglia stato, grado, e condizione, il dare limosina, di qualsivoglia somma, benchè tenuissima a' mendicanti, in qualunque tempo dentro le Chiese, avvertendo, che quelli, che in esse faranno a poveri la limosina, non solamente per cagione delle*

delle sopra espresse circostanze, non faranno atto meritorio, ma saranno positivamente colpevoli, per avere, benchè indirettamente cooperato all'irriverenza delle Chiese, & a i disturbi, e distrazzioni delle preghiere, & orazioni de' divoti, & anche per avere trasgredito li premurosi comandamenti di Sua Santità, che hanno per unico oggetto la riverenza, il decoro, e la quiete, che per Divin precetto sono dovuti a i Sagri Tempj, juxta præcisa Edicti, promulgati, & affixi in solitis locis Urbis, & in omnibus Ecclesiis, tam Sæcularibus, quàm Regularibus die 11. Julii 1703.

Quod fuit confirmatum die 13. Augusti 1716. à Cardin. Caracciolo Pro-Vicario occasione vulnerum, illatum uni ex dictis Mendicantibus validis in Ecclesia S. Andreæ de Valle in die Festivitatis S. Cajetani, propter quod opus fuit terminare Vesperas, & de mane sequenti Ecclesiam benedicere: Necnon à Cardinali Paracciano Vicario die 23. Septembris 1718. quando fuit etiam idem Edictum ampliatum multipliciter.

Ita etiam legitur in Edicto Urbis Vicarii diei 20. Januarii 1705. §. 18. in fine, quod per extensum registravit *Monacell. in formul. t. 2. tit. 13. fol. 34.* ibi — *Intenzione di Nostro Signore dichiarata nell'ultimo Editto, in cui si proibisce ad ogni fedele dare nelle Chiese limosine a Poveri*, fuit pariter hoc Edictum iterùm confirmatum die 13. Augusti 1716. cum addito, ut sequitur: *la sera poi doppo le 24. ore ordina la Santità Sua, che nessuna Donna di qualsivoglia età possa domandare l'Elemosina avanti le Chiese nelle Esposizioni ad altri, ne andarla cercando per le strade di quest'alma Città col volto coperto, o scoperto, nè in qualsivoglia altro modo sotto pena della frusta, & altre ad arbitrio.*

178 Optimum verò modum cognoscendi hujusmodi Vagabundos docet, *Scannar. Visit. carc. fol. 226. num. 25.* contrectando nimirum eorum manus, qui enim illas non callosas habent, vagabundi sunt, & uti tales à Civitatibus expellendi, ut testatur suo tempore practicari in Urbe à Birruariis in Platea Agonali, ubi convenire solent, præsertim tempore æstivo.

179 Dixi, quòd solent mendicantes validi uti suppositoriis colliriis ad sibi manus, & tibias intumescendas, quòd in Urbe comprobat experientia, illi enim, qui in die vix incedere posse videntur, & aliquando simulant se animam agere, de nocte in Cauponis nullum habent malum, nullamque virium defectionem, & quia, ut plurimùm, pernoctare solent in quadam Caupona, propè Portam Angelicam, solet 180 vulgò appellari Caupona miraculorum, dum statim sani fiunt in illa Birbones illi, & Nebulones, qui antea ab omnibus malis afflicti videbantur.

181 Adverte hìc, verè pauperibus ab ægestate afflictis, quando sunt Rustici, non esse dandos cibos delicatos, nec panem album, sed eis subministrari debet panis grossus, caseus, nuces, alli, raphani, cæpæ, & similia, *per Text. literalem in Can. Unum orarium ante finem distinct. 25.* quem, licet mendosè citatum, penitissimis memoriæ arcanis recondendum asseruit *Tiraquell. de Nobilit. c. 20. n. 146. Surd. de Alim. tit. 4. q. 18. n. 12. & seqq.* Prout etiam non est eis 182 dandum vinum, sed aqua, quia, ut ait *Bald. in Auth. ad hæc num. 1. C. de Usur.* quem sequuntur *Tiraquell. & Surd. locis supra allegatis*. Rustici non solent vinum bibere, sed aquam solùm: Quidquid autem tempore *Baldi* dici posset 183 de veritate, & subsistentia ejusdem assertionis circa vinum, hodie credo, quòd illa non sit ad praxim reducibilis, quia similes personæ rusticæ vino assuetæ, quando victum in sudore eorum vultus acquirunt, pessimè se habent, bibendo aquam, & si aliquis dando eis aquam vellet illos ad operandum conducere, credo, quòd verificaretur id, quòd de equo dicit, *Gloss. in leg. Animalia verb. Apparitores in fin. C. de Curs. public. lib. 12.* nempè: *Equus malè pabulatus, malè vadit.*

184 Dixi, *quando sunt Rustici*, quia si fuerunt divites, & sint nobiles, & sic assueti cibis delicatis, & sumptuosis, tunc essent eis subministrandi cibi delicati, *Surd. de Alim. tit. 4. q. 18. n. 14.*

185 Adverte II. *ex Galen. in 12. Therapeutica* relato *à Tiraquell. de Nobilit. c. 20. n. 148.* alium esse rusticorum theriacam, ejus verba Græca, registrata *à Tiraquell.* hæc sunt, ἐγὼ γε τῶν ἀγροίκων θηριακὴν ὀνομάζω τὸ βρῶμα.

186 Adverte III. pro pauperibus ægrotis *san. mem. Alexandro VII. in ejus Constit. 45. in Bullar. nov. tom. 6.* determinasse Hospitalia Urbis, in quibus recipi debeant; In Hospitalibus scilicet S. Spiritus, Sancti Salvatoris ad Sancta Sanctorum, S. Mariæ Consolationis, S. Joannis Colabytæ in Insula Tyberina, S. Jacobi Incurabilium, & S. Lazari, omnes ægroti cujuscumque sint Nationis. In illo S. Rocchi Au- 187 rigæ, eorumque famuli, rem pecuariam vaccarum rubrarum exercentes, Sutores veteramentarii, lignorum ad mensuram aptatores, Exoneratores, Vinitores, Nautæ, aquæ Bajuli, & Fidicines. In illo S. Mariæ de Horto Aviarii, 188 Molitores, rei pecuariæ vaccarum albarum Præpositi, Navicularii Regni Neapolitani, Olitores, eorumque famuli, Coloni partiarii vinearum, Sutores veteramentarii, Salsamentarii, & Vermicellarii. In illo S. Mariæ de Laureto 189 Pistores, eorumque famuli, Crustularii, seu Clambellarii, & Mensores frumenti; Cum specificatione morborum, & malarum corporis affectionum, pro quibus in uno, vel altero potiùs ex dictis Hospitalibus, omnibus communibus, recipi debeant, dummodò prædicti non habeant Hospitale propriæ Nationis, ad quod remitti debeant, nisi numerus 190 præfixus ægrotorum in Hospitalibus Nationalibus reperiretur plenus.

191 Quoad pœnas furti est distinguendum, nam vel loquimur de furibus simplicibus, vel de famosis, vel de Abigeis, de quibus omnibus latè *Panim. dec. 94. adnot. 3. per tot. & de Angel. de Delict. par. 1. c. 59. & seq.*

192 Si de furibus simplicibus, vel est sermo de illo, qui unicum tantùm furtum commisit, vel de eo, qui commisit duo furta, vel de eo, qui commisit unicum furtum tantùm, sed magnum. Si de eo, qui unicum tantùm furtum commisit, non potest imponi pœna mortis, aut mutilationis juxta *text. in Auth. Sed novo, Cod. de Serv. fugit.* sed pœna fustigationis, ut observat ibidem *Gloss. Verb. Castigabitur*. Ve- 193 rum tamen est, quòd cùm hæc pœna non sit præcisè à Jure statuta, inde fit, quòd tales fures non semper fustigentur, sed quandoque mitiùs puniantur tribus ictibus funis, aut pœna exilii, juxta furti quantitatem, & furis qualitatem, *Farin. quæst. 167. part. 2. per tot.* Quandoque puniantur Catena infami, seu, ut vulgò dicitur, *la Berlina*, teste *Rayn. t. 2. c. 14. n. 4.* Et quandoque etiam pœna mortis, quando scilicet adeò frequenter committerentur hujusmodi deli- 194 cta, ut ad terrorem aliorum fieret edictum sub pœna mortis, etiam pro primo furto, ut cum optimo eventu practicasse Parisiis Ludovicum XIV. testis est *Amen. de Delict. & Pœn. tit. 3. §. 6. n. 42.* ubi, quòd cum furibus coercendis im- 195 par esset pœna furcarum, statuit pro Lutetiis Parisiorum tantùm, ut furibus adhuc viventibus, tota eorum ossa comminuerentur, quod atrocissimum remedium efficacissimum fuisse probavit eventus.

196 Si agatur de eo, qui commisit duo furta, quidquid alii dixerint intrare pœnam mortis, apud Nos non practicatur, sed si eadem furta sunt quantitatis non modicæ, vel cum aliqua circumstantia aggravanti, fures, aut fustigantur, aut in exilium mittuntur, vel ad Triremes ad tempus condemnantur juxta *Urb. Stat. lib. 1. cap. 59.* & observat *Rayn. ubi proximè*. Si autem duo furta fuerint commissa de nocte, & per vim, & multò magis spoliando transeuntes, quos fures vulgo appellamus *Cappeggiatori*, tunc qui bis 197 hæc commiserit pœna furcarum punietur vigore ejusdem *Stat. Urb. lib. 2. cap. 58.* & observat *Brugiot. Instit. Crim. lib. 3. tit. 7. num. 15. & seqq.* Hac pœna punitus fuit in Urbe die 26. Junii 1717. Antonius quondam Joannis Castellani à Terra S. Martini prope Viterbium, qui unicum commiserat furtum pallii per vim, & de nocte.

198 Si denique de eo, qui unicum commisit furtum aut istud fuit magnum, aut parvum. Si magnum & tunc divisi sunt inter se Criminalistæ, nam aliqui ex illis volunt, imponendam esse pœnam mortis, præcipuè si adsint aliæ circumstantiæ aggravantes, ut videre est apud *Farin. quæst. 167. num. 45. part. 3.* Alii verò contrarium asserunt, & in hac opinione residet *Farinac. ibidem*, ubi, quòd hæc opinio verior est, & in Tribunalibus Urbis in praxi recepta. Quæ 199 tamen non habebit locum si primum furtum sit qualificatissimum juxta casum relatum à *Zambell. in Regul. Jur. Crim. c. 11. num. 17.* de eo, qui furatus fuerat Calicem, in quo servabatur Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum, qui, ipso teste, humi tractus fuit, & deinde, manibus amputatis, furca suspensus, vide *Ricc. dec. 27. per tot. par. 3.*

200 Si autem furtum sit parvum, ut exemplificando in furto florum, Rosarum, Lilium, Gelsiminum, vel fructuum ex aliquo Viridario, Uvæ ex Vinea &c. advertit *Basil. dec. Crim. 27.* quem sequitur *Zaul. t. 2. lib. 5. rubr. 6. num. 18.* & tunc extraordinariè, & pœna Judicis arbitraria puniendus est fur *Carpz. in Prax. Crim. part. 2. quæst. 83. numer. 23.* 201 Quod si agatur de re minima, puta acu, tunc non diceretur furtum.

202 Si de famosis furibus sit sermò, de illis nimirum, qui

tria, aut plura furta commiserunt, isti ultimo supplicio afficiuntur, & furca, suspenduntur, Gloss. in Auth. Sed novo verb. Fustigabitur, Cod. de Serv. fugit. & Farin. qu. 167. n. 48. & 50. & Rayn. t. 2. c. 14. n. 4. & seqq.

203 Si de Abigeis, isti pœna mortis pariter puniuntur, leg. 1. in princ. ibique Gloss. ff. de Abig. Boss. in Prax. tit. de Furt. num. 40. Cabal. resol. Crim. 260. & Panim. dec. 94. annot. 3. n. 37. & seqq.

204 Quòd si fur sit Clericus, est distinguendum, nam, vel furtum non est manifestum, vel est manifestum.

205 Si non est manifestum, puta, quia Clericus de furto non sit diffamatus, tunc non punitur, nisi aliqua pœna levi, & per modum pœnitentiæ salutaris, nec impeditur ejus promotio cap. fin. de Furt. Si verò furtum est manifestum, ita quòd de eo Clericus sit publicè diffamatus, & tunc non solum 206 impeditur promovendus, sed deponitur promotus, Can. de his 50. dist. & cap. Tuæ de Pœn. Imò si depositus incorrigibilis existat, excommunicabitur, & contumacia perseverante, tradetur Curiæ Sæculari puniendus cap. Cum non de Judic. cum aliis apud Farin. in Fragm. verb. Clericus n. 316. & seqq.

207 Rapina etiam ipsa, (quæ de rebus verificatur, cùm raptus in personis committatur, ex adductis per de Angel. de Delict. par. 1. cap. 61. nu. 2.) sub furto continetur, sed est 208 furtum improbius, & Raptores dicuntur fures aliis improbiores, leg. 1. & leg. Eum qui, ff. de Vi bon. rapt. & Instit. eodem tit. in princ. taliter, quòd, omnis raptor est 209 fur, sed non è contra, omnis fur raptor est, De Angel. de Delict. par. 1. cap. 57. numer. 4. Fur namque est, qui clam subripit, & sine vi, & aliquando etiam cum vi; raptor autem, qui publicè rapit, & cum vi, vel saltem 210 præparato animo vim faciendi, si resistatur sibi, Farin. quæst. 166. num. 36. & Brugiot. Instit. Crim. lib. 3. tit. 7. num. 19. Dixi aliquando etiam cum vi, nam potest etiam rapina fieri cum vi, & sine illa, & cum vi publica, seu 211 cum armis, & cum vi privata, seu sine armis, Jodoc. in Prax. Crim. cap. 111. de Rapin. num. 1. & 2. Si fiat palam, & sine vi, rapina erit crimen privati judicii, si verò cum vi publica, seu privata, tunc erit crimen publicum, Farin. qu. 165. n. 12. Non per hoc tamen latrocinium, & rapina idem sunt, differunt enim in hoc quòd, latro in via publica per vim auferat, raptor verò in publico; sive cum vi, sive 212 in occulto, sive in privato loco Farin. q. 166. n. 3[illegible] Brugiot. Instit. Crim. lib. 3. tit. 7. n. 23. & seqq. & de Angel. de Delict. par. 1. c. 57. n. 4. & 5.

213 Plagii demum crimen committit quicumque liberum hominem, vel servum alienum scienter vendiderit, seu alienaverit, vel vinctum retinuerit, atque celaverit, vel ei suaserit, ut à Patre, vel domino suo aufugiat, & qui hoc fecerit plagiarius appellatur, ut in Rubr. & tit. ff. & Cod. ad leg. Flav. de Plag. Cùmque plagium versetur non circa res, 214 sed personas, ideò est species quædam furti improbioris, & plagiarii sunt fures aliis nequiores, Godofred. in Summ. in rubr. de Furt. n. 4. Zuff. Instit. Crim. lib. 2. tit. 25. & Menoch. de Arbitr. cas. 536. per tot.

215 Quidquid dixerit Spiegiell. in Lexic. Juris Verb. Plagiarii, quem sequi videtur de Angel. de Delict. par. 1. c. 102. n. 1. existimantes, dici ab obliquis artibus, & dolis, quibus in servitutem trahebantur filii, & servi, cum quibus concordare videtur Marc. in Hierolex. verb. Plagiarius, dicti sunt 216 Plagiarii à plaga, quia Domino, & Patri magna plaga infligitur, dum ipsis liberi, vel servi subtrahuntur, quo casu committi dicitur furtum, & plagium, juxta Text. in §. Interdum Instit. de Oblig. quæ ex delict. nascun. & observat Cotta in Memor. verb. Plagiarius fol. 450.

217 Pœna hujus criminis ultimi supplicii est Exodi 21. 16. ibi Qui furatus fuerit hominem, & vendiderit eum, convictus noxæ morte moriatur. Quæ verba registrata sunt in cap. 1. de Furt. & sequuntur Canter. q. Crim. c. 8. de Furt. n. 15. Far. q. 167. n. 97. Menoch. de Arbitr. cas. 536. per tot. & Panim. dec. 74. n. 46. & seqq. Atque concordat Stat. Urb. in lib. 2. c. 55. Licèt autem liber homo, & filius non sint sub dominio, tamen si Pater orbatus fuerit filio, quia liber homo non re-218 cipit æstimationem; §. Item is Instit. de Oblig. quæ ex delict. nasc. Ideò ad illum recuperandum criminalis via accomodata est Zuff. Instit. Crim. lib. 2. tit. 25. per tot. Brugiot. eod. tit. lib. 3. tit. 5. pariter per tot.

219 Nota hìc, quòd plagii crimen committunt illi, qui modica pecunia data, vel fraudolentis suasionibus, incautos alliciunt Juvenes ad se adscribendum militiæ, ut observat Amen. de Delict. & Pœn. tit. 3. §. 6. num. 36. ubi, quòd id practicari vidit in Urbe pro cujusdam Principis servitio, sed seditione facta, opus fuit ad illam sopiendam, captos pristinæ libertati restituere.

Nota II. Quòd plagarius pariter dicitur ille, qui alterius 220 Manuscripta subripit, juxta opinionem de Angel. de Delict. par. 1. cap. 102. num. 9. ea forsan congruentia, quòd liberorum loco à doctis hominibus habeantur, juxta celebre dictum Clement. Alexan. lib. 1. Stromm. ibi Animæ autem liberi sunt scripta: quem sequuntur P. Bartoll. nell' Huomo di lettere par. 2. verb. Alterezza fol. 45. Pasqualig. quæst. moral. centur. 2. quæst. 113. num. 5.

Imo, quòd possint impunè occidere subripientem manu- 221 scriptum, & insigne opus Dominus, & Author, quando alia via non potest illud statim recuperare, advertit Ursell. conclus. 150. nu. 10. & quòd milites reperientes manuscripta inter hostium spolia, non possint illa tamquam à se composita evulgare, ex quo regula illa, quòd quæ in bello justo 222 capiuntur, fiunt capientium, de qua in leg. 1. §. Item capta, ff. de Acquir. possess. non comprehendat partus ingenii, latè probat Pasqualig. d. quæst. 113. per tot. quæ. mor. Centur. 2. In quo sensu plagium dici posset subtractio illa Adnot. Crim. ad Bannim. Gener. Stat. Eccles. de qua conquæritur D. Canon. Raynaldus, doctus Criminalista in Theorica, & per spa- 223 tium 44. annorum exercitatus in praxi non sine tamen labore, & tædio, ut testatur in tom. 1. proem. 4. num. 11. in princip. & tom. 3. ad cap. 32. supplet. 2. num. 81. & cap. 34. §. 12. 224 sub num. 19. ubi, quòd fastidiosam Criminalem professionem contra genium semper exercuit, illamque vocat periculosissimam, & despicacissimam cum Fontanell. dec. 258. 225 num. 10. lib. 1. quivè obiit in Urbe die 9. Decembris 1711. Idem rege sit etiam in voto 176. in principio. Ejusdem tamen professionis laudes latè exornant Capiblanc. de Baron. pragm. 226 8. par. 2. num. 260. lib. 1. de Franch. d. 388. ibique de Luc. in Addit. & Bobadill. in Polit. lib. 2. cap. 21. num. 1. & 2. ubi, quòd Judex criminalis se llama Senor de los hombres; Libros 227 autem de eadem materia tractantes terribiles vocat Imper. in leg. 2. paulo antè med. C. de Veter. Jur. enuclean.

Quòd verum intellige de subreptione propriè dicta, & 228 involvente delictum; Quia si agatur de illis Scripturis, seu Manuscriptis, quæ eorum Authores non curant Typis dare, seu respectu illorum, qui objerint cum bona intentione illa imprimendi, ut non raiò evenit, tunc si illa imprimat alter, 229 ad cujus manus, vel casu, vel data opera legaliter pervenerunt, nedum plagium non committeret, sed potiùs laudem meretur, & præmium, præcipuè si aliquid addat ad majorem Reipublicæ literariæ utilitatem, attentis illis incommodis, & excessivis expensis, impressioni annexis, quæ ille solum, qui experitur, credere potest, quæve facilè deduci possunt ex iis, quæ notat Jan. Nic. Erithr. in vita Fenzonii, observans, quòd sumptibus, qui in eo opere fiebant suppeditandis, insignem Bibliothecam, optimorum librorum copia refertam, tot annorum opera, studio, labore, sumptibusque comparatam, quæque uni etiam Oppido splendore, ornamentoque posset esse, divendidit, concludens, quòd tam multis, tamque præclaris unicus illi liber constiterit.

Et de Urselli circa impressionem suarum conclusionum legalium fama est, quòd Impressor sibi retinuit majorem partem librorum pro mercede conventa idque Judicis authoritate practicatum fuit ut mihi dixit b. m. Severolus die 11. Februarii 1707. hora 18.

Proindeque nullatenus attribui potest nota aliqua, sed potiùs multum debent legales Professores diligentiæ, & stu- 230 dio elaboratorum Augustini Barbosa, Stephani Gratiani, & propriùs ad nostra tempora accedendo, Jacobi Pignatelli, etiamsi vera essent ea, quæ de Barbosa scribit Arias de Mes. var. resol. 45. num. 31. ubi, quòd omnia ejus scripta à suis Præceptoribus decerpsit. Qui vocatur Collector maximus à Piton. discept. 22. num. 34. Laboriosissimus, & diligens Collector à Card. de Luc. de præm. tit. 35. num. 20. & à Rocc. select. cap. 125. num. 19. de Gratiano, Card. de Luc. de Usur. disc. 29. num. 11. ubi, quòd sicuti felix fuit in colli- 231 gendo, & ordinando alienos labores, ita in iis, quæ erant ingenii proprii, potiùs è converso infelix, & de Fideic. 232 disc. 43. num. 20. ubi, quòd id scivit à Senioribus, qui practicarunt, & agnoverunt ipsum, quem vocat fortunatissi- 233 mum Scriptorem, Et de Pignatell. Piton. discept. Eccles. 52. num. 11. in fin. tom. 2. fol. 73. num. 21. in fine, ubi, quòd alienis laboribus volumina implevit, de qua veritate possent esse 234 testes multi probati Curiales, quorum scripta ad literam registravit in suis Consultationibus, quas Collectaneas con- 235 gruentiùs vocat Card. de Luc. de Regular. disc. 37. num. 10. Aliosque antiquiores indicat Alciat. lib. 10. Parerg. cap. 21.

asse-

asserens *dies me deficeret, si hujus rei omnia exemplare referre velim*, & testatur audivisse, Carolum Ruinum non semel conquerentem, imò lacrymantem, quod moderni sua dictata compilarent, paucisque additis, pro suis evulgarent.

236 Benè autem restringit suam opinionem *de Angelis* ad Manuscripta, quia quoad Libros impressos celebre est dictum illud *eruditissimi Spondani, Gallicani Cleri splendoris, & ornamenti in Epistol. ad Lector. suor. Annal. Sacr. Quæ excerpsimus ex Libris publicis habuimus, Quæ publica sunt, nullius sunt sed fiunt occupantium; Nec ad aliud qui pecuniam spargit in vulgus id agit, quàm ut fiat arripientis*. Nisi agatur de transcriptione integrarum paginarum, ut fecisse *Cassaneum in Cathalog. glor. mund. ex prima impressione Tiraquell. ad leg. Connub.* observat idem Author *leg.11. glos.1. par.11. num.28. in fine*, ibi – *Quid tamen rationis est, ut totas paginas, imo, & planè Librum hunc integrum in suum traducat, nisi ut Libros de Libris faciat, & leg.12. glos.1. par.13. num.8. in fin.* ibi – *Et hoc quidam caput integrum, ut erat in prima editione, nomine nostro tacito, penè ad verbum surripuit Cassaneus in suo Cathalog. glor. mund. part.2. considerat.33*. In lege autem *prim. gloss.1. part.1. num.6. in fine*, cum majori modestia conquæstus fuerat de *Everard. in sua Topic. legal.* dicendo – *Quem locum, & alia pleraque, è primis illis nostris legibus connubialibus quispiam in sua Topica fermè ad verbum transcripsit, vir sanè, & legum, & artium humanarum peritissimus, sed hac in re mihi parum æquus, qui nomen meum ubique suppresserit*, quod idem fecerit ex medicis *Eustachius Radius lib.2. Pract. cap.47.* cum *Julio Cæsare Aront. lib.1. de Tumor. præter natural. c.50.* testar. *Zacch. Quæst. Medicolegal. lib.9. tit.3. q.3.* in fine concludens ibi – *quod non laudaverim*.

237 Atque si singularis fortè opinio ejusdem *Francisci Josephi de Angelis* vera esset, etiam de Libris impressis, ferè omnes moderniores Authores plagiarii dicerentur, & præsertim de nostra legali facultate benemeriti, ex illa dura necessitate comprobandi omnia motiva authoritatibus legum, & Doctorum, dum erubescit Jureconsultus, quando sine lege, vel authoritate loquitur, ex adductis per *Barbos. axiom.83*.

238 Et ad sensum *Card. de Gambar. in Epistol. ad Paul. Lancellot.* impressa in principio Institutionum ejusdem *Ea est hodiè conditio Scriptorum Canonicæ, & Civilis prudentiæ, ut in his, quæ scripta sunt, fides adhibeatur nemini, qui non eadem Veterum authoritate confirmet*. Quod tamen non ita Judaicè intelligendum venit, ut verificentur ea, quæ de illo Judice, sive verè, sive per Jocum refert *Card. de Luc. de Jurepatr. disc. 4. n.7.* qui scilicet nolebat attendere Juris principia, quamvis notoria, & indubitata, nisi ei allegarentur doctrinæ individuales, adeo ut cum disputaretur de locatione cujusdam

239 Prædii Vaccarum, dicebat, se non satisfactum, quia non allegabantur doctrinæ, in individuo loquentes de Prædiis Vaccarum, cumque Advocati ad satisfaciendum desiderio ejusdem Judicis, non sine magno, improboque labore, curassent invenire doctrinas de illis specialiter agentes, & forsan *dec. 383. coram Millin. & decis. 359. & dec. 403. part.16. recen.* persistebat adhuc in difficultatibus, eo quod doctrinæ loquebantur de Vaccis simpliciter, non autem descendebant ad terminos Vaccarum rubearum, de quibus coram eo agebatur, ad quem effectum poterat allegari *dec.54. num 8. cor. Dun. Jun.* vide *lib.3. tit.7. à num.74*.

240 Quia licèt verum sit, quod doctissimi Doctoris sit invenire doctrinas punctuales, juxta dictum *Fœlin. in c. Cum ordinem de Rescript.* relati à *Prat. in addit. ad Paschal. de Patr. potest. par.1. cap.6. vers. Ut hic miserendum sit in fin. fol. mihi 95*. Quodque punctuales authoritates, contradictores non

241 habentes, reputentur pro casu legis, ex adductis per *Card. de Luc. de Usur. disc.22. num.2. & 3. & Rot. in Melphicten. Cappellaniæ 4. Junii 1698. §. Authoritates coram R.P.D. Muto Giennen. Juris votandi 2. Julii 1706. §. Quod indubitanter coram Kaunitz*, id procedit de Doctoribus, loquentibus cum Juris fundamento, & non deviantibus à principiis legalibus, *idem Card. de Luc. de Fideic. disc.27. num.9.* ubi, quod idem

242 dicendum est in Collectoribus, & articulum non examinantibus, quibus congruere videtur id, quod de jure habemus de Testibus, deponentibus de auditu ab alio, quia etiamsi essent centum, non valerent plusquam ille unus, quo convicto de errore, vel mendacio, habendi sunt, acsi non essent, ut respondendo *Rim. consf.324. lib.3.* firmavit *Rot. in dec.439. num.9. & seqq. par.9. rec.* Non autem in Consulentibus ad opportunitatem causarum, qui ob Clientum affectionem (quam sæpè Advocatorum intellectum fascinare advertit *Card. de Luc. de Emphyt. disc.58. sub num.12.*) multoties multa in puncto Juris probanda assumunt, quæ à Judicibus rejiciuntur; Indeque dici solet, quod quando allegantur Consulentes, opus est videre decisiones, & secundum Judicum placita, non autem Consulentium scripta judicare,

243 ut observat *Franc. dec.260. num.5. in finem*, quem sequitur *Card. de Luc. de Succes. disc.16. num.15. Pignatel. consult.8. num.19. tom.8. Revit. dec.69. sub num.19. Pignatell. consul.147. num.16. in fin. tom.9. Romana seu Januen. Successionis super reservatis 17. Martii 1706. §. Quic, uid dicendum coram Ansaldo, Imolen. Salviani super reservatis 12. Martii 1708. in fine coram Card. Scotto Romana Cappellaniæ 3. Junii 1711. §. Et ob id coram Ansaldo Rom. Primogeniturarum, seu fideicommissorum de Corsinis 17. Aprilis 1711. §. Cravetta sect.8.* coram *Aldrovando & Rota in Lauden. Census 21. Junii 1666. in fine cor. Card. Taya*. Quæ licet in se verissima sint, in praxi tamen contrarium experimur ex abusu, quem deplorat

244 *Card. de Luc. de Emphyt. disc.62. num.19.* ubi, quòd quando Advocatus non allegat dictum aliquod punctualis Doctoris, seu contemptibilis Doctorelli in comprobationi suæ opinionis, illius motiva reputantur Ingenii acumina ad injiciendam pulverem in oculis Judicis, qui abusus ex eo suam originem agnoscit, quod legales professores negligunt in Scholis per

245 principia, & theoricè dare operam studiis legalibus, sed Psittacorum more totum sciunt per traditiones, innixi Doctorum literæ.

246 Ultra quod dantur multi casus, in quibus ob eorum raritatem, & peregrinas circumstantias difficile est allegare Doctorem in terminis, ut advertit *Dian. tom.9. tract.7. num.4.* ubi, quod omnis opinio in principio sine Doctore incepit, vide *Card. de Luc. de Fideic. disc.167. num.1.* In quibus terminis dici potest cum *Fab. de Error. Pragm. dec. ad 48. err.6.* relato *ab Amostaz. de Caus. piis in epistol. ad Lectorem* – *Nec enim ego sum cumulator Interpretum, qui meo judicio omnium ignobilissimus est labor, sed interpres etiam ipse quantum pro ingenioli mei tenuitate licet, parumque abest, ut malim esse malus interpres, quàm malorum congestor, & approbator*.

247 Nec non allegari solet celebre dictum *Castrensis in cons. 434. in fine lib.2.* cui cùm objiceretur, quod sine authoritate loquebatur (quod sibi sepè objectum fuisse testatur *Card. de Luc. de Benef. disc.31. sub num.10.*) respondit *Sufficit authoritas mea, qui video, & cognosco prædicta omnia vera esse, & veritate fulciri*, Quibus verbis usus fuit idem *Card. de Luc. in dis.1. num.40. de Benefic.* Ultra quod

248 *in quei casi in cui la ragione naturale si scorge aperta, non richiedesi altra lege, nè altro Dottore, che il lume impresso negl'animi dalla natura, Card. de Luc. in miscell. Eccl. disc. 47. num. 26. in fin. Giennen. Juris votandi 9. Februarii 1705. §. Tantum verà coram Card. Scotto 2. Julii 1706. §. Quod indubitanter coram Kaunitz, & in Legionen. Parochialis eisdem die, & anno, §. Admissa coram eodem*, ut notavit *Card. Pallavic. nell'Istor. del Concil. lib.3. c.3. num.8. Bald. cons.477. nu.6. in fin. & 7. lib.4.* relatus à *Fagn. in cap. Cum venissent num.74. de Judic.* ait – *si mihi non credis crede Jacobo de Belvisio, qui hoc dicit, & si vis illius disputationem, mittam illam tibi, & crede etiam Bartolo, hoc dicenti, scio tamen, quod tanta est sapientia tua, quod non cures de istis Doctorellis*, ubi obiter notandum, quod nimis impro-

249 priè vocet Doctorellos Bartol. & Jacob. de Belvisio, & *Pignatell. cons.6. num.14. tom.1.* ubi quod Ratio naturalis est tanquam ex muta, quæ loquitur in cordibus nostris, & *Rota in Romana Pecuniaria, seu Locorum Montium 11. Junii 1706. §. Quin obstet coram Molines*, ubi quòd Ratio naturalis sufficit pro lege.

250 Licèt autem in Libris impressis non applicentur termini plagii, verificabitur tamen furtum, & quidem tantò gravius, quanto rarior est Liber, juxta casum *Card. de Albic. de Incost. in Fid. par.1. cap.30. num.387.* ubi quòd cum quidam Qualificator Sancti Officii mutuo habuisset ab eo rarum Librum Gregorii Lopez de Madera, tractantis de Laminibus Granatensibus, in illius repetitione negavit, illum habuisse, advertens proinde nimis periculosum esse raros Libros commodare. Quod si doctissimus iste Author servasset

251 quotidianam praxim Libros commodandi sub fide, seu memoria cujusdam Pagellæ, in qua describitur nomen Libri commodati, & commodatarii, id ei nullatenus evenisset, quia potuisset statim sui Libri restitutionem obtinere, mediante exhibitione ejusdem Pagellæ, quæ paratam habet executionem ad instar eorum, quæ de Schedulis, vulgò *Pagarò* tradit *Ansal. de Com. & Mercat. dis. gener. num.169. & seqq.* quem sequitur *Rota in Romana Pecuniaria 27. Januarii 1698. §. Constitit coram Molines, in Romana Pecuniaria 12. Martii 1700. §. Et pariformiter coram Olmo*.

In hac

252 In hac verò parte commendabili punctualitate procedi solet ad restitutionem inter probatos Curiales, & alias qualificatas personas, itaut aliqui immediatè utantur eisdem Libris quos nulla interposita mora restituunt, Atque per ora Curialium volitat dictum Card. Tayæ, qui tempore, quo erat S. R. Auditor solitus erat dicere, quòd aliorum Libri in ejus domo nunquam pernoctarunt.

253 Nota hic, non esse multam fidem tribuendam decisionibus manuscriptis, præsertim antiquis, si non dentur illarum particulæ, quia solent aliquando esse falsæ, ut suo etiam tempore observavit *Alex.* in *leg. Si cum dote*, §. *Eo autem tempore num.4. ff. Solut. matrim.* ubi, quòd *Romanus* quando aliquod somnium affirmare conatur nititur authoritate talium decisionum, *&* *Alexandrum* sequitur *Eugen. cas.62. num. 45. lib.2.*

254

255 Nota secundò circa Rotæ Romanæ authoritatem, quòd nullum fieri potest fundamentum in decisionibus illarum Causarum, quæ terminatæ fuerunt per concordiam, vel adversùs quas nova fuit concessa audientia, ut observant *Card. de Luc. de Usur. disc.1. num.9.* ubi, quòd hæc conclusio de stylo receptissima est, *& de Testam. disc.79. nu.14. Rocca select. interpr. cap.194. num.33.* ubi quòd iste est inconcussus, nimiumque laudabilis stylus Sacræ Rotæ Auditorii *Bertacch. vot. dec.100. num.19.* ubi de decisione in *Romana Matrimoniis 4. Februarii 1697. cor. Ursino*, in qua Partes concordarunt, iterum ser. ser. Matrimonium contrahendo, Et sæpe protestata fuit eadem Sacra Rota, ut videre est *dec.158. nu.8 cor. Buratt. & dec.101. num.11. cor. Priol. & dec.25. nu.18 & 19. cor. Otthobon.* ubi considerat bonam illam rationem

256 quod in revisione potest decisio revocari, & *dec.405. nu. 54. par.5. & dec.103. num.25. par.15. rec.* ubi, quòd decisio, quæ revideri debet ad decisionem aliarum causarum allegari non potest, *& dec.274. num.11. vers. Simili par.17. rec.* ubi, quòd nullum constitui potest fundamentum in decisione illa, ad-

257 versùs quam concessa fuit nova audientia, quod firmavit etiam in *Romana Successionis 13. Novembris 1630. post principium coram Hieronymo Verospio, & in Romana Successionis de Capisucchis 3. Decembris 1633. cor. Mot. mann. & in Bononen. Fideicommissi de Victoriis 10. Decembris 1683. §. Quia in repropositione cor. Paulut. & in Romana Salviani 28 Januarii 1692. §. Nec magis coram Benincasa, & in Barchinonen. Parochialis de Albiniana 1. Junii 1696. §. Et hinc vers. Quia Partes collitigantes deinde se concordarunt cor. R. P. D. Muto, & in Anconitana Pecuniaria 30. Martii 1699. §. Sed neutrum coram Eminentissimo Caprara. Firmana Jurisdict. 15. Aprilis 1701. §. In contrarium vers. ultimum denique coram Molines. Spoletana Successionis 29. Januarii 1706. §. Nullamque coram Molines, Romana Pecuniaria, seu locorum Montium 3. Junii 1707. §. Quo attinet in fine coram eodem.*

TITULUS IX.

De Criminibus Injuriarum, & famosi Libelli.

1 Injuria ad nostrum propositum est læsio in corpus, vel dignitatem, vel famam liberi hominis, dolo malo perpetrata, ut colligitur ex *Text. in leg.1. §. Omnem, ff. de Injur.* & observat *Zuff. Instit. Crimin. lib.2. tit. 10. in princip.*

2 Læsio dolo malo facta in corpus tunc est, cùm quis aliquam injuriam facto illatam patitur, vel in propria sua persona, vel in propriis suis rebus, ex quo fit, ut hæc injuria appellatur realis, scilicèt facta re, vel facta manu, ut in dicta *leg.1. §. Injuriam, & in leg. Lex Cornelia, §. Lex itaque, ff. de Injur.*

3 In persona propria pluribus modis fieri potest, puta, cùm quis verberatur, eique manus inferuntur, vel pulsatur *leg. 1.*

4 *§. Injuriam, ff. de Injur.* Inter verberationem autem, & pulsationem hoc intercedit, quòd verberare sit cum dolore cede-

5 re, pulsare verò sine dolore *leg. Lex Cornelia, §. Inter*, juncta *leg. Item, §. Adjicitur, &, §. Verberare, ff. de Injur. Brugiot. Instit. Crimin. lib.3. tit. 1. num. 5. & seqq.* Si

6 quis pulsatus, vel verberatus non fuerit, sed manus adversùs eum levatæ, quasi alapam recepturus, vel vapulaturus,

7 sine tamen percussione *leg. Item, §. Si quis, ff. de Injur.* Injuria siquidem etiam nutibus irrogari potest *Farinacc. qu.*

8 *104. inspect.3. num.47.* Cùm aliqua persona, cujuscumque sit sexus, vel conditionis, attentata fuerit ab aliquo, ut ex pudica, & honesta evaderet inhonesta, & impudica *leg. Sed & quæstionis, §. fin. & leg. Attentari, ff. de Injur. & leg. Item, §. Si quis, ff. Eod. Brugiot. Instit. Crim. lib. 3. tit.1. nu.17.*

9 Quod limita in matrona honesta deprehensa habitu meretricio cum *Brisson. select. antiquit. lib.1. ad cap.4. & Ricciul. de Jur. pers. lib.8. cap.12. num.7.*

10 Cùm quis non verè, & realiter in persona propria, sed in propria imagine offensus fuerit, puta si statua in monumento posita saxis petita, & cæsa sit *leg. Si statua, ff. Eod.*

11 Cùm quis, nec in persona propria, nec in propria imagine cæditur, sed in proprio cadavere, *leg.1. §. Etsi, & §. Quoties, ff. de Injur.*

12 Et demum, quando quis ante fores alicujus inhonestæ mulieris expectaret hominem in domum ejusdem ingressum, juxta casum nostris temporibus, seu anno 1605. sequ. Neapoli de ordine Marchionis del Carpio Proregis & aliam antiquiorem, relatum à *Panim. dec.51. per tot.* quem *num.21. & seqq.* excusat ab incursu excommunicationis, quia licèt

13 id practicaverit cum Clerico, ad dictum effectum injuria, resultans ex erubescentia, non sufficit. Vel egredientem exciperet cum intortitio accenso, quasi eumdem associare vellet ad domum propriam *Rayn. tom.1. ad cap.11. suppl.2. num.10.* ubi quòd hoc evenit in Urbe, sed ob prudentiam injuriati id non fuit in judicium deductum, nè factum magis divulgaretur.

14 Cùm quis non in propria persona, sed in persona aliorum offenditur, puta si liberis suis, uxoris, nurui servis &c. injuria facta fuerit: Spectat enim ad personam nostram illorum injuria, qui potestati, vel affectui nostro subjiciuntur, *leg.1. §. Item, & §. Usque, ff. de Injur. & §. Patitur Instit. Eod.*

15 In propriis rebus itidem pluribus modis fieri potest injuria & signanter si quis prohibetur, nè re sua liberè uti possit *leg. Si quis, ff. de Injur.* Si domum alicujus, eo invito, quis ingrediatur *leg. Lex Cornel. &, §. Lex itaque & l. Is, qui, ff. de Injur.* Si demum dominus, seu Inquilinus ædium inferiorum ædibus superioris appartamenti fumigandi causa fumum fe-

16 cerit, vel superior vicinus in ædes inferioris aliquid projecerit, vel effuderit *leg. Si inferiorum, ff. Eod.*

17 Læsio dolo malo contra honorem nostrum dupliciter fit, verbis scilicet, vel literis.

18 Verbis, cùm scilicet alicui convitium fit, convitium autem fieri dicitur, cum ad infamiam alicujus plures voces conferuntur, nam convitium dicitur quasi convocium *Fagn. in cap. Veniens num.3. de Jurejur.* Vel etiam, quando unus tantum vociferatur, sed in cœtu, & concursu plurium, seu alios concitaverit ad vociferandum *l. Item, §. Ait Prætor, &, §. Concilium, &, §. Si curaverit*, juncta *l.1. §. Injuria, ff. de Injur.*

19 Vel cùm, alicui probo viro infertur maledictum, hoc est verbum contumeliosum, & infamia ejus continens, quo casu non convicium, sed simplex dictum infamatorium dicitur *cit. leg. Item, §. Si curaverit*,

20 Vel demum, si quis alicui dixerit alia verba, ejus existimationi derogantia, puta tu es falsarius, meretrix &c. sæpè *cit. leg. Apud, §. Generaliter*, & latè *Panim. dec.16. annot. 1. per tot.*

21 Vel si quis alicui dixerit *Tu non ci vedi*, vel Judici, *Al sindicato ti voglio*, *Ursell. concl. legal. 40. num.12.*

22 Si quis dicat alicui *Tu es bonus homo*. Ista siquidem verba communiter intelliguntur, quòd ille sit cornutus *Caravit. rit.311. num.22. Nevizz. in Sylv. nupt. fol.473. num.76. & Azeved. Recopil. lib.8. tit.10. leg. 2. num.79.* ubi, quòd idem

23 est si quis appellet conjugatum *Cucum*, seu *Cucurbitam*, & *Rayn. tom.1. ad cap. 11. supplet.2. num.26. & seq.* ubi expli-

24 cans ethymologiam *Cornuti* ait, idem esse ac *nudum corde*, tam ex parte adulterantis, quæ cùm cor ad amasium habet, quod marito tribuere debebat, uxoris cor nudum dici potest ab amore mariti; Quam ex parte mariti, qui si scit, & pati-

25 tur uxoris facta, sine corde verè dici potest. De eodem pariter verbo multa adnotat *Binsfeld. de Injur. & damn. dat. cap.1. quæst.9. concl.4. & Amen. de Delict. & Pæn. tit. 5. nu. 7.* ubi, quòd juxta varietatem Regionum variatur gravitas hujus injuriæ, quia in Lombardia appellare aliquem uxoratum cornutum reputatur pro gravissima injuria, non sic autem in Regno Neapolitano, ubi passim tale verbum, & alia similia inter familiaria colloquia usurpantur, *& de Angel. de Delict. p.1. c.79. num.10.*

Injuria pariter est dicere alicui *tu non ci vedi*, quia æquivalet alteri *tu es cæcus*, *Gramm. dec.14. num.10. & per totum*, ubi quòd proinde mitius actum fuit Neapoli contrà quemdam nobilem, qui in magno concursu Ecclesiæ tetigit famulum ibidem stantem quidixit, *ei non ci vedi*, & Nobilis dedit alapam eidem famulo injurianti.

26 Idem dicendum, si quis aliquem juvenem vocet Cinedum, *seu Bardassa*, ut, de hoc verbo loquentes, observant *Giurb. cons. crim.17. in prin. & num.5. & Gob. consul.125.*

consult. 125. *n.* 39. ubi, quòd ex hac Injura oriri absque dubio dicitur inter injuriantem & injuriatum Inimicitia capitalis.

27 Respectu autem illius, qui aliquem vocat *Barbone*, seu dicit alicui, *tu defers magnam barbam*, *Petr. de Bellapertic. in l. Si nonconvivii col.* 1. *in fin. vers. Ut si aliquis*, *Cod. de Injur.* 28 negare videtur, ea ratione, quia cum hujusmodi verba trahi possint in injuriam, & non injuriam, in dubio præsumendum sit, prolata fuisse sine malo animo, *& Bellaper.* sequitur *Scan. de Vis. Card. lib.* 1. *fol.* 158. *num.* 10. *& seqq.* Ego verò, 29 attento usu Regionis, contrarium crederem, quia in Urbe idem est aliquem vocare *Barbone*, ac Exploratorem, seu Relatorem, ad quod conferre videtur *Zaul. tom.* 1. *lib.* 3. *rub.* 26. 30 *nu.* 6. *&* 7. *fol.* 301. ubi relativè se habet in hac parte ad *Mut. dec.* 36. *sub num.* 3.

31 Cùm afferenti, vel neganti aliquid dicitur, *Tu mentiris;* Dictum enim verbum injuriosum est, & pro gravi injuria reputatur *Farin. quæst.* 105. *num.* 310. *& seqq. Bonfin. ad Bann. Gener. cap.* 26. *num.* 7. *& Panim. dec.* 16. *adnot.* 1. *num.* 46. ubi, quòd hoc est verum, etiamsi addita sint verba, *salvo honore tuo*, quia est protestatio contraria facto, *& num.* 47. id limitat in mentita, data ad propulsandam injuriam, quæ puni- 32 bilis non sit, ex *Bajar. ad Clar.* §. *Injuria num.* 63. *& seq.* ubi, quòd hoc est permissum etiam in foro conscientiæ, *& nu.* 53. *& de Angel. de Delict. par.* 1. *c.* 79. *num.* 10. ubi quòd idem ve- 33 rificatur, quando quis appellatur *Furfante*, quia idem est, ac si diceretur Fur, *Furfantes* enim dicti sunt quasi furantes fundo, da quo pariter verbo *Rayn. tom.* 1. *cap.* 2. §. 6. *num.* 31. ubi, quòd justè condemnatus fuit ad exilium, quidam Paro- 34 chus, qui in epistola injuriosa, scripta Vicario Foraneo, ipsum appellaverat *Forfante*, latronem, malignum, & rapacem, & de simili casu agit *Cartar. dec. crim.* 68.

Excusandus est Litigator procuratus coram Judice si dicat adversario *mentiris*, *Gonzal.* cumulans Concordan. in *c. afferte mihi gladium*, *num.* 8. *de Præsump.*

35 Circa verbum illud *mentiris* ad rem observat ingeniosus Poeta, illos, qui magnum dedecus putant esse similem injuriam, pro magno honore existimare mentiri, dicendo,

Mentiris cave militibus nè dixeris unquam,
Majus eo nullum dedecus esse putant,
Mentiris tamen qui dedecus esse putatis,
Mentiri quare creditis esse decus?

36 Cùm nocturno tempore prope domum alicujus honestæ matronæ quis cantilenas facit, seu, ut vulgo dicitur *Serenate*, per quas denigratur illius bona fama, ob sinistras opiniones, quæ in vicinia exoriri possunt, *Farin. qu.* 105. *nu.* 92. *& seq. Pan. dec.* 16. *adnot.* 1. *in fin.*

37 Literis, seu scripto itidem multifariam locum habere potest injuria, Puta si quis librum ad infamiam alicujus composuerit, vel ediderit, etiam si nomine alieno id fecerit, imo etiam si tacito nomine infamiam sustinentis, si satis aliunde constet, scribentem de eo sentire voluisse *leg. Lex Cornelia*, §. *Si quis*, ibique *Gloss. ff. Injur.* Vel si quis ad 38 proscindendam alicujus existimationem scripserit epigrammata, epitaphia, ludricas cantiones, carmina, & similia *Gloss. ubi proximè Verb. Epitaphium*, & adsunt *text. in leg. Is cui*, §. *Si qui*, *ff. Testam. & leg. Item*, §. *Hac*, *ff. de Injur.*

39 Non solùm autem fama, & existimatio personæ viventis dd. modis per verba, & literas lædi potest, sed etiam defuncti 40 *l.* 1. *l. & Si forte. ff. de Injur.* Corollariè ex dictis sequitur, injuriam aliam esse realem, aliam verbalem, & aliam scriptam, seu quod alia sit facta re, alia verbis, & alia literis, latè *Pan.* 41 *dec.* 16. *annot.* 1. *per tot. & annot.* 2. *pariter per totum*, ubi latè expendit dubium, quando quis actione injuriarum teneatur etiam quando injuria illata vera est.

42 Quibus addi potest alia consistens in signis, tam scilicèt affirmativè, quàm negativè, *Affirmativè* scilicet, quando illa derogant dignitati personæ, quocumque modo fiant, *Negativè* verò, quando quis non ostendit illa signa reverentiæ, quæ solita sunt in certis circumstantiis exhiberi. puta, sternuenti non dicere salutem, vel caput inclinare, & officiosè 43 cum eo agere: Quod enim Episcopo sternuenti Magistratus sæcularis teneatur inclinare caput, quando pontificaliter celebrat, probat *Pignat. consul.* 216. *num.* 1. *tom.* 4. advertens hujusmodi officiositatis signum ortum habuisse ex eo, quod grassante per Italiam lue, passim homines sternutamento 44 animam efflabant, indeque factum est, ut sternuenti ob magnum vitæ discrimen, salutem cæteri præcarentur *Lazari River. in Prax. Medic. lib.* 4. *cap.* 6. *de Sternen.* §. 1. *fol. mihi* 75. ubi quòd id evenit tempore S. Gregorii Magni Alias longe diversas congruentias adducit *Maggi de Divin. offic. & Chor. disquis.* 26. *fol. mihi* 280. Vide ex librum, cui titulus *Huga venales fol. mihi* 60. *in fin.*

45 Plura autem de sternutamentis, illorumque origine, necnon de rumore, qui naribus stertendo fit, vide apud *D. August. de Tempor. sermon.* 241. *Albert. Magn. de Animal. lib.* 1. *tract.* 2. *cap.* 8. *Lel. Disciol. in hor. subcisiv. tom.* 1. *l.* 1. *cap.* 6. *Duran. in Rational. Divin. Offic. lib.* 6. *c.* 102. *Alexandr. ab Alexandr. dier. genial. lib.* 2. *c.* 26. *Polidor. Virgil. de Invent rer. lib.* 6. *cap.* 11. *& Jan. Nic. Erithr. in Pinachot. lib.* 1. *fig.* 10. *fol.* 37. ubi, quòd ex simili rumore obiit Card. Bentivolus in Conclavi Inn. X. ob altissimum nimirum cujusdam, ejus Cellulæ proximi, somnum, qui totas noctes, quantum poterat naso sterrebat, undecim noctes continuas somnum ejus ab oculis absuit, quo factum est, ut læthalis eum febris corriperet, & curationis causa in finitima Conclavis cubicula deferretur, ubi fuit paucorum dierum morbo consumatus.

46 Inter nutus verò, seu signa, quibus affirmativè irrogatur injuria, numerantur duo illi modi nimium in usu, seu potiùs in abusu: Primò nempe elevando duos digitos, indicem nimirum, & parvum digitum, per quem atrox inferri dicitur 47 injuria, dum designatur aliquis cornutus, ut observat *Add. ad Thes. dec.* 229. *in fin.* secundo verò sublata manu, atque posito ungue pollicis sub digito indice, pugnum faciendo, quod 48 vulgò dicitur *far le fiche* juxta *d. decis.* 229 *Thesaur.* ubi *Add. lit. D.* observat, apud Neapolitanos exiisse in proverbium 49 *far le fiche sotto lo mantiello*, quando nolunt verbis, vel factis contumelias dicere, & facere, *& Zaul. tom.* 1. *lib.* 4. *rub.* 24. *num.* 10. In utroque autem ex dd. casibus non capitalis, 50 sed extraordinaria intrat pœna, ut practicatum fuisse in suo casu refert *Thes. ubi sup. num.* 7.

51 Gravitas, autem, vel levitas injuriarum ex pluribus capitibus dignoscitur, puta. Ex persona injuriantis, veluti si facta sit à pluribus *leg. Si plures*, *ff. de Injur.* Vel si facta sit à mancipio *leg. Sed si unius*, §. *Quædam*, *ff. Eod. Fagn. in cap. Ad falsariorum*, *num.* 18. *de Crim. fals. Caball. resol. crim. c.* 71. *num.* 7. *lib.* 1. *de Angel. de Delict. p.* 1. *c.* 79. *nu.* 3. *& Amen. eodem tract. tit.* 5. §. 3. *num.* 5.

52 Ex persona injuriam passi; puta si sit de Magistratu, vel Clericus, vel Sacerdos *Panim. dec.* 16. *annot.* 1. *num.* 43. *Chart. dec.* 5. *Crim.* 37. *num.* 13. sive Prælatus, *Rayn. tom.* 1. *cap.* 11. §. 4. *num.* 26. ubi, quòd fuit in pœnam Triremium condemnatus quidam Sacerdos, quia apud eumdem fuit repertum quoddam Memoriale, compositum in detractionem unius Præ- 53 lati. Idem fortiùs dicendum, si ultra dignitatem personæ, hæc existat in habitu, ornamentis, & insignibus suæ dignitatis *leg. Atrocem*, *Cod. de Injur.* ibi *cum esset in sacerdotio*, *&* §. *Atrox. Inst. Eod. & Rayn. tom.* 3. *cap.* 24. §. 46. *num.* 221. ubi quod Lictores, qui ausi fuerunt Sacerdotem Cotta, & Stola indutum, ad carceres ducere, ultra excommunicationem, 54 fuerunt fustibus publicè per ministrum Justitiæ cæsi, & deinde dimissi cum exilio, & inhabilitatione ad inserviendum ampliùs in Tribunali Eminentissimi Vicarii, & quod tale factum, quod evenit in Urbe anno 1695. & propriè in Ecclesia B. Mariæ de Planctu, fuerat studiosum, scandalosum, indecens Ordini Clericali, Divino cultui irreverens, & omni admiratione dignum, tam apud Plebem, quàm apud Viros prudentes, & doctos.

55 Ex loco, in quo fit injuria, veluti si in loco sacro, vel publico, puta Ecclesia, Theatro, Palatio Principis, præsentia Prætoris *cap.* 1. *de Maledict.* ibi *Multis coram adstantibus leg. Prætor*, §. *fin. & leg. Sed & si*, *ff. de Injur. Panim. dec.* 16. *ann.* 1. *num.* 28. *& Basil. dec.* 14. *per tot.* ubi de auriga alapsam impingente alteri aurigæ in Palatio Principis, & 56 *num.* 14. refert anno 1608. ad mortem damnatum quemdam famulum, qui in Proregis præsentia pugionem extraxit adversùs militem Germanicæ Nationis, sed deinde dum sub furcis esset, fuit illi ex gratia pœna mortis in aliam ad Triremes in perpetuum permutata.

57 Ex tempore, puta inter solemnia Missarum, Divinorum Officiorum, publica spectacula, vel dum celebrantur ludi publici *leg. Prætor*, §. *fin. ff. de Injur. Farinac. quæst.* 105. *num.* 106. *& de Rosis resol. Crim.* 26. *per tot.* ubi de vulneribus inflictis anno 1694. coram Prorege Neapolitano in Theatro.

58 S. Bartholomæi uni ex adstantibus, qui ad meliùs audiendas duas insignes Comicas, loco permanendi in suo sedili, accesserat ad locum, ubi Tubicines existebant, ibique stans aspectum aliis impediebat.

59 Et de delicto sequuto in Basilica Sancti Petri in personam militis Nationis Helveticæ tempore, quo missam audiebat in Pontificatu Sixti V. refertur in ejus Vita, per Urbem priùs divulgatam fuisse famam mortis occisoris, servatis tamen servandis, compilatoque processu, sequutam, quàm occisi; Cresceretque atrocitas delicti, si in Ecclesia Sanctis-

Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum in Altari adorandum reperiretur expositum *Cart. dec. Crim.* 37. *num.* 17. & 28. & *Pan. dec.* 16. *annot.* 1. *n.* 41. juxta easum tempore gloriosi Pontificatus f. m. Inn. XI. in Urbe sequutum in Ecclesia S. Hieronymi de Charitate.

60 Ex facto, & modo adhibito, scilicèt ex quantitate, & qualitate illatæ Injuriæ, nam gravis, & atrox reputatur illa, qua quis baculo, & fustibus percutitur, §. *Atrox Instit. de Injur. Corrad. in Prax. tit. de Injur. num.* 11. *post princip.* & *Panim. dec.* 16. *annot.* 1. *num.* 34. Atrocior, si eodem modo percutiatur miles, non tamen à magistro militum, 61 Regula autem est, quòd injuria personalis semper atrocior reputatur illa; quæ fit re, vel verbis, citata *leg. Prætor in* 62 *princip.* & *in*, §. *fin.* ubi, etiam, quòd atrox est illa injuria, quæ fit per alapam, vel percussionem in facie, quia hominis facies omnium aliarum partium corporis nobilissi- 63 ma, & dignissima est, *Farinacc. quæst.* 105. *num.* 208. & *seqq. Chartar. dec. Crimin.* 82. *num.* 33. & *seqq. Pan. dec.* 16. *num.* 15. & 16. & *Amen. de Delict.* & *Pœn. tit.* 7. §. 5. *num.* 100.

64 Ex consuetudine demum Locorum, & Populorum moribus, nam gravis, vel levis reputatur injuria, juxta communem hominum opinionem, ut tradunt *Angel. in l. Non solùm*, §. *Si mandator num.* 5. *ff. de Injur.* & *Amen. de Delict.* & *Pœn. tit.* 5. §. 3. *num.* 7. ut observavimus *supra* 65 *num.* 25. *in fin.* de verbo cornuto, de quo lepidè cecinit Poeta, dicens:

In mare cornutos jaciendos Pontius inquit,
Pontia respondit, disce natare prius.

66 Circa pœnas horum criminum est distinguendum, quòd, vel agitur civiliter, vel criminaliter, *Si civiliter*, Injurians tenetur injuriato ad injuriæ æstimationem, faciendam tamen moderatè, non autem excessivè per Partem, quæ passa est Injuriam *l. Constitutionibus l. Injuriarum*, *ff. de Injur.* cum aliis apud *Farin. quæst.* 105. *à num.* 35. *Si criminaliter*, tunc pœna est arbitraria *leg. Item apud Labeonem*, §. *Ait Prætor*, *ff. de Injur.* & potest esse non solùm non cor- 67 poralis, puta suspensio, & privatio ab Officio, sed etiàm corporalis *leg. fin. ff. de Injur.* Insuper condemnatus actione injuriarum efficitur infamis *Gloss. in l. Divus Verb. Non po-* 68 *tes*, *ff. de Injur.* Atque tenetur injuriato ad restitutionem famæ, ad cantandam palynodiam, & ad se disdicendum, & veniam petendam in illis Locis, in quibus injuriam intulit *Farin. qu.* 105. *à num.* 56. & *de Angel. de Delict. p.* 1. *c.* 79. *num.* 17. Quod tamen non procedere in nobili, injuriante 69 plebeum observant *Fab. in Cod. lib.* 9. *tit. de Injur. num.* 2. & *Peschuitz. in dis. de Jur.* & *Priv. Nobil.* impresso post *Tract. de Repres. num.* 35. ea ratione, quia palynodia infamiam importat. Respectu verò nobilis injuriati procedit 70 principalis conclusio ex regula, quòd privilegiatus contra privilegiatum privilegio non utitur juxta *Text. in leg. Verum*, *ff. de Minor.* vide *Gratian. dec. March.* 195. ibique *Addem.*

71 Nulla autem ex prædictis pœnis tenetur contumeliosum verbum ex justa causa proferens *leg. Item*, §. *Si quis*, *ff. de Injur.* ubi, quòd Astrologus ex sua scientia, & peritia vocans aliquem furem, non tenetur actione Injuriarum, quia non ex dolo, sed ex causa suæ professionis id dixit *Oldrad. cons.* 53. *num.* 3. & *Surd. dec.* 89. *num.* 24. *Jod. c.* 136. *n.* 15 72 Minusque injurias proferens ex vehementi impulsu iracundiæ ob justum dolorem passæ, si id sequatur incontinenti, quia primi motus non sunt in nostra potestate *Gob. cons.* 136. *num.* 22. & *seqq.*

73 Cum injuria converti Infamationem observat *Amen. de Delict.* & *Pœn. tit.* 5. §. 3. *num.* 5. ex quo utraque tendat ad famæ proximi denigrationem, & utraque verbis, scripto, & factis infertur, ut advertit etiam *Card. de Lug. de Just.* & *Jur. t.* 1. *disp.* 1. *sect.* 2. *num.* 38. Non potest autem melius cognosci quid sit infamatio, quàm per famæ definitio- 74 nem, quæ nihil aliud est, quàm *Illesæ dignitatis status*, *vita*, & *moribus comprobatus*, ut ait *Bald. in leg. De minore*, *ff. de Quæstion.* quem sequitur *Amen. ubi supra num.* 1. ubi notat, Infamationem esse gravissimum crimen, 75 & homicidio proximum, Infamans enim privat hominem fama, & honore, quæ inter bona naturalia primum obtinent post vitam locum *Filiucc. tract.* 40. *cap.* 4. *quæst.* 1. *num.* 87. Differt infamatio à calumnia ex quo hæc proponitur in judicio, illa verò extrajudicialiter propalatur; A dif- 76 famatione pariter differt per hoc, quòd illa contingit, quando de proximo dicitur aliquid falsum, ista autem quando dicitur aliquid verum, sed occultum, quod probari non potest *Amen. de Delict.* & *Pœn. tit.* 5. §. 3. *num.* 2.

77 Quoniam verò injuria, & infamatio, non solùm fiunt verbis, & facto, sed etiam literis, & mediante famoso libello, qui Inter alias injurias primatum obtinet, ut advertunt *Gargiar. de Libell. famos. cap.* 12. *num.* 7. & *Zaul. tom.* 1. *lib.* 4. *rubr.* 29. *num.* 18. ubi *num. sequent.* innumeros citat Authores, de eodem agentes, ideò aliqua de illo subnectimus.

78 Definitur *à Moscatell. de Cognit. delict. tit. de Injur.* & *Libell. famos. num.* 8. & 9. ut sit *cartula quædam in quocumque loco reperta, ad alterius infamiam scripta, vel picta.*

79 Dicitur *cartula* loco generis, quia per illam convenit famosus libellus cum omnibus aliis scripturis, quæ in alterius injuriam compositæ sunt. Hujusmodi autem cartulæ appellatione, veniunt nedum scripturæ, sed etiam carmina, epigrammata, & similes cantiones in detractionem famæ alte- 80 rius compositæ *Farin. quæst.* 105. *num.* 467. & *seqq.* ubi, quòd eadem pœna puniendi sunt musici cantantes easdem cantiones. Eò magis autem ista procedunt, quando contra Principem compositæ fuerunt, Rigorosius enim contra Authores similium compositionum procedi solet, testibus *Farin. cons.* 145. *per tot.* & *Conciol. Resol. Crim. Verb. Libell.* 81 *famosus num.* 11.

82 Dicitur *ad alterius infamiam scripta, vel picta* ad ostendendum, quòd ponens obscœnas picturas in alterius injuriam, adhuc dicatur Reus famosi libelli, ut probat *Farin. qu.* 105. *num.* 47. ubi de pingente obscœnas partes Virorum, & Mulierum in parietibus, & sequitur *Conciol. resol. Crimin. Verb. Læsæ majestatis crimen resol. unic. num.* 14. Imo, quòd 83 idem dicendum sit de stercorante Fores alicujus, vel aliquid turpe affigente, & multò magis cornua, advertunt *Clar. in Prax.* §. *fin. quæst.* 68. *num.* 25. & *de Ball. lib.* 5. *pragmat. unic. tit.* 40. *de Famos. libell. num.* 3. & *Rayn. to.* 1. *cap.* 84 1. §. 1. *num.* 42. ubi de pingente similia in porta Palatii Magistratus, & de affigente scripturam in Ecclesia, vel illam relinquente super Altare, asserens proinde, quòd contra tales sit severius procedendum, & *de Angel. de Delict. part.* 1. *cap.* 87. *num.* 1. & *seqq.*

85 Ad constituendum verò libellum famosum quinque requisita copulativè debent concurrere, ut benè observat *Rayn. lib.* 1. *cap.* 11. §. 1. *à num.* 7.

86 I. Quòd author non exprimat nomen suum, quando enim quis se publicat authorem, vindicari potest injuria alio modo, & proinde cessare debet pœna famosi Libelli *Petr. Teodoric. de Delict. privat. cap.* 2. *aphorism.* 16. *num.* 28. *Carpzov. in Prax. crim. quæst.* 98. *num.* 28. 33. & 36. & *Sigismund. Lintbeltai observ. pract.* 38. *num.* 8. & *seqq.*

87 II. Quòd in illo exprimatur nomen injuriati *Sarn. in Prax. crimin. part.* 2. *formul.* 10. *Vers. Et primò.* Nisi tamen aliundè constet, quòd de eo author loqui voluit *Farin. quæst.* 105. *num.* 47. *Conciol. resol. crim. Verb. Læsæ majestatis crimen resol. unic. num.* 19. & *Rayn. tom.* 1. *cap.* 11. §. 1. 88 *num.* 19. ubi, quòd si saltem ex conjecturis de nomine injuriati non constet, cessant nomen, & pœna Libelli famosi. In hoc tamen casu non expressionis nominis Injuriati, etiamsi ex conjecturis, & præsumptionibus de illo constet, semper mitior pœna imponenda est, ut probat *Pan. dec.* 52. *annot.* 1. *num.* 34.

89 III. Quòd publicetur; Est enim de substantia Libelli famosi, quòd ex eo sequatur diffamatio, quæ sine publicatione non datur *Sanct. de Pœn. par.* 2. *cap.* 12. *qu.* 3. & *Felic. alleg.* 68 *num.* 10. *l.* 2. Quod est adeo verum, ut contra publicantem, 90 & divulgantem, etiamsi author non sit, procedi possit *Bajar. ad Clar. in Prax. quæst.* 68. *num.* 64. & *Conciol. resol. crimin. Verb. Libellus famosus resol. unic. nu.* 10. Componens autem 91 scripturam ad alterius Infamiam, si impeditus à Curia, illam publicare non potuit, dicitur Incepisse, non autem consummasse delictum *Felic. alleg.* 68. *sub n.* 9.

92 IV. Quòd interveniat dolus, si enim aliquis non animo injuriandi, sed, vel per simplicitatem, vel per jocum libellum componat, & publicet, vel libidinis motivo 93 cantiones canat, non erit Reus famosi Libelli *Jodoc. in Prax. cap.* 136. *num.* 9. *Conciol. resol. crim. Vers. Læsæ Majestat. crim. resol. unic. num.* 20. *Set. de Offic. Locumt. cap.* 22. 94 *num.* 8. & *Rayn. tom.* 1. *c.* 11. §. 1. *num.* 26. ubi *nu.* 28. quòd præsumitur joco factus, quando non constat de alia causa, & author erat persona *allegra*, *e faceta*.

95 V. Demùm, quòd Libellus, nedum contineat contumeliam, sed etiam delictum aliquod considerabile, quia si solam contumeliam contineret, non libellus famosus, sed injuria in scriptis dicenda esset *Teodoric. de Delict. privat. cap.* 2.

cap. 2. aphor. 16. n. 32. & Rayn. tom. 1. cap. 11. §. 1. n. 19. & seqq. Idemque dicendum erit, si hujusmodi delicta, & injuriæ contineantur in precibus, vel supplicibus Libelli Principi, vel Judici porrectis, In casu enim, quòd non probentur, preces porrigens sola actione injuriarum, non autem libelli famosi tenebitur *Gargiar. de Libell. famos. c. 3. n. 3. & 4. Cabal. resol. crimin. 271. per tot. Matth. de Re crim. controv. 74. n. 19. Zuff. Instit. Crim. lib. 2. tit. 12. lit. C. Guazzin. ad defens. reor. defens. 3. cap. 3. nu. 13. & Rayn. tom. 1. cap. 11. §. 4. nu. 7. & seqq.* ubi *nu. 9.* quòd idem procedit in porrigente Memoriale Principi cum expressione gravaminum Officialis, ad hoc ut illis provideat, *& Rot. dec. 21. n. 5. apud Novar. in Summ. Bullar.* ubi, quòd convicia contenta in Libello appellationis ad Summum Pontificem interpositæ, referri potiùs debent ad faciliorem admissionem appellationis, quàm ad animum injuriandi, & novissimè, *Set. de Offic. Locumt. c. 22. n. 3.*

96

97

98 Injuria verò, seu contumelia differt à diffamatione per hoc, quòd prima verificatur in offensione, quæ fit in præsentia injuriati, secunda verò in ipsius absentia, differuntque inter se sicut rapina à furto, *Bonac. tom. 1. tit. de Restit. in partic. disp. 2. q. 4. punct. 1. n. 1. prop. 1. nu. 1.* ubi *n. 6.* explicat quatuor modos detractionis directæ, qui continentur in sequenti versu.

99

Imponens, augens, manifestans, in mala vertens

& quatuor alios detractionis indirectæ, contentos in alio versu, nempe

100 *Qui negat, aut minuit, reticet, laudatque remissè*

101 Nota hic differentiam diffamationis, & infamiæ, quando agitur ad privationem Juris quæsiti, & ad irrogationem pœnæ, & quando agitur ad repellendum aliquem à Jure quærendo, I. enim casu requiritur infamia Juris, & sententia declaratoria criminis juxta *Text. in cap. Cùm secundum in fine, de Hæretic. in 6.* Secus autem in 2. casu, in quo sufficit sola infamatio facti, & diffamatio etiam extrajudicialis, ex qua apud probos, & cordatos viros bona fama læsa dicitur, ut distinguendo observant, *Paris. de Confid. benef. quæst. 34. num. 14. & 15. Card. de Luc. de Benef. disc. 70. num. 5. & Rot. dec. 501. num. 1. & seqq. par. 19. recent.* ubi, quòd hoc procedit, nedum in Parochis, sed in aliis etiam Ecclesiasticis Sæcularibus, & multò magis in Religiosis, in quibus morum honestas, & Ecclesiasticæ disciplinæ rigor effulgere summoperè debent.

102

103 Quoad pœnas hujus criminis, de quibus latè *Cavalc. dec. 35. per tot. par. 5. & Berlich. concl. 67. per tot. part. 5.* dicendum est, illam esse ultimi supplicii, *Gloss. in Can. De prima 5. qu. 1. Guazzin. de Confisc. bonor. concl. 13. ampliat. 91. n. 4.* ubi, quòd id contigit cuidam Cremonensi, qui ob malos versus, & similes cantilenas contra Clementem VIII. prædefunctum, & nonnullos Cardinales fuit decapitatus, & confiscatione bonorum plexus. Quòd si vidisset *Clarus*, non scripsisset in sua Praxi, *lib. 5. §. final. quæst. 68. nu. 25.* numquam ultimo supplicio affectum fuisse Reum famosi Libelli, sed impositam fuisse pœnam extraordinariam, ut refert *Panim. dec. 52. adnot. 1. num. 42.* Idem evenit Abbati Francisco Dominico Rivasolæ Januen. ob similes libellos contra Clementem XI. fuit enim Capire punitus in Urbe die 4. Augusti 1708. Nec non Cajetano Vulpino die 3. Februarii 1720. Non sic autem practicavit *S. Pius V.* cum alio simili Reo, cui gratiosè vitam, & libertatem donavit, ut refertur *in ejus Annal. fol.* 1086. Dummodò Libellus contineat delicta capitalia alicui improperata, *Gloss. in leg. 1. Vers. Si quis, Cod. de Libel. fam.* Si enim non contineat delicti improperationem, sed aliam injuriam, pœna esset extraordinaria, puta fustigationis, ictum funis, allegationis catenæ infami, & triremium, ut observat *Panim. dec. 52. adnot. 1. n. 42.*

104

105

106 Benè verum est, quòd juxta facti, & personarum qualitatem, extendi etiam poterit usque ad mortem juxta *Constit. 225. B. Pii V. in Bullar. nov. tom. 2. & Stat. Urb. lib. 2. c. 68.* & latè probat *Conciol. resol. crimin. Verb. Libellus famosus resol. unic. per tot.* & signanter *n. 2. & 3.*

107 Insuper Reus famosi libelli de Jure Civili efficitur infamis, & intestabilis, *leg. Ob carmen. ff. de Testib. & leg. Lex Cornelia, §. Si quis,* ubi *Gloss. Verb. Intestabilis, ff. de Injur. & Zuff. Instit. Crimin. lib. 2. tit. 12. lit. A.* Jure autem Canonico attento, hujus criminis Reus anathematizatur, atque fustibus, & verberibus carpitur, *Can. Qui in alterius 5. q. 1.* ubi *Gloss. Verb. Flagellatur,* cum aliis apud *Farin. qu. 105. n. 422. & seqq. & Panim. dec. 52. adnot. 1. sub n. 42.* Quæ pœnæ aggravarentur si affixio libelli famosi fieret in Ecclesia, vel in Palatio Principis *Gargiar. de Libell. famos. cap. 9. per Ursaya Institut. Crimin.*

108

109

tot. Nec excusaret minor ætas *Farin. cons. 30. nu. 105.* ubi, quòd infelix puer annorum 16. ex hoc motivo fuit capitaliter punitus, & sequuntur *Gargiar. de Libell. fam. c. 6. nu. 6. & Rayn. t. 1. c. 11. §. 5. n. 60.* 110

Non procedunt tamen hujusmodi pœnæ contra eum, qui respondendo libello, contra se ipsum composito, retorquet in alium crimina, juxta *Text. in leg. Qui cum, §. Idem, ff. de Bon. libert.* ibi *& si ab eo petitus retorsit in eum crimina, ignoscendum est enim ei, qui voluit se ulcisci provocatus,* ibique *Gloss. Verb. Retorsit* ibi *Ignoscendum ei, qui non facit sponte* Et in *can. Ad limina 30. quæst. 1.* ibi *Inculpabile judicandum est, quod necessitas intulit.* Et applicatur dictum *B. Petri Damiani epist. 13.* qui respondendo Cappellanis Gotifredi Ducis, qui eum calumniatus fuerat, ait *Vestra provocatus infamia, me tantùm purificare compellor:* Nec non aliud *D. Hieron. ad Nepotian.* relatum in *can. Esto dist. 95.* ubi approbat celebre illud dictum Domitii *Cur ego te habeam ut Principem, cum tu me non habeas ut Senatorem Rayn. t. 1. c. 11. §. 1. n. 29. & seqq.* ubi, quòd dicitur species defensionis, quæ non debet, nec potest tolli, *& to. 2. cap. 19. §. 1. n. 70.* ubi, quòd Advocatus, qui ab Adversario opprobriis, & contumeliis, atque inhonestis verbis fuerit lacessitus, potest cum injuriis respondere, & injurias injuriis rependere, duplici ratione, adducta à *D. Thom. 2. 2. quæst. 72. artic. 3. in corpore* cum istis verbis — *Primò quidem propter bonum ejus, qui contumeliam infert, ut videlicet ejus audacia reprimatur, & de cætero talia non attentet; Alio modo propter bonum multorum, quorum profectus impeditur propter contumelias, Nobis illatas;* Vide *R. P. D. Petr. tom. 4. fol. 132. n. 20.* ubi quòd melius est relinquere Judici vindictam, citatque me ipsum asserendo, *Tamen melius agit, si quod permissum est, christiana charitate non adhibeat.* Aliquando enim, ut observavit *Tacit. in Vit. Agric.* nihil proficitur patientia, nisi ut graviora, tamquam ex facili tolerantibus, imperentur, & ex alia parte calumnias ferre grave est, & tacendo alias invitas, teste *Just. Lips. Epistol. 16. centur. 1. ad Belgas directa Joanni Viviano; Neque audiendi sunt, sive Viri sancti, sive fœminæ, qui quando reprehenduntur in aliqua negligentia, per quem fit, ut in malam veniant suspicionem, unde suam vitam longè abesse sciunt, dicunt coram Deo, sufficere sibi conscientiam, existimationem hominum non solùm impudenter, verùm etiam crudeliter contemnentes* — juxta monitum *D. Augustin. de Bon. viduit. c. 22.* relatum *in can. Non sunt 52. 11. qu. 3.* & egregiè *S. Dionys. Carthusian. Proverb. 26. artic. 26.* ubi explicando verba illa: *Responde stulto juxta stultitiam suam,* ait, *idest juxta exigentiam, ac demeritum sui stulti sermonis, da ei aptam responsionem, vel ejus verba ironicè repetendo, vel suam insipientiam ei declarando, aut eum increpatoriè, & reprobativè interrogando, seu verba justi rigoris, & debita inventionis enunciando, ne putet se sapientem, sed suam advertat impietatem, imperitiam, aut errorem, & Set. de Offic. Locumt. cap. 22. num. 12.* Ad propositum verò scriptum reliquit *Senec. de Ira lib. 2. cap. 33.* in his casibus quantum fieri potest abstinendam esse à contentionibus, quia, qui lacessendus est, sive par est, sive superior, sive inferior. Cum pare contendere anceps est, cum superiore furiosum, cum inferiore sordidum & meliùs, *D. Ambros. lib. 1. offic. c. 5.* relatus à *Brancat. de Sinens. Rit. Polit. p. 1. cap. 1. fol. 6.* ibi *Silentio respondeas, si enim respondeas, superiorem se factum arbitratur, quia parem invenit: Si taceas dicetur, ille conviciatus est huic, contempsit iste; Si referas contumeliam, dicetur, ambo convitiati sunt, nemo absolvetur.*

111 112 113 114 115 116 117 118 119 120

Quæ omnia vera sunt, etiamsi quis non malo animo Adversarium provocaverit, ut ad rem advertit, *S. Hieron. lib. 1. contra Ruffin.* relatus à *P. Bartoll. nell' Uomo di Lettere par. 1. v. Alterezza fol. mihi 50.* ibi, *Esto me nescius vulneraveris, quid ad me, qui percussus sum: An non idcirco curari non debeo, quia tu me bono animo vulnerasti.* Et etiamsi stylo acriori retundantur, ut enim ad rem advertit *P. Philippuccius de Cultu Confusii in Prælud. in fin. c. 1. fol. mihi 39. De atrocissimis criminibus accusatus, remissè, & frigidè respondendo, vel illa non pœnitus execrari, vel ab iis non omninò immunem se esse videtur ostendere.* 121 122

Procedunt hæc cum supposito, quòd injurias proferens in aliqua sit bona opinione apud graves, & honoratos viros, aliàs enim omninò sperni debent, ratione adducta *ne Ragguagli di Parnas. centur. 2. ragguagl. 12. in med.* his verbis, *considerata l'imprudenza grande; che commettono gl' uomini onorati, allora che di parole gareggiano con chi non ha riputazione da perdere.* 123

Minusque locum habent eædem pœnæ adversùs eum, qui 124

qui ad se, vel Clientem suum defendendum à calumniis, & injustis vexarionibus detractoris, eidem vera crimina, licèt occulta, obiicit, adhoc ut illi fides non præstetur in suis calumniis: quia licitum est detegere occulta Testium vitia, quando id est medium ad justam defensionem, *Sot. de Just. lib. 5. qu. 7. art. 3. Sanch. de Matrim. lib. 1. disp. 70. n. 2. Hurtad. 2. 2. disp. 70. sect. 14. §. 117. Pasqual. qu. mor. Canon. 56. n. 15. Dian. tom. 7. tract. 5. de Scand. resol. 32. n. 2. ibi Potest ilii obiici aliud crimen, ex quo adstantes facilè credant, illum esse mentitum, & Card. Pallav. in hist. Conc. Trid. in Introduct. c. 2. n. 2.* ibi *Ogni legge vuole, che per difendere il Cliente da un testimonio falso, si alleghi, e si provi in giudizio quel, che l'infama, e quel, che sarebbe per altro un libello famoso, capitalmente punito.* Et applicari potest id, quòd scripsit *Card. Bellarmin. in Psalm. 108. num. 1. in fine*, nempè *Æquum est, ut veritas non taceat, quando falsitas clamat*, Nec non ratio adducta per *Cœlestinum I. in Epist. 1. ad Galliæ Episc.* relat. *in fin. præfation. Apolog. Dominican. circa Sinenses Controversias* ibi -- *Non caret suspicione taciturnitas, quia occurreret veritas si falsitas displiceret* -- Dixi *vera crimina*, quia si ea non sint talia, nullatenus licitum est illa obiicere, nec etiam ad suum honorem, & justitiam defendendam, ut sancivit *fa. me. Innoc. XI. 2. Martii 1679. prop. 44. & Div. Thom. ad Roman. in Lect. 3.* ibi -- *quandoque enim aliquis enuntiat malum alicujus ad notificandam necessariam veritatem, & sic dicit malum sub ratione veri necessarii, quod est bonum, unde est licitum.*

125 Advertendum est hic, quòd eadem pœna puniuntur mandantes, & consulentes fieri Libellos famosos, omnes enim isti concurrunt in genere causæ efficientis, & dicuntur illos componere, *Farin. conf. 30. n. 74. & seq. lib. 1. Gargiar. de Libel. fam. c. 9. n. 2. & 18. Cabal. resol. crim. cas. 235. n. 9.*

126 Adverte II. Quòd eædem pœnæ habent pariter locum contra invenientem Libellum famosum, & illum non lacerantem, nec comburentem, sed aliis manifestantem *leg. unic. Cod. de Famos. Libell.* ibi *Si verò non statim easdem cartulas, vel corruperit, vel igne consumpserit, sed vim earum manifestaverit, sciat, se quasi authorem hujusmodi delicti, capitali sententiæ subjugandum*, & latè *Farin. q. 105. n. 450. & seqq.* Tres rationes assignat *Rayn. t. 1. c. 11. §. 2. n. 4. & seqq.* I. Quia retinens Libellum famosum præsumitur illius author II. Quia videtur habere animum manifestandi, & III. Quia dat occasionem, ut libellus ab aliis possit inveniri, & videri.

127 Adverte III. quòd actione injuriarum, non autem libelli famosi tenebitur Concionator, qui dum prædicat, non solum vitia, sed etiam personas notat, *Matthe. de Re Crim. contr. 64. num. 18. & Basil. dec. 30. num. 27.* Quomodò autem, & qua modestia Concionatores se gerere de-

128 beant, benè explicat, *Solorzan. de Jur. Ind. lib. 3. c. 26. n. 62. & seqq.* Si verò obloquantur de Episcopis, ab iis puniri pos-

129 sunt *S. Cong. Conc. in Vercellen. 21. Martii 1684. ad 2. dub. lib. 17. Decr. fol. 171.* quam refert, & sequitur *Pignat. consul. 269. t. 1.* Partes autem optimi Concionatoris brevitate,

130 & claritate maxima explicat *D. Thom. 2. 2. q. 177. art. 1.* ut scilicet doceat, delectet, & flectat, referente *P. Friger. in Vit. ejusdem lib. 3. c. 5. n. 1.*

131 Adverte IV. Quòd, nedum absque Partis accusatione, sed etiam si eadem Pars ab accusatione desistat, potest Judex contra authorem libelli famosi procedere, quia delictum dicitur publicum, *Matthe. de Re Crim. Controv. 75. per tot & Muta ad Pragm. tit. 40. de Pæn. eden. fam. Libel. num. 35.* ubi, quòd Judex procedere debet, etiamsi Partes injuriatæ instarent, nè caperentur Informationes. Benè verum est, quòd aliquando injuria talis naturæ esse potest, & ejus conditionis offensus, ut expediat illam dissimulare,

132 juxta illud Taciti *Spreta vilescunt, si irascare notioria fiunt Rayn. tom. 1. c. 11. §. 4. n. 45.* ubi, quòd in his casibus Judices, nè temeritates impunitæ remaneant, solent reos, sumpto prætextu ab alia causa, condignè punire, ut non sine laude, & cum approbatione f. m. Innoc. XI. initio suæ Legationis Bononiæ practicavit *Emin. D. D. Card. Nigronus* semper cum insigni elogio nominandus.

133 Adverte V. Quòd mittens epistolam alicui in infamiam alterius, cum expressione, quòd illam teneat secretò, vel etiam mittens ipsi injuriato, qui præsumitur secretò retenturus, non incidit in pœnam libelli famosi *Vermigl. cons. 186. n. 12. & Berlic. concl. 67. sub n. 38. par. 5.* vide *Donat. rer. regul. t. 3. tr. 12. q. 25.*

134 Adverte VI. Quòd non est necesse, ut plures personæ audientes sint, vel legentes, adhoc, ut famosus libellus dicatur publicatus, sed sat est, quòd uni tantùm manifestetur; Per revelationem enim uni tantùm facta libellus famosus fit publicus, & transire potest ad multorum aures, *Gargiar. de Libell. famos. cap. 8. num. 41. & seqq. & Peguer. decis. Crim. 77. num. 10.* Etiam si cum potestatione alicui manife-

135 steiur, nè aliis illum communicet, quia ut ait *Senec. in sentent. juxta ordinem literæ fol. mihi 759.* ibi: *quod tacitum esse vis nemini dixeris; Nulla ratione potest secretum quis ab alio exigere, quod sibi ipsi non præstat.* Præcipuè si illud sciant

136 mulieres impudicæ, nullum enim est tam arcanum, quod mulier non prodat, propalerque in complexu amatoris cubans, *Tiraquell. ad L. Connub. leg. 12. gloss. 1. par. 13. num. 15.* ubi, quòd, referente Svetonio Tranquillo, Augustus Imperator adulteria exercuit, non tam libidine ductus,

137 quàm ut faciliùs consilia Adversariorum suorum per mulieres exquireret.

138 Adverte VII. Quòd eadem pœna puniendus est faciens libellum famosum contra mortuum, quia non minor est injuria, quæ infertur mortuo, quàm vivo, *leg. 1. ff. De his quib. ut dign. & Muta ad Pragm. tit. 40. de Pæn. eden fam. Libel. n. 37.* ubi reprobat *Cephal.* contrarium sentientem in *conf. 341. n. 34. & seqq.*

139 Adverte VIII. Quòd eadem pœna tenentur Bibliopolæ, & Mercatores Librorum, ementes, retinentes, & vendentes libellos famosos, sunt enim causa, ut ab aliis legantur, *Coler. dec. 154. n. 8. & seqq. & Gargiar. de Libel. fam. c. 8. n. 50.*

140 Adverte IX. Quòd Reus confessus habuisse ab incertis Scripturas in forma famosi libelli compositas, illasque exemplans, publicans, & diu penes se retinens, puniri potest, & condemnari, tamquam author famosi libelli, latè *Rayn. tom. 1. ad cap. 11. supplet. 1. per tot.* ubi *num. 15.* quòd in suo casu persona in Dignitate Ecclesiastica constituta, relegata fuit per decennium, eo quia Scripturæ maledicæ continebant injurias Prælatorum, Cardinalium, & ipsiusmet Summi Pontificis. Ratione enim qualitatis,

141 & dignitatis personarum injuratarum aggravari debent pœnæ, ut observant *Carpzov. pract. Crim. q. 94. num. 45.* ubi, quòd is, qui protulerat contumeliosa, verba in Officiales nobiles Electoris Saxoniæ fuit fustigatus, & relegatus, *Abau. de Reatibus quæst. 7. nu. 60.* ubi quòd fuit ad Triremes per quinque annos damnatus, & priùs ad petendam veniam à Senatu in publica audientia, discooperto capite, & toto corpore solo indusio recto (quæ est Berlinæ species) is, qui Ministros Justitiæ parum honestè compellaverat, & *Far. qu. 19. n. 29.* qui testatur, quòd ex hoc motivo sub Pontificatu B.

142 Pii V. personæ nobiles, & illustres fuerunt fustigatæ, & in Arce Hostiæ relegatæ.

143 Adverte X. Quòd si famosus Libellus respiciat Statum alicujus Religionis in communi, puta Ordinis Prædicatorum, Societatis Jesu &c. ultra supradictas pœnas, Author est ipso facto excommunicatus excommunicatione majori, Sedi Apostolicæ reservata, ut observat, *Novar. in Summ. Bull. par. 2. comm. 83. n. 7.* ubi, quòd in eamdem excommunicationem non incurrit conficiens famosum Libellum contra privatum Religiosum, ejus personam tantùm infamando, quia Constitutiones Apostolicæ respiciunt favorem Religionis in communi, non autem alicujus Reli-

144 giosi in particulari, *& Medin. de Confess. lib. 1. c. 15. n. 35.*

145 Ad evitandas autem contentiones, quæ aliquando cum proborum virorum scandalo, & non sine hæreticorum lucro, & gaudio, vigent inter diversas Religiones, quævè mediante editione Libellorum, acri stylo, ut plurimum conscriptorum, in dies augumentum recipiunt, juxta modernum exemplum controversiæ Sinensium circa Confusii, & Mortuorum Cæremonias, solent Summi Pontifices silentium imponere inutilibus quæstionibus, injungendo eisdem Religiosis, ne aliquid ampliùs scribant pro una, vel alia opinione, ut circa quæstionem illam, an pretiosissimus Sanguinis D. N. J. C. in triduo suæ Passionis divisus, vel non divisus fuerit ab ejus Divinitate, statuit, *Pius II. in ejus Constit. 11. in Bullar. nov. tom. 1.* Circa Conceptionem Beatiss. Virginis in peccato, vel sine, determinavit *f. m. Alex. VII.* Et circa necessitatem actus dilectionis Rei in attritione, idem *Alexander VII. die 5. Maii 1667.* juxta decretum per extensum relatum *à Monacell. in formul. tom. 2. tit. 16. formul. 2. n. 12.* & novissimè practicavit f. m. Innoc.

146 XII. cum Jesuitis, & Carmelitis circa descendentiam eorumdem Carmelitarum ab Elia, & Elisæo, ut videre est apud *Pascucc. ad Pignat. t. 2. f. 34.* ubi registratur per extensum Breve ejusdem Summi Pontificis impressum etiam in libro, cui titulus *Apostolica Diplomata Fratrum Discalceatorum &c. fol. 480. Matriti impresso anno 1700.*

Ad-

147 Adverte XI. Quòd ex dispositione *Const. B. Pii V. & Greg. XIII. relat. à Novar. in Summ. Bull. par. 2. comm. 83. num. 1.* appellatione Libelli famosi continentur pariter, nedum, ut vulgò dicitur, *l' Avvisi secrets*, ut plurimum continentes læsionem alterius famæ, in quibus Constitutionibus contra illos conficientes imponitur pœna mortis, *Zaul. tom. 1. lib. 4. rubr. 24. num. 20. & 21.* ubi, quòd Bannimenta etiam Generalia in *cap. 27.* easdem pœnas reiterant, etiamsi allegetur, id factum esse Joci gratia, & in quocumque idiomate, & cifra id ad praxim reducatur; Sed etiam Pasquilli, *vulgo Pasquinate*, de quibus *Farin. quæst.* 148 *105. insp. 10.* ubi, quòd à Principibus parùm curandæ sunt, *Cosp. nel Giudic. Crim. quest. 1. cap. 14. nu. 24. & seq.* ubi, quòd *Alessandro Magno se ne burlava, Augusto li preser-* 149 *vava, Tiberio li dissimulava, Tstolo disprezzava, e Cesare diceva Regium est benefacere, & malum audire Basil. dec. 26. num. 8.* ubi ex *Clypmar. de Arcan. lib. 6. cap. 11.* observat, Laurentium Meccum dicere solitum, *Loquantur illi, Nos verò faciemus*, & Augustum Tiberium monuis- 150 se, contentum se esse, si ii, qui de eo malè loquebantur, hoc habebant, ne possent malè facere, observat *Sveton. in Vita Augusti, cap. 51.* ibi: *Ætati tuæ, mi Tiberi, noli in hac re indulgere, & nimium indignari quemquam esse, qui de me malè loquatur. Satis enim est, si hoc habemus, ne quis nobis malè facere possit.* Quare autem dicantur Pasquinatæ quærit, sed non aperit, *R. yn. tom. 1. cap 11. §. 4. num. 5.* remissivè se habendo quoad illarum originem ad *Castelvetr. in ejus Apolog. Beyerlich. in Theatr. Vit. Human. Verb. Pasquillus, Theodor. de Delict. privat. cap. 2. aphor. 16. num. 24. & Carpzou. in Prax. quæst. 98. num. 13. par. 2.* & novissimè *Sot. de Offic. Locumten. cap. 22. num. 6. & 7.* Unde dicatur Pasquinus vide *Carolum Moschenum nelle lettere missive, e risponsive delle Bestie letter. 35. & 36. per tot.*

TITULUS X.

De Criminibus merè Sæcularibus extraordinariis.

1 Diximus supra de Criminibus ordinariis, tam publici, quam privati judicii, videndum modò de extraordinariis.

2 Crimen extraordinarium illud est, quod nullum in Jure habet certum nomen, ex quo etiam innominatum appellatur, nullaque certa lege, & determinata pœna, sed Judicis dumtaxat arbitrio coercetur, *Decian. lib. 5. c. 2. n. 1. Jodoc. in Prax. cap. 1. num. 8. & Zuff. Instit. Crim. lib. 2. cap. 3. littera A.* Multa autem sunt hujusmodi extraordinaria crimina, quæ non incongruè ad duo possunt referri capita, videlicèt, quòd alia sint commissa ab Officialibus, & Magistratibus ratione propriæ administrationis, & officii, & alia à personis privatis, occasione aliorum negotiorum.

3 Illa, quæ committuntur à Magistratibus plura sunt, & I. Si in domo privata Officialis habitet, quando extat in 4 loco Jurisdictionis Prætorium, in quo præsidere, Jus reddere, & inhabitare debet, *leg. Nulli, Cod. de Offic. Rector. Prov.* in qua imposita est pœna 50. librarum auri., & latè *de Angel. de Official. Baron. cap. 81. num. 1. & seqq.* 5 ubi, quòd quando Judex publicum non habet Prætorium, tenetur Universitas domum ad hunc effectum conducere, quod ante eum adverterant à *Pont. de Potest. Proreg. tit. de Elect. Official. §. 6. num. 15. & Mastril. de Magistr. lib. 3. c. 9. num. 44.*

6 II. Si petentibus justitiam Jus non dicat, & justitiam non administret, vel judicium differat, taliter, quòd occasione moræ, ac expensarum Subditi damnificentur *cap. Finem, de Dol. & Contum. & §. Sit tibi Auth. de Mandat. Princip. & Concil. Tridentin. sess. 25. de Reformat. cap. 10. in fine.*

7 Ad evitanda autem inconvenientia illa, enumerata per *Card. de Luc. de Jurisdict. disc. 113. num. 9.* ut scilicet carceratio, vel alia diuturna molestia, cogat carceratum ad compositionem, vel eum repellat, aut minùs dignum reddat in concursu ad publica munera, vel beneficia, rece- 8 ptum est, ut detur ad Superiores appellatio à denegata justitia, ut latè probat idem *Card. de Luc. disc. 68. & discur. 113. per tot. de Jurisd.* ubi *num. 7.* advertit, absque aliquo fundamento per ora aliquorum Curialium inferioris notæ volitare Conciliare aliud decretum *in cap. Causa omnes*, absque eo, quòd illud umquam viderint, vel ponderaverint, *& Bertachin. vot. decis. 125. per tot.* ubi, quòd hoc procedit post biennium in causis Ecclesiasticis, ex quo Sacrosanctum Conc. Trident. dictum tempus assignavit Episcopis ad terminandas causas, antequod proinde non possunt de negligentia cum fundamento redargui, refertque, ita decisum *à Sac. Cong. Conc. in una Albingen. 28. Nov. 1693. lib. 43. Decr. f. 259.*

9 Hac occasione observat hic, san. mem. Pium IV. in ejus *Constit. 73. in Bullar. nov. tom. 2. §. 7.* ad vitandam confusionem, & perversionem veri sensus Sac. Conc. Trident. sub rigorosissimis pœnis inhibuisse omnibus personis Commentaria, Glossas, Annotationes, Scholia, omneque interpretationis genus ejusdem Sacri Conc. etiam sub prætextu majoris corroborationis decretorum, illorumque executionis, quam prohibitionem adeò religiosè servare voluit 10 san. mem. Clemente VIII. ut non permiserit evulgari 7. tom. Decretalium Typis excussum, & terminatum die 25. Julii 1598. miris elucubratum laboribus, ac vigiliis, totiusque Ecclesiæ vocibus eflagitatum, ex hoc solo motivo, quòd cùm contineret omnes illius Canones, ad dogmata pertinentes, nulla ratio suadebat, non esse permittendas glossas, & interpretationes hujus 7. Libri, sicuti practicatum fuit cum aliis Libris sex, teste *Fagnan. in cap. Cum venissent num. 61. & seqq. de Judic.* ubi refert nomina omnium illorum, qui de mandato Gregorii XIII. Sixti V. & ejusdem 11 Clement. VIII. sedulam per multos annos eidem labori navarunt operam.

12 III. Si non bonos, & honestos Ministros apud se habeat *§. Proindè Auth. Jurisjurandum quod præstat.* ubi *Repetentes* communiter.

13 IV. Si mandata Principis non fuerit statim exequutus, *§. Præterea Auth. Ut nulli Jud.* Si enim Principibus non præ- 14 statur obedientia, sunt tamquam privati, & uti Potestas Senogalliæ, qui præcipiebat aliis, &, iis non parentibus, omnia faciebat à seipso, ut advertit *Nevizz. in Sylv. nupt. lib. 4. verb. Est nubendum num. 166.* Circa quod in Vita Philippi II. refertur, quòd cùm unus ex ipsius Mimis, vulgò 15 *Buffone*, proposuisset ei inter comedendum dubium hoc: *Si omnes subditi nollent V. M. obedire, quanam differentia adesset inter Nos*, vide *P. Segner. nel Christ. instruito par. 2. ragion. 3. sub n. 6.* statim à servitio, & Oppido Matriti dimissus fuit.

16 Nisi agatur de Jussionibus, & gratiis exorbitantibus, & præjudicialibus Tertio, quia tunc supersedere debent in illarum executione, & Principem de causarum meritis informare, expectando, nedum secundam, sed aliquando etiam tertiam jussionem, ut advertunt *Rugger. cons. 24. nu. 10. & seqq.* ubi invehit contra Judices, & Gubernatores, nimiùm 17 faciles ad exequenda mandata Superiorum, eisque non replicantes *Capyclatr. dec. 190. n. 33. Galeot. respons. fiscal. 20. n. 36. & 37. & Card. de Luc. de Regal. disc. 148. n. 1. & seqq.* ubi, quòd benè se gessit Collaterale Consilium Neapolitanum anno 1649. bis replicando Philippo IV. concedenti in feudum Civitatem, & Principatum Salernitanum Principi Nicolao Ludovisio, attento quòd eadem Civitas ex causa onerosa amplissima habet privilegia, ut perpetuò conserventur sub immediata Regia protectione, quibus tamdem maturè perpensis in Curia Matritensi, eadem concessio eva- 18 nuit. Dixi *ex causa onerosa*, quia si privilegium fit concessum ex mera gratia, tunc contrarium verificaretur, quia idem Princeps, vel ejus successor revocando liberalitatem, non dicitur lædere justitiam, & Jus naturæ, vel Gentium *Card. de Luc. de Regal. disc. 148. per tot. & signanter n. 17. & seqq.* ubi reprobat *Galeot. respons. fiscal. 23. per tot.* & alios, firmantes, posse Principem revocare tale privilegium ex 19 causa, etiam onerosa concessum, dummodò restituat id, quod accepit, observando hoc claudicare, quia si pretia fuissent diminuta, ipsæ Civitates jacturam sentirent, ideoque justum non est, quòd in casu augumenti cogantur recipere antiquum pretium.

20 In Urbe autem, & Statu Ecclesiastico circa Gratias Summorum Pontificum habemus Motum proprium Pii IV. impressum *à Corrad. in Prax. Dispens. lib. 10. c. 5. n. 2.* cujus vigore nullæ prorsùs, & irritæ declarantur illæ gratiæ, & concessiones, quæ intra tres menses, à die illarum impetrationis computandos, non registrantur in plena Camera; Cui Motui proprio cùm soleant, ex causis sibi benè visis, Summi 21 Pontifices aliquando derogare, Urb. VIII. die 16. Aug. 1630. declaravit, easdem derogationes nullatenus registrandas esse in plena Camera, ut videre est *apud Corrad. in Prax. Dispensat. d. lib. 10. c. 5. nu. 12.* tollendo in hac parte Doctorum interpretationes, & sententiam contrariam, requirentium dictam registrationem, insubsistentem declarando.

22 V. Si sine urgenti, & necessaria causa Provinciam circumire

eumire voluerit, subditos variis expensis aggravando, §. *Nulli verò Auth. Ut nulli Judic. & §. Ad hæc Authentic. de Collat.*

23 VI. Si committant crimen concussionis cum Subditis, ut eo modo pecunia ab illis extorqueatur, *leg. 2. ff. de Concussion.* ibique *Gloss. Verb. Publicum Zuff. Instit. Crim. lib. 2. tit. 13. lit. V. & de Angel. de Officialib. Baron. cap. 204. num. 5. in fine*, in illis autem circumstantiis, in quibus hoc crimen est privati judicii, non autem publici, de quibus di-
24 ximus supra *tit. 2.* & distinguendo observat, *Brugiot. Instit. Crim. lib. 2. tit. 19. num. 43. & seq.* ubi, quòd attenta illius improbitate cujuscumque conditionis homines concussi invitantur ad accusandum, tam expleto, quàm durante concutientis Officio, *& Decian. lib. 5. cap. 4. num. 7. & lib. 8. cap. 35. nu. 24. & seq.* ubi, quòd committitur multis modis, de quibus etiam *Brugiot. Instit. Crim. lib. 2. tit. 19. num. 39. & seqq. & de Angel. de Delict. par. 1. cap. 20. Factis* nimirum, veluti carceratione, vel alia indebita vexatione; *Verbis*, ut si proferat illa, vel nutus faciat de incarcerando; *Minis expressè illatis*, puta, si iratum contra aliquem se fingat; *Minis illatis tacitè*, hoc est, si præparatis, & confictis adhoc artibus, vehementem suspicionem alicujus imminentis periculi, & capitalis judicii in animo
25 alicujus generaverit; *Precationibus*, quando nimirum istis mediantibus ad aliquid dandum induxerit, quia preces Potentium sunt concussiones, & species violenta jubendi: *Submissione*, ut si aliquem mittat ad loquendum cum accusato, ut pro terminatione negotii pecuniam tradat; Et demum *dolo, & simplici mendacio*, puta, si aliquis Officialis simulet, se habere in mandatis à Præside Provinciæ, aliquem capiendi, & incarcerandi; Vel si Notarius sine Judicis commissione jubet aliquem citari ad informandum Curiam, ut in *leg. 1. ibique Gloss. in princ. ff. de Concuss. Farin. qu. 111. n. 43. & seq. Sanfel. dec. 45. per tot. Peregr. in Elucidar. Jur. lib. 1. elucidar. 8. sect. 2. n. 114. Verb. Concussio, & Rayn. t. 2. c. 4. à n. 88.*

26 VII. Si Officialis in Loco, in quo Jurisdictionem exercet, celebraverit aliquem contractum, & pœna est omissio rei, quæ in contractum venit, & insuper quadrupli solutio *leg. Non licet, Cod. de Contrah. empt. & leg. Infertur, §. Quod ad Præsidem, ff. de Jur. Fisc. Fagnan. in cap. Procurationes n. 25. de Censib.*

27 VIII. Si Officium deserat, & administrationem deponat, ante sui Successoris adventum, *leg. 1. §. Administrationum Cod. Ut omni Judic. tam Civil. quam militar. & leg. 1. ff. de Offic. Præfect. Augustal.*

28 IX. Demum, si post depositam administrationem per spatium 60. dierum in Civitatibus celebrioribus illius Provinciæ non steterit ad dandum syndicatum, sed statim Provinciam deseruerit, *§. Super hoc Auth. de Collatorib.* Quod est adeò verum, ut controversia sit inter Doctores, an Princeps de potestate ordinaria remittere possit Officiali syndicatum, cujus negativam substinent, *Lodov. Rodulph. de absol. Princip. potest. cap. 6. num. 69. conclus. 7. Cobell. ad Bull. bon. Regim. cap. 19. num. 40. & Zaul. tom. 1. lib. 1. rubr. 9. num. 5.* In affirmativam verò inclinare videtur *Ro-*
29 *ta in Mindonien præteensæ observationis Constitutionis 12. Januarii 1705. Sive enim coram R. P. D. Ansaldo*, ubi, quòd hujusmodi syndicatui quodammodò, se subiicere vo-
30 luit Salvator Noster, quando dixit, *Quis ex vobis arguet me de peccato Joann. 8. 46.* & *in §. Adeout*, limitat conclu-
31 sionem in casu, quo Officialis officium exerceat coram ipso Principe.

32 Licet autem, Jure communi attento, teneatur Judex de sententiis, per imperitiam latis, rationem reddere in syndicatu, prout etiam de lata culpa, & similibus, de genera-
33 li tamen consuetudine hodie non syndicatur, nisi de dolo, & barattaria, ex allegatis per *Conciol. verb. Syndicatus resolut. 3. per tot. & Zaul. ubi suprà numer. 21.* quo casu, adhoc, ut criminaliter contra ipsum procedi possit, requiritur plena, & concludens probatio; Lex enim in dubio
34 semper præsumit pro Judice, *Farinac. quæst. 11. num. 164.* ubi, quòd probationes debent esse luce meridiana clariores, *Massin. de Confisc. quæst. 11. num. 16. & Conciol. ubi sup. resolut. 2. per tot.* Ad quem effectum non admittuntur testes,
35 quos idem Judex carcerari antea fecerat, *Hieron. Giacch. in cons. unic. de syndic.* impresso inter Oper. *Clar. n. 136. & Cavalcan. de Brach. Reg. par. 5. n. 110. & de Testib. p. 4. n. 117.*

36 Minusque idonei reputantur illi, qui contra Judicem in syndicatu dederunt petitiones pro seipsis *Farin. q. 111. n. 173.* ubi de opinione communi *Massin. de Confisc. q. 11. nu. 18. & Conciol. ubi sup. resol. 2. n. 5.* ubi, quòd contraria opinio procedere potest, quando agitur civiliter, secus autem quando
37 agitur criminaliter.

38 Dixi *post depositam administrationem*, quia, durante officio, Judex non potest syndicari *Par. de Syndic. verb. Barattaria n. 5. Anton. de Ball. tract. Crim. lib. 6. q. 3. nu. 8. & Conciol. ubi supra resol. 4. per tot.* ubi, hoc limitat, quando
39 agitur de delictis, commissis circa proprium officium Judicis, quam limitationem admittunt etiam *Scacc. de Judic. lib. 2. cap. 9. n. 985. & seqq. & Massin. de Confisc. q. 11. num. 26. & seqq.*

40 Posita autem condemnatione Judicis, facta per Syndicatores, non admittitur appellatio, neque si condemnatus sit civiliter, neque criminaliter pro delictis durante officio commissis, *Ursell. conclus. 128. num. 375. Sacc. de Appellat. quæst. 17. limit. 17. num. 3. & Conciol. ubi supra resolut. 4. numer. 5.* Imò S. Consulta in epistola, quam registravit,
41 *Cobell. ad Bull. bon. Regim. cap. 19. num. 40.* mandavit, *che tutte le inibitioni, che si otterranno in avvenire in materia de Sindicati, non abbiano à suffragare, quanto all' effetto sospensivo, se non in quei casi, che la medema Consulta dichiarará in contrario.*

42 Terminus dd. dierum 50. à *Constitut. Marchia l. 2. cap. 40.* redactus fuit *ad* 20. quorum 10. assignati fuerunt pro querelis porrigendis contra Officiales, reliquis verò 10. Syndicatoribus, ad ferendum sententiam, quibus elapsis, & non lata sententia, Officiales habentur pro absolutis, ex adductis *per Zaul. tom. 1. lib. 1. rubr. 9. num. 11.* ubi, quòd
43 iste terminus ex justa causa potest prorogari à Sac. Consulta, quodque eadem solet facere gratiam Officialibus legitimè impeditis, ut faciant syndicatum per Procuratorem,
44 qui tenetur respondere querelis contra suum principalem porrectis, absque eo quòd valeat allegare, se non esse sufficienter instructum, quia Principalis sibi imputare debet, si Procuratorem non benè instructum constituit, juxta animadversa, *per Solorzan. de Jur. Ind. lib. 4. cap. 8. num. 7.* referentem ita decisum in gravissima causa, quæ verum putat *Zaul. ubi supra num. 14.* in casu, quo querelæ præcesserunt constitutionem Procuratoris, & discessum Principalis, secus è contra, quia non potuit idem Principalis in-
45 struere Procuratorem circa illa delicta, quæ ad sui notitiam non fuerunt deducta.

46 Omnia hæc, quæ diximus de Officialium obligatione circa Syndicatum, non procedunt cum Vicariis, seu Officialibus Episcoporum, & Archiepiscoporum, qui, cùm corruscent radiis dignitatis Episcopalis, & propter dignitatem Ecclesiasticam, non tenentur stare syndicatui, quidquid dixerit, *Sbrozz. de Offic. Vicar. lib. 3. q. 52. per tot.* ut probant *Gennens. in Prax. Cur. Archiep. Neap. q. 58. per tot.* ubi sequitur Constit. Greg. XIII. emanatam pro Ecclesia Tarentina, cujus verba registravit, *Barbos. de Potest. Episc. par. 2. all. 54. n. 183. Novar. in Summ. Bullar. Comm. 159.*
47 *per tot. & Conciol. resol. crim. verb. Syndicatus resol. 3. nu. 3.* Firmata autem per *Strozzium*, ubi supra procedere possunt de Jure communi, nam supposita consuetudine admittit n. 2. illam esse attendendam.

Tenor Brevis Gregorii XIII. directi Archiepiscopo, Capitulo, Clero, & Civitati Tarentinæ repertus penes Joannem Juvenem in ejus Tractatu de Antiquitate, & varia Tarentinorum Fortuna *lib. 8. Colum. 1406. inserto in Opere intitulato* Italia illustrata *impresso Francofurti Anno 1600. apud Cambierianum est sequens:*

GREGORIUS PAPA XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

QUONIAM in Ecclesia Dei ejus vices, meritis licèt indigni, gerimus in Terris, sicuti ad disciplinam Ecclesiasticam conservandam, atque propagandam, divinumque cultum amplificandum nihil est ipsa concordia accommodatiùs, ita nihil æquè universum Ecclesiasticum Ordinem conturbat, atque adeò pervertit, quàm si quandò à suo Capite membra dissidere conspiciantur. *Et sicut*, non sine animi nostri displicentia, accepimus inter Ven. Fratrem Lælium Archiepiscopum Tarentinum ex una, & dilectos filios Capitulum, & Clerum, & forsan Communitatem Tarentinæ Civitatis Partibus ex altera, nonnullæ lites, dissentiones, ac controversiæ coram Ven. Fratribus nostri S. R. E. Cardinalibus super Episcoporum Causis deputatis, aliisque forsan Judicibus, ac Tribunalibus versæ fuerint, & in præsenti versantur, prætendentibus quidem Capi-

pitulo, & Clero, & Communitate prædictis, ejusdem Archiepiscopi Vicarios pro tempore existentes Syndicatui esse obnoxios, ac Notarium, seu Magistrum Actorum (ut vocant) non nisi de Gremio, seu Corpore Capituli per Archiepiscopum eligi debere; Archiepiscopo verò, quod Capitulum, & Clerus, ipso inconsulto, ipsoque, vel ejus Vicario non interessente, minimè insimul cogi, nec haberi posset, quodque aggregatio, sive electio, vel saltem institutio, & confirmatio Clericorum primæ Tonsuræ, qui Metropolitanæ Ecclesiæ Tarentinæ deserviant, ad se omninò, vel ad ejus Officiales, minimè verò ad Capitulum, & Clerum prædictos pertineat. *Nos pro Pastoralis* Officii debito litibus, controversiis, ac dissentionibus hujusmodi finem imponere ac eorumdem Archiepiscopi, Capituli, Cleri, ac Communitatis quieti, & animarum saluti consulere, eosdemque omnes à gravibus dispendiis, & molestiis, quæ ex litibus hujusmodi, ac controversiis in dies suscipiuntur, eximere, ac penitùs liberare cupientes, illosque à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, cæterisque Ecclesiasticis censuris, & pœnis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, absolventes, *motu proprio*, non ad dd. Archiepiscopi, Capituli, Cleri, & Communitatis, aut alicujus eorum Instantiam, seu requisitionem, *sed ex mera voluntate*, & certa, ac deliberata scientia nostra, *ac de Apostolicæ Potestatis plenitudine*, habita prius super præmissis cum prædictis Venerab. Fratribus nostris Cardinalibus, qui Jura Partium pluries audierunt, ac diligenter examinarunt matura deliberatione, omnes, & quascumque lites, controversiasque, & differentias prædictas, earumque singulas à prædictis, & aliis quibuscumque Judicibus, & Tribunalibus, ubi illas pendere contingeret, ad Nos harum serie avocantes, Apostolica auctoritate, perpetuò extinguimus, cassamusque, & annullamus, proque extinctis, cassis penitusque annullatis haberi volumus, & mandamus, ac omnibus, & singulis, quorum interest, sive in futurum quomodolibet interesse poterit, super præmissis perpetuum silentium imponimus. *Volumus autem, ac eadem auctoritate* tenore præsentium perpetuis futuris temporibus expresse statuimus, & mandamus, *quod de cætero* Vicarii, & Officiales, sive Generales, sive particulares, sive *etiam Foranei* nuncupati per eumdem Archiepiscopum, sive ejus pro tempore successores in dicta Ecclesia Tarentina, sive ejus Diœcesi deputati, vel deputandi ad aliquem Syndicatum nullo modo teneantur, aut eidem, sub quovis respectu, sint obnoxii: Notariorum quoque Actuariorum, quos Magistros Actorum appellant, electio, ac deputatio, etiamsi laici sint ac exteri, ipsorum Archiepiscoporum pro tempore penitus libera, ac ad nutum amovibilis existat. Quod pro Capitulum, & Clerus prædicti, etiam absque ipsius Archiepiscopi notitia, & interventu, se pro eorum negotiis capitulariter congregare, dummodò non eo tempore, quo in Choro Residentia, vel alibi Ecclesiastica aliqua functio sit peragenda, possint, ac valeant: liberum tamen sit Archiepiscopo, & successoribus præfatis per seipsum, nisi de suo, vel suorum interesse ageretur, intervenire; Vicarius verò, (Clero, & Canonicis invitis) minimè admittatur. Volumus tamen, ut in singulis Capitulis, & Congregationibus hujusmodi, absque Archiepiscopi interventu, ut præfertur, faciendis, quod primus Canonicus in ordine, qui in dicto Capitulo, & Congregatione præsens erit, ipse, juxtà debitum Ordinem, & modum, Vota, & suffragia suscipiat, altercationes, ac clamationes, & jurgia cohibeat, Contumacesque & inobedientes eidem Archiepiscopo, seu Vicario statim denunciet, in eos, juxta qualitatem delicti, animadversuro. Insuperque quod Clericorum ejusdem Metropolitanæ Ecclesiæ servitio addictorum, & addicendorum electio, sive aggregatio ad Clerum, & Capitulum, seu Canonicos prædictos, absque aliqua ipsius Archiepiscopi, sive ejus Vicarii confirmatione, institutione, vel approbatione, pertineat; Ita tamen, ut electi, & aggregati hujusmodi ab ipso Archiepiscopo, sive ejus Vicario mandatum de sese ad d. Gremium admittendis, prout hactenùs consuetum extitit, petere teneantur, ac reservatio eidem Archiepiscopo Jure, & facultate omnes Ordines conferendi, licentiamque eisdem Clericis de se promovendo concedendi, ac eosdem ad Sacramentorum administrationem admittendi; Idoneos tamen, & prævio examine approbandos, juxta Sacr. Canonum statuta, & ipsius Ecclesiæ laudabiles consuetudines. Quocircà omnibus, & quibuscumque, quos præmissa concernunt, & in posterum quomodolibet concernent, cujuscumque Dignitatis, status, gradus, ordinis, & conditionis fuerint, districtè præcipiendo mandamus, ut præmissa omnia, & singula inviolabiliter observent, & observari mandent, & faciant, districtius inhibentes omnibus, & singulis prædictis, ne sub indignationis nostræ, & excommunicationis latæ sententiæ eo ipso, si contra fecerint, incurrendis pœnis, ne quominùs prædicta omnia, & singula suum debitum sortiantur effectum, se se opponere, impedire, retardare, aut quoquo modo perturbare audeant, vel præsumant; Et ita per quoscumque Judices, & Commissarios quavis auctoritate fungentes, etiam Cardinales, *sublata eis*, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi *facultate, & auctoritate*, judicari, & definiri debere, *ac irritum, & inane decernimus* quid quid secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, & *Regula nostra de Jure quæsito non tollendo*, Capitulique, ac Cleri, & Civitatis prædictorum etiam Juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, Statutis, Præscriptionibus, ac Consuetudinibus, etiam immemorabilis temporis, ac etiam Synodalibus Decretis, Privilegiis quoque, Indultis, & Litteris Apostolicis, etiam dd. Capitulo, & Clero, Communitati, & Civitati, etiam per Nos, seu Prædecessores nostros, etiam motu, scientia, & Potestatis plenitudine similibus, ac etiam Consistorialiter sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis, etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, & efficacissimis Clausulis, irritantibusque, & aliis Decretis quomodolibet, etiam iteratis vicibus, concessis, approbatis, & innovatis quibus omnibus, etiamsi de illis specialis, & individua mentio habenda foret, eorum tenoris, ac si de verbo ad verbum insererentur præsentibus, pro plenè, & sufficienter expressis habentes, *hac vice dumtaxat specialiter, & expressè motu, scientia, & Potestatis plenitudine prædictis derogamus*, cæterisque contrariis quibuscumque. *Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatorio die 2. Maji 1579.* Pontificatus nostri anno septimo.

Cæs. Glorierius.

Vicarii demum Capitulares tenentur reddere rationem Episcopo successori, ut statuitur *in Conc. Trid. sess.24. de Ref. c.16.* & advertunt *Barb.* ibidem *num.35. Ragucc. de Vot. Canon. in Capit. qu.40. num.13. Marcell. Vulp. in Prax. Jud. for. Eccl. c.44. num.19. in princ. & Genuens. ubi supra*, ubi in fine adnotationis, sequendo *Cephal. cons.39.* probat, nec etiam Generales Religionum, & alios in eminenti dignitate constitutos, debere stare Syndicatui. 48 49

Crimina verò extraordinaria, quæ committuntur à personis privatis, plura pariter sunt, & 50

I. Est crimen expilatæ hæreditatis, quod latè explicant *Zuff. Inst. Crim. lib.4. tit.4. literis FF. & seq. de Angel. de Delict. par.1. cap.43. & Rayn. tom.2. cap.14. §.15. per totum*, pro quo sciendum, quòd hæreditas, donec adita non est, dicitur jacens, quòdque hæres pro Domino habetur, unde se pro hærede gerere idem est, ac gerere se pro Domino, *§. Item extraneus Instit. de hered. qualit. & differ.* Hærede autem non adeunte, hæreditas nullum Dominum habere dicitur *leg.1. §. Scævola, ff. Si quis testam. liber. esse*, & consequenter si aliqua res hæreditaria sublata fuerit, non est proprie furtum, quia istud dicitur contrectatio rei alienæ, invito Domino facta, ut observavimus *supra tit.8. num.1.* Sed ab ipso actu expilationis, & diminutionis hæreditatis, crimen expilatæ hæreditatis appellatur, & eas res auferens non fur, sed expilator hæreditatis dicitur *leg.2. & leg. fin. ff. de Crim. expil. hæred. & Brugiot. Instit. Crim. lib.3. tit.8. num.2.* ubi, quòd expilator hæreditatis dicitur improbior fure, ac puniri solet pœna extraordinaria juxta facti, & personarum qualitatem, quod observant etiam *Alberis. de Heredit. action. part.2. cap.10. num.16. de Angel. de Delict. par.1. cap.43. num.7. & 8. & Card. de Luc. in Summ. de Hered. num.13.* 51 52 53 54

II. Est crimen termini moti, pro cujus intelligentia sciendum est, quòd *terminus nihil aliud est, quàm limes camporum, possessionumque, finium causa positus, quo fines cujuscumque prædii dignoscantur*, ita *Scayn. dec. Bonon. 10. num.38. & Pacichel. de Distant. cap.4. membr.2. num.13.* ubi sequendo *Griphiand. de Insul. c.24. num.91.* illum dividit in naturalem, hoc est à Natura, vel à Deo positum, & artificialem, hominum scilicet industria constitutum, Necnon in publicum, ac privatum, *Hieron. de Mont. de Finib. cap.5. num.2. & seqq. & de Angel. de Delict. par.1. c.7. nu.1. & plurib. seqq.* Committitur autem hoc crimen, cùm 55 56

quis

quis antiquos terminos, in agris positos ad meum, & tuum distinguendum, necnon ad regundos fines, extirpat, amovet, atque effodit, *leg.*1. *& tot. tit. ff. de Term. mot. & tot. pariter tit. ff. Fin. Regund. Zuff. Instit. Crim. lib.*4. *tit.*12. *lit.C.* ubi, quòd pœna regulanda ex personæ conditione, & mente amoventis terminos, & latè *Rayn. tom.*2. *cap.* 15. §.7. *per tot.* Sive isti termini sint lapides, sive arbores (57) sive sepes, vel quid simile *Farin. qu.*168. *num.*112. Quatuor verò modis committitur, ut observat *de Angel. de Delict. part.*1. *cap.* 7. *num.*2. *& per totum* I. Si quis hoc faciat causa occupandi agrum vicini, sesequè dilatandi *leg.*2. *ff. de Term. mot.* II. Si quis, inchoato jam judicio finium regundorum, hoc fecerit ad offuscanda Jura Adversarii vicini, & ad litem magis intricandam *leg.*3. §. *Alia, ff. Eod.* III. Si quis amoverit terminos non proprios, sed aliorum ad effectum seminan- (58) di inter eos discordias, & lites *Farin. qu.*168. *num.*94. & IV. Si quis amoveat terminos dolosè, & causa furandi illos, sciens lapides, quos furatur, esse terminos, vel etiam hoc faciens ignoranter, sed tamen culpabiliter *leg.* 2. *ff. de Termin. mot.* & latè *Brugiot. Inst. Crim. lib.*3. *tit.*10. *à num.*24. *Anton. Matth. de Crim. tit. de Termin. mot. Heing. qu. illustr.*2. *num.* 57. *& seq. Sabell. in Prax. univers.* §. *Confini nu.* 14. *& Rayn. t.*2. *cap.*15. §.7. *per tot.* ubi latissimè. Nota hìc, quòd termini (59) appositio non est necessaria, quando ex aliis demonstrationibus rei certitudo deducitur, *Rot. decis.*520. *num.*11. *& seqq. cor. Dun. jun.*

(60) III. Est crimen *Calumniæ*, hoc est falsæ accusationis, ab aliquo motæ contra aliquem, super crimine sibi objecto, quod tamen non est tale Calumniari enim est falsa crimina (61) scienter intendere *l.*1. §. *Calumniator, ff. ad S. C. Tertul. Placentin. tract. Crim. tit.*4. *num.*4. *Girland.* pariter *tract. Crim. tit. de calumn. num.*3. *Zuff. Instit. Crim. lib.*1. *tit.*16. (62) *per tot.* Calumnia verò definitur, *à Brugiot. Inst. Crim. lib.*3. *tit.*20. *num.*2. *Falsa Criminis accusatio, à sciente commissa*, cum qua concordat *de Angel. de Delict. par.*1. *cap.*26. *num.* 1. *& per tot.* In dubio calumnia non præsumitur, sed ab Accusatore concludenter probanda est, ex animadversis per *Cab.* (63) *cas.*205. *per tot. & Nicol. Carbon. in Pract. practicar. cap.*3. *lib.*3. *num.*65.

(64) Rei hujus criminis extraordinaria pœna puniuntur juxta criminis qualitates *leg. In privatis, ff. ad Sen. Cons. Turpil. Farin. qu.*16. *num.*5. Ut plurimum verò eadem pœna, qua puniri debebat accusatus, si delictum probatum fuisset *Brug.* (65) *Inst. Crim. lib.*3. *tit.*20. *nu.*7. *de Angel. de Delict. par.*1. *cap.*26 *num.*12. ubi, quòd tenetur etiam ad refectionem damnorum & expensarum accusator calumniosus, *& Rayn. tom.*2. *cap.* 18. §.4. *num.*5. ubi *num.*18. *& seqq.* quòd hodie hujusmodi pœna talionis recessit ab usu, & calumniatores in causis capitalibus, vel gravioribus condemnantur ad Triremes in (66) perpetuum, vel ad tempus non modicum, & antè transmissionem ad Triremes incedunt per loca publica cum mitra in capite, & nota criminis in pectore; In non capitalibus verò seu minùs gravibus, condemnantur in pœnam fustigationis, vel catenæ infamis, exilii, relegationis ad tempus, ictuum funis, & quandoque etiam in pœnam pecuniariam, juxta personarum, & delictorum qualitatem, quod adverterant priùs *Caball. res. crim.* 166. *per tot. Foller. cons. crim.* 80. *inter cons. crim. divers. & Gargiar. cons.*9. *num.*25. *& seq. lib.*2

(67) Quamvis autem calumniæ crimen, tanquam continens in se falsum, videatur esse ordinarium, & publici judicii, ut tradit *Decian. lib.*5. *cap.*4. *num.*17. In rei tamen veritate non est crimen publicum, sed privatum, & extraordinarium, ut dixit *Gloss. in leg.*1. *ff. de Publ. Judic.* & admittit *Decian. ubi supra, & lib.*7. *cap.*32. *num.*19. *&* 20. *& Farinacc. quæst.* 16. *per totum.*

(68) Dividuntur calumniatores in veros, & præsumptos. Veri dicuntur illi, qui per malitiam, & scientiam dolosè falsa crimina intendunt, illa probare procurantes: Præsumpti verò qui, vel accusationem non probant, vel ab ea desistunt *Ant. Matth. de Crim. tit.*7. *de Sent. cap.*3. *de Calumn. accus. n.*3. *& Rayn. t.*2. *c.*18. §.4. *num.*3. *& seqq.*

(69) Si autem quæras hic, quando malè faciat Advocatus patrocinium præstando in causa calumniosa, Respondeo, hujusmodi casum vix dari posse in causis, requirentibus operam Advocatorum, & consistentibus in mero Juris articulo, vel in facto omnino incerto, & ambiguo, cujus decisio pendet à Judicantis arbitrio, & una, vel altera juridica interpretatione, fundata in circumstantiarum complexu, & pondere, in quibus, ut ad rem observat *Card. de Luc. de Fideicom. disc.* 179. *num.* 3. vel ob ingeniorum varietatem, juxta illud Poetæ:

Velle suum cuique est, nec voto vivitur uno

relatum *a Joann. Sandè in præfat. ad decis. Fris. & Decian. in Apolog. impress. post* 3. *volum. Respons. cap.*19. *num.*5. *& seqq.* ubi, quòd proindè ex causæ victoria non infertur ad im- (70) peritiam scribentium, quodque licèt virtus, & doctrina prudentum, plerumque exitu, & victoria judicentur: Attamen id vulgi, & imperitorum est judicium, *Rota in dec.* 13. *in princip. cor. R.P.D. Ansaldo.* Vel ob alias considerationes indicatas ab eodem *Card. de Luc. de Emphyt. disc.*52. *num.*7. quotidiè videmus, ut, quòd uno docto, & integerrimo Judicanti videtur nigrum, alteri æquè docto, & integro album videatur, Atque sæpè experimur, Advocatum vincere illas causas, in quibus de bono Jure sui Clientis dubitat, & non rarò succumbit in illis, in quibus firmiter credit, optimum fovere Jus, ut generaliter observat *Rayn. tom.*2. *cap.*19. *supplet.* 1. *num.*12. *vers. Verum*, & de se ipso frequentissimè testatur *Card. de Luca in suis Operibus*, & signanter *d. decis.*179. *nu.* 3. *de Fideic.* ubi proindè egregiè advertit, Moralistarum propositiones in hac parte, loquentium de patrocinantibus causas cum aliquo scandalo, & eo modo, quo Scribæ, & Pharisæi de Publicanis, & publicis peccatoribus loquebantur, veras esse in abstracto, vel in illo dubio, quod consistit in mero (71) facto certo, & inalterabili, circa quod defensio sequi non potest, nisi cum mendacio, quod semper est malum.

(72) In hac autem parte ego libenter consilium peterem à dictis Moralistis in *una Neapolitana Livellorum*, circa quam anno proximè elapso 1705. edidi Dissertationem Historico legalem, ad quam remitto Lectorem, & in qua per tres conformes dictum fuit, *confirmandum esse decretum Vicarii Neapolitani, declarans Monasterium S. Joannis Baptistæ ejusdem Civitatis minimè fuisse reformatum*, & tamen sola lectura ejusdem decreti ostendebat, eumdem Vicarium id nullatenus dixisse, sed solùm (sunt ejus verba) *non esse comprehensum inter Monasteria reformata* die 9. Septembris 1702. quo tale decretum edidit, & circa quod præsens tempus nil ad causam faciebat, esse vel non esse reformatum, dum punctum consistebat in eo, an in præteritum, seu anno 1669. fuisset tale, ut latiùs videre est *in dicta Dissert. historico legali*, §.16. *num.*9. *& seq.* Verumtamen est, quod, ut dicebam *in eodem* §.19. *n.*9 *&* 10. & modo cum *Rot. in dec.*168. *n.*1. *apud D. Constant. ad Statut. Urb. & in Imolen. Bonorum seu Reinteg.*25. *Novembris* 1705. *cor. R.P.D. Ansald.* constanter repeto, et- (73) jamsi dictæ Sententiæ essent mille, non tres, adhuc in nulla consideratione sunt habendæ, & ratio est manifesta, & evidens, quia veritas per nostrum affirmare, vel negare immutari nunquàm potest, ex adductis *per Jovium de Solemn. in contr. min. gloss.*16. §.12. *num.*14. *&* per eumdem *R.P.D. Ansald. de Comm. & merc. disc.*22. *num.*16. Ad palpandam igi- (74) tur injustitiam earumdem Sententiarum sat est, oculos in fronte habere, & legere decretum confirmatum, Et tamen adducere hæc, & multa alia, æquè evidentia, in Dissertatione registrata, nihil profuit, & opus fuit Principales consolari cum illis propositionibus, quod habent sua sydera lites, quodque dantur fata causarum, de quibus *Scannar. de Visit.* (75) *Carcerat. fol.*104. *num.*26. *Scacc. de Sent. & re judic. gloss.*10. *qu.*4. *sub num.*16. *Add. ad dec.*12. *num.*63. *par.*3. *rec. Card. de Luc. de Testam. disc.*21. *in fin. & Rot. in Romana, seu Savon. success.* 8. *Februarii* 1706. §. 1. *in fine coram Rev. P. D. Ansald.*

(76) Atque eædem propositiones applicantur illis Causarum Patronis, quos Concinnatores litium vocat *Ulpian. in leg. Nec quidquam* 9. §.2. *ff. de Offic. Proconsult. Gratian. discep.* 176. *à num.*59. ubi latè, & benè Canes Curiarum *Bart. in leg. Omnes Populi, num.*40. *ff. de Just. & Jur.* Excoriatores Pauperum *Jas. in* §. *Actionum num.*47. *Instit. de Action.* Togatos Vulturarios *Manfrell. in obser. ad dec.*169. *Capyc. Latr.* Devoratores Civium *Girard. de Petra Sanct. singul.*73. *num.*7. *& Zacch. de Salar. quæst.*52. *num.*7. *Forenses* Rabulas *Lotter. de Re benef. in Appar. num.*165. *& seqq.* Natos ad conturbandum negotia hominum, confundendum, & permiscendum jura omnia *Cujac. in cap.*1. *de Lit. contest.* Prædatores *De Angel. de Delict. par.*2. *cap.*2. *num.*2. Maximos, & sceleratos peccatores, severè puniendos, tam in anima, quam in corpore *Card. de Luca de Fideic. disc.*179. *sub num.*3. verborum Consarcinatores *Fattinell. resp.*56. *num.*4. Vulgus verò in Urbe illos nuncupat *Mozzurecchi*, ad quæ allusit nostræ ætatis *Juven.* quando in *Satyr.* 14. cecinit:

Ite procul Socii rixarum, atque aure minores
Causidici, Juris probrum, Gentisque togatæ,
Quos Capitolina gaudent garrire Cathedra,
Et Fora dimidiis tantùm lustrata lacernis.

Quosvè perbellè descripsit *Ammian. Marcellin. l.*30. *Hist.* relatus *à Vizzan. de Mandat. Princip. cap.*13. *num.*40. *Qui in*

in professione turbolenta clarescunt, ad expugnandam veritatem ore mercenaria providentes, per prostitutas frontes, vilesque latratus, quò velint aditus, sibi patefaciunt crebros, qui inter sollicitudines Judicum per multa distentas irresolubili nexu vincientes negotia, laborant, ut omnis quies litibus implicetur, & nodosis quæstionibus de industria judicia circumscribunt.

77 Omnia autem hæc, quæ de incertitudine, & dubietate eventus litium, circa juris articulos, & implicata facta diximus, comprobat quotidiana experientia ipsorummet Judicum, de facili, quando id exigit justitia, propria judicata infirmantium, ut observat *Card. de Luc. de Emphyt. disc.* 58.

78 *in fin.* ubi, quòd Rotæ integritas in eo præcipuè residere videtur, quòd suarum resolutionum affectio illius Auditores non fascinat, sed libenter, agnita meliùs veritate, recedit à resolutis, & de seipsa sæpè testata est Sac. Rota, & signanter *cor. Ursin. in Rom. multiplicor. super contribut.* 21. *Junii* 1697. §. *Remanet*, ubi refert, & sequitur aliam decisionem, quæ tunc non emanaverat, sed post quinque dies edita fuit, *& in dec.*67. *num.*4. *cor. R. P. D. Ansaldo*, & priùs *in dec.*13. *in princ. cor. Eodem*, ubi, quòd hoc sibi præcipuum fortasse vindicat Sacræ Rotæ Romanæ Tribunal, quòd, quemadmodum in aliis Curiis citra admirationem facilè, passimque contingit, ut quod fuerit ab uno Judice, diverso tamen definitum, ab alio revocetur, idipsum frequentissimè accidat in Sacræ Rotæ Auditorio, nedum occasione recessus à decisis qui ab eisdem Judicibus practicatur, verùm etiam infirmando Sententias, latas quidem in eodem Auditorio, sed per diversas personas, in præcedenti Turno constitutas. Quod de Sabaudiæ Senatu observavit etiam *doctissimus Fab. in epistol. ad Lector. sui Cod.* ibi *Idem planè Senatus est, sed non iidem Senatores*, quem sequuta fuit *Rota in dec.*183. *in princ. cor. Emer. jun.*

79 Adverte hìc, quòd Advocatus dicitur ex eo, quòd à Cliente advocetur, ut suæ adsit causæ, seu illius defensioni, quam à seipso parare, & adimplere non potest *Brancaccin. de Jur. Doctor. lib.*2. *cap.*11. *num.*1. Indeque ego in ea sum opinione, quam factis comprobare non desino, quòd nullam omnino prætermittere debet Advocatus diligentiam, quam ad causæ victoriam proficuam agnoscit, eo quia illam absque ullo dubio non prætermitteret Litigans, si propriam causam defendere sciret: Subrogatus enim in alterius locum, tenetur adimplere omnes illas partes, quæ subroganti incumbunt, juxta notoria principia. Licèt autem hujusmodi extraordinariæ diligentiæ, ut plurimùm congruam non inveniant recompensationem, inconveniens non solet provenire à Fonte, seu à Principalibus, sed à Canale, hoc est ab illorum Agen-

80 tibus, aquam ad suum molinum trahentibus, ut in simili dicebat *Sperell. in dec.*8. *nu.*34. *vers. Quidquid*; Quibus Agentibus non semel insinuavi aureum dictum *S. Joan. Chrysost.* relati *in Can. Allegant.*26. *quæst.*7. *ubi dominus largus est, dispensator non debet esse tenax*, sed vis, ut dixi, in eo residet, quòd in illis etiam casibus, in quibus Principales liberales sunt, effectus talis liberalitatis causæ Defensoribus sunt ignoti. Experto credite.

81 Adverte secundò cum *Alciat. lib.*10. *Parerg. cap.*21. vetus esse proverbium, *Esto Advocatus juvenis, & Medicus senex* in eo fundatum, quod Medicus pollere debeat rerum usu, qui in senecta, ut plurimùm, ætate habetur, atque imprudentis sit Viri, salutem suam Tyroni in medicina credere;

82 Non sic autem in Advocato, cui non judicium, sed solùm patrocinium convenit, facilius autem juvenis talem laborem suscipiet, etiam ob gloriam, quam juvenes præcipuè maximè affectant.

83 Adverte tertiò, quòd aliquando reperiuntur Litigantes adeo providi, ut modestè loquar, qui in principio Litis, nullo soluto honorario, eorum Jura ostendunt pluribus primariis Advocatis, vel ab illis consilium petunt, ad hoc, ut deinde contra ipsos scribere pro alia Parte non possint, ut experientia me docuit, & observat *Zaul. t.*1. *fol.*117. *num.*23.

84 Ad obviandum autem similibus malitiis, in istis circumstantiis permissum est iisdem Advocatis defensionem alterius Partis assumere, ut probat *Zaul. ubi sup.* & firmavit *Rota in dec.*2018. *num.*3. *& per tot. cor. Cocein.* & habemus in hac parte Textum in l. Providendum 7. C. de Advocatis divers. Judic. de quo in *tom.*4. *par.*2. *discept.*13. *à num.*91.

85 Adverte quartò, quòd Advocati non solent, neque debent quietantias facere de eorum honorariis, ut firmavit *Rot. in dec.*569. *nu.*1. *in fin.* quam sequitur *Cerr. dec.*254. *nu.*7. *par.*4. *rec.* & rationes, seu congruentias hujus conclusionis latissimè adducunt *Decian. in Apolog. impress. post* 3. *volum. Respons. cap.*22. *à num.*153. *usque ad fin. & D. Constant. ad Stat. Urb. annot.*63. *art.*1. *num.*62. *& seqq.* vide *Pacion. de Locat. cap.*15. *nu.*70. ubi ad id probandum adducit *Tex. in l. Qui operas* 41. *ff. de locat.* & testatur de Praxi Urbis. Aliam nimis nobilem adducens rationem quia scilicet agitur de Salario debito pro honore, & scientia, quod debetur in principio, ad differentiam Salarii debiti pro labore, quod solvi debet in fine. Vide etiam *Zacch. de Salar. quæst.*52. *num.*45. ubi refert Adagium illud -- *A Cliente lite pendente*. Quibus adderem aliam ego, quòd scilicet juxta laudabilem Urbis consuetudinem regulariter non solent, neque debent Advocati scribere, & in-

86 formare in causis, nisi prius eis dentur honoraria, tam pro Scriptura, quàm pro Informatione in voce, proindeque non faciendo computa, non est locus quietantiis, & receptis, ut patet consideranti. *Constant. ad Stat. Urb. to.*2. *ann.* 63. *art.*1. *num.*62. *fol. mihi* 573.

87 Adverte quintò, quòd licitè possunt Advocati magnum honorarium accipere, quamvis aliquando scripturas faciant sine magna revolutione Librorum, ob innumeras illas vigilias, & antecedens studium, ex quibus sibi facilitatem respondendi compararunt, ita ut hoc casu dicantur recipere pretium præteritarum vigiliarum *Archidiac. & Jason.* relati à *Decian. ubi sup.*13. *num.*23. Quidquid autem dicat *Fattinel. resp.* 56. *num.*12. *&* 13. ex consuetudine debentur Advocatis originalia Informationum, de quibus sermo est in *dec.*744. *sub num.*13. *par.*4. *tom.*3. *rec.* quam sequitur *Ansald. de Commerc. & mercat. disc.*64. *num.*5.

Circa Advocatorum Informationes in voce nota hìc, quòd quando illæ sequuntur eadem die, licèt diversorum Votantium, tunc pro illis debetur unum honorarium, secus verò, quando diversis diebus, *Card. de Luc. in Relat. rom. cur. forens. disc.*46. *n.*47. quod evenire solet in causis, pendentibus in Sacris Congreg. in quibus, quando Clientes desiderant informationes multorum Cardinalium, si istæ expleri non possunt unica die, duplicari debet honorarium pro alia die, qua terminentur juxta Clientis desiderium.

88 Adverte sexto, *ex Card. de Luc. in adnot. ad Conc. dis.*37 *nu.*5. in Urbe adeo quotidianas, & frequentes esse in Sac. Congregationibus contentiones, & lites inter Religiosos, & præcipuè occasione electionum Superiorum, & confirmationum, à Generalibus Ordinum, vel à dd. Sacris Congregationibus obtinendarum, ut reperiantur multi Curiales, qui cum his Regularium negociis, coram Sacris Congregationibus pendentibus, honestè vivant.

89 Adverte septimò cum eodem *Card. de Luc. de Jurepatr. disc.*26. *num.*2. incredibile esse, quantùm in Judicibus operentur illæ primæ impressiones, quas in eorum intellectu fecerunt aliæ consimiles causæ propriæ, vel Conjunctorum, seu Concivium, aut in quibus alias judicarunt, vel tanquam Advocati scripserunt.

90 Adverte octavò, quòd sententia obtenta per prævaricationem, sive Judicis, sive Advocati, sive Causidici, vel est nulla ipso jure, vel saltem ope restitutionis in integrum retractanda est. ex adductis *per Carpzou. dec.*91. *sub nu.*18. *Cavalcan. de Brach. Reg. par.*5. *sub num.*254. *& Gob. consul.* 128. *num.*7. ubi *num.*5. quòd Judices crimen hoc committere

91 dicuntur, quando judicant in illa causa, in qua advocarunt, quòd observaverat priùs *Avend. de Exequut. mand. par.*1. *cap.*2. *num.*24.

92 Adverte nonò cum à *Pont. de Potest. Proreg. tit.*2. *de Assent. Reg. super donat. Princip. num.*56. *in princip.* nec non cum *Card. de Luc. de Testam. disc.*73. *num.*26. licitum esse Advocatis, data tamen justitia causæ, quam defendunt, adducere etiam motiva parum tuta, & minus subsistentia, pro Judicibus nimirum propriæ opinionis, & imperitis, qui negligunt, vel non cognoscunt motiva bona, & solida, quive ex debilioribus, & fallacibus aliquando solent moveri.

93 Adverte decimò, quòd in aliquibus causis summoperè optant Litigantes, ut Advocati faciant Restrictus Facti, & Juris seu adimpleant partes, tam Procuratoris, quàm Advocati, quo casu, attento duplici labore, & studio, duplicatum eis debetur honorarium, ex adductis per *D. Constat. ad Stat. Urb. annot.* 63. *art.*1. *num.* 3. *Capon.* scribens pro seipso *in discept.*109. *num.*52. Generaliter *Bertacchin. vot. dec.*67. *nu.* 3. Quare autem dictus Restrictus vocari soleat *Salcicia*, vide *de Luc. in Relat. Rom. Cur. disc.*46. *sub num.*46.

94 Adverte undecimò, quòd Advocati, aliique Viri literati quando scribunt res alicujus momenti, vel concernentes considerabilia negocia, non solent advertere ad Calepini rigorosas regulas, nempe majusculas, puncta, lineas &c. ut observavit *Card. de luca de Succession. discep.* 17. *num.* 7. *in fin.*

95 Adverte duodecimò, bonæ conscientiæ Judices non debere

bere considerare, vel litigantium, vel Defensorum amicitiam sed præ oculis habere vulgatum illud *Amicus Socrates, amicus Plato, sed magis amica veritas*, ut observat *Alciat. lib. 9* 96 *Paregr. cap. 26.* In qua parte Clientes, ut plurimum vivunt sub contraria credulitate, ex qua provenit, quod in omnibus ferè Tribunalibus illi Defensores multas solent habere Causas, qui in minoribus, vel fuerunt Adjutores studiorum vel alio amicitiæ vinculo Judicibus juncti sunt, & à tali cau- 97 sarum multiplicitate, ut plurimum procedit deindè defensionis debilitas: Pluribus enim intentus causis non potest singulis congruum tribuere studium, ut experientia notum est, quia, ut scriptum reliquit *D. Gregor. Magn. Dialog. lib. 1. c. 4. Cùm animus dividitur ad multa, fit minor ad singula.* Ad hoc autem, ut Advocati diligentiores fiant in Clientum defensione optimum docet modum *Alciat. lib. 12. Parerg. c. 12.* 98 *ante medium* dicens, *liberalis sit litigator, & honorarii magnitudine diligentiam Advocati provocet*, à quo non dissentit *Zaul. to. 1. fol. 392. n. 8.* dicens, *Si non benè satisfiat Advocato non potest benè studere*. Paulò verò ante observaverat idem *Alciat. ubi proximè* mali Juris signum esse, quando Clientes 99 multos magni nominis Advocatos habere procurant, ex quo *qui malam causam habent, cùm judicii examen formident, ad celeberrimi quemque nominis Defensorem accurrunt.* Aliquando verò diligentiores solent esse ex Judicantium operationi- 100 bus, seu ex modo, quo Judices Advocatos tractare solent; Quibus proindè Judicibus scriptum reliquit *Cyriac. contr.* 101 *687. in fin.* ut mitiùs, atque urbanius cum Advocatis agant, quia contrarium faciendo, sciunt se vindicare diligentius scribendo, ut ipsemet in dicta Causa fecit cum suo Mantuaro Senatu, & quotidiè idem practicare solent alii in omnibus, aliis Curiis, & Tribunalibus.

102 Adverte 13. Advocatos, illos, qui gaudent studere Repertoriis, non juris Doctores, sed Juris dolores appellari ab eruditissimo de Rubeis *in disc. ad scient. amat. in princip. par. 4. tom. 3. num. 26.* ubi, quòd sæpè ignotum per ignotius declarant, & mirabilia jactant, vocando etiam illos Docto- 103 res necessitatis, hoc est sine lege, in quo sensu vocari etiam possent Doctores moneiæ tonsæ, hoc est sine literis, de quibus quando causas quærunt, semper verificatur lepidum illud dictum, communiter per ora Curialium volitans, quod sint Advocati, seu Procuratores Pilati, in quibus scilicet nullæ 104 reperiuntur causæ defendendæ, juxta id, quod legitur *Joann. 18. 38. Nullam invenio in eo causam. Avvocati da Repertorio* vocantur *à Pacichell. de distant. cap. 4. sub num. 1. fol. 7.* Illosque Doctores privilegio, non autem sapientia, vocat *Rota in Romana, seu Spoletana legati 5. Martii 1717. §. A quo sane, in fine, coram Cerro Leonard. verò de Doctor. par. 1. quæst. 13. fol. 9.* vocat illos *Doctores honorarios*.

105 Semper autem allegari debent Doctores in individuo articulum tangentes, non verò in genere, scribere enim per regulas generales, illorum Advocatorum est, quos positivos 106 appellant *Gonzal. ad Regul. 8. Cancellar. §. 4. proam. num. 42.* ubi *num. 43.* quòd paria sunt non allegare, vel ineptè allegare & *Zaul. tom. 1. lib. 1. rubr. 23. num. 15.* ubi *num. 11.* ad rem observaverat, debere Advocatum in principio causæ Judicis benevolentiam captare, aliquando etiam cum adulatione, vocando eum excellentissimum, doctissimum, celeberrimum, & acutissimum, quia his solent valdè Judices delectari, & ni- mium expediat Judicem gratum, & benevolum habere: Ju- 107 dices enim facilius credunt eis, quos libenter audiunt *Quintil. lib. 4. de Inst. Orator. Guazzin. ad defens. Reor. in præfat.* 108 *num. 7. & seqq.* ubi, quòd si Advocatus credat Judicem illiteratum, debet illi defensiones proponere per verba materna, 109 & vulgaria, ad hoc, ut ab illio intelligantur.

110 Allegari pariter debent Doctores in locis capitibus, & numeris determinatis, nè alias verificetur id, quod de Soave observat *Card. Pallav. nell'Istor. del Concil. lib. 11. cap. 18. n. 7* nempè *Il Soave al suo intento produce molti Autori, ma senza citare nè i luoghi, nè le parole, maniera eccellente per non poter essere convinto di falsità*.

111 Adverte decimoquartò, Advocatorum filios habiles, & idoneos ad exercenda paterna officia, aliis æquè idoneis, & habilibus præferendos, & anteponendos esse in eorumdem officiorum exercitio, & consequutione, ex punctualibus diversarum legum sanctionibus, quas referunt, & sequuntur *Mastril. de Magist. lib. 1. c. 28. num. 2. & seqq. de Rub. de Advocac. Consist. cap. 6. per tot. & Card. de Luc. de Fideic. disc. 9 nu. 15.* ubi, quòd ex harum legum dispositione originem habet praxis concedendi Coadiutorias filiis Advocatorum Consistorialium, præsupposita illorum capacitate, qua pariter præsupposita, idem dicendum venit de filiis Doctorum, & Lectorum publicarum Universitatum, ex adductis à *Bald. in l. Jubemus, Cod. de Advocatis divers. Judic. & per eumdem de Rub. ubi proximè num. 3. & seq.* ubi, quòd filii Advocatorum, & Doctorum, tàm viventium, quàm deficientium, 112 aliis præferri debent, quòdque filii eodem tempore possunt esse de Collegio ejusdem Universitatis cum eorum Parentibus, *& num. 2.* observaverat, eorumdem filios in Parentum ordinem admittendos esse, nec solùm extraneis, sed etiam supranumerariis anteponendos *Everard. cons. 193. Bronchorst de Privil. Professor. §. 6. Jacobus Benius de Privil. Jurisconf. par. 3. privil. 60. num. 1. Paschal. de Patr. Potest. par. 4. cap. 3. num. 43.* qui ulterius probant, quòd iidem Lectorum filii pro assequenda Laurea Doctorali nihil impendere debent.

Adverte pariter, quòd iidem Lectores privilegium habent, nè expelli possint à Dominis Domorum per ipsos inhabitatarum, ut videre est in Constit... S. M. Leonis X. pro cujus exequtione acriter discussa Causa favore Villarealis in Rom. Sap. Lector. tandem Sententiam protulit: Ursinus, tunc temporis Card. Vicarii Locumtenens in Civilibus.

113 Adverte decimoquintò cum *Constant. ad Stat. Urb. tom. 2. annot. 63. art. 2. à num. 194.* quòd quando minuti Curiales, vel excedunt modestiæ fines, tam in Informationibus in voce quàm in scriptis, vel factum malitiosè alterant, severè contra ipsos, & meritò proceditur in omnibus Urbis Tribunalibus, à quibus aliquando demandantur illorum capturæ, una cum suspensione ab exercitio scribenti, ut practicavit *Sac. Rot. die 3. Decembris 1696.* rescribendo, *N. N. suspendatur* 114 *ab exercitio scribendi, & contra N. N. relaxetur mandatum de capiendo*. Aliquando verò puniuntur sola suspensione scri- 115 bendi ad beneplacitum Tribunalis, ut practicavit Signatura Justitiæ *die 18. Septembris 1704.* rescribendo, *Si quid exequendum, & amplius, suspenso N. N. à scribendo ad beneplacitum Tribunalis in Romana in Cong. Episcop. Ponente* Card. de Abdua, in qua *die 30. Maji 1710.* dictum fuit *Procur. Sæcularis non scribat amplius in Sac. Cong.* Ita etiam practicavit Signatura Justitiæ Ponente Riccio *die 22. Novembris 1714. in Romana Pecuniaria* rescribendo — *Moneantur acriter Scribentes per D. Auditorem, Rota anno 1720.* Idem practicavit mense Junio rescribendo, N. N. moneretur à Ponente, qui fuit Crispus, & cum N. N. demandando, ut se abstineret à scribendo Ponente Falconerio *Et Sacr. Congr. Immun. in S. Severini Censurarum 29. Aprilis 1704.* Ponente Maresusco, in qua fuit dictum — *moneatur* N. N. qui scripserat nimis acutè contra Episcopum *Et Rota in Romana fructuum Census 6. Julii 1714. coram Crispo* — ibi *Moneatur N. N. ut cautius se gerat in Scribendo — Et in Romana Salviani 9. Maii 1710.* coram Card. Scotto ibi — *Moneatur Defensor Marchionis*, idque propter Citationem ad dicendum contra in opportunè factam, &c. *Romana annuæ præstationis 27. Novembris 1721. Ponente Ferronio in Signatura* ibi — Moneatur N. N. *per D. Auditorem super incivili modo scriben. Et Sac. Congreg. Rituum in Romana* Ponente Card. de Abdua, in qua dictum fuit ad mentem, quæ fuit, ut N. N. haberet domum pro Carcere ad arbitrium Emmin. Decani, seu Congreg. sub pœna Carceris formalis, quatenùs ab illa exiret *Et in Coment. 13. Maii 1713.* in qua fuit dictum ad mentem, & mens est quòd, N. N. *carceretur cum mandato Eminent. Præfecti*. Aliquan- 116 do demùm moneri solent, vel simpliciter, vel acriter, juxta facti qualitates, ut practicavit *Sac. Congr. Concil. 26. Aprilis 1698. lib. 48. Decr. fol. 183.* rescribendo. *Moneatur acriter Procurator Archipresbyteri & in Melevitana Insignium 11. Septembris 1706. cum rescripto moneatur acriter N. N. & in firmana Missarum 10. Januarii 1711. Moneatur acriter Procurator*, N. N. Ita etiam praticavit Sacra Rota de mense Januarii *1714. Ponente Falconerio*.

117 Verum tamen est, quòd post aliquod tempus, instantibus pro gratia reintegrationis, non solet ipsis denegari, nisi magnæ concurrant circumstantiæ, qualificantes eorum defectus quales forsan concurrebant in eo casu, in quo *S. Rota die 3. Julii 1691.* rescripsit *Rota noluit reintegrare N. N.*

118 Demum adverte, quòd Sacra Rota non solet admittere diligentiam illam, quamvis commendabilem, aliquorum primæ classis Procuratorum, scribendi etiam in Jure, relinquendo partem hanc Advocatis, nè eorumdem professiones confundantur, In quibus terminis, vel oretenus insinuare, vel in scriptis demandare solet, ut scribat Advocatus: Quatenus autem talibus rescriptis, seu menti adeo qualificati Tribunalis promptè non obediatur solet, nedum suspendere eosdem Procuratores à scribendo, sed ulteriùs illos obligare ad expensarum refectionem, ut practicavit *die 23. Aprilis 1706. in Legionen. Parochialis Ponente Kaunitz* cum rescripto, *Refectis utrique Parti expensis propositionis Causa per N. N. Procuratorem, iste non scribat amplius in*

Rota, sed scribat alter Procurator, unà cum Advocato, deputandi à Reverendissimo Decano. Sequitur R. P. D. *Petra ad Constit. Apostol. t. 4. ad Constit. 2. Benedicti XII. n. 8. f.* 129.

119 IV. Est crimen *Prævaricationis*, quæ est verorum criminum palliatio, Prævaricari enim est vera crimina abscondere, & palliare, ad hoc, ut veritas non appareat, *leg. 1. §. Calumniari, ff. ad S.C. Turpil. Barb. in c. Ecclesia n. 41. de Restit. in integ. Placent. Tract. Crim. tit. 4. nu. 4. Ghirland.* pariter *tract. Crim. tit. de Calumniat. n.* 3. Ille autem prævaricator dicitur, qui aliquem de vero crimine accusat, sed veras probationes omittit, & fictitias solùm adducit, ut ex eis nihil contra accusatum concludi possit, *leg. 1.* ibique *Gloss. ff. de Prævaricator. Zuff. Instit. Crim. lib. 1. tit. 15. per tot. & de Angel. de Delict. par. 1. c. 105. n. 5. & per tot.* ubi, 120 quòd, nedum prævaricator pariter dicitur Procurator, qui visis scripturis, & instrumentis sui Clientis causam deserit, & ad Adversarium confugit, secreta causæ pandendo, sed etiam falsarius, quod pariter Nos suprà adnotavimus *tit. 6. n.* 155. Sive autem prævaricator sit in judicio publico, sive privato, semper prævaricatio crimen extraordinarium est, & extra ordinem puniendus, *leg. 1. & 2. ff. de Prævaricator.*

121 V. Est crimen *Tergiversationis*, hoc est accusationis desertio, *Zuff. Instit. Crim. lib. 1. tit. 17. in princ.* Tergiversari enim in universum ab accusatione desistere est, *l. 1. §. Calumniator, ff. ad S.C. Turpil. & Placent. in. Tract. Crim. tit. 4. n. 4. & Ghirland.* pariter *tr. crim. tit. de Calumn. n.* 3. Quòd autem hoc sit crimen extraordinarium, & extra ordinem, Judicis arbitrio punibile, statuit Imperator *in l. 3. §. Si ideo, & in leg. Si quis, §. Si quis, ff. ad S.C. Turpil. Clar. in Prax. §. fin. q. 72. n. 2. & de Angel. de Delict. par. 3. n.* 731.

122 VI. Est crimen *Stellionatus*, quod est quoddam crimen irregulare, vagum, atque incertum, nam quandocumque in aliqua actione hominis, injustè, & dolosè facta, & quæ meretur pœnalem animadversionem, deficit titulus criminis, illic Stellionatus crimen objicitur, *leg. 3. in princip. & §. Ubicumque, ff. de Crim. Stellion. Matth. de re Crim. tit. de Stellion. c. 1. n. 4. Zuff. Instit. Crim. tit. 14. lit. F. Rayn. t. 2. ad c. 16. supplet. 4. n. 8. & seq. & Rot. dec. 88. n. 17. & 18. cor. Arguell. & in dec. 473. n. 1. par. 19. rec.*

123 Fuit autem hoc crimen appellatum Stellionatus ob suam varietatem, & instabilem, atque irregularem naturam, sumpta similitudine ab animali, quòd vocatur Stellio, quo nullum alium animal fraudolentiùs homini invidere, observat *Plin. lib. 3. cap.* 10. Animal hoc tergum habet lucentibus quibusdam guttis depictum, ad modum stellarum, est varii, & diversi coloris, utque Cœlum stellis, ita intuentium oculis apparet variis stellulis diversi coloris tinctum, & transpersum, ut tradit *Gloss. in d. leg. 3. ff. de Crim. Stellion.* ibique communiter, *Repetentes*, & observant *Alciat. lib. 1. Parerg. c. 26. Far. q. 19. n. 33. & Brugiot. Instit. Crim. lib. 3. tit. 19. n. 6. & seq.* cum quibus concordat, *Calepin. Verb. Stellio in princ.* de cujus authoritate in decidendis causis benè *Franch. dec. 662. n. 17. Capon. discept. 327. n. 20. Afflict. contr. Jur. c. 38. n. 24. Card. de Luc. de Regal. disc. 97. n. 2. & de Præmin. disc. 36. n. 2. Pacichell. de Dist. c. 5. n. 3.* ubi, quòd Cardinalis de Aracœli solitus erat dicere, quòd quotidie versari debet in ejus 124 lectione, qui vult omnia discere, & *Rot. cor. Arguel. dec. 43. n. 16. & seqq. & dec. 93. à n. 3.* ubi, quòd in concursu Vocabularii della Crusca, & Calepini, major vis tribuenda sit eidem Calepino, illum proinde anteponendo dicto Vocabulario. Et loquendo *de Nathanael Duez. in Vocab. Gall. Lingu. Rot. dec 291. n. 6. par. 16. rec. & in Carpentoraten. hæreditatis, seu Fideicommissi 23. Junii 1690. §. Minus cor. R. P. D. Priolo.*

125 Duo poni solent exempla hujus criminis, unum, si quis merces, jam debitori obligatas, averterit, quia scilicet bonas, jam antea obligatas, non tradiderat, postea verò ei tradidit malas, & viliores, dicens, eas esse illas, quas ei obligaverat, *d. leg. 3. §. Sed si quis, ff. de Crim. Stellion. de Angel. de Delict. par. 1. c. 135. n. 5. & seqq.* Alterum est, si quis rem alteri obligatam, dissimulata obligatione, in alium per calliditatem distraxerit, & alienaverit, vel cum alia re permutaverit, vel alteri creditori in solutum dederit, *leg. 3. in fine, ff. de Crim. Stellionat. Caball. resol. crim. cas. 166. n. 1. & 3. Brugiot. Instit. Crim. lib. 3. tit. 19. n. 1. & seq. & Rot. dec. 263. n. 16. par. 19. rec.* ubi de cedente creditum jam exactum. Alia exempla hujus criminis innumera ferè sunt, quorum multa refert *Zuff. in Instit. Crim. lib. 2. tit. 14. à lit. F. usque ad lit. T.* Regula autem prædicta præ oculis habenda est, nec de exemplis, & speciebus ulteriùs certandum est, ut admonet *tex. in citata leg. 3. §. Item si quis in fin.* ne ulteriora sciscitanti 126 exempla applicetur stupidi qualitas, & denominatio juxta dictum *Galeni: Sæpè enim multitudine exemplorum stupidorum animi, veluti à somno excitantur, & S. Hier. lib. in Matth. c.* 18. ibi: *Quod per simplex præceptum teneri ab Auditoribus non potest, per similitudinem, exemplaque teneatur.*

127 Adverte hìc, quòd actio stellionatus concurrere potest cum actione civili pro damnis, & interesse juxta *literalia Jura*, relata *à Rot. in dec. 84. n. 26. cor. Arguel.* ubi *n.* 20. præmiserat, stellionatus crimen severissimè judicandum esse, sequendo *text. in leg. fin. Cod. de Crim. Stellion. & in dec. 56. n. 3. cor. R. P. D. Ansaldo*, ubi tamen, quòd hodie criminalia Fora 128 quiescunt ab indagatione hujus criminis, eò quia illud, tamquam nimis effectum familiare, purgari solet judicio civili, & concordat *Rayn. t. 2. c. 16. §. 19. n.* 6.

129 Adverte secundò, quòd hujus criminis reus dicitur Calceolarius, calceamenta faciens ex corruptis pellibus, *Fragos. de Reg. Reip. t. 1. lib. 7. disp. 19. n. 30. & Zaul. to. 2. lib. 7. rubr. 8. n. 6. fol.* 250. ubi *n. seq.* probat, idem dicendum de eo, 130 qui loco bombacis ponit lanam in thoracibus, quod priùs adverterat *Caput. de Regim. Reip. c. 3. §. 14. n.* 33. Idem verò *Zaul. d. f.* 260. *n.* 14. quærit cum *Sanch. cons. mor. lib. 1. c. 7. rub.* 3. an licitum sit emere à Sutoribus, & ab eorum Juvenibus fragmenta, quæ supersunt ex Vestibus, quas conficiunt, nihil determinando; Ego autem crederem, id licitum non esse, quia iidem Sutores, & Juvenes non sunt domini dd. fragmentorum, quæ debent vestium dominis, restituere, & contrarium practicando diceretur quis emere rem à non domino, quod nullo jure permittitur, *ut vidimus suprà, tit. 8. num.* 11.

131 Alia plura crimina extraordinaria referunt *Petr. Magrel. in addit. ad Bart. in Rubr. de Extraord. crim. Rayn. to. 2. ad c. 21. §. 1. supplet. 2. n.* 12. & signanter, quando quis dat pecuniam, ut sit Tutor; Vel pecuniam accipit, ut Tutor idoneus non assumatur; Vel comedendo minuit patrimonium defuncti; Vel cum fraude Pupillorum bona alienat, Vel demum, quando quis Lupi figuram accipiens, sive ex humorum vitio, & atræ bilis excessu, sive dæmonis ope, & male- 132 ficio, pueros comedit, quos Vulgus *Lupimanari* vocat *Paris de Put. de Synd. §. Officialis, Verb. Tortura num. 8. fol. 274. & Rayn. t. 2. ad c. 21. §. 1. supplet. 2.* ubi *nu.* 12. quòd licèr antea fabellas existimaret ea, quæ Vulgus perhibet de his Lupis manariis, ex inverisimilitudine, ut humana corpora in aliam speciem transformentur, attamen deinde opinionem mutavit, concludendo, quòd dantur casus, in quibus quis, tamquam 133 Lupanarius, seu *Lupomanaro* pueros edat, & carnibus humanis se pascat, quod pluribus exornat *Torrebl. Jur. Spirit. lib. 3. c. 10. n. 9. & seq. & in Demonolog. lib. 2. c. 38. per tot.* ubi *n.* 134 20. assignat rationem, quare Deus id permittat in pueris, non autem in adultis, quia scilicèt in Cœlum recto tramite rapiuntur, cùm sint à peccatis liberi; Vel in pœnam Parentum; Vel ad eorum probationem; Quæ omnia docet etiam *D. August. lib. 21. de Civit. Dei c.* 14. vide *Atlantem, tom. 1. in descriptione Livoniæ in fin. ubi ad rem.*

135 De crimine Scopelismi vide *tex. in leg. Saccularii 7. ff. de Extraor. crim. Georg. Mars. Mann. in Metroleg. c. 5. sub nu. 25. Ant. Matth. de Crim. tit. 5. c. 1. Zaul. t. 2. lib. 5. rub. 15. n. 1. & 2.* quod crimen committitur tunc, quando inimicus scopulos, seu lapides, in prædium inimici ponit, indicantes, quòd si quis dictum prædium colat, periturus sit insidiis eorum, qui scopelismos fecerunt, seu dictos scopulos posue- 136 runt.

Demum innumera ferè alia delicta extraordinaria, & innominata, atrocia, gravia, & levia, sive ratione officii, seu muneris, sive ratione personæ, latissimè ordine alphabetico explicat, & declarat *de Angel. de Delict. par. 2. per tot. & par. 3.* pariter *per tot.*

FINIS SECUNDI LIBRI.

INSTITUTIONUM CRIMINALIUM

ADVOCATI

DOMINICI URSAYÆ.

Liber Tertius.

De Criminibus mixti fori.

1 CRIMINA mixti fori dicuntur ea, quæ, si committantur à Laicis, æquè puniri possunt à Judice Ecclesiastico, ac à Sæculari, adeò ut inter ipsos detur præventio, *Sperel. dec.* 3. *num.* 15. *& Panim. dec.* 17. *adnot.* 1. *num.* 1. ubi *annot. seq.* latè enumerat, & explicat quænam crimina dicantur mixti fori.

2 Dixi *si committantur à Laicis*, quia si committuntur à Clericis; solus Judex Ecclesiasticus animadvertere potest, *Tondut. de Præv. par.* 1. *cap.* 1. *n.* 8. *& par.* 2. *c.* 28. *n.* 1. ubi *num.* 4. unicum dumtaxat excipit casum, quando scilicet 3 agitur de crimine assassinii, propter cujus enormitatem Clericus fori privilegium amittit, dummodò tamen plenè constet de qualitate ejusdem delicti, ut vidimus supra, *lib.* 2. *tit.* 5. *n.* 514.

4 Sciendum siquidem, quòd ex dispositione utriusque Juris nemo possit pro eadem causa coram pluribus Judicibus vexari, *c. penult. de For. compet. & leg. Qui de crimine, Cod. de Accusat. Carlev. de Jud. lib.* 1. *tit.* 1. *disp.* 1. *quæst.* 7. *sect.* 3. *n.* 899. Hinc factum est, ut quando plures Judices de eodem crimine cognoscere possunt, vel sint ambo Ecclesiastici, 5 vel unus Sæcularis, & alter Ecclesiasticus, ille cognoscere debet, qui prævenit, *cap. penult. de For. compet. & leg. Si quis, ff. de Judic. Franc. dec.* 147. *n.* 5. *& Conciol. resol. crimin. verb. Præventio resol.* 1. *& seqq.* Itaut si plures sint Rei ejusdem delicti præventio facta cum uno ex eis, inducat 6 præventionem etiam quoad alios, ne instantia dividatur, & super eodem delicto contrariæ oriantur sententiæ, *Giurb. cons.* 59. *n.* 126. *& Capyc. Latr. dec.* 18. *n.* 15. *& seqq. par.* 2. Quidquid dicat *Farin. quæst.* 7. *n.* 62. quem reprobat *Conciol. dict. verb. Præventio, resol.* 2. *num.* 4. *&* 5. *& n.* 12. *&* 13.

Nota hìc, quòd contra Reum delicti mixti fori, quando ille contumax est, uterque Judex procedere potest, ille verò qui prævenit in captura, procedit ad exequutionem suæ sententiæ, *Sacra Cong. Immun. in Viterbien.* 4. *Septembris* 1703. *Ponente Card. Scotto.*

Nota secundò, quòd contra Reum contumacem uterque Judex procedere potest, & nemo ex illis præventionem allegare, sed postquam sequuta fuit gratia, vel remissio Judicis Ecclesiastici, non potest ampliùs Judex laicus illum punire, *Sacra Cong. Immunitatis in Perusina* 30. *Septembris* 1704. *Ponente de Totis.*

7 Definitur præventio, seu veriùs describitur *à Socc. in cap. Proposuisti, de For. compet.* ut sit *Jurisdictionis, quæ pluribus Judicibus competebat, vel competere poterat, per unum Judicem sibi soli facta appropriatio, & in sua persona consolidatio,* & sequitur *Tondut. de præv. par.* 1. *c.* 2. *nu.* 1. Prævenisse au-8 tem dicitur ille Judex, qui priùs citavit, & processum inchoavit, *Tondut. de Prævent. par.* 1. *c.* 1. *n.* 1. Dummodò tamen citatio devenerit ad notitiam citati, adeoque fuerit 9 exequuta, nec enim sufficit, quòd fuerit tantùm decreta, *Scacc. de Judic. lib.* 1. *c.* 12. *n.* 58. *Decian. lib.* 4. *cap.* 21. *n.* 1. *&* 7. *& Conciol. verb. Præventio resol.* 3. *n.* 5.

10 Sed pone, quòd unus Judex alterum prævenerit in citatione verbali, facta Reo, alter verò prævenerit per citationem realem, hoc est per capturam ejusdem, quæro quis ex illis sit præferendus. Respondeo, quòd Judex, qui prævenerit per citationem realem, præferendus sit in ejus coercitione, quamvis hæc citatio realis fuerit tempore posterior citatione verbali, quia factum fortius est, & efficacius verbis, adeoque ejus etiam effectus validior esse debet, *Far. q.* 7. *n.* 53. 11 ubi, quòd hæc opinio est, & sequenda, *Capibl. de Baron. par.* 2. *pragm.* 8. *n.* 214. *& Carlev. de Judic. lib.* 1. *tit.* 1. *disp.* 2. *q.* 7. *sect.* 9. *n.* 884. ubi contrariis respondet, & dicit ab hac opinione, uti magis communi, & in praxi recepta, non esse recedendum, nisi citatio personalis, seu captura sequatur in fraudem citationis verbalis, puta, quia citatus verbaliter ab uno 12 Judice, spontè se constituat coram alio, & ab eo se faciat carcerare; Tunc enim remittendus est ad Judicem, qui citavit, quia captura affectata pro præventione non attenditur, *Vermigl. cons.* 212. *n.* 5. *de Rub. de Valid. legal. cap.* 14. *n.* 13 13. *& seq. & Conciol. res. crim. verb. Præventio, res.* 2. *n.* 12. *&* 13.

14 Adverte tamen, quòd si Reus antea verbaliter citatus ab uno Judice, & inde ab altero captus, opponat de verbali citatione, facta à primo Judice, ad illum est remittendus, *Foller. in Prax. verb. Audiantur, sub n.* 159. *Guazz. ad Defens. Reor. defens.* 1. *cap.* 9. *n.* 18. *& Conciol. resol. crim. verb. Præventio resol.* 3. *n.* 13. Proindeque ad hoc, ut Reus possit 15 puniri à Judice capiente, necesse est, quòd in illum consentiat, si ab altero fuit antea verbaliter citatus, aliàs citatio realis non erit fortior citatione verbali, quæ præcesserit, *Far. quæst.* 7. *num.* 53. *& Guazz. ad Defens. Reor. par.* 1. *cap.* 9. *num.* 18.

16 Quid si dubium sit, an prævenerit Judex sæcularis, vel Ecclesiasticus, Ad Judicem Ecclesiasticum spectat causæ co-17 gnitio; In dubiis enim dignior est præferendus, *Butr. in c. Cæterum, nu.* 9. *de Judic. Conciol. resol. crim. verb. Præventio,* 18 *res.* 3. *n. fin. & Sperel. dec.* 134. *n.* 26. ubi, quòd in dubio præferendus est ille Judex, qui majorem habet Jurisdictionem.

TITULUS I.

De Crimine Blasphemiæ.

1 BLasphemiæ crimen esse omnium immane, fœdissimum, & horribile, communiter observant DD. relati per *Brugiot. Instit. Crim. lib.* 1. *tit.* 6. *n.* 3. *Crispol. in Casib. milit. cas.* 4. *n.* 1. *& seqq.* ubi, quòd ex hoc crimine proveniunt bella, 2 transferuntur Regna, evertuntur Imperia, fames, pestis, omnesque graves ærumnæ habent originem, quod advertunt pariter *Boer. dec.* 301. *ferè per tot. de Rub. de valid. legal. c.* 32. *in princ. & c.* 33. *n.* 45. *& seq.* Et ratio est, quia in aliis deli-3 ctis principaliter intenditur commodum delinquentis, blasphemans autem immediatè, & directè injuriam, & contumeliam Dei pro scopo sibi præfigit, ita ut nullum admittat velamen, vel excusationem, *Campan. in Diversf. Jur. can. rubr.* 11. *cap.* 26. *n.* 70. *Lazar. de Blasph. q.* 4. *n.* 2. *& seq. & Conciol. resol. crim. verb. Blasphemia res.* 1. *n.* 1. Unde meri-4 tò *D. Hier. in cap.* 8. *Isaiæ* asserit, *Nihil horribilius blasphemia, omne quippe peccatum comparatum blasphemiæ, levius est, & D. Hieron.* sequuntur *D. Thom.* 2. 2. *q.* 13. *art.* 3. *& P. Segner. nel Christ. instr.* 1. *par. ragion.* 8. *n.* 7. *& seqq.* ubi multiplices assignat congruas rationes hujus conclusionis, subdens *n.* 22. *in fin.* in hoc crimine nullam considerari pos-5 se utilitatem blasphemantis, *perchè dalla bestemmia non vi è chi cavi guadagno, se non l'Inferno, non vi è piacere, perchè la lingua bestemmiatrice si pasce di mero assenzio,*

zio, e non vi è honorevolezza perchè è pazzia, non è prodezza il pigliarsela contra Dio.

6 Definitur blasphemia, *ut sit loquutio falsa contra Deum per modum convitii*, *Sanch. ad Prac. lib. 2. cap. 32. n. 1. Caren. de Inqui. par. 2. tit. 7. n. 2. Zuff. Instit. Crim. lib. 2. tit. 21. lit. R.*

7 Dicitur *loquutio* ad denotandum, quòd blasphemia in solis verbis, ore, vel scripto prolatis consistit, *Caren. ubi proximè, & Sanctar. de Blasph. c. 1. dub. 3. n. 5. & 6.* Quidquid dicant *Cordub. in quaestionar. lib. 1. q. 17. §. 15. not ab. 1. & Via in Summ. Jur. Can. lib. 3. tit. 36. vers. Quotuplex, & Cosp. nel Giud. crim. par. 2. c. 5. n. 20.* autumantes, blasphemiam consistere in factis.

8 Licèt autem propriè loquendo blasphemia in factis non consistat, nihilominus quando manibus destruitur, vel malè tractatur, vel conspurcatur, vel in loco indecenti ponitur signum nostrae Redemptionis, vel effigies alicui Sancti, in quo actu citati Authores ponunt blasphemiam facti, & praeter illos, *Chartar. dec. crim. 2. num. 18.* Id nimis In-
9 decens, indecorum, & omni Jure prohibendum est, ut de signo sanctissimae Crucis, humi posito est, *text. in leg. unic. C. Nemini licet sign. Salvat.* & observat *Laur. Belo in leg. 2. n. 1. & seqq. Cod. de Sacros. Eccl. & R. P. D. Dandin. de suspect. de haeres. cap. 2. sect. 7. subsect. unica n. 42. fol. 257.* Et de eodem sanctissimae Redemptionis signo, picto in locis lutuo-
10 sis, ad hoc, ut ipsius majestas plebem arceat mincturientem idem vide latè de hac materia differentem *Monacell. in formul. tom. 2. for. 6. à num. 10.* ubi egregiè *Belo ubi supra nu. 15. Petr. Jacob. in Prax. libel. rub. de Stat. Cur. Rom. num. 5.* ubi, quòd severè puniri debent ii, qui in dictis locis mingunt, *Zaul. tom. 1. lib. 4. rub. 62. num. 9. fol. 693.* ubi, quòd hoc passim non sine admiratione practicatur, *& Rayn. tom. 1. §. 8. num. 21. & in supplet. 4. per tot.* Et detestando si-
11 tuationem Imaginis sanctae Mariae Magdalenae, positam in Urbe in Loco, ubi sepeliuntur Meretrices, vocato *Muro torto Raynaud. tom. 18. Heteroclit. Pie. par. 2. sect. 3. de Pietat. heterocl. punct. 6. num. 7. fol. mihi 336.* de quo loco mentionem pariter facit *Scan. de Visit. Carc. lib. 1. cap. 4. numer. 35.* ubi, quòd illarum cadavera publicè per Urbem ad sepeliendum ibidem portantur, absque luminibus, & Cruce.

Nota hic, quòd modus Blasphemandi facto, hoc est conspurcando, & indecora faciendo prope res Sacras, est delictum spectans ad Cong. S. Officii, ut mandavit *Urbanus VIII. 20. Novemb. 1625.* teste de *Albyc. de Inconstant. in Fid. cap. 36. n. 59. & 60.*

12 Dicitur *falsa* ad denotandum, quòd in blasphemia semper inest falsum, vel in actu signato, quando scilicet aliquod falsum Deo attribuitur, vel in actu exercito, quando etiam si verum significatur, ex ipso contumelioso modo significandi, denotatur actus irrisorius, latè *Bordon. in Man. S. Offic. sect. 45. n. 9. & seqq. & de Angel. de Delict. p. 1. c. 14. num. 2.*

13 Dicitur *in Deum*, quia licèt etiam contumelia in Sanctos prolata sit blasphemia, eatenus tamen dicitur talis, quatenus illa redundat in Deum, *Sanctar. de Blasph. cap. 1. dub.*
14 *1. vers. Obiices 1.* Unde blasphemia esset in Beatissimam Virginem, & Dei Sanctos aliquod impium, & opprobriosum dicere, *cap. fin. de Maledict.* ibi *Si quis contra Deum, & Sanctos ejus*, Etiamsi agatur de illis Sanctis, qui ex tolerantia Romanae Ecclesiae in aliquibus tantùm Locis, seu
15 Provinciis, venerantur, ut de Carolo Magno advertit, *Fagnan. in cap. Audivimus n. 24. & seqq. de Reliq. & Vener. Sanct.* ubi, quòd ex eadem tolerantia Romanae Ecclesiae in sua Cappella Aquisgrani dumtaxat colitur, & tamquam Sanctus veneratur. Sicuti enim laudare Sanctos, quate-
16 nus Deo per charitatem sunt conjuncti, est actus Religionis, sic illis maledicere, aut contumeliam aliquam irrogare, blasphemia est; Imo, ut benè notat, *Tolet. Instrut. Sacerd. lib. 4. cap. 13. num. 11.* potest etiam habere locum
17 blasphemia maledicendo homines viatores, vel etiam creaturas irrationales, si tamen maledicantur, quatenus Dei creaturae sunt, & secundum *Amen. de Delict. & Poen. tit. 5. §. 2. n. 11.* blasphemia esset reductivè summum Pontificem vo-
18 care Episcoporum Tyrannum, quia negaretur directa potestas, à Christo data Divo Petro, ejusque Successoribus, Tyrannus enim ille est, qui non legitimo jure, sed per vim Reipublicae dominium invadens, ad privatam utilitatem cum saevitia illam administrat, *Bart. in leg. Decernimus, C. de Sacros. Eccles. & Cujac. lib. 3. obser. cap. 19.* & ad rem lepidissimum *Boccalin. ne Ragu. di Par. nas. rag. 76. cent. 1.* ubi,
19 quòd cum Aristoteles definisset, Tyrannos esse illos, *che più attendevano alla propria, che all' utilità de loro Sudditi*, *Ursaya Institut. Crimin.* coactus fuit hanc definitionem mutare, & asserere, *che li Tiranni furono certi huomini del tempo antico, de quali oggi giorno affatto s'era perdutta la razza.*

20 Dicitur demum *per modum convitii*, quia de ratione blasphemiae est diminutio, & derogatio divinae gloriae, sive id fiat enuntiativè, sive imperativè, sive optativè, juxta triplicem modum blasphemandi, de quo *Bordon. in Man. S.*
21 *Offic. sect. 45. n. 8.* ubi *à n. 60. usque ad n. 142.* enumerat diversas formulas blasphemandi, quas horret animus, & vacillat calamus hic trascribere, videri tamen possunt apud *Card. de Albic. de Inconst. in Fid. par. 1. c. 31. per tot. & sign. à nu. 37. & de Angel. de Delict. par. 1. c. 24. per tot.*

22 Multipliciter autem attribui potest Deo falsum, & consequenter blasphemari. I. Si fiat imprecatio eorum, quibus ipse in rei veritate minimè potest subjacere, veluti si quis dicat, *Malum hoc veniat Deo*, Nam praeter sacrilegium, & irreverentem loquendi modum, falsum est, Deum istis male-
23 dictis, & imprecationibus subjacere posse, sicut subjacent creaturae, falsòque proinde ei attribuitur dictorum malorum
24 passio *Boer. dec. 301. n. 1.* II. Si quis impiè dixerit, *faciam hoc contra Dei voluntatem.* Hoc enim est falsissimum, quia nemo est, qui Divinae possit resistere voluntati *D. Paul. ad Rom. 9. 19.* Falsò insuper Divinam negat Omnipotentiam, sibique vilissimae creaturae majorem arrogat potestatem, quam
25 sit illa Ipsius Dei. III. Si quis dicat *non placeat Deo, quod Ego umquam injuriam remittam*, vel similia, quia hic dicit falsum de Deo, supponendo, quòd opus bonum possit illi displicere, *Decian. lib. 1. c. 2. n. 8. & Car. Ant. de Luc. in Prax.*
26 *Crim. c. 11. n. 7.* IV. Si quis dicat *Si ipse Deus hoc diceret, responderem, quod mentitur*. Sic enim falsissimè supponeret, Deum posse esse mendacem, & falsum contra id, quod le-
27 gitur, *Joann. 14. 6.* Ad quòd blasphemiae genus *P. Segner. nel Christ. instr. par. 1. ragion. 8. nu. 3.* reducit modum illum loquendi de Deo, quo *Roder. Histor. Hispan. par. 4. c. 5.* asserit, usum fuisse Alphonsum Aragoniae Regem, nempè *che se si fosse trovato al principio della creazione del Mondo, averebbe suggerite a Diò maniere più rette ad ordinare le cose*, quo nihil absurdius, nilvè impudentius, quòd dictum refert etiam *P. Bart. nell' Uomo di Leter. par. 2. verb. Alterezza in princ. vers. Ma s. 53.* & novissimè refert etiam *P. Annibal. Marchett. in lib. cui titulus Iddio rintracciato per le sue orme*, ubi antecedenter *Ricciolio in fine Geometr. reform.* notaverat,
28 numerum hominum pro quolibet saeculo ascendere à *mille millioni*, hac distributione 100. in Europa 500. in Asia 200. in Africa, & totidem in America.

29 Dividitur blasphemia in haereticalem, & non haereticalem, *Caren. de Inquis. par. 2. tit. 7. §. 2. num. 7. & seqq. Brugiot. Inst. Crim. lib. 2. tit. 6. num. 4. & seqq. Rojas de Haeret. q. 2. assert. 12. n. 170. & seqq. & Basil. dec. 21. n. 2* Haereticalis
30 est, quae opponitur alicui dogmati Catholico, ut si quis diceret, Deum non esse trinum, & unum *Transmuer. de Oblig. denunc. q. 4. c. 6. n. 3. & Conciol. resol. Crim. verb. Blasphemia res. 2. n. 5.* & haec blasphemia haereticalis non est mixti fo-
31 ri, sed ejus cognitio privativè spectat ad Tribunal Sanctissimae Inquisitionis, *Scacc. de Judic. lib. 1. cap. 12. n. 56. Tondut. de Praevent. Judic. par. 2. cap. 27. n. 12. & c. 28. nu. 6. & seqq. Sabell. in prax. univers. verb. Eretici num. 4. & Beller. disq. Cleric. par. 1. tit. de fav. Cler. real. §. 4. n. 141.* Non haereticalis verò est dictum in contemptum, vel injuriam, vel
32 Deiparae, vel Angelorum, vel Sanctorum hominum *Via in Summ. Jur. Can. lib. 3. tit. 36. de Maled. vers. Quotuplex*, de quibus blasphemiarum speciebus latè *Cosp. nel suo Giud. Crimin. par. 2. c. 25. & 37.* ferè per tot. *& Bord. in Man. S. Offic. sect. 45. per tot.*

33 In illis verò casibus, in quibus blasphemiae crimen ad Tribunal Sanctissimae Inquisitionis spectat, & in aliis causis coram ipsa pendentibus, omnia expedienda sunt gratis, tam scilicet ab Ordinariis Locorum, quam ab eorum Cancellariis, & Notariis, qui nihil omninò, neque etiam à spontè dantibus recipere possunt, tam pro examine Testium, quàm ipsorummet Reorum, & pro quocumque alio decreto, seu actu, ut sancivit *fa. mem. Clem. VIII. in ejus Constitut. 76.*

34 Aggravatur blasphemiae crimen, & atrocius fit ex pluribus capitibus. I. Ratione personae, Quia atrocior est bla-
35 sphemia in ore Clerici, & Religiosi, quam in ore Laici, & gravior in persona docti viri, quàm Rustici; Reprahensibilius enim est delictum in eo, qui majori dignitate praeful-
36 get, *Gonz. in c. Cum quidem n. 1. de Jurejur.* II. Ratione con-
37 suetudinis, ex quo enim quis linguam suam disertam fecit, & acutam in blasphemiis, & maledictis, est magis inculpa, quàm alter ex impetu, vel ira blasphemans, *Alex. Roman.*

Roman. in Comment. ad pragm. 1. *n.* 128. *de Blasph. Rayn. to.* 1. *c.* 1. §. 1. *& seqq. n.* 34. *& Conc. V. Blasph. resol.* 1. *num.* 4.

38 Consuetus autem blasphemare non dicitur, qui bis blasphemaverit, sed qui pluribus, reiteratis, & diversis civibus, atque interpolatis temporibus hoc egerit, *Sanctar. de Heres. tract.* 3. *de Blasph. c.* 6. *dub.* 5. *n.* 5. *& Caren. de Inquis. par.* 3. *tit.* 7. §. 5. *n.* 22. *& seqq.* ubi latè explicat quot actus requirantur adhoc, ut quis dicatur solitus blasphemare, & *Conciol. verb. Blasphemia resol.* 1. *num.* 4. ubi, quòd solitus blasphemare dicitur ille, qui per plures vices, puta quin-39 que blasphemavit, *Card. de Albic. de Inconst. in Fid. par.* 1. *c.* 31. *nu.* 153. *& Francisc. de Magistr. in Sylv. Eccles. to.* 2. 40 *lib.* 2. *cap.* 18. *sub n.* 8. *&* 9. III. Ex intentione, & mente; Nam plus peccat, qui appensatè, & deliberatè blasphemat, quasi delectamentum capiens ex maledictis, quàm ille, qui ex impetu iracundiæ, vel alterius inordinati motus, 41 & passionis animi, *Carol. Tap. de Jur. Regn. lib.* 5. *t.* 18. *nu.* 6. *Sansel. dec.* 369. *n.* 9. *& Baron. de Corpor. in Addition. tit. de Lingua, vers. Blasphemans, Conciol. resol. crim. verb. Blasphemia, n.* 12. *&* 13. Verumtamen est, quòd ira, & præser-42 tim, injusta, non excusat in totum blasphemantem, sed saltem pœna extraordinaria est puniendus, *Rayn. t.* 1. *c.* 1. §. 1. *& seqq. à n.* 29. ubi 40. quòd ira proveniens ex ludo numquam potest dici justa, & consequenter non excusat. Seve-43 riùs eos puniendos esse leges statuerunt, qui data opera, consultò, & per contumeliam delinquunt, quàm reliquos, qui alio quocumque modo peccant ut notat *Demosthenes* relatus *à Tholos. Synt. l.* 30. *c.* 3. *nu.* 7. ubi alios quoque allegat 44 concordantes. IV. Ratione scandali, nam graviùs peccat, qui publicè, & coram pluribus blasphemat, quàm qui in domo privata, & coram uno, vel duobus. V. Ex ejus 45 specialitate, quia atrocior est exquisita, magisque opprobriosa blasphemia, quàm alia generalis, & communi-46 ter dicta. VI. Demum ratione objecti dignioris; Nam gravior est blasphemia in Deum, in Spiritum sanctum, in Sanctissimam Trinitatem, in Christum Dominum, quàm in Beatissimam Virginem, & major ea, quæ in Virginem, quàm quæ in Sanctos, ut de iis omnibus latè *Decian. lib.* 6. *c.* 2. *per tot. & Far. q.* 128. *n.* 11. *& seqq.*

47 Circa pœnas blasphemiæ de Jure Divino aderat pœna mortis, nam blasphemus lapidibus obruebatur, *ut in Levit. c.* 24. & observat *P. Segner. nel Christ. instr. par.* 1. *ragion.* 8. *n.* 15. ubi *rag.* 19. *sub n.* 6. advertit, ex communi Do-48 ctorum sententia in blasphemiæ pœnam permitti à Deo tempestates & Agrorum desolationes. De Jure verò Civili pariter est pœna ultimi supplicii, *ut in* §. *Quoniam, Auth. Ut* 49 *non luxurientur*, & observant *Decian. lib.* 6. *c.* 6. *n.* 4. *A bau de Reatib. q.* 7. *n.* 301. *& in Prax. crim. verb. Blasphemia, n.* 6. *&* 7. *Brugiot. Instit. Crim. lib.* 2. *tit.* 6. *n.* 9. *Card. de Luca in Prax. crim. verb. Blasphemia, in princ. & Basil. dec.* 21. *nu.* 7. ubi *n.* 10. quòd in suo casu capitalis sententia non fuit exequuta ob præventivam mortem Rei in carceribus.

50 Hæc tamen pœna ultimi supplicii recessit ab Aula, adeo ut *Farin. q.* 20. *n.* 64. asserit, se nunquam vidisse imponi pœnam mortis blasphemis, sed, vel carceris, vel Triremium, vel alteram mitiorem, Judicis arbitrio regulandam, ex gravitate, vel levitate blasphemiæ, & ex qualitate delinquentis, *Caren. de Offic. Inquis. par.* 2. *tit.* 7. *n.* 91. *Sperel. dec.* 134. *n.* 52. ubi varias hujus criminis pœnas egregiè examinat, *Card. de Albic. de Inconst. in Fid. c.* 31. *n.* 146. *& seqq. Rayn.* 51 *t.* 1. *c.* 1. §. 1. *n.* 9. *&* 10. ubi, quòd aliquando puniuntur blasphemantes pœna mutilationis linguæ. Adsunt pariter in hac parte *Const.* 23. *Jul. III.* necnon *Constit. Leonis X. & B. Pii V.* quas registrat *Farin. in d. q.* 20. *num.* 63. & de quibus latè *Carena, Conciolus, de Angelis, & Bordonus in locis suprà allegatis*.

52 Si quis tamen unico actu, & impetu pluries blasphemaverit, pro unica vice puniri debet, *Zambell. in reg. Jur. crimin. c.* 21. *nu.* 7. *Penut. de Moment. tempor. c.* 20. *nu.* 16. *Lazar. de Blasph. q.* 8. *n.* 8. *& seqq. Rayn. t.* 1. *c.* 1. §. 1. *& seqq. num.* 132.

53 A quibus pœnis nullatenus excusat minor ætas dummodò blasphemans doli capax sit, ut advertunt *Franc. de Magistr. in Sylv. Eccles. tom.* 2. *lib.* 2. *c.* 18. *nu.* 23. *& Card. de Albic. de Inconst. in Fid. par.* 1. *cap.* 31. *n.* 158. *Rayn. tom.* 1. *cap.* 1. §. 1. *& seqq. à n.* 24. *usque ad* 28. ubi, quòd *S. M. Inn. XI.* in Edicto publicato *die* 29. *Maii* 1680. statuit, ad hunc 54 effectum haberi pro majoribus illos, qui excedunt annum 20. *Boer. dec.* 301. *n.* 5. ubi *ex D. Gregor. Dial. lib.* 4. *c.* 19. refert casum punitionis pueri quinque dumtaxat annorum, qui è manibus Patris à Diabolo ereptus, ad Inferos delatus 55 fuit, quòd practicatum pariter fuit cum illis Pueris, qui Elisæo maledixerant, *lib.* 4. *Reg. cap.* 2. Quem casum pueri quinquennis refert etiam *P. Campion. nell' Instr. per gl' Ordin. cap.* 10. *num.* 12.

Excusabit tamen ebrietas, si non in totum, saltem ut 56 ebrius mitiùs puniri debeat, *Canter. qq. crim. c.* 3. §. 10. *de Blasph. n.* 2. *& Card. de Albic. de Inconst. in Fid. par.* 1. *c.* 41. *n.* 155. Ebrius enim furioso æquiparatur, *Decian. lib.* 6. *c.* 57 5. *n.* 8. *Caren. de Offic. Inquis. par.* 2. *tit.* 7. *num.* 31. *& seq. & Conciol. resol. crim. verb. Blasphemia, resol.* 1. *n.* 10. Vide Rotam in magistrali decisione *Colonien. Canonicatus* 20. *Aprilis* 1711. *coram Falconerio*.

Ebrietas autem tripliciter consideratur I. Scilicet levissi-58 ma, quæ hominem dumtaxat exhilarat, quæque proindè pœnam nullatenus minuit, *Ptolem. Instit. crim. lib.* 1. *tit.* 27. *de Excusat. crim. imputat. fol. mihi* 184.

De qua ebrietatis specie verificari potest facetum illud di-59 ctum *Gloss. in Can. Moyses Verb. In sicco* 32. *q.* 2. relatum *à Bellot. disquis. Cleric. p.* 1. *tit. de Disciplin. Cleric.* §. 22. *nu.* 32. quòd scilicèt aliqui diversarum Nationum, ab eadem Glossa nominatarum, nempe Hormanni, Angli, & Poloni fortiter bibunt, ne anima habitet in sicco. II. Levis, quæ mentem hominis turbat, ob quam pœna minuenda est, & 60 III. Magna, quæ mentis alienationem inducit, & furori si-61 milis est, propter quam omnis cessare debet pœna, *Caren. de Inquis. par.* 2. *tit.* 7. *n.* 32. *& par.* 3. *tit.* 9. *nu.* 4. *Lazar. de Blasph. q.* 8. *n.* 50. *& Conciol. resol. crim. verb. Blasphemia, resol.* 1. *n.* 11. Hac occasione notanda hic astutia illorum Scho-62 larium, qui, referentibus *Odofred. & Castrens. in l. Dolum C. de Dol. mal. & Cyriac. contr.* 465. *n.* 8. cupientes inebriare quemdam Doctorem, nomine Aldericum, eum invitaverunt ad prandium, & dabant illi vinum generosum album, uti aquam pro diluendo vino rubro. Quem modum 63 scio, quemdam Lectorem famosissimæ Universitatis cum alio Lectore ejusdem Universitatis ad praxim reduxisse de mense Octobris 1702.

Quia verò ut plurimùm ebrii veritatem fateri solent, juxta 64 adagium illud, relatum *à Paul. manut. in Adagiis – Non audivi verum, nisi à tribus hominum generibus, Pueris, Ebriis, & Insanis*, & commune, atque vulgatum illud, *Veritas attributa est vino*, ad quod allusit egregius Poeta, dicens:

Si latet in vino verum, ut proverbia dicunt,
Invenit verum Theuto, vel inveniet.

Hinc quæri solet, an licitum sit hominem inebriare ad 65 detegendum aliquod secretum, publicam concernens salutem. Negativè autem respondeo cum *Fagn. in c. Audivimus, à n.* 33. *de Reliq. & Vener. Sanct.* ea ratione, quia ebrietas secundùm se intrinsecè mala est, ut latissimè ibidem pro-66 bat contrariis respondendo.

Non diceretur verò quis ebrius ex bibitione magnæ quan-67 titatis vini stillati, vulgò *Acquavita*, hæc enim suo tenuissimo spiritu nullatenus inebriare apta est, sed sanguinem accendit, & inflammat, febresque, & alios morbos generat, ut docent *Jacob. Sach. de Vit. Vinif. effect. sect.* 7. *cap.* 68 2. *& Pignat. consult.* 18. *num.* 57. *tom.* 6. An autem gabella imposita pro vino solvenda sit pro aquavitis, vide *Card. de Luc. de Regal. disc.* 53. *per tot. & signanter à num.* 7. *usque ad finem*.

Non benè autem credunt aliqui, abstemios, illos scili-69 cet, qui vinum non bibunt, debiles esse, ut observat *Zacch. quæst. Medicolegal. lib.* 3. *tit.* 1. *quæst.* 3. *n.* 5. *post med.* ubi, quòd Tiraquellus, licèt abstemius, ex legitimis nu-70 ptiis triginta filios suscepit, quòd adverterat priùs *Normann. de Miracul. vivor. titul. de Parent. mult. Libel. hab.*

Adverte hic, vinum sanguinem Terræ appellasse Andro-71 cidem penes *Plin. lib.* 14. *c.* 5. quem sequutus fuit *Rayn. to.* 2. *cap.* 15. §. 2. *n.* 120. ubi *n.* 128. relativè se habet ad *Lel. Bisciol. lib.* 2. *cap.* 5. *horar. subsicivar. circa quæst.* an aqua vino infundenda sit, ut voluit *Scaliger*, vel potiùs, an vinum aquæ, ut meliùs putat *Cardan*, & an vinum aqua dilu-72 tum sit sanitati magis utile, potiùs, quàm sine aqua potatum.

Multòque magis à blasphemiæ pœnis excusabit insania, 73 ex adductis per *Decian. lib.* 6. *cap.* 5. *n.* 7. *& Rayn. cap.* 1. §. 1. *& seqq. num.* 134. Prout etiam mitiùs punietur ille, qui postquàm blasphemavit, pœnitentia ductus, blasphemiam 74 revocavit, & retractavit, tunc enim per lubricitatem linguæ deliquisse præsumitur, *Arnold. Alberic. de agnosc. Cath. & Heretic. quæst.* 27. *n.* 9. *&* 13. *Pegn. in Director. Inquis. commen.* 17. *& Conciol. res. crim. verb. Blasphemia, resol.* 1. *n.* 14. ubi, quòd idem est dicendum de eo, qui statim post blasphemiam sibi percussit os, vel pectus, dicendo, *Dio* 75 *me'l perdoni*, & similia.

An

76 An autem jocosè blasphemantes sint mitiùs puniendi, affirmat *Tancred. de Relig. tract. 2. lib. 1. disp. 4. n. 11.* Ego autem cum *Rayn. tom. 1. cap. 1. §. 1. & seqq. nu. 133.* crederem acriùs
77 esse puniendos; Deus enim non per jocum blasphemandus, sed seriò honorandus, & venerandus est, *Salzed. ad Diaz. in Prax. crim. can. cap. 111. vers. sed locus.*

78 Nota hic, quòd Reus hujus criminis, etiam post Sacramentalem confessionem, & absolutionem puniri potest, & debet pœnis temporalibus; Per blasphemiam siquidem offen-
79 ditur Deus, & Respublica, per absolutionem autem datur remissio quoad Deum dumtaxat, *Farin. qu. 20. nu. 42. Ricciul. de Jur. pers. lib. 4. c. 68. n. 12. & Rayn. to. 1. c. 1. §. 1. & seqq. nu. 140.* ubi, quòd procedit conclusio, etiamsi absolutio detur à Prælato habente Jurisdictionem in temporalibus contentiosam, imo etiam à Sum. Pontifice, quod asserit etiam *Aillon. ad Gomez. de Delict. c. 1. n. 40.* A quo si excommunicatus salu-
80 tetur in Literis Apostolicis, non proindè censetur absolutus juxta *Text. in cap. Si aliquando, de Sent. excomm.* ubi latè *Fagnan.*

81 Nota 2. quòd blasphemans omninò repellitur à testificando maximè in causis gravibus, ex cumulatis per *Farin. qu. 56. nu. 414. de Rub. de Valid. legal. cap. 31. n. 69. & seqq. & Lazar. de Blasph. qu. 5. nu. 6.*

82 Nota demum, falsum videri axioma illud, quod referunt *Decian. lib. 6. cap. 2. num. 24. & Bordon. in Manual. S. Offic. sect. 59. num. 26.* quòd Galli, Burgundi, Asculani, & Perusini, sint maximi blasphemi, ad rem autem observat *idem Bordon. ubi supra*, quòd asserendo contrarium, oporteret dicere, hodiè totum Mundum esse Gallum, Burgundum, Asculanum, & Perusinum.

TITULUS II.

De Crimine Perjurii.

1 Cum perjurium nihil aliud sit, quàm juramenti transgressio, & violatio, *Brugiot. Instit. Crimin. lib. 2. tit. 14. nu. 2.* præmitten. est pro illius pleniori notitia quid, & quotuplex sit Juramentum.

2 Definiri autem potest cum *Bonac. t. 2. circa 2. prac. Decal. disp. 4. quæst. 1. num. 1. Invocatio Dei in testimonium veritatis*, seu cum *R. P. D. Ansald. de Commerc. & Merc. disc. 42. nu. 5. Invocatio Divini nominis, ad fidem faciendam, vel promissionem servandam*, Estque spirituale vinculum creaturæ fidelis
3 jurantis, ut notant *Canonistæ in cap. Cum contingat, de Jure Jur. & Panim. dec. 17. adnot. 3. num. 17.* ubi, quòd est vincu-
4 lum personale, non transiens proinde ad hæredes jurantis quoad reatum perjurii, licèt ad eos transeant juramenti vires quoad observantiam contractus, per defunctum celebrati, *&*
5 *de Angel. de Delict. p. 1. c. 100. num. 25.*

6 Atque duplex est ad nostrum effectum, assertorium scilicet & promissorium, Assertorium, vel est de rebus præteritis, vel præsentibus, veluti si jusjurandi interpositio fiat, quòd hoc, vel illud fuerit, vel factum sit, vel quòd de præsenti sit, aut fiat. Promissorium verò de futuris tantùm, vel faciendis
7 vel non faciendis, *Bonac. ubi sup. punct. 2.* ubi alias quoque assignat divisiones juramenti, nempè in illud, quod fit verbis, & illud, quod fit nutu, vel signis: In absolutum, & conditionale; In illud, quod fit per Deum, & illud, quod fit per creaturas; In simplex, & solemne; In illud, quod fit per contestationem, & in illud, quod fit per execrationem, seu imprecationes, quas juramentorum species latè explicat.

8 Sed pone, quòd verba juramenti sint dubia, quæro, an sint interpretanda juxta mentem jurantis, vel recipientis juramentum, Respondeo, quòd, vel in præstatione juramenti intervenit dolus ex parte utriusque, & juramenti verba intelligenda sunt juxta eorum significationem; Vel intervenit dolus ex parte unius, & intelligenda sunt juxta communem intelligentiam, *ita D. Thom. 2. 2. quæst. 89. art. 7. ad 4. & in corpore*, ubi quòd, qui simpliciter, & absque do-
9 lo jurat, in foro conscientiæ non obligatur, nisi secundùm suam intentionem, in foro autem contentioso secundùm quod verba communiter accipi solent, *& D. Thom.* sequitur *Fagn. in cap. Falsidicus, à num. 66. usque ad num. 79. de Crim. fals.*

10 An autem ad juramenti validitatem necessariò requiratur tactus Evangeliorum, vel alterius scripturæ. Respondeo negativè, jure communi attento, quia cùm illius substantia in sola invocatione Divini nominis consistat, hæc absque ullo tactu rei sacræ optimè potest verificari, *Del Bene de Juram. cap. 1. num. 3.*

11 Dixi, *jure communi attento*, Quia ex consuetudine contrarium practicatur, & hujus observantiæ illam adducit congruentiam, *Zuff. de Legitim. Process. qu. 38. num. 27. & 28.* ut jurans per dictum corporalem tactum efficiatur cautior ad jurandum, & memor importantiæ juramenti *Pignat. consult. 199. num. 2. tom. 4.* ubi, quòd sufficit etiam tactus cum duobus prioribus digitis, & *R. P. D. Ansald. de Comm. & Merc.*
12 *disc. 42. nu. 18.* ubi per totum discursum latè probat, Hebræos non debere ex necessitate jurare in eorum contractibus super
13 Typhilimis, juxta opinionem *Ant. del Rè, de Juram. Calum. c. 15. num. 170. & seqq.* Sed quòd jurent tacto calamo, quod admittunt etiam *Posth. de Manut. observ. 84. sub num. 63. Guazzin. defens. 14. cap. 6. nu. 9. & Conciol. vers. Testis quoad examen resol. 2. in addit. num. 4. in fin.*

14 His præmissis, facilè intelligitur, quid sit perjurium; Definiri enim potest *præstiti juramenti transgressio*, juxta *Azeved. Recop. lib. 8. tit. 17. in rubr. num. 10. Corrad. Zaban. de Mand. lib. 3. cap. 12. & seqq. & Portules ad Molin. in Repertor. §. Perjurus, in princ.* Vel secundùm *Fagn. in cap. Falsidicus, numer. 60. de Crimin. fals. mendacium juramento firmatum.*

15 Perjurium autem ex diametro opponitur Religioni jurisjurandi, & perjurus contravenit Deo, quem in sui dictum testem vocat. Sicuti autem juramenti duæ sunt species principales, ut vidimus, ita & perjurii, nam aliud est perjurium assertorium, aliud promissorium.

16 Assertorium perjurium fit, quando medio juramento per falsitatem asseritur hoc, vel illud fuisse, vel esse factum, vel de præsenti fieri, juxta ea, quæ suprà diximus de Juramento, *de Angel. de Delict. par. 1. cap. 106. num. 3.*

17 Promissorium verò perjurium est, quando fit jurata promissio, & deindè per perfidiam, & contentum jurisjurandi nequaquam observatur, sed sacrilego, & temerario ausu illi contravenitur, idque dupliciter potest contingere. I. Si
18 ab initio quis in juramento promissorio intentionem habet observandi promissa, & postea eum pœnitet, & tunc perjurus dicitur, quando supervenit pœnitentia, & non observatio juramenti.

19 II. Si quis ab initio observare non vult promissa, & tunc perseverando in ea intentione, statim post præstitum juramentum dicitur perjurus, quia ex tunc mente, & animo juramentum, transgreditur, ut aliis concordantibus cumulatis, latè probat *Bonac. tom. 1. circa 2. prac. Decal. disp. 4. par. 1. punct. 7. nu. 5.* ubi, quòd ex juramento præstito animo non adimplendi promissa, adhuc nascitur obligatio, quia intentio adimplendi non est de substantia juramenti. Ille autem, qui
20 putat, se verè jurasse, cùm non juraverit, non observando promissa, peccat quidem, quia quantum est ex se, & secundùm intentionem suam est animo, & opere præparatus ad violandum juramentum, sed nullatenus dicitur verè, & propriè perjurus, quia perjurum non committitur, nisi violetur juramentum, quod in his circumstantiis supponimus non adesse, *Pasqual. quæst. mor. cent. 4. quæst. 334. per totum.*

21 Quantum attinet ad Forum judiciale, & externum, perjurium reddi potest gravius ex quatuor capitibus, de
22 quibus *Brugiot. Institut. Crimin. lib. 2. titul. 14. num. 11 & seqq.* I. Ratione personæ pejerantis, si enim Episcopus suum transgreditur juramentum, gravius erit perjurium, quàm si id faciat Sacerdos, vel Laicus, *cap. Cum*
23 *quidem, de Jure Jur.* ubi *Gonz. num. 1.* illam assignat congruam rationem, quia exemplo eorum, qui præsunt, alii provocantur ad similia facinora perpetranda, & refert illos versus *Juvenal. Satyr. 8.*

Omne animi vitium tantò conspectius in se
Crimen habet, quantò major qui peccat, habetur.

24 *Cosp. nel Giudic. crim. p. 2. cap. 15. num. 11.* Atque applicantur ea, quæ leguntur penes *D. Jo. Chrys. de Sacerd. lib. 3.* ibi *Qui in dignitatis fastigio positi sunt, nemini non noti, manifestique sunt, tum vero, vel si tantillum peccaverint, parva eorum peccata aliis magna videntur.* Indeque Ægyptii pingere solebant Magnates cum Sole in manibus eclypsato, & cum illa inscriptione, *Non nisi cum deficiat, spectatores habet*; Quando enim Sol lucet,
25 nemo illum intuetur, sed statim ac eclypsim patitur, om-
26 nes illum observant, *de Rubeis in disc. ad Stud.* impresso *in par. 4. rec. tom. 2. num. 338. & seqq.* II. Ratione rei,
27 de qua juratum est, unde gravius reputabitur perjurium de Religione, quàm de alia re indifferenti, & non facta *Can. Primum 22. qu. 2.* III. Ratione objecti juramenti, majus enim est mentiri de Deo, quàm de Sanctis, & majus de istis, quàm de hominibus, *Gloss. in Can. Mihi 22. qu. 2.*

22. *qu.*2. Atque quantò sanctius est, per quod juratur, tantò majus est perjurium, *Gloss. in Can. Qui pejerat* 22. 29 *quæst.*5. *Gonz. in cap. Quia tua, nu.*6. *de Jure Jur. Ann. Robert. lib.*1. *rer. judic. cap.*11. *& Grethsar. de Cruc. lib.*2 *cap.*17. IV. Ratione deferentis juramentum, gravius enim 30 peccat, qui infringit juramentum, sibi datum à Judice, quæ ex persona publica, quàm delatum à Parte, quæ est persona privata, & gravius delatum à Judice, vel à Parte, quàm sponte præstitum.

31 Si autem quæras hic, an expediat à Summo Pontifice abrogari usum exigendi juramentum de veritate dicenda à Reis, circa quod ultimo loco doctissimi Viri pro utraque parte scripserunt, occasione discussionis in Sacr. Congreg. Conc. in qua proposito eodem dubio *die* 6. *Julii* 1697. rescriptum fuit, *ut scriberent pro veritate Theologi, & Canonistæ*, ut practicare solent Sacræ Congregationes, prout de illa Concilii Tridentini recognosci potest *ex lib.*29. *Decr.* 32 *fol.*430. *& lib.*30. *fol.*33. Et de alia Sacr. Congreg. Episcoporum, & Regularium, omissis antiquioribus exemplis, patet ex causa *Fanen. Matrimonil*, in qua de *mense Februarii* 1699 rescriptum pariter fuit, *Coadiuventur probationes, & scribant pro veritate*, P. Liberius à Jesu, qui in Conventu S. Pancratii de Urbe de præsenti est Controversiarum Lector uti Theologus, quivè piè obiit in Urbe anno 1719. & Ego tanquam Canonista.

33 Crederem, nihil esse innovandum, inhærendo in hac parte doctissimis Votis dd. insignium Theologorum, & Canonistarum, ab eadem Sacr. Congreg. pro veritate requisitorum, Suppono autem ante omnia tanquam certum, dari casum, in quo Reus teneatur Judici, legitimè interroganti, veritatem fateri, ut probant adducti per *Gonz. in cap. Cùm dilecti, n.*3 *de Accus. & Rayn. par.*2. *cap.*18. §.7. *num.*111. *& seqq. & cap.* 20. *supplet.*1. *num.*9. Nec puto necessarium insistere in in-34 spectione, an hoc verum sit, quando delictum, de quo interrogatur Reus, est solùm semiplenè probatum, juxta doctrinam, *D. Th.* 2. 2. *qu.*69. *art.*2. *in corp.* Vel potiùs quando de illo plenè constat, ex adductis per *Carden. in Cris. Theolog. disp.*19. *cap.*7.

35 Probatur autem 1. ex, *cap. Ex literis de Jure jur.* ubi Honorius Papa in causa usurarum illud exigi jubet ad veritatem detegendam, ut observat ibidem, *Gloss. Verb. Occultata*, cum istis verbis, *Hæc est causa, quare hoc juramentum exigit, ut scilicet veritas reveletur timore juramenti.*

36 Probatur 2. ex usu inveterato, & antiquissima consuetudine, quæ innuitur in, *cap. Cùm dilecti de Accus.* & quam nec etiam impugnant in contrariam partem inclinantes. Ea enim quæ diu certum statum habuerunt subvertenda non sunt, 37 juxta *Text. in leg. Minimè, ff. de Leg.* Atque usus temporis longævi non levem esse authoritatem rescripsit *Honorius III. Episcopo Parisiensi, in cap. Cùm consuetudinis de Consuet. c.* Magna enim vis est consuetudinis, quæ facit, ut ri-38 tus quoquo modo inducti, manifestum licèt vitium, & incommodum habeant, antiquitate tamen defendantur, *Rolad.* 39 *Mares. epist.*16. scripto, *Petro Halæo*, & impressa, *in princ. Method. ling. latin. Portoroyal.* & applicatur Doctrina *Divi Hieron. ad Pammach.* relatus *ab R. P. D. Dandino de suspect. de heres. cap.*2. *sect.*7. *subsect. unica num.*58. *fol.*261. his verbis -- *Cur post* 400. *annos docere nos miseris, quod anteà nescivimus? usque ad hanc diem sine ista Doctrina Mundus Christianus fuit.*

40 Præcipuè, quia idem usus viget pariter in Tribunali SS. Inquisitionis, in quo teste *Pasqual. nel Sacr. Arsen. par.* 2. *fol.* 130. *& fol.*136. *in princip.* defertur hoc juramentum Reis, & tamen in eodem Tribunali, nec etiam vitæ homi-41 num parcitur, quando delictorum qualitas id exigit, quibus attentis, vel carceribus ad vitam mancipantur, vel ad pœnas Triremium condemnantur, vel brachio sæculari puniendi traduntur Rei.

42 Eò autem magis stringit hujusmodi praxis, quo hujus criminis Rei in hoc sacro Tribunali ut plurimum tales sunt, quia non benè sentiunt de Fide, & sic facilius præsumitur, quod veritatem virtute juramenti non fateantur. Non sic autem in aliis Tribunalibus, in quibus pro diversis delictis inquisiti reperiuntur Rei, in quibus ra-43 tione timoris perjurii non defuerunt fatentes delicta, ut in casu, quem innuit *Rayn. tom.*3. *c.*34. §.12. *nu.*28. qui est de quodam Reo, qui postquam negaverat homicidium in personam Tabellarii Tyburis, monitus per Judicem, ut veritatem fateretur, alias non speraret misericordiam à Deo consequuturum, priùs flevit, & deinde ingenuè delictum fassus fuit. Tanta siquidem est vis juramenti, 44 ut veluti quædam spiritualis tortura jurantis animum non raro angat ad veritatem propalandam, ut monet *Abb. ins. Per tuas de Prob.*

45 Probatur 3. ex his, quæ advertit, *Bordon. in Man. S. Offic. sect.*44. *de Malefic. destruct. num.*7. *& seqq.* ubi, quòd licitum est petere dissolutionem maleficii, nedum ab eo de quo est dubium, sed etiam ab eo, quem certò scio mediante alio maleficio primum dissoluturum, quia illa cognitio etiam certa, non est causa peccaminosa, & inducens malitiam in actionem destructivam maleficii, atque licitum est petere, quod honestum est, non obstante, quòd petens sciat, alium inhonestè operaturum. Multò igitur magis licebit Judici ad summum dubitanti, an Reus fateri velit veritatem, eidem juramentum dare de eadem veritate dicenda, *Bonac. tom.*2. *circa* 2. *præc. Decal. disp.*4. *q.*1. *punct.*11. *n.*1. *&* 2. & egregiè, *Verricel. de Mission. tit.*2. *q.*71. *n.*3. ubi alios allegat.

46 Neque obstat, quòd hoc sit nimium rarum, quòdque ut plurimum Rei delicta negent, proindeque idem juramentum ad nihil aliud deserviat, quàm ad occasionem pejerandi, ut fusè probat, *Fantonus in disc.* relato per *Rayn.* 2. *c.*20. *suppl. unic. num.*5. ubi, quòd proinde in ditionibus Magni Ducis Etruriæ, Ducis Mantuæ, & Ducis Sabaudiæ eadem praxis aboleta fuit, & novissimè *Amen. de Delict. & Pœn. tit. proem.* §.4. *verb. Pœna in genere, num.*21. Quia adhuc admisso, quòd major pars Reorum ve-47 ritatem non fateatur, semper verum erit, quòd illorum perjurium non provenit ex juramenti exactione, à Judice legitimè facta, sed ex malitia jurantis, & veritatem negantis, quo casu non debet Judex à juramenti delatione in justitiæ detrimentum abstinere, *D. Th.* 2. 2. *q.*98. *art.*4. *in corp. & Coton. lib.*1. *Controv. contr.*11. *n.*16.

48 Alias si argumentum concluderet, directè, & concludenter probaret etiam, quod Judex deberet quoque abstinere à simplici interrogatione, & quocumque examine Rei, ad evitandum mendacium, quòd absurdum benè expendit, *Rayn. tom.*2. *c.*20. *supplet.*1. *nu.*9. Non enim minus potens est gra-49 ve peccatum mendacii Reum æternaliter damnare, quàm perjurium, & consequenter, si ad hoc evitandum, non esset dandum Reo juramentum, nec etiam esset interrogandus, ut de se patet, & latiùs probat *Rayn. ubi sup.* ubi, quòd nil refert ad æternam Reorum damnationem quòd peccato mendacii implicitum etiam sit peccatum perjurii, cùmque non detur modus impediendi peccatum 50 mendacii, non est à praxi inconcussè observata recedendum quoad præstationem ejusdem Juramenti.

51 Præterea si iste usus aboleretur, Rei ex eorum malitia cum Justitiæ detrimento commodum reportarent, quòd in terminis improbant *Suar. de Relig. tom.*2. *lib.*3. *tit. de Juram. c.*14. *sub nu.*13. *Trivisan. de mod. crim. proc. int. Regul. c.*13. *n.*3. & generaliter *Rot. in Pisan. Jurispat.* 2. *Julii* 1700. §. *Et latè cor. R. P. D. Ansal.*

52 Relinquitur propterea manifestum, quòd cùm usus iste bonus sit, & ad optimum finem puniendi delicta ordinatus malus effici nequeat ex malitia illud suscipientis, minusque perjurii periculum, ab ipso patrandi pro occultando delicto privare potest Judicem jure suo veritatem eruendi pro justitiæ administratione, sicuti periculum novi maleficii non valet impedire maleficiatum à petenda dissolutione maleficii, quo est adstrictus, ut benè probat, *Bord. in Man. S. Offic. sect.*44. *num.*7. *& seqq.* meliùs *Card. Denhoff. in* 53 *Instruct. Pastoral. fol.*72. *vers. Al secondo*, ubi congruè respondet motivo, quòd id fiat ad salvandam vitam, ibi, *ma qualcheduno dirà, almeno sarà lecito giurare il falso per salvare la propria vita, sarebbe lo stesso, che affermare, esser lecito levar la vita ad un uomo per salvarla ad un giumento*: quòd deindè fusè demonstrat, compa-54 rando animam, quæ amitteretur per peccatum perjurii, cum corpore, quod per illud prætendit Reus salvare, & conservare.

55 Authoritates autem, quæ in contrarium solent adduci, & signanter *D. August. serm.* 180. aliàs 28. *de Verb. Apost. cap.*10. *serm.*380. *de Decol. S. Joann. Baptist. cap.*4. procedunt, & intelligi debent de exigente juramentum authoritate privata, vel in talibus circumstantiis, in quibus Reus non teneatur Judici veritatem fateri, non autem loquuntur in casu, quo illud exigatur authoritate publica, & postquam delictum est plenè, vel saltem semiplenè probatum, juxtà terminos præsentis controversiæ *Nevizz. in Sylv. nupt. lib.*4. *Verb. Monitoria nu.*44. *fol.*268. vide *to.*4. *par.*2. *discept.*1.

56 Quoad pœnas perjurii, si consideremus Jus Civile, Laicus perjurus incurrit pœnam infamiæ, *Gloss. in leg. Si quis Verb.*

Verb. Infamia, *Cod. de Transact. Carbon. in Pract. practic. cap.1. lib.1. num.51. de Angel. de Delict. par.1. cap.100. num.8.* Insuper punitur extra ordinem pœna arbitraria, *Farinac. quæst. 160. nu.33. Portul. in Repert. ad Molin. §. Perjurus, num.7. & Rayn. tom.2. cap.20. §. unic. nu.5 & seqq.* ubi, quòd hodie pœna perjurii vix dici potest corporis afflictiva, & regulariter pro illo imponitur pœna exilii, ultra refectionem damni, & interesse, faciendam illi, contra quem quis pejeravit, *Gloss. in leg. fin. Verb. Lucrum, Cod. de Jure jur.* cum aliis apud *Decian. lib.6. cap.23. nu. 27. Farinacc. quæst. 160. numero 36. Raynald. tomo 2. cap. 20. §. unic. numer.10. & seqq. & Amen. de Delict. & Pœn. tit.5. §.7. num. 31.* ubi, quòd Carolus V. mediante Constit. commentata à *Globero* sanxit, pejuris amputandos esse duos digitos; Quæ si ad praxim contra Reos hujus criminis reducerentur hodiè in aliis ditionibus, multi ex eisdem absque digitis reperirentur, ex facilitate, qua passim pejerari solet.

57

58

59 Si verò consideremus Jus Canonicum, ultra peccatum mortale, pro quo imponenda est pœnitentia salutaris, *can. Quicumque 6. quæst. 1. Bonac. tom.2. circa 2. præc. Decal. disp.6. quæst.1. punct.14. num.1.* ubi, quòd procedit etiam si agatur de re parvi momenti, quia in juramento principaliter requiritur veritas, quæ eodem modo requiritur, sive res magna sit, sive parva, quod comprobat etiam *Farinacc. in c. Falsidicus, nu.64. de Crim. fals.* Perjurus si sit Laicus, efficitur pariter infamis, *can. Infamis 6. quæ.1. Henriq. de Fidejuss. cap. 19. num. 138. & de Angel. de Official. Baron. cap. 214. num.3.* Si verò Clericus, deponendus est ab Ordine, *cap. Cùm non, de Judic.* Privandus est beneficiis, *cap. Tua, & cap. Pervenit, de Jurejurand. Gonz. in cap. Quia tua, num.8. de Jurejurandi*, ubi, quòd hujusmodi privatio non est ipso Jure, sed requirit sententiam Judicis, quod observant etiam *Decian. lib.6. cap 13. nu.4. Gibal. de Irreg. disp.5. dub. 4.* Atque efficitur inhabilis ad alia obtinenda, *cap. Querela, de Jurejur. & cap. Constitutus il 2. de Appellat.* Si demum fuerit Episcopus, privandus, & deponendus est, *can. Si quis 22. quæst. 5. & cap. Cùm quidam, de Jure jur. Balsamon. in Nomocan. tit. de Laic. §.10. & Farin. quæst.160. num.149. & seqq.* ubi, *num.199.* quòd si injunctam pœnitentiam Laicus, vel Clericus perjuri agere recusaverint, excommunicati possunt, & latè *Gonz. in c. Quia tua, num.4. & seqq. de Jurejur.*

60

61

62

63

64 Nota hìc, quòd pejurium commissum in juramento litis decisivo, seu judiciali, non est crimen mixti fori, sed privativè spectat ad Judicem Ecclesiasticum, *Conciol. Verb. Delictum resol.2. nu.21. & Rayn. tom.1. ad cap. 1. supplet. 5. num.22.* Duplicem assignat rationem *Panim. in dec.17. adnot.4. num.17.* apud ipsum videndum.

65 An autem contra Reum perjurii in juramento litis decisivo detur solùm actio civilis, vel etiam criminalis, non desunt Doctores asserentes, dari solam actionem civilem; Verùm contraria opinio, quòd detur etiam actio criminalis, est communis, & solidis innixa fundamentis, ut videre est penes *Caren. res.247. per tot. Cart. dec. Crim.67.* pariter *per tot.* qui respondent omnibus contrariis, *Conc. resol. Crim. Verb. Perjurium, resol. unic. per tot. & Amen. de Delict. & Pœn. tit.5. §.7. num.15.*

66 Nota II. Quòd perjurium incurritur etiamsi non interveniat tactus Sanctorum Evangeliorum, ubi, id ex Statuto, vel alia municipali lege non requiritur, sed sat est jurare secundùm Loci consuetudinem, *Avendan. de Mand. Reg. part.2. cap.27. num.5. & seqq. & Raynad. d. tom.2. cap. 20. §. unic. num. 16. & seqq.* & vidimus *supra, numer. 11.*

67 Nota III. *ex Pat. Segner. nel Cristiano Instruit. par.1 ragion.10. num. 19.* quòd cùm ad juramenti substantiam concurrere debeant veritas, judicium, & justitia, juxta id, quod legitur *in Jerem.4. 2. il giurare senza giuditio è da temerario, il giurare senza giustitia è da tristo, & il giurare senza verità è da traditore.*

TITULUS III.

De Crimine Sortilegii.

1 SOrtilegium, à sortibus legendis sic dictum, ut observant *D.Tho.2.2. quæst.95. art.8. & Tolet. Instr. Sacerd. lib.4. c.15. num.3.* in genere sumptum, est superstitio quædam illusoria, & summè noxia, qua utitur homo ministerio Dæmonis, *D.Thom. 2.2. quæst.85. art.4. Ghirland. de Sortil. quæst.1. num.1. & 5. Caren. de Inquis. tit.12. num.1. & Card. de Albic. de Inconst. in Fid. par.1. cap.32. num.83.*

2 Sortilegus autem ille est, qui Diabolicam Religionem professus, per superstitiosam, & illusoriam ejusdem Dæmonis instructionem, noxia quæque componit.

3 Definitur autem sortilegium à *Bordon. in Man. S. Offic. sect.31. n.1. Superstitio, qua quis utitur instrumentis diabolicis ad obtinendum aliquid.*

4 Dicitur *Superstitio*, illud enim nunquam fit sine Dæmonis invocatione, saltem tacita, seu virtuali, *Bordon. ubi supra, num.12.* Dicitur *instrumentis Diabolicis* ad denotandum, quòd Diabolus regulariter per se ipsum immediatè non operatur in sortilegiis, sed mediantibus instrumentis, quæ nec ex propria natura, nec ex institutione Divina vim, & facultatem habent operandi effectum desideratum. Dicitur demum, *ad obtinendum aliquid*, quia sortilegus non alio fine utitur dictis instrumentis, quàm ad obtinendum quod desiderat; Licèt autem hoc fine frustretur, adhuc, quando sortilegio usus fuit, sortilegus dicitur, & uti talis puniendus est, *Bordon. in Man. S. Offic. sect. 31. num.6. & sect. 33. num.27. & seqq.* Malitia enim sortilegii non pendet ab effectus positione, sed ab intentione utentis, *Giurb. cons. Crim.85. num.14. Caren. de Inquis. par.2. tit.12. num.293. & Rayn. tom.1. cap.6. §.5. num.61.* Et generaliter, quòd in delictis animus potiùs, quàm effectus inspici debeat, *Rayn. tom.1. cap.1. §.11. num.87.* loquens de eo, qui in nocte Nativitatis, manens in Ecclesia quantitatem piperis Indici, & colorati injecit super prunis accensis, cujus fumus Clericos in Choro, omnesque circumstantes ad indecentes effectus provocavit, itaut fuerint interrupta divina officia, quem casum refert etiam *Christophor. Cresp. obser.76. per tot.* ubi, *num.28.* quòd Reus condemnatus fuit, ut ad verecundiam per loca solita Urbis deduceretur, cum exilio ab Urbe, & Regno per octo annos.

5

6

7

8

9 Sortilegii species multæ sunt, sed principaliores, ut benè observat *Caren. de Inquis. par.2. tit.12. num.2. & 3.* ad tres reduci possunt. Divinativum scilicet, Amatorium, & Veneficum, seu Maleficum. Divinativum sortilegium illud est, per quod Sortilegi præterita, præsentia, & futura nobis ignota, vaticinari conantur, de quibus sunt *Text. in can.1. & seqq. 16. quæst.5. & in leg. Nemo, Cod. de Malefic. & Mathem.* & latè *Marchant. in Trib. Sacram. tom.2. qu. 2. fol.448.* Atque subdividitur in *Aeromantiam*, quæ est divinatio per signa in aere apparentia, *Sous. in Aphor. lib.1 c.45. Azor. Instit. Moral. par.1. lib.9. cap.14. Tolet. Instruct. Sacerd. lib.4. cap. 15. num.4. & de Angel. de Delict. par.1. cap.121. num.3. Chiromantiam*, quæ est cognitio rerum futurarum per figuras, seu lineamenta manuum, *Floron. de Casib. reser. Favent. par.2. cas.1. num.34. Vener. in Exam. Episc. lib.6. cap.34. num. 28. Salerberius lib.2. Policrat. c.27. Conrad. de Sign. cap.10. num.4. Toreblanc. de Mag. lib.1. cap.10. & 13. & Jur. Spiritual. lib.8. cap.15. & seqq. & Card. de Albic. de Inconst. in Fid. par.1. cap.31. n. 58. Hydromantiam*, quæ est occultorum cognitio in aqua seu per aquam, *D.Thom. 2.2. qu. 95. art.3. Defenden. in cas. Com. disp.2. qu.1. num.9. Metoposcopiam*, quæ est cognitio occultorum per signa, in fronte, & in facie reperta, *Sous. in Aphor. lib.1. cap.51. num.4. & Baldell. de Superstit. lib.4. disp.10. num.11. Negromantiam*, quæ est ficta revocatio mortuorum ad vitam, certis signis cum Dæmonis invocatione procurata, *del Ben. dub.221. sect.2. nu.29. & Sess. decis. Aragon.455. & 456. per tot. tom.4.* Dixi *ficta revocatio*, quia in rei veritate nunquam vera resurrectio datur, mediante hoc gravissimo sortilegio, ut inter Catholicos est indubitatum; Imò hoc est adeo verum, ut ad confusionem similium scelestissimorum hominum, similia tentantium, non rarò permittat Deus, ut potiùs moriantur vivi, quàm resurgant mortui, juxta casum illum Calvini, quem referunt in ejus vita *Hier. Bols. & Laur. Sur. ad annum Christi 1544. Capisucc. contr.9. per totum*, ubi latè *& P. Segner. nell' Incred. senz. scus. par.2. cap.4. num.13.* his verbis: *Si era maliziosamente accordato l'Ingannatore con una vil feminuccia in questo concerto, che il marito di lei si fingesse morto, e che ella tutta lagrime corresse à trovare Calvino, con supplicarlo, che in confermazione della sua dottrina celeste venisse à risuscitarglielo: Ma non terminossi la favola senza un atto pur troppo vero, perciochè al primo commando, che fè Calvino alla morte finta di restituir quell' Uomo alla luce, se lo venne à prender tosto la morte vera: Sì che il miserabile scosso, straziato agitato per ogni verso, non si alzò più, tanto che la Donna, fanatica di cordoglio, publicò ad alta voce l'inganno occulto rimproverandolo al bugiardo Profeta con quella libertà, che conce-*

10

11

12

13

14

15

16

17

benedictæ, Sanctorum Reliquiæ, & similia, *Gloss. in cap. Accusatus*, §. *Sanè, verb. Saperent*, *de Haret. in* 6. *Decian. lib.* 5. *cap.* 17. *Vers. Item Bellet. disq. Cler. par.* 1. *de favor. Cleric. real.* §. 4. *n.* 132. ubi, quòd secus est quando cum sortilegio non miscentur sacra, vel sacramentalia, & *Panim. dec.* 17. *adnot.* 3. *n.* 8.

63 Non est autem dubium, quòd Diabolus possit manifestare thesaurum, & alias res deperditas, quia hoc continetur intra fines cognitionis naturalis, quæ illi non deest, *Bordon. in Man. S. Offic. sect.* 32. *n.* 20. ubi tamen ad rem egregiè advertit, quòd rarò Diabolus benefacit suis amicis, & aliquando ostendit illis pecunias, conversas in carbones, & *sect.* 35. *nu.* 12. quòd thesaurus inventus cum sortilegio pertinet ad Fiscum pro medietate, pro alia verò medietate ad dominum fundi, quod admittit etiam *Less. de Just. & Jur. lib.* 2. *cap.* 5. *n.* 66.

64

65 Ad hanc sortilegii speciem reducitur ars notoria, seu *Cabala*, quando scilicet homo, certis vanis, & inefficacibus mediis, putat posse consequi scientias, & rerum notitias sine aliquo labore, sed mediantibus dumtaxat aliquorum verborum formulis, & signis, inspectione figurarum, & similibus, quæ nullam in se vim habent, & efficaciam communicandi scientiam, de quo sortilegio latè agunt *Suarez. de Superst. cap.* 25. *n.* 7. *Albergh. in Man. cap.* 18. *sect.* 3. §. 1. *in fine*, & *Bordon. in Man. S. Offic. sect.* 37. *per tot.* & *in append. cap.* 7. *sect.* 1. vide *P. Joseph Maria Turri, Instit. verb. Dei, tom.* 4. *tract. accessor. par.* 4. *art.* 8. *q.* 5. *per tot.* Non enim congruentior datur modus scientias acquirendi, quàm ille, de quo loquitur *D. Thom.* 2. 2. *q.* 45. *art.* 2. *in corp.* relatus *à P. Campion. nella Norm. viv. del ver. Sacerd. c.* 6. *nu.* 1. hoc est, vel per rationis inquisitionem, vel per quandam connaturalitatem ad ea, de quibus est judicandum & *in* 3. *p. q.* 9. *art.* 4. *ad* 1. scilicet, *duplex est modus acquirendi scientiam, inveniendo, & addiscendo*.

66

67 IV. Si in sortilegio conficiantur imagines ex cera, vel creta, illæque sub nomine Belzebub, vel simili baptizentur, invocato Dæmonis præsidio, ad ea, quæ facere potest, vel igne consumuntur, vel acu perforantur, ut dolores, atque ægritudines inferantur personæ, per imaginem illam repræsentatæ, *Farin. quæst.* 181. *n.* 25. & 31. *Binsfeld. de Confisc. malef. post prælud. concl.* 7. & *seqq. Nov. in Summ. Bullar. par.* 1. *commen.* 147. *num.* 3. & 4. & *Vener. in Exam. Episcop. lib.* 6. *cap.* 34. *num.* 4. & *seqq.* Vel si in sortilegio rebaptizetur Puer, *Gloss. in cap. Accusatus Verb. Saperent, de Heretic. in* 6. *Leo in Thes. for. Eccles. cap.* 36. *n.* 10. & *Caren. de Inquis. par.* 2. *tit.* 2. *n.* 25. Vel si utatur quis veste virgine, seu indumento fœtus nascentis, illud ponendo sub mappis super lapide sacrato altaris, de quo *Pignat. consult.* 35. *tom.* 6.

68

69 V. Quando (ut non benè credunt Sortilegi) tenetur Dæmon ligatus in annulo, in phiala, vel in speculo, & ab eo responsa petuntur, ut dicitur §. 1. *Constit. Sixti V. in Bullar. nov. tom.* 2. & observant *Bordon. in Man. S. Offic. sect.* 31. *n.* 17. & *Albergh. c.* 18. *sect.* 2. §. 1. *n.* 12.

70 VI. Si pactum aliquod cum Dæmone faciat sortilegus, vel magicam exerceat artem, *Farin. d. quæst.* 181. *nu.* 84. & *Bordon. in Man. S. Offic. sect.* 36. *per tot.* ubi, quòd hujusmodi sortilegium cum magia consistit in potestate faciendi res mirabiles, ope Dæmonis, quæ vires naturæ excedunt, & latè declarat, quando effectus dicantur excedere vires naturæ, & *n.* 8. quòd in dubio censendum est, effectum potiùs provenire à causa naturali, quàm à Dæmone, nisi manifestè constet, excedere vires naturæ.

71

72 VII. Quando homines ligantur, ne uxores cognoscere possint, *ut in can. Si per sortiarias* 33. *q.* 1. & *in Const.* 1. *Innoc. VIII. in Bullar. nov. t.* 1. & observant *Far. q.* 18. *num.* 50. *Martin del Rio, Disquis. Mag. par.* 1. *q.* 4. *sect.* 8. *Torreblanc. in Demonolog. par.* 2. *c.* 42. *Brunel. de Sponsal. concl.* 7. *Nov. in Summ. Bull. par.* 1. *Comm.* 157. *n.* 7. & *Bordon. in Man. S. Offic. sect.* 42. *n.* 15. & *seqq.* ubi latissimè.

73 VIII. Est quod committitur à Lamiis, & Strigis, de quibus latè *Torreblanc. in Demonolog. l.* 2. *cap.* 1. & *seqq. Godelman. de Mag. Venef. & Lam. lib.* 1. *cap.* 2. & *seqq.* & *Amen. de Delict. & Pœn. tit.* 8. §. 6. *n.* 7. & *seqq.* quæ initio suorum scelerum Diabolo obedire incipiunt, & multa faciunt, quæ sapiunt hæresim, de quibus *in cit. Const.* 17. *Sixti V.* §. 1. & observant *Spin. in tract. de Strig. c.* 5. *Bordon. in Man. S. Offic. sect.* 34. *n.* 50. *Alberg. in Man. cap.* 18. *sect.* 3. §. 9. *n.* 8. & *Card. de Albic. de Inconst. in Fid. par.* 1. *cap.* 32. *n.* 143. & *seqq.* ubi *nu.* 152. per extensum refert Instructionem pro formandis Processibus in causis Strigum, sortilegiorum, & maleficiorum. Meritò autem *Remig. in Demonolatr. lib.* 2. *c.* 2. & *Cosp. nel Giudic. Crim. par.* 2. *cap.* 51. & 59. *per tot.* vanam putant cautelam illam, quòd Judex, volens examinare Strigas, faciat illas ante se venire facie inversa, ut ille priùs illas videat, ne illi nocere possint, quia communiter observant Doctores, illas nullatenùs posse nocere justitiæ Ministris, ut videre est apud eosdem *Cospium & Nicol. Remigium loc. citat.*

74

75 IX. Est quodcumque sortilegium, factum à sortilegis illis, qui sunt de expressa professione sortilegorum, de quibus *Brugiot. Instit. Crim. lib.* 2. *tit.* 3. *n.* 8. nam tunc, etiamsi in illis invocetur Dæmon ad ea, quæ, & scit, & facere potest, erit sortilegium hæreticale, si non respectu operis operati, saltem respectu operantis. De expressa autem professione sortilegorum esse dicuntur illi, qui Deum Salvatorem derelinquunt, illius nomen, baptismum, & Ecclesiæ Sacramenta abnegant, Dæmoni adhærent, eidemque perpetuam obedientiam, spontanea voluntate, & subjectione, promittunt, & ad hunc effectum juramentum, & homagium, hoc est hominis ligium, ei præstant, sive hæc expressa professio fiat solemniter, & publicè, tempore, quo idem Dæmon coram se, tamquam tenebrarum Princípe, adunare facit Conciliabolum, & Congregationem Strigarum, Negromantium, & aliorum Sortilegorum, certis nocturnis horis, locis, atque temporibus; Sive fiat privatim ipsimet soli Dæmoni, secus autem si non fiat ipsimet Dæmoni, sed alteri negromanti, & sortilego magistro, professionem nomine Dæmonis recipienti, quia tunc non dicetur expressa, sed tacita professio, *Oldrad. cons.* 210. *Far. q.* 20. *n.* 78. & 81. & *q.* 181. *n.* 34. & *Brugiot. Inst. Crim. lib.* 2. *tit.* 3. *à n.* 9. & *seqq.* Pro dissolutione autem similis homagii, seu deletione scripturæ, factæ ab hujusmodi sortilegis, ad rem observat *Ray. t.* 2. *ad c.* 15. *supplet.* 1. *nu.* 16. faciles esse homines ad credendum aniles ineptias, quòd pro illis lacerandis deputetur Procurator Diaboli, cum illo contestando litem in Tribunali Sancti Officii, asserendo, tempore suæ pueritiæ similem vocem increbuisse in Urbe, cum specificatione etiam nominis Curialis, quos ipsemet reprehendisse dicit de fatuitate, & stoliditate, per ea, quæ observat *Torreblanc. Jur. Spiritual. lib.* 10. *c.* 13. *nu.* 18. Sumus enim certi de fide, quòd, quoties peccator ex corde ingemiscit, omnia ei remittuntur peccata, & ad hoc, ut Dæmon elusus remaneat, sat est peccatoris ad Deum ex corde reversio, juxta illud *Psal.* 31. 6. *Dixi, Confitebor adversus me injustitiam meam, & tu remisisti impietatem peccati mei*; ubi latè *Bellarmin.*

76

77

78

79

80 X. Est, quando ad petendam pluviam, illa adhibentur verba, quæ horret animus ob eorum impietatem hìc recensere, juxta illud, *Ignorari malo, quam me docente sciri*, *Ludovic. Vit. de edend. epul. lib.* 3. *pag.* 287. sequutus *à Bayle in Diction. historic. f.* 2937. *lit. M. in vita ejusdem Ludovici Vit.* illa tamen registravit *Jo. Jovin. Pont. in Hist. Bell. Neap. l.* 5. *p.* 169. *à ter.*

81 XI. Est sortilegium Taciturnitatis, seu silentii, cujus, ut benè observat *Isern. in Constit. Regn. de Homicid. clandest. rub.* 77. *colum.* 6. solet esse schola in carceribus, ubi carcerati instruere se invicem solent, ne fateantur delicta, quod sortilegium dari de facto observant *Besold. in Thes. practic. adauct. litera P.* §. 11. *fol.* 726. *Vulp. resol. mor.* 84. *n.* 21. *Torrebl. Jur. spirit. lib.* 12. *cap.* 20. *Amen. de Delict. & Pœn. tit.* 8. §. 6. *n.* 38. *Rayn. t.* 3. *cap.* 34 §. 12. *à n.* 1. 7. ubi *nu.* 138. reprobat *Zacch. quæst. med. legal. lib.* 7. *quæst.* 5. *tit.* 4. contrarium defendentem, quem reprobat pariter *Basil. dec. crimin.* 8. *n.* 24. Hujus sortilegii formam transcripsit *Sanfel. in dec.* 265. circa quod reprehenditur *à Caren. de Inquis. par.* 2. *tit.* 12. *n.* 142. eo quia hoc modo datur occasio addiscendi, & utendi, quod, non esse faciendum, observat *Jodocus in Prax. cap.* 61. *num.* 79. ibi *magisque opere pretium esse de ea nihil fari, quàm inconsultò aliis ruinæ occasionem suppeditare* — de quo pariter plura tradit *Torrebl. in Demonolog. lib.* 2. *cap.* 23. *per tot.* ubi *num.* 20. quòd quædam Fœmina illud in humero gestabat, mediante stigmate, magnitudinis denarii, quòd eam omnis sensus expertem reddebat, quod observaverat etiam *Charon. lib.* 1. *de Antichr. not.* 1. Modos verò recognoscendi, & inveniendi hujusmodi sortilegia, vide apud *Ambrosin. de Process. informat. lib.* 4. *cap.* 7. *num.* 8. & 9. ubi, quòd aliquando solent Rei habere subuculam, ad hunc finem superstitiosè confectam, aliquando in medio capitis aliquam cartulam in cera involutam, & aliquando etiam in ano, juxta casus ibidem relatos *Carpzov. in prax. p.* 3. *quæst.* 122. *n.* 69. *Amen. de Delict. & Pœn. tit.* 8. §. 6. *num.* 39. & apud *Pellegrin. in Prax. Vicar. par.* 4. *sect.* 14. *tit. de Tortur. Reor. n.* 63. *fol.* 430. ubi optimos

82

83

84

85

86 mos docer modos detegendi hujusmodi sortilegium, & impediendi, ne ad praxim reducatur.

87 Sortilegia, quæ non continent manifestam hæresim, multa pariter sunt, de quibus *Brugiot. Instit. Crim. lib. 2. tit. 3. n. 5. & seqq. & Amen. de Delict. & Pæn. tit. 8. §. 6.*

88 I. Quando invocatur Dæmon ad faciendum, vel cognoscendum ea, quæ (Divina non reprimente virtute) facere, & cognoscere potest, veluti ad tentandum homines ad libidinem, vel ad naturalium rerum virtutes explorandas, ex quibus salutaria morborum medicamenta, vel atrocia venena, ad causandas infirmitates, confici possint, vel ad præ-89 sciendam fertilitatem, seu sterilitatem Terræ, vel ad notificanda præsentia occulta, vel secreta præterita, puta, furta jam commissa, authorem homicidii, & alia multa, quæ ejus subsunt cognitioni, & potestati, *Far. q. 20. nu. 80. 82. & 85. & q. 181. n. 8. & 35.* Dummodò in istis sortilegiis non interveniat hæreticus, vel sortilegus expressæ professionis, neque adhibeantur ea, quorum interventu sortilegia evadunt hæreticalia, *Far. cit. q. 20. n. 82. & 85.* & Nos diximus *suprà, num. 32.*

90 II. Est illud, quod fit, non ad malum finem, nec ad nocendum hominibus, vel animalibus, aut terræ fructibus, sed potiùs ad juvandum, puta, ad evitandas grandines, & tempestates, vel ad curandos, & pellendos morbos, vel ad solvendum aliquod maleficium. Licèt enim hæc sortilegia Jure Civili permissa, tollerata, & nullatenus punibilia videantur, ut in *leg. Eorum, §. Nullis, Cod. de Malef. & Mathem.* & apud citatos per *Novar. in Sum. Bullar. par. 1. comm. 147. num. 9.* Secus tamen est de Jure Canonico, ut 91 videre est *in cap. Tuarum, & cap. fin. de Sortileg.* & probant *Novar. ubi proximè, Sanch. ad Præc. Decal. lib. 2. c. 41. per tit. Binsfeld. de Confess. Malef. post prælud. concl. 7. & seqq.* & egregiè *Card. de Albic. de Inconst. in Fid. c. 40. nu. 24. & seqq.* ubi, quòd dicta lex abrogata est pariter à Jure Civili, ut ibidem probat.

92 III. Est sortilegium, quòd committitur in collectione herbarum, veluti si quis colligat illas in nocte nativitatis S. Joann. Baptistæ, vel alio certo die, seu tempore, ad singulares quosdam, mirabiles, & superstitiosos effectus, credens tunc eas esse majoris virtutis, vel arbores plantet in die Annunciationis Beatæ Virginis, vel alias vanas observet temporum circumstantias, & differentias: *Farin. qu. 181. à num. 37. Mazzuchel de Casib. Mediol. disp. 2. cap. 10. num. 89. & Bordon. in Man. S. Offic. sect. 34. n. 55.* Ad hanc speciem sortilegii spectat vana illa observatio dierum faustorum, vel infaustorum in negotiis peragendis, in construen-93 dis ædificiis, & similibus, de qua latè *Caren. de Inquis. par. 2. tit. 12. à num. 119. Torreb. de Mag. lib. 1. cap. 27. Lup. in Edict. S. Offic. par. 3. l. 5. dist. 3. ar. 1. Mour. de Incant. sect. 2. dubit. 138. sect. 5. & seqq. Martin. del Rio disquis. magic. lib. 3. q. 4. sect. 6. & Card. de Albic. de Inconst. in Fid. par. 1. c. 32. n. 63. & seqq.* ubi *n. 70.* quòd Philippus II. Hispaniarum Rex ad tollendam ab animis suorum subditorum vanam observationem non contrahendi matrimonium die martis, illud tali die voluit contrahere, & ante ipsum id observaverat *Torreblanc. de Mag. lib. 1. c. 27. n. 24.*

94 Quod exemplum, ut scripta hoc loco factis comprobarem, sequi volui ego, matrimonium contrahendo cum D. Veronica Caballina, mea amantissima Conjuge, die martis 9. Octob. 1703. de mane in Capella S. Philippi Nerii, in Ecclesia S. Mariæ in Vallicella, Parochi vices, de ejus expressa licentia, supplente Cajetano, meo germano Fratre nomine, sed amore Patre, qui piè obiit in Urbe die 30. Maii 1723. hora 23. ut de suo scripsit *Cobell. ad Bull. bon. regim. in Epistola ad Lectorem.* Ad hanc pariter sortilegii speciem reducitur vana illa observantia numeri 13. circa recumbentes ad prandium, vel cœnam, timentes, nè unus ex illis eodem anno moriatur, quando in mensa 13. adsunt convivæ, ut advertit *R. P. D. Dandin. de Suspect. de Hæres. f. 225. nu. 14.* ubi reprobat etiam aliam vanam observantiam illorum Venatorum, qui credunt, Monachi occursum officere venationi, quam ante eum reprobaverat *Mour. de Incant. sect. 11. c. 15. nu. 4.*

95 An autem verum sit, & sortilegium contineat observatio illa dierum 27. & 30. Januarii necnon 13. Februarii, in quibus quando quis nascitur, illius cadaver numquam corrumpitur, sed usque ad diem Judicii incorruptum permanet, videndi sunt, illam referentes, *Beda de Nativit. Infant. Rajes. de franc. in Elis. Jucund. quæst. camp. quæst. 34. nu. 26. & Matt. de Canoniz. Sanctor. par. 3. cap. 14. num. 10.* Hoc 96 unum subjungentes, quòd etiamsi vera esset ab initio, post correctionem Gregorianam, per quam fuerunt sublati decem dies ab anno 1582. non ampliùs locum haberet in dd. diebus, sed potiùs 17. & 20. Januarii & 23. Februarii.

97 Ad hanc quoque vana observationem referri potest somniorum interpretatio, & fides, quando tamen non agitur de somniis, provenientibus à causa naturali, & intrinseca, puta, à corpore, vel inedia exhausto, vel à crapula repleto, ut observat *Matth. de Canoniz. Sanctor. part. 3. c. 3. per tot.* ubi latè distinguit, & explicat tria genera somniorum, 98 quorum aliqua dicuntur naturalia, aliqua divina, & aliqua diabolica, juxta authoritatem *D. Gregorii, lib. 5. Moral. cap. 13. & lib. 4. Dialog. cap. 48. & D. Thom. 2. 2. qu. 95. art. 6.*

99 Advertendum tamen est hìc, quòd sortilegium hæreticale non est mixti fori, sed merè Ecclesiasticum, illiusque proinde cognitio privativè spectat ad Judicem Ecclesiasticum, ut probat *Farin. quæst. 181. num. 93. & 101.* Imò hodie in hujus criminis Reos animadvertere solet Tribunal Sanctissimæ Inquisitionis, testibus *Permos. in cap. Cùm non ab* 100 *homine, quæst. 24. num. 3. & seqq. de Judic. & Rayn. tom. 4. ad cap. 1. supplet. 5. numer. 190.* Dummodò sortilegium hæresim contineat manifestam, *cap. Accusatus, §. Sanè, de Hæretic. in 6.* Dixi *dummodo contineat hæresim manifestam*, quia quodlibet sortilegium includit ex se suspicionem hæresis, etiamsi hæreticale non sit, ut probat *Bordon. in Man. S. Offic. sect. 31. numer. 12.* Sortilegium autem non hæreticale 101 est mixti fori, & ab utroque Indice cognosci potest, *Gloss. & DD. in d. cap. Accusatus, Menoch. de Jurisd. lib. 3. cap. 5. cas. 12. Brugiot. Instit. Crim. lib. 2. tit. 3. numer. 11.* & *Rayn. tom. 1. ad cap. 1. supplet. 5. num. 192.* & latè *Amen.* explicans omnes Constitutiones Pontificum *de Delict. & Pœnis, tit. 8. §. 6. n. 7. & seqq.*

102 In dubio autem, an sortilegium sit hæreticale, vel simplex, ad Inquisitorem spectat decidere sortilegii qualitatem, *Caball. resol. crimin. cas. 224. numer. 73. Leo in Thesaur. for. Ecclesiast. cap. 36. nu. 19. Fereyt. ad Roderic. de Confessar. sollicit. quæst. 5. nu. 39.* Quidquid dixerit *Mart. de Jurisdict. par. 1. c. 11. nu. 51.* quem reprobat *Caren. de Inquis. par. 2. tit. 12. n. 148.*

103 Circa pœnas hujus criminis est distinguendum, nam vel est sermo de sortilegio hæreticali, vel de non hæreticali. Si de hæreticali, & tunc, sive Clericus, sive Laicus sit sortilegus, puniendus est pœna ordinaria hæresis, juxta facti, & personarum circumstantias, *Farin. quæst. 20. num. 87. Brugiot. Instit. Crim. lib. 2. tit. 3. num. 13. & seqq.* Si verò de non hæreticali, de Jure Civili laicus sortilegus punitur pœna mortis, *leg. Nemo, & leg. Multi, Codic. de Malef. & Mathematic.* Hodie tamen hæc rigorosa pœna non serva-104 tur, sed, vel fustigatur, vel mittitur in exilium, vel damnatur ad Triremes, ut sæpiùs in Urbe vidisse practicari, testatur *Farin. quæst. 20. numer. 89.* Vel ponuntur ante fores 105 Ecclesiæ cum mitra, & inscriptione, patefaciente sortilegium, ut observat *Vener. Exam. in Episc. lib. 6. cap. 34. num. 23.* & sæpè practicatur in Urbe ante illas B. Mariæ super Minervam.

106 De Jure verò Canonico Laicus pro prima vice excommunicatur, *can. Si quis 26. q. 5. Bordon. in Man. S. Offic. sect. 42. n. 37. & seqq.* Quòd si in eodem crimine perseveraverit, si est persona vilis, fustigatur, & mitratus per publicas vias ducitur, si verò honestior, relegatur, vel perpetuo 107 carceri mancipatur, *can. Contra, & can. Episc. 26. qu. 5. & Brugiot. Instit. Crim. lib. 3. c. 1. nu. 16. & seqq.* Hodie tamen hæc pœna est Judici arbitraria, *Far. q. 20. n. 94.*

108 Si de sortilego Clerico, qui dolo malo sortilegium commisit, deponitur ab ordine sacro, privatur beneficiis, & in monasterium perpetuò detruditur, etiam si id faciat ad bonum finem, *Farin. qu. 20. nu. 95.* Si verò zelo bono, puta per simplicitatem, juxta casum, *Text. in c. 2. de Sortil.* & tunc suspenditur à Divinis arbitrio Judicis, juxta facti, & personæ qualitatem, *Far. q. 20. n. 91. Franc. Joseph. de Angel. de Delict. p. 1. c. 21. num. 15. & Vener. in Exam. Episc. lib. 6. cap. 34. n. 14.* ubi, quòd Judex in puniendis sortilegis debet attentè considerare I. Qualitatem personæ 109 II. Quantitatem delicti III. Tempus, & numerum delictorum IV. Animum delinquentis V. Damnum, quod fecit, puta, si aliquem occidit VI. Personas, quas decepit suis sortilegiis VII. Si vendebat sortilegia, & quibus personis, & VIII. Si docuit alias personas, ut uterentur sortilegiis. Quòd si ex sortilegio sequuta fuerit mors, tunc Reus ordinaria pœna plectendus est, & si fuerit Clericus, Curiæ sæculari tradendus, etiam pro primo lapsu, juxta *Constit. 46. Gregorii XV. in Bullar. nov. tom. 4.* quam latè exornat *Bordon. in Man. S. Offic. sect. 42. à n. 37. & Caren. de Inquis. part. 2. tit. 12.*

emire voluerit, subditos variis expensis aggravando, §. *Nulli verò Auth. Ut nulli Judic. & §. Ad hac Authentic. de Collat.*

VI. Si committant crimen concussionis cum Subditis, ut eo modo pecunia ab illis extorqueatur, *leg. 2. ff. de Concussion.* ibique *Gloss. Verb. Publicum Zuff. Instit. Crim. lib. 2. tit. 13. lit. V. & de Angel. de Officialib. Baron. cap. 204. num. 5. in fine*, in illis autem circumstantiis, in quibus hoc crimen est privati judicii, non autem publici, de quibus diximus supra *tit. 2.* & distinguendo observat, *Brugiot. Instit. Crim. lib. 2. tit. 19. num. 43. & seq.* ubi, quòd attenta illius improbitate cujuscumque conditionis homines concussi invitantur ad accusandum, tam expleto, quàm durante concutientis Officio, *& Decian. lib. 5. cap. 4. num. 7. & lib. 8. cap. 35. nu. 24. & seq.* ubi, quòd committitur multis modis, de quibus etiam *Brugiot. Instit. Crim. lib. 2. tit. 19. num. 39. & seqq. & de Angel. de Delict. par. 1. cap. 20. Factis* nimirum, veluti carceratione, vel alia indebita vexatione; *Verbis*, ut si proferat illa, vel nutus faciat de incarcerando; *Minis expressè illatis*, puta, si iratum contra aliquem se fingat; *Minis illatis tacitè*, hoc est, si præparatis, & confictis adhoc artibus, vehementem suspicionem alicujus imminentis periculi, & capitalis judicii in animo alicujus generaverit; *Precationibus*, quando nimirum istis mediantibus ad aliquid dandum induxerit, quia preces Potentium sunt concussiones, & species violenta jubendi: *Submissione*, ut si aliquem mittat ad loquendum cum accusato, ut pro terminatione negotii pecuniam tradat; Et demum *dolo, & simplici mendacio*, puta, si aliquis Officialis simulet, se habere in mandatis à Præside Provinciæ, aliquem capiendi, & incarcerandi; Vel si Notarius sine Judicis commissione jubet aliquem citari ad Informandum Curiam, ut in *leg. 1. ibique Gloss. in princ. ff. de Concuss. Farin. qu. 111. n. 43. & seq. Sanfel. dec. 45. per tot. Peregr. in Elucidar. Jur. lib. 1. elucidar. 8. sect. 2. n. 114. Verb. Concussio, & Rayn. t. 2. c. 4. à n. 88.*

VII. Si Officialis in Loco, in quo Jurisdictionem exercet, celebraverit aliquem contractum, & pœna est omissio rei, quæ in contractum venit, & insuper quadrupli solutio *leg. Non licet, Cod. de Contrah. empt. & leg. Infertur, §. Quod ad Præsidem, ff. de Jur. Fisc. Fagnan. in cap. Procurationes n. 25. de Censib.*

VIII. Si Officium deserat, & administrationem deponat, ante sui Successoris adventum, *leg. 1. §. Administrationum Cod. Ut omni Judic. tam Civil. quam militar. & leg. 1. ff. de Offic. Præfect. Augustal.*

IX. Demum, si post depositam administrationem per spatium 60. dierum in Civitatibus celebrioribus illius Provinciæ non steterit ad dandum syndicatum, sed statim Provinciam deseruerit, *§. Super hoc Auth. de Collatorib.* Quod est adeò verum, ut controversia sit inter Doctores, an Princeps de potestate ordinaria remittere possit Officiali syndicatum, cujus negativam substinent, *Lodov. Rodulph. de absol. Princip. potest. cap. 6. num. 69. conclus. 7. Cobell. ad Bull. bon. Regim. cap. 19. num. 40. & Zaul. tom. 1. lib. 1. rubr. 9. num. 5.* In affirmativam verò inclinare videtur *Rota in Mindonien prætensæ observationis Constitutionis 12. Januarii 1705. Sive enim coram R. P. D. Ansaldo*, ubi, quòd hujusmodi syndicatui quodammodò, se subiicere voluit Salvator Noster, quando dixit; *Quis ex vobis arguet me de peccato Joann. 8. 46. & in §. Adeout*, limitat conclusionem in casu, quo Officialis officium exerceat coram ipso Principe.

Licèt autem, Jure communi attento, teneatur Judex de sententiis, per imperitiam latis, rationem reddere in syndicatu, prout etiam de lata culpa, & similibus, de generali tamen consuetudine hodie non syndicatur, nisi de dolo, & barattaria, ex allegatis per *Conciol. verb. Syndicatus resolut. 3. per tot. & Zaul. ubi suprà numer. 21.* quo casu, adhoc, ut criminaliter contra ipsum procedi possit, requiritur plena, & concludens probatio; Lex enim in dubio semper præsumit pro Judice, *Farinac. quæst. 11. num. 164.* ubi, quòd probationes debent esse luce meridiana clariores, *Maffin. de Confisc. quæst. 11. num. 16. & Conciol. ubi sup. resolut. 2. per tot.* Ad quem effectum non admittuntur testes, quos idem Judex carcerari antea fecerat, *Hieron. Giacch. in cons. unic. de syndic.* impresso inter Oper. *Clar. n. 136. & Cavalcan. de Brach. Reg. par. 5. n. 110. & de Testib. p. 4. n. 117.*

Minusque idonei reputantur illi, qui contra Judicem in syndicatu dederunt petitiones pro seipsis *Farin. q. 111. n. 173.* ubi de opinione communi *Maffin. de Confisc. q. 11. nu. 18. & Conciol. ubi sup. resol. 2. n. 5.* ubi, quòd contraria opinio procedere potest, quando agitur civiliter, secus autem quando agitur criminaliter.

Dixi *post depositam administrationem*, quia, durante officio, Judex non potest syndicari *Par. de Syndic. verb. Barattaria n. 5. Anton. de Ball. tract. Crim. lib. 6. q. 3. nu. 8. & Conciol. ubi supra resol. 4. per tot.* ubi, hoc limitat, quando agitur de delictis, commissis circa proprium officium Judicis, quam limitationem admittunt etiam *Scacc. de Judic. lib. 2. cap. 9. n. 985. & seqq. & Maffin. de Confisc. q. 11. num. 26. & seqq.*

Posita autem condemnatione Judicis, facta per Syndicatores, non admittitur appellatio, neque si condemnatus sit civiliter, neque criminaliter pro delictis durante officio commissis, *Ursell. conclus. 128. num. 375. Scacc. de Appellat. quæst. 17. limit. 17. num. 3. & Conciol. ubi supra resolut. 4. numer. 5.* Imò S. Consulta in epistola, quam registravit, *Cobell. ad Bull. bon. Regim. cap. 19. num. 40.* mandavit, *che tutte le inibitioni, che si otterranno in avvenire in materia de Sindicati, non abbiano à suffragare, quanto all' effetto suspensivo, se non in quei casi, che la medema Consulta dichiarará in contrario.*

Terminus dd. dierum 50. à *Constitut. Marchiæ l. 2. cap. 40.* redactus fuit *ad* 20. quorum 10. assignati fuerunt pro querelis porrigendis contra Officiales, reliquis verò 10. Syndicatoribus, ad ferendum sententiam, quibus elapsis, & non lata sententia, Officiales habentur pro absolutis, ex adductis *per Zaul. tom. 1. lib. 1. rubr. 9. num. 11.* ubi, quòd iste terminus ex justa causa potest prorogari à Sac. Consulta, quodque eadem solet facere gratiam Officialibus legitimè impeditis, ut faciant syndicatum per Procuratorem, qui tenetur respondere querelis contra suum principalem porrectis, absque eo quòd valeat allegare, se non esse sufficienter instructum, quia Principalis sibi imputare debet, si Procuratorem non benè instructum constituit, juxta animadversa, *per Solorzan. de Jur. Ind. lib. 4. cap. 8. num. 7.* referentem ita decisum in gravissima causa, quæ verum putat *Zaul. ubi supra num. 14.* in casu, quo querelæ præcesserunt constitutionem Procuratoris, & discessum Principalis, secus è contra, quia non potuit idem Principalis instruere Procuratorem circa illa delicta, quæ ad sui notitiam non fuerunt deducta.

Omnia hæc, quæ diximus de Officialium obligatione circa Syndicatum, non procedunt cum Vicariis, seu Officialibus Episcoporum, & Archiepiscoporum, qui, cùm corruscent radiis dignitatis Episcopalis, & propter dignitatem Ecclesiasticam, non tenentur stare syndicatui, quidquid dixerit, *Sbrozz. de Offic. Vicar. lib. 3. q. 52. per tot.* ut probant *Gennens. in Prax. Cur. Archiep. Neap. q. 58. per tot.* ubi sequitur Constit. Greg. XIII. emanatam pro Ecclesia Tarentina, cujus verba registravit, *Barbos. de Potest. Episc. par. 2. all. 54. n. 183. Novar. in Summ. Bullar. Comm. 159. per tot. & Conciol. resol. crim. verb. Syndicatus resol. 3. nu. 3.* Firmata autem per *Strozzium*, ubi supra procedere possunt de Jure communi, nam supposita consuetudine admittit n. 2. illam esse attendendam.

Tenor Brevis Gregorii XIII. directi Archiepiscopo, Capitulo, Clero, & Civitati Tarentinæ repertus penes Joannem Juvenem in ejus Tractatu de Antiquitate, & varia Tarentinorum Fortuna *lib. 8. Colum. 1406. inserto in Opere intitulato* Italia illustrata *impresso Francofurti Anno 1600. apud Cambiertanum est sequens:*

GREGORIUS PAPA XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

QUONIAM in Ecclesia Dei ejus vices, meritis licèt indigni, gerimus in Terris, sicuti ad disciplinam Ecclesiasticam conservandam, atque propagandam, divinumque cultum amplificandum nihil est ipsa concordia accommodatiùs, ita nihil æquè universum Ecclesiasticum Ordinem conturbat, atque adeò pervertit, quàm si quandò à suo Capite membra dissidere conspiciantur. *Et sicut*, non sine animi nostri displicentia, accepimus inter Ven. Fratrem Lælium Archiepiscopum Tarentinum ex una, & dilectos filios Capitulum, & Clerum, & forsan Communitatem Tarentinæ Civitatis Partibus ex altera, nonnullæ lites, dissentiones, ac controversiæ coram Ven. Fratribus nostri S. R. E. Cardinalibus super Episcoporum Causis deputatis, aliisque forsan Judicibus, ac Tribunalibus versæ fuerint, & in præsenti versantur, prætendentibus quidem Capi-

pitulo, & Clero, & Communitate prædictis, ejusdem Archiepiscopi Vicarios pro tempore existentes Syndicatui esse obnoxios, ac Notarium, seu Magistrum Actorum (ut vocant) non nisi de Gremio, seu Corpore Capituli per Archiepiscopum eligi debere; Archiepiscopo verò, quod Capitulum, & Clerus, ipso inconsulto, ipsoque, vel ejus Vicario non interessente, minimè insimul cogi, nec haberi posset, quodque aggregatio, sive electio, vel saltem institutio, & confirmatio Clericorum primæ Tonsuræ, qui Metropolitanæ Ecclesiæ Tarentinæ deserviant, ad se omninò, vel ad ejus Officiales, minimè verò ad Capitulum, & Clerum prædictos pertineat. *Nos pro Pastoralis* Officii debito litibus, controversiis, ac dissentionibus hujusmodi finem imponere ac eorumdem Archiepiscopi, Capituli, Cleri, ac Communitatis quieti, & animarum saluti consulere, eosdemque omnes à gravibus dispendiis, & molestiis, quæ ex litibus hujusmodi, ac controversiis in dies suscipiuntur, eximere, ac penitùs liberare cupientes, illosque à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, cæterisque Ecclesiasticis censuris, & pœnis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, absolventes, *motu proprio*, non ad dd. Archiepiscopi, Capituli, Cleri, & Communitatis, aut alicujus eorum Instantiam, seu requisitionem, *sed ex mera voluntate*, & certa, ac deliberata scientia nostra, *ac de Apostolicæ Potestatis plenitudine*, habita prius super præmissis cum prædictis Venerab. Fratribus nostris Cardinalibus, qui Jura Partium pluries audierunt, ac diligenter examinarunt matura deliberatione, omnes, & quascumque lites, controversiasque, & differentias prædictas, earumque singulas à prædictis, & aliis quibuscumque Judicibus, & Tribunalibus, ubi illas pendere contingeret, ad Nos harum serie avocantes, Apostolica auctoritate, perpetuò extinguimus, cassamusque, & annullamus, proque extinctis, cassis penitusque annullatis haberi volumus, & mandamus, ac omnibus, & singulis, quorum interest, sive in futurum quomodolibet interesse poterit, super præmissis perpetuum silentium imponimus. *Volumus autem, ac eadem auctoritate* tenore præsentium perpetuis futuris temporibus expressè statuimus, & mandamus, *quod de cætero* Vicarii, & Officiales, sive Generales, sive particulares, sive *etiam Foranei* nuncupati per eumdem Archiepiscopum, sive ejus pro tempore successores in dicta Ecclesia Tarentina, sive ejus Diœcesi deputati, vel deputandi ad aliquem Syndicatum nullo modo teneantur, aut eidem, sub quovis respectu, sint obnoxii: Notariorum quoque Actuariorum, quos Magistros Actorum appellant, electio, ac deputatio, etiamsi laici sint ac exteri, ipsorum Archiepiscoporum pro tempore penitus libera, ac ad nutum amovibilis existat. Quodque Capitulum, & Clerus prædicti, etiam absque ipsius Archiepiscopi notitia, & interventu, se pro eorum negotiis capitulariter congregare, dummodò non eo tempore, quo in Choro Residentia, vel alibi Ecclesiastica aliqua functio sit peragenda, possint, ac valeant: liberum tamen sit Archiepiscopo, & successoribus præfatis per seipsum, nisi de suo, vel suorum interesse ageretur, intervenire; Vicarius verò, (Clero, & Canonicis invitis) minimè admittatur. Volumus tamen, ut in singulis Capitulis, & Congregationibus hujusmodi, absque Archiepiscopi interventu, ut præfertur, faciendis, quod primus Canonicus in ordine, qui in dicto Capitulo, & Congregatione præsens erit, ipse, juxtà debitum Ordinem, & modum, Vota, & suffragia suscipiat, altercationes, ac clamationes, & jurgia cohibeat, Contumacesque & inobedientes eidem Archiepiscopo, seu Vicario statim denunciet, in eos, juxta qualitatem delicti, animadversuro. Insuperque quod Clericorum ejusdem Metropolitanæ Ecclesiæ servitio addictorum, & addicendorum electio, sive aggregatio ad Clerum, & Capitulum, seu Canonicos prædictos, absque aliqua ipsius Archiepiscopi, sive ejus Vicarii confirmatione, institutione, vel approbatione, pertineat; Ita tamen, ut electi, & aggregati hujusmodi ab ipso Archiepiscopo, sive ejus Vicario mandatum de sese ad d. Gremium admittendis, prout hactenùs consuetum extitit, petere teneantur, ac reservatio eidem Archiepiscopo Jure, & facultate omnes Ordines conferendi, licentiamque eisdem Clericis de se promovendo concedendi, ac eosdem ad Sacramentorum administrationem admittendi; Idoneos tamen, & prævio examine approbandos, juxta Sacr. Canonum statuta, & ipsius Ecclesiæ laudabiles consuetudines. Quocircà omnibus, & quibuscumque, quos præmissa concernunt, & in posterum quomodolibet concernent, cujuscumque Dignitatis, status, gradus, ordinis, & conditionis fuerint, districtè præcipiendo mandamus, ut præmissa omnia, & singula inviolabiliter observent, & observari mandent, & faciant, districtiùs inhibentes omnibus, & singulis prædictis, ne sub indignationis nostræ, & excommunicationis latæ sententiæ eo ipso, si contra fecerint, incurrendis pœnis, ne quominùs prædicta omnia, & singula suum debitum sortiantur effectum, se se opponere, impedire, retardare, aut quoquo modo perturbare audeant, vel præsumant; Et ita per quoscumque Judices, & Commissarios quavis auctoritate fungentes, etiam Cardinales, *sublata eis*, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi *facultate, & auctoritate*, judicari, & definiri debere, *ac irritum, & inane decernimus* quid quid secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, *& Regula nostra de Jure quæsito non tollendo*, Capitulique, ac Cleri, & Civitatis prædictorum etiam Juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, Statutis, Præscriptionibus, ac Consuetudinibus, etiam immemorabilis temporis, ac etiam Synodalibus Decretis, Privilegiis quoque, Indultis, & Litteris Apostolicis, etiam dd. Capitulo, & Clero, Communitati, & Civitati, etiam per Nos, seu Prædecessores nostros, etiam motu, scientia, & Potestatis plenitudine similibus, ac etiam Consistorialiter sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis, etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, & efficacissimis Clausulis, irritantibusque, & aliis Decretis quomodolibet, etiam iteratis vicibus, concessis, approbatis, & innovatis quibus omnibus, etiamsi de illis specialis, & individua mentio habenda foret, eorum tenoris, ac si de verbo ad verbum insererentur præsentibus, pro plenè, & sufficienter expressis habentes, *hac vice dumtaxat specialiter, & expressè motu, scientia, & Potestatis plenitudine prædictis derogamus*, cæterisque contrariis quibuscumque. *Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatorio die 2. Maji* 1579. Pontificatus nostri anno septimo.

Cæs. Glorierius.

48 Vicarii demum Capitulares tenentur reddere rationem Episcopo successori, ut statuitur *in Conc. Trid. sess. 24. de Ref. c. 16.* & advertunt *Barb.* ibidem *num. 35. Ragucc. de Vot. Canon. in Capit. qu. 40. num. 13. Marcell. Vulp. in Prax. Jud. for. Eccl. c. 44. num. 19. in princ. & Gennens. ubi supra*, ubi in fine adnotationis, sequendo *Cephal. consil. 39.* probat, nec etiam Generales Religionum, & alios in eminenti dignitate constitutos, debere stare Syndicatui. 49

50 Crimina verò extraordinaria, quæ committuntur à personis privatis, plura pariter sunt, &

51 I. Est crimen expilatæ hæreditatis, quod latè explicant *Zuff. Inst. Crim. lib. 4. tit. 4. literis FF. & seq. de Angel. de Delict. par. 1. cap. 43. & Rayn. tom. 2. cap. 14. §. 15. per totum*, pro quo sciendum, quòd hæreditas, donec adita non est, dicitur jacens, quòdque hæres pro Domino habetur, unde se pro hærede gerere idem est, ac gerere se pro Domino, 52 *§. Item extraneus Instit. de hæred. qualit. & differ.* Hærede autem non adeunte, hæreditas nullum Dominum habere dicitur *leg. 1. §. Scævola, ff. Si quis testam. liber. esse*, & consequenter si aliqua res hæreditaria sublata fuerit, non est propriè furtum, quia istud dicitur contrectatio rei alienæ, invito Domino facta, ut observavimus *supra tit. 8. num. 1.* Sed 53 ab ipso actu expilationis, & diminutionis hæreditatis, crimen expilatæ hæreditatis appellatur, & eas res auferens non fur, sed expilator hæreditatis dicitur *leg. 2. & leg. fin. ff. de Crim. expil. hæred. & Brugiot. Instit. Crim. lib. 3. tit. 8. num. 2.* ubi, quòd expilator hæreditatis dicitur improbior fure, ac puniri solet pœna extraordinaria juxta facti, & personarum qualitatem, quod observant etiam *Alberis. de Hæredit. action. part. 2. cap. 10. num. 16. de Angel. de Delict. par. 1. cap. 43. num. 7. & 8. & Card. de Luc. in Summ. de Hæred. num. 13.* 54

55 II. Est crimen termini moti, pro cujus intelligentia sciendum est, quòd *terminus nihil aliud est, quàm limes camporum, possessionumque, finium causa positus, quo fines cujuscumque prædii dignoscantur*, ita *Seayn. dec. Bonon. 10. num. 38. & Pacichel. de Distant. cap. 4. membr. 2. num. 13.* ubi sequendo *Griphiand. de Insul. c. 24. num. 91.* illum dividit in naturalem, hoc est à Natura, vel à Deo positum, & artificialem, hominum scilicet industria constitutum, Necnon 56 in publicum, ac privatum, *Hieron. de Mont. de Finib. cap. 5. num. 2. & seqq. & de Angel. de Delict. par. 1. c. 7. num. 1. & plurib. seqq.* Committitur autem hoc crimen, cùm quis

quis antiquos terminos, in agris positos ad meum, & tuum distinguendum, necnon ad regundos fines, extirpat, amovet, atque effodit, *leg.1. & tot. tit. ff. de Term. mot. & tot. pariter tit. ff. Fin. Regund. Zuff. Instit. Crim. lib.4. tit.12. lit.C.* ubi, quòd pœna regulanda ex personæ conditione, & mente amoventis terminos, & latè *Rayn. tom.2. cap.15.§.7.per tot.* Sive isti termini sint lapides, sive arbores 57 sivesepes, vel quid simile *Farin. qu.168. num.112.* Quatuor verò modis committitur, ut observat *de Angel. de Delict. part.1. cap. 7. num.2. & per totum* I. Si quis hoc faciat causa occupandi agrum vicini, seseque dilatandi *leg.2. ff. de Term. mot.* II. Si quis, inchoato jam judicio finium regundorum, hoc fecerit ad offuscanda Jura Adversarii vicini, & ad litem magis intricandam *leg.3. §. Alia, ff. Eod.* III. Si quis amoverit terminos non proprios, sed aliorum ad effectum seminan- 58 di inter eos discordias, & lites *Farin. qu.168. num.94.* & IV. Si quis amoveat terminos dolosè, & causa furandi illos, sciens lapides, quos furatur, esse terminos, vel etiam hoc faciens ignoranter, sed tamen culpabiliter *leg. 2. ff. de Termin. mot.* & latè *Brugiot. Inst. Crim. lib.3. tit.10. à num.24. Anton. Matth. de Crim. tit. de Termin. mot. Heing. qu. illustr.2. num. 57. & seq. Sabell. in Prax. univers. §. Confini nu. 14. & Rayn. t.2. cap.15. §.7. per tot.* ubi latissimè. Nota hìc, quòd termini 59 appositio non est necessaria, quando ex aliis demonstrationibus rei certitudo deducitur, *Rot. decis.520. num.11. & seqq. cor. Dun. jun.*

60 III. Est crimen *Calumniæ*, hoc est falsæ accusationis, ab aliquo motæ contra aliquem, super crimine sibi objecto, quod tamen non est tale Calumniari enim est falsa crimina 61 scienter intendere *l.1. §. Calumniator, ff. ad S. C. Tertul. Placentin. tract. Crim. tit.4. num.4. Girland.* pariter *tract. Crim. tit. de calumn. num.3. Zuff. Instit. Crim. lib.1. tit.16.* 62 *per tot.* Calumnia verò definitur, *à Brugiot. Inst. Crim. lib.3. tit.20. num.2. Falsa Criminis accusatio, à sciente commissa*, cum qua concordat *de Angel. de Delict. par.1. cap.26. num. 1. & per tot.* In dubio calumnia non præsumitur, sed ab Accusatore concludenter probanda est, ex animadversis per *Cab.* 63 *cas.205. per tot. & Nicol. Carbon. in Pract. practicar. cap.3. lib.3. num.65.*

64 Rei hujus criminis extraordinaria pœna puniuntur juxta criminis qualitates *leg. In privatis, ff. ad Sen. Cons. Turpil. Farin. qu.16. num.5.* Ut plurimum verò eadem pœna, qua puniri debebat accusatus, si delictum probatum fuisset *Brug.* 65 *Inst. Crim. lib.3. tit.20. nu.7. de Angel. de Delict. par.1. cap.26 num.12.* ubi, quòd tenetur etiam ad refectionem damnorum & expensarum accusator calumniosus, *& Rayn. tom.2. cap. 18. §.4. num.5.* ubi *num.18. & seqq.* quòd hodie hujusmodi pœna talionis recessit ab usu, & calumniatores in causis capitalibus, vel gravioribus condemnantur ad Triremes in 66 perpetuum, vel ad tempus non modicum, & antè transmissionem ad Triremes incedunt per loca publica cum mitra in capite, & nota criminis in pectore; In non capitalibus verò seu minùs gravibus, condemnantur in pœnam fustigationis, vel catenæ infamis, exilii, relegationis ad tempus, ictuum funis, & quandoque etiam in pœnam pecuniariam, juxta personarum, & delictorum qualitatem, quod adverterant priùs *Caball. res. crim. 166. per tot. Foller. cons. crim. 80. inter cons. crim. divers. & Gargiar. cons.9. num.25. & seq. lib.2*

67 Quamvis autem calumniæ crimen, tanquam continens in se falsum, videatur esse ordinarium, & publici judicii, ut tradit *Decian. lib.5. cap.4. num.17.* In rei tamen veritate non est crimen publicum, sed privatum, & extraordinarium, ut dixit *Gloss. in leg.1. ff. de Publ. Judic.* & admittit *Decian. ubi supra, & lib.7. cap.32. num.19. & 20. & Farinacc. quæst. 16. per totum.*

68 Dividuntur calumniatores in veros, & præsumptos. Veri dicuntur illi, qui per malitiam, & scientiam dolosè falsa crimina intendunt, illa probare procurantes: Præsumpti verò qui, vel accusationem non probant, vel ab ea desistunt *Ant. Matth. de Crim. tit.7. de Sent. cap.3. de Calumn. accus. n.3. & Rayn. t.2. c.18. §.4. num.3. & seqq.*

69 Si autem quæras hìc, quando malè faciat Advocatus patrocinium præstando in causa calumniosa, Respondeo, hujusmodi casum vix dari posse in causis, requirentibus operam Advocatorum, & consistentibus in mero Juris articulo, vel in facto omnino incerto, & ambiguo, cujus decisio pendet à Judicantis arbitrio, & una, vel altera juridica interpretatione, fundata in circumstantiarum complexu, & pondere, in quibus, ut ad rem observat *Card. de Luc. de Fideicom. disc. 179. num. 3.* vel ob ingeniorum varietatem, juxta illud Poetæ:

Velle suum cuique est, nec voto vivitur uno

relatum *à Ioann. Sandè in præfat. ad decis. Fris. & Decian. in Apolog. impress. post 3. volum. Respons. cap.19. num.5. & seqq.* ubi, quòd proindè ex causæ victoria non infertur ad im- 70 peritiam scribentium, quodque licèt virtus, & doctrina prudentum, plerumque exitu, & victoria judicentur: Attamen id vulgi, & imperitorum est judicium, *Rota in dec. 13. in princip. cor. R.P.D. Ansaldo.* Vel ob alias considerationes indicatas ab eodem *Card. de Luc. de Emphyt. disc.52. num.7.* quotidiè videmus, ut, quòd uno docto, & integerrimo Judicanti videtur nigrum, alteri æquè docto, & integro album videatur, Atque sæpè experimur, Advocatum vincere illas causas, in quibus de bono Jure sui Clientis dubitat, & non rarò succumbit in illis, in quibus firmiter credit, optimum fovere Jus, ut generaliter observat *Rayn. tom.2. cap.19. supplet. 1. num.12. vers. Verum*, & de se ipso frequentissimè testatur *Card. de Luca in suis Operibus*, & signanter *d. decis. 179. nu. 3. de Fideic.* ubi proindè egregiè advertit, Moralistarum propositiones in hac parte, loquentium de patrocinantibus causas cum aliquo scandalo, & eo modo, quo Scribæ, & Pharisæi de Publicanis, & publicis peccatoribus loquebantur, veras esse in abstracto, vel in illo dubio, quod consistit in mero 71 facto certo, & inalterabili, circa quod defensio sequi non potest, nisi cum mendacio, quod semper est malum.

In hac autem parte ego libenter consilium peterem à dictis 72 Moralistis in *una Neapolitana Livellorum*, circa quam anno proximè elapso 1705. edidi Dissertationem Historico legalem, ad quam remitto Lectorem, & in qua per tres conformes dictum fuit, *confirmandum esse decretum Vicarii Neapolitani, declarans Monasterium S. Joannis Baptistæ ejusdem Civitatis minimè fuisse reformatum*, & tamen sola lectura ejusdem decreti ostendebat, eumdem Vicarium id nullatenus dixisse, sed solùm (sunt ejus verba) *non esse comprehensum inter Monasteria reformata* die 9. Septembris 1702. quo tale decretum edidit, & circa quod præsens tempus nil ad causam faciebat, esse vel non esse reformatum, dum punctum consistebat in eo, an in præteritum, seu anno 1669. fuisset tale, ut latiùs videre est *in dicta Dissert. historico legali, §.16. num.9. & seq.* Verumtamen est, quod, ut dicebam *in eodem §.19. n.9 & 10.* & modo cum *Rot. in dec.168. n.1. apud D. Constant. ad Statut. Urb. & in Imolen. Bonorum seu Reinteg.25. Novembris 1705. cor. R.P.D. Ansald.* constanter repeto, et- 73 jamsi dictæ Sententiæ essent mille, non tres, adhuc in nulla consideratione sunt habendæ, & ratio est manifesta, & evidens, quia veritas per nostrum affirmare, vel negare immutari nunquàm potest, ex adductis *per Jovium de Solemn. in contr. min. gloss.16. §.12. num.14. & per eumdem R.P.D. Ansald. de Comm. & merc. disc.22. num.16.* Ad palpandam igi- 74 tur injustitiam earumdem Sententiarum sat est, oculos in fronte habere, & legere decretum confirmatum, Et tamen adducere hæc, & multa alia, æquè evidentia, in Dissertatione registrata, nihil profuit, & opus fuit Principales consolari cum illis propositionibus, quod habent sua sydera lites, quodque dantur fata causarum, de quibus *Scannar. de Visit.* 75 *Carcerat. fol.104. num.26. Scacc. de Sent. & re judic. gloss.10 qu.4. sub num.16. Add. ad dec.12. num.63. par.3. rec. Card. de Luc. de Testam. disc.21. in fin. & Rot. in Romana, seu Saven. success. 8. Februarii 1706. §. 1. in fine coram Rev. P. D. Ansald.*

Atque eædem propositiones applicantur illis Causarum 76 Patronis, quos Concinnatores litium vocat *Ulpian. in leg. Nec quidquam 9. §.2. ff. de Offic. Proconsule. Gratian. discep. 176. à num.59.* ubi latè, & benè Canes Curiarum *Bart. in leg. Omnes Populi, num.40. ff. de Just. & Jur.* Excoriatores Pauperum *Jas. in §. Actionum num.47. Instit. de Action.* Togatos Vulturarios *Manfrell. in obser. ad dec.169. Capyc. Latr.* Devoratores Civium *Girard. de Petra Sanct. singul.73. num.7. & Zacch. de Salar. quæst.52. num.7. Forenses* Rabulas *Lotter. de Re benef. in Appar. num.165. & seqq.* Natos ad conturbandum negotia hominum, confundendum, & permiscendum jura omnia *Cujac. in cap.1. de Lit. contest.* Prædatores *De Angel. de Delict. par.2. cap.2. num.2.* Maximos, & sceleratos peccatores, severè puniendos, tam in anima, quam in corpore *Card. de Luca de Fideic. disc.179. sub num.3.* verborum Consarcinatores *Fattinell. resp.56. num.4.* Vulgus verò in Urbe illos nuncupat *Mozzurecchi*, ad quæ allusit nostræ ætatis *Juven.* quando in *Satyr.* 14. cecinit:

Ite procul Socii rixarum, atque aure minores
Causidici, Juris probrum, Gentisque togata,
Quos Capitolina gaudent garrire Cathedra,
Et Fora dimidiis tantùm lustrata lacernis.

Quosvè perbellè descripsit *Ammian. Marcellin. l.30. Hist.* relatus *à Vizzan. de Mandat. Princip. cap.13. num.40. Qui in*

in professione turbolenta clarescunt, ad expugnandam veritatem ore mercenaria providentes, per prostitutas frontes, vilesque latratus, quò velint aditus, sibi patefaciunt crebros, qui inter sollicitudines Judicum per multa distentas irresolubili nexu vincientes negotia, laborant, ut omnis quies litibus implicetur, & nodosis quæstionibus de industria judicia circumscribunt.

77 Omnia autem hæc, quæ de incertitudine, & dubietate eventus litium, circa juris articulos, & implicata facta diximus, comprobat quotidiana experientia ipsorummet Judicum, de facili, quando id exigit justitia, propria judicata infirmantium, ut observat *Card. de Luc. de Emphyt. disc.* 58. 78 *in fin.* ubi, quòd Rotæ integritas in eo præcipuè residere videtur, quòd suarum resolutionum affectio illius Auditores non fascinat, sed libenter, agnita meliùs veritate, recedit à resolutis, & de seipsa sæpè testata est Sac. Rota, & signanter *cor. Ursin. in Rom. multiplicor. super contribut.* 21. *Junii* 1697. §. *Remanet*, ubi refert, & sequitur aliam decisionem, quæ tunc non emanaverat, sed post quinque dies edita fuit, & *in dec.*67. *num.*4. *cor. R. P. D. Ansaldo*, & priùs *in dec.*13. *in princ. cor. Eodem*, ubi, quòd hoc sibi præcipuum forsse vindicat Sacræ Rotæ Romanæ Tribunal, quòd, quemadmodum in aliis Curiis citra admirationem facilè, passimque contingit, ut quod fuerit ab uno Judice, diverso tamen definitum, ab alio revocetur, idipsum frequentissimè accidat in Sacræ Rotæ Auditorio, nedum occasione recessus à decisis qui ab eisdem Judicibus practicatur, verùm etiam infirmando Sententias, latas quidem in eodem Auditorio, sed per diversas personas, in præcedenti Turno constitutas, Quod de Sabaudiæ Senatu observavit etiam *doctissimus Fab. in epistol. ad Lector. sui Cod.* ibi *Idem planè Senatus est, sed non iidem Senatores*, quem sequuta fuit *Rota in dec.*183. *in princ. cor. Emer. jun.*

79 Adverte hìc, quòd Advocatus dicitur ex eo, quòd à Cliente advocetur, ut suæ adsit causæ, seu illius defensioni, quam à seipso parare, & adimplere non potest *Brancaccin. de Jur. Doctor. lib.*2. *cap.*11. *num.*1. Indeque ego in ea sum opinione, quam factis comprobare non desino, quòd nullam omnino prætermittere debet Advocatus diligentiam, quam ad causæ victoriam proficuam agnoscit, eo quia illam absque ullo dubio non prætermitteret Litigans, si propriam causam defendere sciret: Subrogatus enim in alterius locum, tenetur adimplere omnes illas partes, quæ subroganti incumbunt, juxta notoria principia. Licèt autem hujusmodi extraordinariæ diligentiæ, ut plurimùm congruam non inveniant recompensationem, inconveniens non solet provenire à Fonte, seu à Principalibus, sed à Canale, hoc est ab illorum Agen- 80 tibus, aquam ad suum molinum trahentibus, ut in simili dicebat *Sperell. in dec.*8. *nu.*34. *vers. Quidquid*; Quibus Agentibus non semel insinuavi aureum dictum *S. Joan. Chrysost.* relati *in Can. Allegant.*26. *quæst.*7. *ubi dominus largus est, dispensator non debet esse tenax*, sed vis, ut dixi, in eo resider, quòd in illis etiam casibus, in quibus Principales liberales sunt, effectus talis liberalitatis causæ Defensoribus sunt ignoti. Experto credite.

81 Adverte secundò cum *Alciat. lib.*10. *Parerg. cap.*21. vetus esse proverbium, *Esto Advocatus juvenis, & Medicus senex* in eo fundatum, quod Medicus pollere debeat rerum usu, qui in senecta, ut plurimùm, ætate habetur, atque imprudentis sit Viri, salutem suam Tyroni in medicina credere; 82 Non sic autem in Advocato, cui non judicium, sed solùm patrocinium convenit, facilius autem juvenis talem laborem suscipiet, etiam ob gloriam, quam juvenes præcipuè maximè affectant.

83 Adverte tertiò, quòd aliquando reperiuntur Litigantes adeo providi, ut modestè loquar, qui in principio Litis, nullo soluto honorario, eorum Jura ostendunt pluribus primariis Advocatis, vel ab illis consilium petunt, ad hoc, ut deinde contra ipsos scribere pro alia Parte non possint, ut experientia me docuit, & observat *Zaul. t.*1. *fol.*117. *num.*23. 84 Ad obviandum autem similibus malitiis, in istis circumstantiis permissum est iisdem Advocatis defensionem alterius Partis assumere, ut probat *Zaul. ubi sup.* & firmavit *Rota in dec.*2018. *num.*3. *& per tot. cor. Coccin.* & habemus in hac parte Textum in l. Providendum 7. C. de Advocatis divers. Judic. de quo in *tom.*4. *par.*2. *discept.*13. *à num.*91.

85 Adverte quartò, quòd Advocati non solent, neque debent quietantias facere de eorum honorariis, ut firmavit *Rot. in dec.*569. *nu.*1. *in fin.* quam sequitur *Cerr. dec.*254. *nu.*7. *par.*4. *rec.* & rationes, seu congruentias hujus conclusionis latissimè adducunt *Decian. in Apolog. impress. post* 3. *volum. Respons. cap.*22. *à num.*153. *usque ad fin.* & *D. Constant. ad Stat. Urb. annot.*63. *art.*1. *num.*62. & *seqq.* vide *Pacion. de Locat. cap.*15. *nu.*70. ubi ad id probandum adducit *Tex. in l. Qui operas* 41. *ff. de locat.* & testatur de Praxi Urbis, Aliam nimis nobilem adducens rationem quia scilicet agitur de Salario debito pro honore, & scientia, quod debetur in principio, ad differentiam Salarii debiti pro labore, quod solvi debet in fine. Vide etiam *Zacch. de Salar. quæst.*52. *num.*45. ubi refert Adagium illud — *A Cliente lite pendente*. Quibus adderem aliam ego, quòd scilicet juxta laudabilem Urbis consuetudinem regulariter non solent, neque debent Advocati scribere, & in- 86 formare in causis, nisi prius eis dentur honoraria, tam pro Scriptura, quàm pro Informatione in voce, proindeque non faciendo computa, non est locus quietantiis, & recepturis, ut p tet consideranti. *Constant. ad Stat. Urb. to.*2. *ann.* 63. *art.*1. *num.*62. *fol. mihi* 573.

87 Adverte quintò, quòd licitè possunt Advocati magnum honorarium accipere, quamvis aliquando scripturas faciant sine magna revolutione Librorum, ob innumeras illas vigilias, & antecedens studium, ex quibus sibi facilitatem respondendi compararunt, itaut hoc casu dicantur recipere pretium præteritarum vigiliarum *Archidiac. & Jason.* relati à *Decian. ubi sup.*13. *num.*23. Quidquid autem dicat *Fattinel. resp.* 56. *num.*12. & 13. ex consuetudine debentur Advocatis originalia Informationum, de quibus sermo est in *dec.*744. *sub num.*13. *par.*4. *tom.*3. *rec.* quam sequitur *Ansald. de Commerc. & mercat. disc.*64. *num.*5.

Circa Advocatorum Informationes in voce nota hìc, quòd quando illæ sequuntur eadem die, licèt diversorum Votantium, tunc pro iilis debetur unum honorarium, secus verò, quando diversis diebus, *Card. de Luc. in Relat. rom. cur. forens. disc.*46. *n.*47. quod evenire solet in causis, pendentibus in Sacris Congreg. in quibus, quando Clientes desiderant informationes multorum Cardinalium, si istæ expleri non possunt unica die, duplicari debet honorarium pro alia die, qua terminentur juxta Clientis desiderium.

88 Adverte sexto, ex *Card. de Luc. in adnot. ad Conc. dis.*37 *nu.*5. In Urbe adeo quotidianas, & frequentes esse in Sac. Congregationibus contentiones, & lites inter Religiosos, & præcipuè occasione electionum Superiorum, & confirmationum, à Generalibus Ordinum, vel à dd. Sacris Congregationibus obtinendarum, ut reperiantur multi Curiales, qui cum his Regularium negociis, coram Sacris Congregationibus pendentibus, honestè vivant.

89 Adverte septimò cum eodem *Card. de Luc. de Jurepatr. disc.*26. *num.*2. incredibile esse, quantùm in Judicibus operentur illæ primæ impressiones, quas in eorum intellectu fecerunt aliæ consimiles causæ propriæ, vel Conjunctorum, seu Concivium, aut in quibus alias judicarunt, vel tanquam Advocati scripserunt.

90 Adverte octavò, quòd sententia obtenta per prævaricationem, sive Judicis, sive Advocati, sive Causidici, vel est nulla ipso jure, vel saltem ope restitutionis in integrum retractanda est, ex adductis *per Carpzou. dec.*91. *sub nu.*18. *Cavalcan. de Brach. Reg. par.*5. *sub num.*254. & *Gob. consul.* 128. *num.*7. ubi *num.*5. quòd Judices crimen hoc committere 91 dicuntur, quando judicant in illa causa, in qua advocarunt, quòd observaverat priùs *Avend. de Exequut. mand. par.*1. *cap.*2. *num.*24.

92 Adverte nonò cum à *Pont. de Potest. Proreg. tit.*2. *de Assent. Reg. super donat. Princip. num.*56. *in princip.* nec non cum *Card. de Luc. de Testam. disc.*73. *num.*26. licitum esse Advocatis, data tamen justitia causæ, quam defendunt, adducere etiam motiva parum tuta, & minus subsistentia, pro Judicibus nimirum propriæ opinionis, & imperitis, qui negligunt, vel non cognoscunt motiva bona, & solida, quivè ex debilioribus, & fallacibus aliquando solent moveri.

93 Adverte decimò, quòd in aliquibus causis summoperè optant Litigantes, ut Advocati faciant Restrictus Facti, & Juris seu adimpleant partes, tam Procuratoris, quàm Advocati, quo casu, attento duplici labore, & studio, duplicatum eis debetur honorarium, ex adductis per *D. Constat. ad Stat. Urb. annot.* 63. *art.*1. *num.* 3. *Capon.* scribens pro seipso *in discept.*109. *num.*52. Generaliter *Bertacchin. vot. dec.*67. *nu.* 3. Quare autem dictus Restrictus vocari soleat *Salciccia*, vide *de Luc. in Relat. Rom. Cur. disc.*46. *sub num.*46.

94 Adverte undecimò, quòd Advocati, aliique Viri literati quando scribunt res alicujus momenti, vel concernentes considerabilia negocia, non solent advertere ad Calepini rigorosas regulas, nempe majusculas, puncta, lineas &c. ut observavit *Card. de luca de Successión. discep.* 17. *num.*7. *in fin.*

95 Adverte duodecimò, bonæ conscientiæ Judices non debere

bere considerare, vel litigantium, vel Defensorum amicitiam sed præ oculis habere vulgatum illud *Amicus Socrates, amicus Plato, sed magis amica veritas*, ut observat *Alciat. lib. 9*
96 *Paregr. cap. 26.* In qua parte Clientes, ut plurimum vivunt sub contraria credulitate, ex qua provenit, quod in omnibus ferè Tribunalibus illi Defensores multas solent habere Causas, qui in minoribus, vel fuerunt Adjutores studiorum vel alio amicitiæ vinculo Judicibus juncti sunt, & à tali cau-
97 sarum multiplicitate, ut plurimum procedit deindè defensionis debilitas: Pluribus enim intentus causis non potest singulis congruum tribuere studium, ut experientia notum est, quia, ut scriptum reliquit *D. Gregor. Magn. Dialog. lib. 1. c. 4. Cùm animus dividitur ad multa, fit minor ad singula.* Ad hoc autem, ut Advocati diligentiores fiant in Clientum defensione optimum docet modum *Alciat. lib. 12. Parerg. c. 12.*
98 *ante medium* dicens, *liberalis sit litigator, & honorarii magnitudine diligentiam Advocati provocet*, à quo non dissentit *Zaul. to. 1. fol. 392. n. 8.* dicens, *Si non benè satisfiat Advocato non potest benè studere.* Paulò verò ante observaverat idem *Alciat. ubi proximè* mali Juris signum esse, quando Clientes
99 multos magni nominis Advocatos habere procurant, ex quo *qui malam causam habent, cùm judicii examen formident, ad celeberrimi quemque nominis Defensorem accurrunt.* Aliquando verò diligentiores solent esse ex Judicantium operationi-
100 bus, seu ex modo, quo Judices Advocatos tractare solent; Quibus proindè Judicibus scriptum reliquit *Cyriac. contr.*
101 *687. in fin.* ut mitiùs, atque urbanius cum Advocatis agant, quia contrarium faciendo, sciunt se vindicare diligentius scribendo, ut ipsemet in dicta Causa fecit cum suo Mantuaro Senatu, & quotidiè idem practicare solent alii in omnibus, aliis Curiis, & Tribunalibus.
102 Adverte 13. Advocatos, illos, qui gaudent studere Repertoriis, non juris Doctores, sed Juris dolores appellari ab eruditissimo de Rubeis *in disc. ad scient. amat. in princip. par. 4. tom. 3. num. 26.* ubi, quòd sæpè ignotum per ignotius declarant, & mirabilia jactant, vocando etiam illos Docto-
103 res necessitatis, hoc est sine lege, in quo sensu vocari etiam possent Doctores monetæ tonsæ, hoc est sine literis, de quibus quando causas quærunt, semper verificatur lepidum illud dictum, communiter per ora Curialium volitans, quod sint Advocati, seu Procuratores Pilati, in quibus scilicet nullæ
104 reperiuntur causæ defendendæ, juxta id, quod legitur *Joann. 18. 38. Nullam invenio in eo causam. Avvocati da Repertorio* vocantur *à Pacichell. de distant. cap. 4. sub num. 1. fol. 7.* Illosque Doctores privilegio, non autem sapientia, vocat *Rota in Romana, seu Spoletana legati 5. Martii 1717. §. A quo sane, in fine, coram Cerro Leonard. verò de Doctor. par. 1. quæst. 13. fol. 9.* vocat illos *Doctores honorarios.*
105 Semper autem allegari debent Doctores in individuo articulum tangentes, non verò in genere, scribere enim per regulas generales, illorum Advocatorum est, quos positivos
106 appellant *Gonzal. ad Regul. 8. Cancellar. §. 4. proem. num. 42.* ubi *num. 43.* quòd paria sunt non allegare, vel ineptè allegare & *Zaul. tom. 1. lib. 1. rubr. 23. num. 15.* ubi *num. 11.* ad rem observaverat, debere Advocatum in principio causæ Judicis benevolentiam captare, aliquando etiam cum adulatione, vocando eum excellentissimum, doctissimum, celeberrimum, & acutissimum, quia his solent valdè Judices delectari, & nimium expediat Judicem gratum, & benevolum habere: Ju-
107 dices enim facilius credunt eis, quos libenter audiunt *Quintil. lib. 4. de Inst. Orator. Guazzin. ad defens. Reor. in præfat.*
108 *num. 7. & seqq.* ubi, quòd si Advocatus credat Judicem illiteratum, debet illi defensiones proponere per verba materna,
109 & vulgaria, ad hoc, ut ab illo intelligantur.
110 Allegari pariter debent Doctores in locis capitibus, & numeris determinatis, nè alias verificetur id, quod de Soave observat *Card. Pallav. nell' Istor. del Concil. lib. 11. cap. 18. n. 7* nempè *Il Soave al suo intento produce molti Autori, mà senza citare nè i luoghi, nè le parole, maniera eccellente per non poter essere convinto di falsità.*
111 Adverte decimoquartò, Advocatorum filios habiles, & idoneos ad exercenda paterna officia, aliis æquè idoneis, & habilibus præferendos, & anteponendos esse in eorumdem officiorum exercitio, & consequutione, ex punctualibus diversarum legum sanctionibus, quas referunt, & sequuntur *Mastril. de Magist. lib. 1. c. 28. num. 2. & seqq. de Rub. de Advocac. Consist. cap. 6. per tot. & Card. de Luc. de Fideic. disc. 9 nu. 15.* ubi, quòd ex harum legum dispositione originem habet praxis concedendi Coadiutorias filiis Advocatorum Consistorialium, præsupposita illorum capacitate, qua pariter præsupposita, idem dicendum venit de filiis Doctorum, & Lectorum publicarum Universitatum, ex adductis à *Bald. in l. Jubemus, Cod. de Advocatis divers. Judic. & per eumdem de Rub. ubi proximè num. 3. & seq.* ubi, quòd filii Advocatorum, & Doctorum, tàm viventium, quàm deficientium, aliis præferri debent, quòdque filii eodem tempore possunt 112 esse de Collegio ejusdem Universitatis cum eorum Parentibus, *& num. 2.* observaverat, eorumdem filios in Parentum ordinem admittendos esse, nec solùm extraneis, sed etiam supranumerariis anteponendos *Everard. cons. 93. Bronchorst de Privil. Professor. §. 6. Jacobus Benius de Privil. Jurisconsult. par. 3. privil. 60. num. 1. Paschal. de Patr. Potest. par. 4. cap. 3. num. 43.* qui ulterius probant, quòd iidem Lectorum filii pro assequenda Laurea Doctorali nihil impendere debent.

Adverte pariter, quòd iidem Lectores privilegium habent, nè expelli possint à Dominis Domorum per ipsos inhabitatarum, ut videre est in Constit. . . . S. M. Leonis X. pro cujus exequutione acriter discussa Causa favore Villarealis in Rom. Sap. Lector. tandem Sententiam protulit: Ursinus, tunc temporis Card. Vicarii Locumtenens in Civilibus.

Adverte decimoquintò cum *Constant. ad Stat. Urb. tom. 2.* 113 *annot. 63. art. 2. à num. 194.* quòd quando minuti Curiales, vel excedunt modestiæ fines, tam in Informationibus in voce quàm in scriptis, vel factum malitiosè alterant, severè contra ipsos, & meritò proceditur in omnibus Urbis Tribunalibus, à quibus aliquando demandantur illorum capturæ, una cum suspensione ab exercitio scribenti, ut practicavit *Sac. Rot. die 3. Decembris 1696.* rescribendo, *N. N. suspendatur ab exercitio scribendi, & contra N. N. relaxetur mandatum* 114 *de capiendo.* Aliquando verò puniuntur sola suspensione scribendi ad beneplacitum Tribunalis, ut practicavit Signatura 115 Justitiæ *die 18. Septembris 1704.* rescribendo, *Si quid exequendum, & amplius, suspenso N. N. à scribendo ad beneplacitum Tribunalis in Romana in Cong. Episcop. Ponente* Card. de Abdua, in qua *die 30. Maji 1710.* dictum fuit *Procur. Secularis non scribat amplius in Sac. Cong.* Ita etiam practicavit Signatura Justitiæ Ponente Riccio *die 22. Novembris 1714. in Romana Pecuniaria* rescribendo — *Moneantur acriter Scribentes per D. Auditorem, Rota anno 1720.* Idem practicavit mense Junio rescribendo, N. N. moneretur à Ponente, qui fuit Crispus, & cum N. N. demandando, ut se abstineret à scribendo Ponente Falconerio *Et Sacr. Congr. Immun. in S. Severini Censurarum 29. Aprilis 1704.* Ponente Marefusco, in qua fuit dictum — *moneatur* N. N. qui scripserat nimis acutè contra Episcopum *Et Rota in Romana fructuum Census 6. Julii 1714. coram Crispo* — ibi *Moneatur N. N. ut cautius se gerat in Scribendo* — *Et in Romana Salviani 9. Maii 1710.* coram Card. Scotto ibi — *Moneatur Defensor Marchionis*, idque propter Citationem ad dicendum contra in opportune factam, &c. *Romana annuæ præstationis 27. Novembris 1721. Ponente Ferronio in Signatura* ibi — Moneatur N. N. *per D. Auditorem super incivili modo scriben. Et Sac. Congreg. Rituum in Romana* Ponente Card. de Abdua, in qua dictum fuit ad mentem, quæ fuit, ut N. N. haberet domum pro Carcere ad arbitrium Emmin. Decani, seu Congreg. sub pœna Carceris formalis, quatenùs ab illa exiret *Et in Coment. 13. Maii 1713.* in qua fuit dictum ad mentem, & mens est quòd, N. N. *carceretur cum mandato Eminent. Præfecti.* Aliquando demùm moneri solent, vel simpliciter, vel acriter, juxta 116 facti qualitates, ut practicavit *Sac. Congr. Concil. 26. Aprilis 1698. lib. 48. Decr. fol. 183.* rescribendo. *Moneatur acriter Procurator Archipresbyteri & in Melevitana Insignium 11. Septembris 1706. cum rescripto moneatur acriter N. N. & in firmana Missarum 10. Januarii 1711. Moneatur acriter Procurator*, N. N. Ita etiam praticavit Sacra Rota de mense Januarii 1714. *Ponente Falconerio.*

Verum tamen est, quòd post aliquod tempus, instantibus 117 pro gratia reintegrationis, non solet ipsis denegari, nisi magnæ concurrant circumstantiæ, qualificantes eorum defectus quales forsan concurrebant in eo casu, in quo *S. Rota die 3. Julii 1691.* rescripsit *Rota noluit reintegrare N. N.*

Demum adverte, quòd Sacra Rota non solet admittere 118 diligentiam illam, quamvis commendabilem, aliquorum primæ classis Procuratorum, scribendi etiam in Jure, relinquendo partem hanc Advocatis, nè eorumdem professiones confundantur, In quibus terminis, vel oretenus insinuare, vel in scriptis demandare solet, ut scribat Advocatus: Quatenus autem talibus rescriptis, seu menti adeo qualificati Tribunalis promptè non obediatur solet, nedum suspendere eosdem Procuratores à scribendo, sed ulteriùs illos obligare ad expensarum refectionem, ut practicavit *die 23. Aprilis 1706. in Legionen. Parochialis Ponente Kaunitz* cum rescripto, *Refectis utrique Parti expensis propositionis Causa per N. N. Procuratorem, iste non scribat amplius in Rota*

Rota, sed scribat alter Procurator, unà cum Advocato, deputandi à Reverendissimo Decano. Sequitur *R. P. D. Petra ad Constit. Apostol. t. 4. ad Constit. 2. Benedicti XII. n. 8. f. 129.*

119 IV. Est crimen *Prævaricationis*, quæ est verorum criminum palliatio, Prævaricari enim est vera crimina abscondere, & palliare, adhoc, ut veritas non appareat, *leg. 1. §. Calumniari, ff. ad S. C. Turpil. Barb. in c. Ecclesia n. 41. de Restit. in integ. Placent. Tract. Crim. tit. 4. nu. 4. Ghirland.* pariter *tract. Crim. tit. de Calumniat. n. 3.* Ille autem prævaricator dicitur, qui aliquem de vero crimine accusat, sed veras probationes omittit, & fictitias solùm adducit, ut ex eis nihil contra accusatum concludi possit, *leg. 1.* ibique *Gloss. ff. de Prævaricator. Zuff. Instit. Crim. lib. 1. tit. 15. per tot. & de Angel. de Delict. par. 1. c. 105. n. 5. & per tot.* ubi,

120 quòd, nedum prævaricator pariter dicitur Procurator, qui visis scripturis, & instrumentis sui Clientis causam deserit, & ad Adversarium confugit, secreta causæ pandendo, sed etiam falsarius, quod pariter Nos suprà adnotavimus *tit. 6. n. 155.* Sive autem prævaricator sit in judicio publico, sive privato, semper prævaricatio crimen extraordinarium est, & extra ordinem puniendus, *leg. 1. & 2. ff. de Prævaricator.*

121 V. Est crimen *Tergiversationis*, hoc est accusationis desertio, *Zuff. Instit. Crim. lib. 1. tit. 17. in princ.* Tergiversari enim in universum ab accusatione desistere est, *l. 1. §. Calumniator, ff. ad S. C. Turpil. & Placentin. Tract. Crim. tit. 4. n. 4. & Ghirland.* pariter *tr. crim. tit. de Calumn. n. 3.* Quòd autem hoc sit crimen extraordinarium, & extra ordinem, Judicis arbitrio punibile, statuit Imperator *in l. 3 §. Si ideo, & in leg. Si quis, §. Si quis, ff. ad S. C. Turpil. Clar. in Prax. §. fin. q. 72. n. 2. & de Angel. de Delict. par. 3. n. 731.*

122 VI. Est crimen *Stellionatus*, quod est quoddam crimen irregulare, vagum, atque incertum, nam quandocumque in aliqua actione hominis, injustè, & dolosè facta, & quæ meretur pœnalem animadversionem, deficit titulus criminis, illic Stellionatus crimen objicitur, *leg. 3. in princip. & §. Ubicumque, ff. de Crim. Stellion. Matth. de re Crim. tit. de Stellion. c. 1. n. 4. Zuff. Instit. Crim. tit. 14. lit. F. Rayn. t. 2. ad c. 16. supplet. 4. n. 8. & seq. & Rot. dec. 88. n. 17. & 18. cor. Arguell. & in dec. 473. n. 1. par. 19. rec.*

123 Fuit autem hoc crimen appellatum Stellionatus ob suam varietatem, & instabilem, atque irregularem naturam, sumpta similitudine ab animali, quòd vocatur Stellio, quo nullum alium animal fraudolentiùs homini invidere, observat *Plin. lib. 3. cap. 10.* Animal hoc tergum habet lucentibus quibusdam guttis depictum, ad modum stellarum, est varii, & diversi coloris, utque Cœlum stellis, ita intuentium oculis apparet variis stellulis diversi coloris tinctum, & transpersum, ut tradit *Gloss. in d. leg. 3. ff. de Crim. Stellion.* ibique communiter, *Repetentes*, & observant *Alciat. lib. 1. Parerg. c. 26. Far. q. 19. n. 33. & Brugiot. Instit. Crim. lib. 3. tit. 19. n. 6. & seq.* cum quibus concordat, *Calepin. Verb. Stellio in princ.* de cujus authoritate in decidendis causis benè *Franch. dec. 662. n. 17. Capon. discept. 327. n. 20. Afflict. contr. Jur. c. 38. n. 24. Card. de Luc. de Regal. disc. 97. n. 2. & de Præemin. disc. 36. n. 2. Pacichell. de Dist. c. 5. n. 3.* ubi, quòd Cardinalis de Ata-

124 cœli sollitus erat dicere, quòd quotidie versari debet in ejus lectione, qui vult omnia discere, & *Rot. cor. Arguel. dec. 43. n. 16. & seqq. & dec. 93. à n. 3.* ubi, quòd in concursu Vocabularii della Crusca, & Calepini, major vis tribuenda sit eidem Calepino, illum proinde anteponendo dicto Vocabulario. Et loquendo *de Nathanael Duez. in Vocab. Gall. Lingu. Rot. dec 291. n. 6. par. 16. rec. & in Carpentoraten. hereditatis, seu Fideicommissi 23. Junii 1690. §. Minus cor. R. P. D. Priolo.*

125 Duo poni solent exempla hujus criminis, unum, si quis merces, jam debitori obligatas, averterit, quia scilicet bonas, jam antea obligatas, non tradiderat, postea verò ei tradidit malas, & viliores, dicens, eas esse illas, quas ei obligaverat, *d. leg. 3. §. Sed si quis, ff. de Crim. Stellion. de Angel. de Delict. par. 1. c. 135. n. 5. & seqq.* Alterum est, si quis rem alteri obligatam, dissimulata obligatione, in alium per calliditatem distraxerit, & alienaverit, vel cum alia re permutaverit, vel alteri creditori in solutum dederit, *leg. 3. in fine, ff. de Crim. Stellionat. Caball. resol. crim. cas. 166. n. 1. & 3. Brugiot. Instit. Crim. lib. 3. tit. 19. n. 1. & seq. & Rot. dec. 263. n. 16. par. 19. rec.* ubi de cedente creditum jam exactum. Alia exempla hujus criminis innumera ferè sunt, quorum multa refert *Zuff. in Instit. Crim. lib. 2. tit. 14. à lit. F. usque ad lit. T.* Regula autem prædicta præ oculis habenda est, nec de exemplis, & speciebus ulteriùs certandum est, ut admo-

126 net *tex. in citata leg. 3. §. Item si quis in fin.* ne ulteriora sciscitanti exempla applicetur stupidi qualitas, & denominatio juxta dictum *Galeni: Sæpè enim multitudine exemplorum stupidorum animi, veluti à somno excitantur, & S. Hier. lib. in Matth. c. 18.* ibi: *Quod per simplex præceptum teneri ab Auditoribus non potest, per similitudinem, exemplaque teneatur.*

127 Adverte hic, quòd actio stellionatus concurrere potest cum actione civili pro damnis, & interesse juxta *literalia Iura*, relata *à Rot. in dec. 84. n. 26. cor. Arguel.* ubi *n. 20.* præmiserat, stellionatus crimen severissimè judicandum esse, sequendo *text. in leg. fin. Cod. de Crim. Stellion. & in dec. 56. n. 3.*

128 *cor. R. P. D. Ansaldo*, ubi tamen, quòd hodie criminalia Fora quiescunt ab indagatione hujus criminis, eò quia illud, tamquam nimis effectum familiare, purgari solet judicio civili, & concordat *Rayn. t. 2. c. 16. §. 19. n. 6.*

129 Adverte secundò, quòd hujus criminis reus dicitur Calceolarius, calceamenta faciens ex corruptis pellibus, *Fragos. de Reg. Reip. t. 1. lib. 7. disp. 19. n. 30. & Zaul. to. 2. lib. 7. rubr. 8. n. 6. fol. 250.* ubi *n. seq.* probat, idem dicendum de eo,

130 qui loco bombacis ponit lanam in thoracibus, quod priùs adverterat *Caput. de Regim. Reip. c. 3. §. 14. n. 33.* Idem verò *Zaul. d. f. 260. n. 14.* quærit cum *Sanch. cons. mor. lib. 1. c. 7. rub. 3.* an licitum sit emere à Sutoribus, & ab eorum Juvenibus fragmenta, quæ supersunt ex Vestibus, quas conficiunt, nihil determinando; Ego autem crederem, id licitum non esse, quia iidem Sutores, & Juvenes non sunt domini dd. fragmentorum, quæ debent vestium dominis, restituere, & contrarium practicando diceretur quis emere rem à non domino, quod nullo jure permittitur, *ut vidimus suprà, tit. 8. num. 11.*

131 Alia plura crimina extraordinaria referunt *Petr. Magrel. in addit. ad Bart. in Rubr. de Extraord. crim. Rayn. to. 2. ad c. 21. §. 1. supplet. 2. n. 12.* & signanter, quando quis dat pecuniam, ut fit Tutor; Vel pecuniam accipit, ut Tutor idoneus non assumatur; Vel comedendo minuit patrimonium defuncti; Vel cum fraude Pupillorum bona alienat, Vel demum, quando quis Lupi figuram accipiens, sive ex humo-

132 rum vitio, & atræ bilis excessu, sive dæmonis ope, & maleficio, pueros comedit, quos Vulgus *Lupimanari* vocat *Paris de Put. de Synd. §. Officialis, Verb. Tortura num. 8. fol. 274. & Rayn. t. 2. ad c. 21. §. 1. supplet. 2.* ubi *nu. 12.* quòd licèt antea fabellas existimaret ea, quæ Vulgus perhibet de his Lupis manariis, ex inverisimilitudine, ut humana corpora in aliam speciem transformentur, attamen deinde opinionem mutavit, concludendo, quòd dantur casus, in quibus quis, tamquam

133 Lupanarius, seu *Lupomanaro* pueros edat, & carnibus humanis se pascat, quod pluribus exornat *Torrebl. Jur. Spirit. lib. 3. c. 10. n. 9. & seq. & in Demonolog. lib. 2. c. 38. per tot.* ubi *n. 20.* assignat rationem, quare Deus id permittat in pueris,

134 non autem in adultis, quia scilicèt in Cœlum recto tramite rapiuntur, cùm sint à peccatis liberi; Vel in pœnam Parentum; Vel ad eorum probationem; Quæ omnia docet etiam *D. August. lib. 21. de Civit. Dei c. 14.* vide *Atlantem, tom. 1. in descriptione Livoniæ in fin. ubi ad rem.*

135 De crimine Scopelismi vide *tex. in leg. Sacculari 7. ff. de Extraor. crim. Georg. Marf. Mann. in Metrolog. c. 5. sub nu. 25. Ant. Matth. de Crim. tit. 5. c. 1. Zaul. t. 2. lib. 5. rub. 15. n. 1. & 2.* quod crimen committitur tunc, quando inimicus scopulos, seu lapides, in prædium inimici ponit, indicantes, quòd si quis dictum prædium colat, periturus sit insidiis eo-

136 rum, qui scopelismos fecerunt, seu dictos scopulos posuerunt.

Demum innumera ferè alia delicta extraordinaria, & innominata, atrocia, gravia, & levia, sive ratione officii, seu muneris, sive ratione personæ, latissimè ordine alphabetico explicat, & declarat *de Angel. de Delict. par. 2. per tot. & par. 3.* pariter *per tot.*

FINIS SECUNDI LIBRI.

INSTITUTIONUM CRIMINALIUM

ADVOCATI DOMINICI URSAYÆ.

Liber Tertius.

De Criminibus mixti fori.

1 CRIMINA mixti fori dicuntur ea, quæ, si committantur à Laicis, æquè puniri possunt à Judice Ecclesiastico, ac à Sæculari, adeò ut inter ipsos detur præventio, *Sperel. dec.* 3. *num.* 15. *& Panim. dec.* 17. *adnot.* 1. *num.* 1. ubi *annot. seq.* latè enumerat, & explicat quænam crimina dicantur mixti fori.

2 Dixi *si committantur à Laicis*, quia si committuntur à Clericis; solus Judex Ecclesiasticus animadvertere potest, *Tondut. de Præv. par.* 1. *cap.* 1. *n.* 8. *& par.* 2. *c.* 28. *n.* 1. ubi *num.* 4. unicum dumtaxat excipit casum, quando scilicet 3 agitur de crimine assassinii, propter cujus enormitatem Clericus fori privilegium amittit, dummodò tamen plenè constet de qualitate ejusdem delicti, ut vidimus supra, *lib.* 2. *tit.* 5. *n.* 514.

4 Sciendum siquidem, quòd ex dispositione utriusque Juris nemo possit pro eadem causa coram pluribus Judicibus vexari, *c. penult. de For. compet. & leg. Qui de crimine, Cod. de Accusat. Carlev. de Jud. lib.* 1. *tit.* 1. *disp.* 1. *quæst.* 7. *sect.* 3. *n.* 899. Hinc factum est, ut quando plures Judices de eodem crimine cognoscere possunt, vel sint ambo Ecclesiastici, 5 vel unus Sæcularis, & alter Ecclesiasticus, ille cognoscere debet, qui prævenit, *cap. penult. de For. compet. & leg. Si quis, ff. de Judic. Franc. dec.* 147. *n.* 5. *& Conciol. resol. crimin. verb. Præventio resol.* 1. *& seqq.* Itaut si plures sint Rei ejusdem delicti præventio facta cum uno ex eis, inducat 6 præventionem etiam quoad alios, ne instantia dividatur, & super eodem delicto contrariæ oriantur sententiæ, *Giurb. cons.* 59. *n.* 126. *& Capyc. Latr. dec.* 18. *n.* 15. *& seqq. par.* 2. Quidquid dicat *Farin. quæst.* 7. *n.* 62. quem reprobat *Conciol. dict. verb. Præventio, resol.* 2. *num.* 4. *&* 5. *& n.* 12. *&* 13.

Nota hìc, quòd contra Reum delicti mixti fori, quando ille contumax est, uterque Judex procedere potest, ille verò qui prævenit in captura, procedit ad exequutionem suæ sententiæ, *Sacra Cong. Immun. in Viterbien.* 4. *Septembris* 1703. *Ponente Card. Scotto.*

Nota secundò, quòd contra Reum contumacem uterque Judex procedere potest, & nemo ex illis præventionem allegare, sed postquam sequuta fuit gratia, vel remissio Judicis Ecclesiastici, non potest ampliùs Judex laicus illum punire, *Sacra Cong. Immunitatis in Perusina* 30. *Septembris* 1704. *Ponente de Totis.*

7 Definitur præventio, seu veriùs describitur *à Socc. in cap. Proposuisti, de For. compet.* ut sit *Jurisdictionis, quæ pluribus Judicibus competebat, vel competere poterat, per unum Judicem sibi soli facta appropriatio, & in sua persona consolidatio,* & sequitur *Tondut. de præv. par.* 1. *c.* 2. *nu.* 1. Prævenisse au- 8 tem dicitur ille Judex, qui priùs citavit, & processum inchoavit, *Tondut. de Prævent. par.* 1. *c.* 1. *n.* 1. Dummodò tamen citatio devenerit ad notitiam citati, adeoque fuerit 9 exequuta, nec enim sufficit, quòd fuerit tantùm decreta, *Scacc. de Judic. lib.* 1. *c.* 12. *n.* 58. *Decian. lib.* 4. *cap.* 21. *n.* 1. *&* 7. *& Conciol. verb. Præventio resol.* 3. *n.* 5.

10 Sed pone, quòd unus Judex alterum prævenerit in citatione verbali, facta Reo, alter verò prævenerit per citationem realem, hoc est per capturam ejusdem, quæro quis ex illis sit præferendus. Respondeo, quòd Judex, qui prævenerit per citationem realem, præferendus sit in ejus coercitione, quamvis hæc citatio realis fuerit tempore posterior citatione verbali, quia factum fortius est, & efficacius verbis, 11 adeoque ejus etiam effectus validior esse debet, *Far. q.* 7. *n.* 53. ubi, quòd hæc opinio est, & sequenda, *Capibl. de Baron. par.* 2. *pragm.* 8. *n.* 214. *& Carlev. de Judic. lib.* 1. *tit.* 1. *disp.* 2. *q.* 7. *sect.* 9. *n.* 884. ubi contrariis respondet, & dicit ab hac opinione, uti magis communi, & in praxi recepta, non esse recedendum, nisi citatio personalis, seu captura sequatur in fraudem citationis verbalis, puta, quia citatus verbaliter ab uno 12 Judice, spontè se constituat coram alio, & ab eo se faciat carcerare; Tunc enim remittendus est ad Judicem, qui citavit, quia captura affectata pro præventione non attenditur, *Vermigl. cons.* 212. *n.* 5. *de Rub. de Valid. legal. cap.* 14. *n.* 13 13. *& seq. & Conciol. res. crim. verb. Præventio, res.* 2. *n.* 12. *&* 13.

14 Adverte tamen, quòd si Reus antea verbaliter citatus ab uno Judice, & inde ab altero captus, opponat de verbali citatione, facta à primo Judice, ad illum est remittendus, *Foller. in Prax. verb. Audiantur, sub n.* 159. *Guazz. ad Defens. Reor. defens.* 1. *cap.* 9. *n.* 18. *& Conciol. resol. crim. verb. Præventio resol.* 3. *n.* 13. Proindeque ad hoc, ut Reus possit puniri à Judice capiente, necesse est, quòd in illum consen- 15 tiat, si ab altero fuit antea verbaliter citatus, aliàs citatio realis non erit fortior citatione verbali, quæ præcesserit, *Far. quæst.* 7. *num.* 53. *& Guazz. ad Defens. Reor. par.* 1. *cap.* 9. *num.* 18.

16 Quid si dubium sit, an prævenerit Judex sæcularis, vel Ecclesiasticus, Ad Judicem Ecclesiasticum spectat causæ co- 17 gnitio; In dubiis enim dignior est præferendus, *Butr. in c. Cæterum, nu.* 9. *de Judic. Conciol. resol. crim. verb. Præventio,* 18 *res.* 3. *n. fin. & Sperel. dec.* 134. *n.* 26. ubi, quòd in dubio præferendus est ille Judex, qui majorem habet Jurisdictionem.

TITULUS I.

De Crimine Blasphemiæ.

1 BLasphemiæ crimen esse omnium immane, fœdissimum, & horribile, communiter observant DD. relati per *Brugiot. Instit. Crim. lib.* 1. *tit.* 6. *n.* 3. *Crispol. in Casib. milit. cas.* 4. *n.* 1. *& seqq.* ubi, quòd ex hoc crimine proveniunt bella, 2 transferuntur Regna, evertuntur imperia, fames, pestis, omnesque graves ærumnæ habent originem, quod advertunt pariter *Boer. dec.* 301. *ferè per tot. de Rub. de valid. legal. c.* 32. *in princ. & c.* 33. *n.* 45. *& seq.* Et ratio est, quia in aliis deli- 3 ctis principaliter intenditur commodum delinquentis, blasphemans autem immediatè, & directè injuriam, & contumeliam Dei pro scopo sibi præfigit, ita ut nullum admittat velamen, vel excusationem, *Campan. in Diversf. Jur. can. rubr.* 11. *cap.* 26. *n.* 70. *Lazar. de Blasph. q.* 4. *n.* 2. *& seq. & Conciol. resol. crim. verb. Blasphemia res.* 1. *n.* 1. Unde meri- 4 tò *D. Hier. in cap.* 8. *Isaja* asserit, *Nihil horribilius blasphemia, omne quippè peccatum comparatum blasphemiæ, levius est, & D. Hieron.* sequuntur *D. Thom.* 2. 2. *q.* 13. *art.* 3. *& P. Segner. nel Christ. instr.* 1. *par. ragion.* 8. *n.* 7. *& seqq.* ubi multiplices assignat congruas rationes hujus conclusionis, subdens *n.* 22. *in fin.* in hoc crimine nullam considerari posse utilitatem blasphemantis, *perchè dalla bestemmia non vi* 5 *è chi cavi guadagno, se non l'Inferno, non vi è piacere, perchè la lingua bestemmiatrice si pasce di mero assenzio,*

zio, e non vi è honorevolezza perchè è pazzia, non è prodezza il pigliarsela contra Dio.

6 Definitur blasphemia, *ut sit loquutio falsa contra Deum per modum convitii*, *Sanch. ad Prac. lib. 2. cap. 32. n. 1. Caren. de Inqui. par. 2. tit. 7. n. 2. Zuff. Instit. Crim. lib. 2. tit. 21. lit. R.*

7 Dicitur *loquutio* ad denotandum, quòd blasphemia in solis verbis, ore, vel scripto prolatis consistit, *Caren. ubi proximè, & Sanctar. de Blasph. c. 1. dub. 3. n. 5. & 6.* Quidquid dicant *Cordub. in quaestionar. lib. 1. q. 17. §. 15. notab. 1. & Via in Summ. Jur. Can. lib. 3. tit. 36. vers. Quotuplex, & Cosp. nel Giud. crim. par. 2. c. 5. n. 20.* autumantes, blasphemiam consistere in factis.

8 Licèt autem propriè loquendo blasphemia in factis non consistat, nihilominus quando manibus destruitur, vel malè tractatur, vel conspurcatur, vel in loco indecenti ponitur signum nostræ Redemptionis, vel effigies alicui Sancti, in quo actu citati Authores ponunt blasphemiam facti, & præter illos, *Chartar. dec. crim. 2. num. 18.* id nimis in-

9 decens, indecorum, & omni Jure prohibendum est, ut de signo sanctissimæ Crucis, humi posito est, *text. in leg. unic. C. Nemini licet sign. Salvat.* & observat *Laur. Belo in leg. 2. n. 1. & seqq. Cod. de Sacros. Eccl. & R. P. D. Dandin. de suspect. de haeres. cap. 2. sect. 7. subsect. unica n. 42. fol. 257.* Et de eodem sanctissimæ Redemptionis signo, picto in locis lutuo-

10 sis, ad hoc, ut ipsius majestas plebem arceat mincturientem idem vide latè de hac materia differentem *Monacell. in formul. tom. 2. for. 6. à num. 10.* ubi egregiè *Belo ubi supra nu. 15. Petr. Jacob. in Prax. libel. rub. de Stat. Cur. Rom. num. 5.* ubi, quòd severè puniri debent ii, qui in dictis locis mingunt, *Zaul. tom. 1. lib. 4. rub. 62. num. 9. fol. 693.* ubi, quòd hoc passim non sine admiratione practicatur, & *Rayn. tom. 1. §. 8. num. 21. & in supplet. 4. per tot.* Et detestando si-

11 tuationem Imaginis sanctæ Mariæ Magdalenæ, positam in Urbe in Loco, ubi sepeliuntur Meretrices, vocato *Muro torto Raynaud. tom. 18. Heteroclit. Pie. par. 2. sect. 3. de Pietat. heterocl. punct. 6. num. 7. fol. mihi 336.* de quo loco mentionem pariter facit *Scan. de Visit. Carc. lib. 1. cap. 4. numer. 35.* ubi, quòd illarum cadavera publicè per Urbem ad sepeliendum ibidem portantur, absque luminibus, & Cruce.

Nota hìc, quòd modus Blasphemandi facto, hoc est conspurcando, & indecora faciendo propè res Sacras, est delictum spectans ad Cong. S. Officii, ut mandavit *Urbanus VIII. 20. Novemb. 1625.* teste de *Albyc. de Inconstant. in Fid. cap. 36. n. 59. & 60.*

12 Dicitur *falsa* ad denotandum, quòd in blasphemia semper inest falsum, vel in actu signato, quando scilicet aliquod falsum Deo attribuitur, vel in actu exercito, quando etiam si verum significatur, ex ipso contumelioso modo significandi, denotatur actus irrisorius, latè *Bordon. in Man. S. Offic. sect. 45. n. 9. & seqq. & de Angel. de Delict. p. 1. c. 14. num. 2.*

13 Dicitur *in Deum*, quia licèt etiam contumelia in Sanctos prolata sit blasphemia, eatenus tamen dicitur talis, quatenus illa redundat in Deum, *Sanctar. de Blasph. cap. 1. dub.*

14 *1. vers. Obiices 1.* Unde blasphemia esset in Beatissimam Virginem, & Dei Sanctos aliquod impium, & opprobriosum dicere, *cap. fin. de Maledict.* ibi *Si quis contra Deum, & Sanctos ejus*, Etiamsi agatur de illis Sanctis, qui ex tolerantia Romanæ Ecclesiæ in aliquibus tantùm Locis, seu

15 Provinciis, venerantur, ut de Carolo Magno advertit, *Fagnan. in cap. Audivimus n. 24. & seqq. de Reliq. & Vener. Sanct.* ubi, quòd ex eadem tolerantia Romanæ Ecclesiæ in sua Cappella Aquisgrani dumtaxat colitur, & tamquam Sanctus veneratur. Sicuti enim laudare Sanctos, quate-

16 nus Deo per charitatem sunt conjuncti, est actus Religionis, sic illis maledicere, aut contumeliam aliquam irrogare, blasphemia est; Imo, ut benè notat, *Tolet. Instrut. Sacerd. lib. 4. cap. 13. num. 11.* potest etiam habere locum

17 blasphemia maledicendo homines viatores, vel etiam creaturas irrationales, si tamen maledicantur, quatenus Dei creaturæ sunt, & secundum *Amen. de Delict. & Pœn. tit. 5. §. 2. n. 11.* blasphemia esset reductivè summum Pontificem vo-

18 care Episcoporum Tyrannum, quia negaretur directa potestas, à Christo data Divo Petro, ejusque Successoribus, Tyrannus enim ille est, qui non legitimo jure, sed per vim Reipublicæ dominium invadens, ad privatam utilitatem cum sævitia illam administrat, *Bart. in leg. Decernimus, C. de Sacros. Eccles. & Cujac. lib. 3. obser. cap. 19.* & ad rem lepidissimum *Boccalin. ne Ragu. di Par. nas. rag. 76. cent. 1.* ubi,

19 quòd cum Aristoteles definisset, Tyrannos esse illos, *che più attendevano alla propria, che all' utilità de loro Sudditi*, coactus fuit hanc definitionem mutare, & asserere, *che li Tiranni furono certi huomini del tempo antico, de quali oggi giorno affatto si era perdutta la razza.*

20 Dicitur demum *per modum convitii*, quia de ratione blasphemiæ est diminutio, & derogatio divinæ gloriæ, sive id fiat enuntiativè, sive imperativè, sive optativè, juxta triplicem modum blasphemandi, de quo *Bordon. in Man. S. Offic. sect. 45. n. 8.* ubi *à n. 60. usque ad n. 142.* enumerat diver-

21 sas formulas blasphemandi, quas horret animus, & vacillat calamus hìc transcribere, videri tamen possunt apud *Card. de Albic. de Inconst. in Fid. par. 1. c. 31. per tot. & sign. à nu. 37. & de Angel. de Delict. par. 1. c. 24. per tot.*

22 Multipliciter autem attribui potest Deo falsum, & consequenter blasphemari. I. Si fiat imprecatio eorum, quibus ipse in rei veritate minimè potest subjacere, veluti si quis dicat, *Malum hoc veniat Deo*, Nam præter sacrilegium, & irreverentem loquendi modum, falsum est, Deum istis male-

23 dictis, & imprecationibus subjacere posse, sicut subjacent creaturæ, falsòque proinde ei attribuitur dictorum malorum

24 passio *Boer. dec. 301. n. 1.* II. Si quis impiè dixerit, *faciam hoc contra Dei voluntatem*. Hoc enim est falsissimum, quia nemo est, qui Divinæ possit resistere voluntati *D. Paul. ad Rom. 9. 19.* Falsò insuper Divinam negat Omnipotentiam, sibique vilissimæ creaturæ majorem arrogat potestatem, quam

25 sit illa ipsius Dei. III. Si quis dicat *non placeat Deo, quod Ego umquam injuriam remittam*, vel similia, quia hic dicit falsum de Deo, supponendo, quòd opus bonum possit illi displicere, *Decian. lib. 1. c. 2. n. 8. & Car. Ant. de Luc. in Prax.*

26 *Crim. c. 11. n. 7.* IV. Si quis dicat *Si ipse Deus hoc diceret, responderem, quod mentitur*. Sic enim falsissimè supponeret, Deum posse esse mendacem, & falsum contra id, quod le-

27 gitur, *Joann. 14. 6.* Ad quòd blasphemiæ genus *P. Segner. nel Christ. instr. par. 1. ragion. 8. nu. 3.* reducit modum illum loquendi de Deo, quo *Roder. Histor. Hispan. par. 4. c. 5.* asserit, usum fuisse Alphonsum Aragoniæ Regem, *nempè che se si fosse trovato al principio della creazione del Mondo, averebbe suggerite à Dio maniere più rette ad ordinare le cose*, quo nihil absurdius, nilvè impudentius, quòd dictum refert etiam *P. Bart. nell' Uomo di Leter. par. 2. verb. Alterezza in princ. vers. Mas. 53.* & novissimè refert etiam *P. Annibal. Marchett. in lib. cui titulus Iddio rintracciato per le sue orme*, ubi antecedenter *Ricciolio in fine Geometr. reform.* notaverat,

28 numerum hominum pro quolibet sæculo ascendere à *mille millioni*, hac distributione 100. in Europa 500. in Asia 200. in Africa, & totidem in America.

29 Dividitur blasphemia in hæreticalem, & non hæreticalem, *Caren. de Inquis. par. 2. tit. 7. §. 2. num. 7. & seqq. Brugiot. Inst. Crim. lib. 2. tit. 6. num. 4. & seqq. Rojas de Haeret. q. 2. assert. 12. n. 170. & seqq. & Basil. dec. 21. n. 2* Hæreticalis

30 est, quæ opponitur alicui dogmati Catholico, ut si quis diceret, Deum non esse trinum, & unum *Transmuer. de Oblig. denunc. q. 4. c. 6. n. 3. & Conciol. resol. Crim. verb. Blasphemia res. 2. n. 5.* & hæc blasphemia hæreticalis non est mixti fo-

31 ri, sed ejus cognitio privativè spectat ad Tribunal Sanctissimæ Inquisitionis, *Scacc. de Judic. lib. 1. cap. 12. n. 56. Tondut. de Praevent. Judic. par. 2. cap. 27. n. 12. & c. 28. nu. 6. & seqq. Sabell. in prax. univers. verb. Eretici num. 4. & Beller. disq. Cleric. par. 1. tit. de fav. Cler. real. §. 4. n. 141.* Non hæ-

32 reticalis verò est dictum in contemptum, vel injuriam, vel Deiparæ, vel Angelorum, vel Sanctorum hominum *Via in Summ. Jur. Can. lib. 3. tit. 36. de Maled. vers. Quotuplex*, de quibus blasphemiarum speciebus latè *Cosp. nel suo Giud. Crimin. par. 2. c. 25. & 37.* ferè per tot. & *Bord. in Man. S. Offic. sect. 45. per tot.*

33 In illis verò casibus, in quibus blasphemiæ crimen ad Tribunal Sanctissimæ Inquisitionis spectat, & in aliis causis coram ipsa pendentibus, omnia expedienda sunt gratis, tam scilicèt ab Ordinariis Locorum, quam ab eorum Cancellariis, & Notariis, qui nihil omninò, neque etiam à spontè dantibus recipere possunt, tam pro examine Testium, quàm ipsorummet Reorum, & pro quocumque alio decreto, seu actu, ut sanclvit *fa. mem. Clem. VIII. in ejus Constitut. 76.*

34 Aggravatur blasphemiæ crimen, & atrocius fit ex pluribus capitibus. I. Ratione personæ, Quia atrocior est blas-

35 phemia in ore Clerici, & Religiosi, quam in ore Laici, & gravior in persona docti viri, quàm Rustici; Repræhensi-

36 bilius enim est delictum in eo, qui majori dignitate præfulget, *Gonz. in c. Cum quidem n. 1. de Jurejur.* II. Ratione con-

37 suetudinis, ex quo enim quis linguam suam disertam fecit, & acutam in blasphemiis, & maledictis, est magis in culpa, quàm alter ex impetu, vel ira blasphemans, *Alex. Roman.*

Ursaya Institut. Crimin.

Roman. in Comment. ad pragm. 1. *n.* 128. *de Blasph. Rayn. to.* 1. *c.* 1. §. 1. *& seqq. n.* 34. *& Conc. V. Blasph. resol.* 1. *num.* 4.

38 Consuetus autem blasphemare non dicitur, qui bis blasphemaverit, sed qui pluribus, reiteratis, & diversis vicibus, atque interpolatis temporibus hoc egerit, *Sanctar. de Heres. tract.* 3. *de Blasph. c.* 6. *dub.* 5. *n.* 5. *& Caren. de Inquis. par.* 3. *tit.* 7. §. 5. *n.* 22. *& seqq.* ubi latè explicat quot actus requirantur adhoc, ut quis dicatur solitus blasphemare, & *Conciol. verb. Blasphemia resol.* 1. *num.* 4. ubi, quòd solitus blasphemare dicitur ille, qui per plures vices, puta quin-

39 que blasphemavit, *Card. de Albic. de Inconst. in Fid. par.* 1. *c.* 31. *nu.* 153. *& Francisc. de Magistr. in Sylv. Eccles. to.* 2.

40 *lib.* 2. *cap.* 18. *sub n.* 8. *&* 9. III. Ex intentione, & mente; Nam plus peccat, qui appensatè, & deliberatè blasphemat, quasi delectamentum capiens ex maledictis, quàm ille, qui ex impetu iracundiæ, vel alterius inordinati motus,

41 & passionis animi, *Carol. Tap. de Jur. Regn. lib.* 5. *t.* 18. *nu.* 6. *Sanfel. dec.* 369. *n.* 9. *& Baron. de Corpor. in Addition. tit. de Lingua, vers. Blasphemans, Conciol. resol. crim. verb. Blasphemia, n.* 12. *&* 13. Verumtamen est, quòd ira, & præser-

42 tim, injusta, non excusat in totum blasphemantem, sed saltem pœna extraordinaria est puniendus, *Rayn. t.* 1. *c.* 1. §. 1. *& seqq. à n.* 29. ubi 40. quòd ira proveniens ex ludo numquam potest dici justa, & consequenter non excusat. Seve-

43 riùs eos puniendos esse leges statuerunt, qui data opera, consultò, & per contumeliam delinquunt, quàm reliquos, qui alio quocumque modo peccant ut notat *Demosthenes* relatus *à Tholos. Synt. l.* 30. *c.* 3. *nu.* 7. ubi alios quoque allegat

44 concordantes, IV. Ratione scandali, nam graviùs peccat, qui publicè, & coram pluribus blasphemat, quàm qui in domo privata, & coram uno, vel duobus. V. Ex ejus

45 specialitate, quia atrocior est exquisita, magisque opprobriosa blasphemia, quàm alia generalis, & communi-

46 ter dicta. VI. Demum ratione objecti dignioris; Nam gravior est blasphemia in Deum, in Spiritum sanctum, in Sanctissimam Trinitatem, in Christum Dominum, quàm in Beatissimam Virginem, & major ea, quæ in Virginem, quàm quæ in Sanctos, ut de iis omnibus latè *Decian. lib.* 6. *c.* 2. *per tot. & Far. q.* 128. *n.* 11. *& seqq.*

47 Circa pœnas blasphemiæ de Jure Divino aderat pœna mortis, nam blasphemus lapidibus obruebatur, *ut in Levit. c.* 24. & observat *P. Segner. nel Christ. instr. par.* 1. *ragion.* 8. *n.* 15. ubi *rag.* 19. *sub n.* 6. advertit, ex communi Do-

48 ctorum sententia in blasphemiæ pœnam permitti à Deo tempestates & Agrorum desolationes. De Jure verò Civili pariter est pœna ultimi supplicii, *ut in §. Quoniam, Auth. Ut*

49 *non luxurientur*, & observant *Decian. lib.* 6. *c.* 6. *n.* 4. *A bau de Reatib. q.* 7. *n.* 301. *& in Prax. crim. verb. Blasphemia, n.* 6. *&* 7. *Brugiot. Instit. Crim. lib.* 2. *tit.* 6. *n.* 9. *Card. de Luca in Prax. crim. verb. Blasphemia, in princ. & Basil. dec.* 21. *nu.* 7. ubi *n.* 10. quòd in suo casu capitalis sententia non fuit exequuta ob præventivam mortem Rei in carceribus.

50 Hæc tamen pœna ultimi supplicii recessit ab Aula, adeo ut *Farin. q.* 20. *n.* 64. asserit, se nunquam vidisse imponi pœnam mortis blasphemis, sed, vel carceris, vel Triremium, vel alteram mitiorem, Judicis arbitrio regulandam, ex gravitate, vel levitate blasphemiæ, & ex qualitate delinquentis, *Caren. de Offic. Inquis. par.* 2. *tit.* 7. *n.* 91. *Sperel. dec.* 134. *n.* 32. ubi varias hujus criminis pœnas egregiè examinat, *Card. de Albic. de Inconst. in Fid. c.* 31. *n.* 146. *& seqq. Rayn.*

51 *t.* 1. *c.* 1. §. 1. *n.* 9. *&* 10. ubi, quòd aliquando puniuntur blasphemantes pœna mutilationis linguæ. Adsunt pariter in hac parte *Const.* 23. *Jul. III.* necnon *Constit. Leonis X. & B. Pii V.* quas registrat *Farin. in d. q.* 20. *num.* 63. & de quibus latè *Carena, Conciolus, de Angelis, & Bordonus in locis suprà allegatis.*

52 Si quis tamen unico actu, & impetu pluries blasphemaverit, pro unica vice puniri debet, *Zambell. in reg. Jur. criminn. c.* 21. *nu.* 7. *Pennut. de Moment. tempor. c.* 20. *nu.* 16. *Lazar. de Blasph. q.* 8. *n.* 8. *& seqq. Rayn. t.* 1. *c.* 1. §. 1. *& seqq. num.* 132.

53 A quibus pœnis nullatenus excusat minor ætas dummodò blasphemans doli capax sit, ut advertunt *Franc. de Magistr. in Sylv. Eccles. tom.* 2. *lib.* 2. *c.* 18. *nu.* 23. *& Card. de Albic. de Inconst. in Fid. par.* 1. *cap.* 31. *n.* 158. *Rayn. tom.* 1. *cap.* 1. §. 1. *& seqq. à n.* 24. *usque ad* 28. ubi, quòd *S. M. Inn. XI.* in Edicto publicato *die* 29. *Maii* 1680. statuit, ad hunc

54 effectum haberi pro majoribus illos, qui excedunt annum 20. *Boer. dec.* 301. *n.* 5. ubi *ex D. Gregor. Dial. lib.* 4. *c.* 19. refert casum punitionis pueri quinque dumtaxat annorum, qui è manibus Patris à Diabolo ereptus, ad Inferos delatus

55 fuit, quòd practicatum pariter fuit cum illis Pueris, qui Elisæo maledixerant, *lib.* 4. *Reg. cap.* 2. Quem casum pueri quinquennis refert etiam *P. Campion. nell' Instr. per gl' Ordin. cap.* 10. *num.* 12.

56 Excusabit tamen ebrietas, si non in totum, saltem ut ebrius mitiùs puniri debeat; *Canter. qq. crim. c.* 3. §. 10. *de Blasph. n.* 2. *& Card. de Albic. de Inconst. in Fid. par.* 1. *c.* 41. *n.* 155. Ebrius enim furioso æquiparatur, *Decian. lib.* 6. *c.*

57 5. *n.* 8. *Caren. de Offic. Inquis. par.* 2. *tit.* 7. *num.* 31. *& seq. & Conciol. resol. crim. verb. Blasphemia, resol.* 1. *n.* 10. Vide Rotam in magistrali decisione *Colonien. Canonicatus* 20. *Aprilis* 1711. *coram Falconerio.*

58 Ebrietas autem tripliciter consideratur I. Scilicet levissima, quæ hominem dumtaxat exhilarat, quæque proindè pœnam nullatenus minuit, *Ptolem. Instit. crim. lib.* 1. *tit.* 27. *de Excusat. crim. imputat. fol. mihi* 184.

59 De qua ebrietatis specie verificari potest facetum illud dictum *Gloss. in Can. Moyses Verb. In sicco* 32. *q.* 2. relatum *à Bellot. disquis. Cleric. p.* 1. *tit. de Disciplin. Cleric.* §. 22. *nu.* 32. quòd scilicèt aliqui diversarum Nationum, ab eadem Glossa nominatarum, nempe Hormanni, Angli, & Poloni fortiter bibunt, ne anima habitet in sicco. II. Levis, quæ

60 mentem hominis turbat, ob quam pœna minuenda est, & III. Magna, quæ mentis alienationem inducit, & furori si-

61 milis est, propter quam omnis cessare debet pœna, *Caren. de Inquis. par.* 2. *tit.* 7. *n.* 32. *& par.* 3. *tit.* 9. *nu.* 4. *Lazar. de Blasph. q.* 8. *n.* 50. *& Conciol. resol. crim. verb. Blasphemia,*

62 *resol.* 1. *n.* 11. Hac occasione notanda hic astutia illorum Scholarium, qui, referentibus *Odofred. & Castrens. in l. Dolum C. de Dol. mal. & Cyriac. contr.* 465. *n.* 8. cupientes inebriare quemdam Doctorem, nomine Aldericum, eum invitaverunt ad prandium, & dabant illi vinum generosum album, uti aquam pro diluendo vino rubro. Quem modum

63 scio, quemdam Lectorem famosissimæ Universitatis cum alio Lectore ejusdem Universitatis ad praxim reduxisse de mense Octobris 1702.

64 Quia verò ut plurimùm ebrii veritatem fateri solent, juxta adagium illud, relatum *à Paul. manut. in Adagiis — Non audivi verum, nisi à tribus hominum generibus, Pueris, Ebriis, & Insanis*, & commune, atque vulgatum illud, *Veritas attributa est vino*, ad quod allusit egregius Poeta, dicens:

Si latet in vino verum, ut proverbia dicunt,
Invenit verum Theuto, vel inveniet.

65 Hinc quæri solet, an licitum sit hominem inebriare ad detegendum aliquod secretum, publicam concernens salutem. Negativè autem respondeo cum *Fagn. in c. Audivimus, à n.* 33. *de Reliq. & Vener. Sanct.* ea ratione, quia ebrie-

66 tas secundùm se intrinsecè mala est, ut latissimè ibidem probat contrariis respondendo.

67 Non diceretur verò quis ebrius ex bibitione magnæ quantitatis vini stillati, vulgò *Acquavita*, hæc enim suo tenuissimo spiritu nullatenus inebriare apta est, sed sanguinem accendit, & inflammat, febresque, & alios morbos ge-

68 nerat, ut docent *Jacob. Sach. de Vit. Vinif. effect. sect.* 7. *cap.* 2. *& Pignat. consult.* 18. *num.* 57. *tom.* 6. An autem gabella imposita pro vino solvenda sit pro aquavitis, vide *Card. de Luc. de Regal. disc.* 53. *per tot. & signanter à num.* 7. *usque ad finem.*

69 Non benè autem credunt aliqui, abstemios, illos scilicet, qui vinum non bibunt, debiles esse, ut observat *Zacch. quæst. Medicolegal. lib.* 3. *tit.* 1. *quæst.* 3. *n.* 5. *post med.* ubi, quòd Tiraquellus, licèt abstemius, ex legitimis nu-

70 ptiis triginta filios suscepit, quòd adverterat priùs *Normann. de Miracul. vivor. titul. de Parent. mult. Libel. hab.*

71 Adverte hic, vinum sanguinem Terræ appellasse Antrocidem penes *Plin. lib.* 14. *c.* 5. quem sequutus fuit *Rayn. to.* 2. *cap.* 15. §. 2. *n.* 120. ubi *n.* 128. relativè se habet ad *Lel. Bisciol. lib.* 2. *cap.* 5. *horar. subsicivar. circa quæst.* an aqua vino infundenda sit, ut voluit *Scaliger*, vel potiùs, an vinum aquæ, ut meliùs putat *Cardan*, & an vinum aqua dilu-

72 tum sit sanitati magis utile, potiùs, quàm sine aqua potatum.

73 Multòque magis à blasphemiæ pœnis excusabit insania, ex adductis per *Decian. lib.* 6. *cap.* 5. *n.* 7. *& Rayn. cap.* 1. §. 1. *& seqq. num.* 134. Prout etiam mitiùs punietur ille, qui

74 postquàm blasphemavit, pœnitentia ductus, blasphemiam revocavit, & retractavit, tunc enim per lubricitatem linguæ deliquisse præsumitur, *Arnold. Alberic. de agnosc. Cath. & Hæretic. quæst.* 27. *n.* 9. *&* 13. *Pegn. in Director. Inquis. commen.* 17. *& Conciol. resol. crim. verb. Blasphemia, resol.* 1. *n.* 14. ubi, quòd idem est dicendum de eo, qui statim post

75 blasphemiam sibi percussit os, vel pectus, dicendo, *Dio me 'l perdoni*, & similia.

An

76 An autem jocosè blasphemantes sint mitiùs puniendi, affirmat *Tancred. de Relig. tract. 2. lib. 1. disp. 4. n. 11.* Ego autem cum *Rayn. tom. 1. cap. 1. §. 1. & seqq. nu. 133.* crederem acriùs 77 esse puniendos; Deus enim non per jocum blasphemandus, sed seriò honorandus, & venerandus est, *Salzed. ad Diaz. in Prax. crim. can. cap. 111. vers. sed locus.*

78 Nota hìc, quòd Reus hujus criminis, etiam post Sacramentalem confessionem, & absolutionem puniri potest, & debet pœnis temporalibus; Per blasphemiam siquidem offen- 79 ditur Deus, & Respublica, per absolutionem autem datur remissio quoad Deum dumtaxat, *Farin. qu. 20. nu. 42. Ricciul. de Jur. pers. lib. 4. c. 68. n. 12. & Rayn. to. 1. c. 1. §. 1. & seqq. nu. 140.* ubi, quòd procedit conclusio, etiamsi absolutio detur à Prælato habente Jurisdictionem in temporalibus contentiosam, imo etiam à Sum. Pontifice, quod asserit etiam *Aillon. ad Gomez. de Delict. c. 1. n. 40.* A quo si excommunicatus salu- 80 tetur in Literis Apostolicis, non proindè censetur absolutus juxta *Text. in cap. Si aliquando, de Sent. excomm.* ubi latè *Fagnan.*

81 Nota 2. quòd blasphemans omninò repellitur à testificando maximè in causis gravibus, ex cumulatis per *Farin. qu. 56. nu. 414. de Rub. de Valid. legal. cap. 31. n. 69. & seqq. & Lazar. de Blasph. qu. 5. nu. 6.*

82 Nota demum, falsum videri axioma illud, quod referunt *Decian. lib. 6. cap. 2. num. 24. & Bordon. in Manual. S. Offic. sect. 59. num. 26.* quòd Galli, Burgundi, Asculani, & Perusini, sint maximi blasphemi, ad rem autem observat *idem Bordon. ubi supra*, quòd asserendo contrarium, oporteret dicere, hodiè totum Mundum esse Gallum, Burgundum, Asculanum, & Perusinum.

TITULUS II.

De Crimine Perjurii.

1 CUm perjurium nihil aliud sit, quàm juramenti transgressio, & violatio, *Brugiot. Instit. Crimin. lib. 2. tit. 14. nu. 2.* præmitten. est pro illius pleniori notitia quid, & quotuplex sit Juramentum.

2 Definiri autem potest cum *Bonac. t. 2. circa 2. prac. Decal. disp. 4. quæst. 1. num. 1. Invocatio Dei in testimonium veritatis*, seu cum *R. P. D. Ansald. de Commerc. & Merc. disc. 42. nu. 5. Invocatio Divini nominis, ad fidem faciendam, vel promissionem servandam*, Estque spirituale vinculum creaturæ fidelis 3 jurantis, ut notant *Canonistæ in cap. Cùm contingat, de Jure Jur. & Panim. dec. 17. adnot. 3. num. 17.* ubi, quòd est vincu- 4 lum personale, non transiens proinde ad hæredes jurantis quoad reatum perjurii, licèt ad eos transeant juramenti vires quoad observantiam contractus, per defunctum celebrati, & 5 *de Angel. de Delict. p. 1. c. 100. num. 25.*

6 Atque duplex est ad nostrum effectum, assertorium scilicet & promissorium, Assertorium, vel est de rebus præteritis, vel præsentibus, veluti si jusjurandi interpositio fiat, quòd hoc, vel illud fuerit, vel factum sit, vel quòd de præsenti sit, aut fiat. Promissorium verò de futuris tantùm, vel faciendis 7 vel non faciendis, *Bonac. ubi sup. punct. 2.* ubi alias quoque assignat divisiones juramenti, nempè in illud, quod fit verbis, & illud, quod fit nutu, vel signis: In absolutum, & conditionale; In illud, quod fit per Deum, & illud, quod fit per creaturas; In simplex, & solemne; In illud, quod fit per contestationem, & in illud, quod fit per execrationem, seu imprecationes, quas juramentorum species latè explicat.

8 Sed pone, quòd verba juramenti sint dubia, quæro, an sint interpretanda juxta mentem jurantis, vel recipientis juramentum, Respondeo, quòd, vel in præstatione juramenti intervenit dolus ex parte utriusque, & juramenti verba intelligenda sunt juxta eorum significationem; Vel intervenit dolus ex parte unius, & intelligenda sunt juxta communem intelligentiam, *ita D. Thom. 2. 2. quæst. 89. art. 7. ad 4. & in corpore*, ubi quòd, qui simpliciter, & absque do- 9 lo jurat, in foro conscientiæ non obligatur, nisi secundùm suam intentionem, in foro autem contentioso secundùm quod verba communiter accipi solent, & *D. Thom. sequitur Fagn. in cap. Falsidicus, à num. 66. usque ad num. 79. de Crim. fals.*

10 An autem ad juramenti validitatem necessariò requiratur tactus Evangeliorum, vel alterius scripturæ. Respondeo negativè, jure communi attento, quia cùm illius substantia in sola invocatione Divini nominis consistat, hæc absque ullo tactu rei sacræ optimè potest verificari, *Del Bene de Juram. cap. 1. num. 3.*

11 Dixi, *jure communi attento*, Quia ex consuetudine contrarium practicatur, & hujus observantiæ illam adducit congruentiam, *Zuff. de Legitim. Process. qu. 38. num. 27. & 28.* ut jurans per dictum corporalem tactum efficiatur cautior ad jurandum, & memor importantiæ juramenti *Pignat. consult. 199. num. 2. tom. 4.* ubi, quòd sufficit etiam tactus cum duobus prioribus digitis, & *R. P. D. Ansald. de Comm. & Merc. disc. 42. nu. 18.* ubi per totum discursum latè probat, Hebræos 12 non debere ex necessitate jurare in eorum contractibus super Typhilimis, juxta opinionem *Ant. del Rè, de Juram. Calum.* 13 *c. 15. num. 170. & seqq.* Sed quòd jurent tacto calamo, quod admittunt etiam *Posth. de Manut. observ. 84. sub num. 63. Guazzin. defens. 14. cap. 6. nu. 9. & Conciol. vers. Testis quoad examen resol. 2. in addit. num. 4. in fin.*

14 His præmissis, facilè intelligitur, quid sit perjurium; Definiri enim potest *præstiti juramenti transgressio*, juxta *Azeved. Recop. lib. 8. tit. 17. in rubr. num. 10. Corrad. Zaban. de Mand. lib. 3. cap. 12. & seqq. & Portules ad Molin. in Repertor. §. Perjurus, in princ.* Vel secundùm *Fagn. in cap. Falsidicus, numer. 60. de Crimin. fals. mendacium juramento firmatum.*

15 Perjurium autem ex diametro opponitur Religioni jurisjurandi, & perjurus contravenit Deo, quem in sui dictum testem vocat. Sicuti autem juramenti duæ sunt species principales, ut vidimus, ita & perjurii, nam aliud est perjurium assertorium, aliud promissorium.

16 Assertorium perjurium fit, quando medio juramento per falsitatem asseritur hoc, vel illud fuisse, vel esse factum, vel de præsenti fieri, juxta ea, quæ suprà diximus de Juramento, *de Angel. de Delict. par. 1. cap. 106. num. 3.*

17 Promissorium verò perjurium est, quando fit jurata promissio, & deindè per perfidiam, & contentum jurisjurandi nequaquam observatur, sed sacrilego, & temerario ausu illi contravenitur, idque dupliciter potest contingere. I. Si 18 ab initio quis in juramento promissorio intentionem habet observandi promissa, & postea eum pœnitet, & tunc perjurus dicitur, quando supervenit pœnitentia, & non observatio juramenti.

19 II. Si quis ab initio observare non vult promissa, & tunc perseverando in ea intentione, statim post præstitum juramentum dicitur perjurus, quia ex tunc mente, & animo juramentum, transgreditur, ut aliis concordantibus cumulatis, latè probat *Bonac. tom. 1. circa 2. prac. Decal. disp. 4. par. 1. punct. 7. nu. 5.* ubi, quòd ex juramento præstito animo non adimplendi promissa, adhuc nascitur obligatio, quia intentio adimplendi non est de substantia juramenti. Ille autem, qui 20 putat, se verè jurasse, cùm non juraverit, non observando promissa, peccat quidem, quia quantum est ex se, & secundùm intentionem suam est animo, & opere præparatus ad violandum juramentum, sed nullatenus dicitur verè, & propriè perjurus, quia perjurium non committitur, nisi violetur juramentum, quod in his circumstantiis supponimus non adesse, *Pasqual. quæst. mor. cent. 4. quæst. 334. per totum.*

21 Quantum attinet ad Forum judiciale, & externum, perjurium reddi potest gravius ex quatuor capitibus, de 22 quibus *Brugiot. Institut. Crimin. lib. 2. titul. 14. num. 11 & seqq.* I. Ratione personæ pejerantis, si enim Episcopus suum transgreditur juramentum, gravius erit perjurium, quàm si id faciat Sacerdos, vel Laicus, *cap. Cum quidem, de Jure Jur.* ubi *Gonz. num. 1.* illam assignat con- 23 gruam rationem, quia exemplo eorum, qui præsunt, alii provocantur ad similia facinora perpetranda, & refert illos versus *Juvenal. Satyr. 8.*

Omne animi vitium tantò conspectius in se
Crimen habet, quantò major qui peccat, habetur.

24 *Cosp. nel Giudic. crim. p. 2. cap. 15. num. 11.* Atque applicantur ea, quæ leguntur penes *D. Jo. Chrys. de Sacerd. lib. 3.* ibi *Qui in dignitatis fastigio positi sunt, nemini non noti, manifestique sunt, tum vero, vel si tantillum peccaverint, parva eorum peccata aliis magna videntur.* Indeque Ægyptii pingere solebant Magnates cum Sole in manibus eclypsato, & cum illa inscriptione, *Non nisi cùm deficiat, spectatores habet*; Quando enim Sol lucet, 25 nemo illum intuetur, sed statim ac eclypsim patitur, om- 26 nes illum observant, *de Rubeis in disc. ad Stud.* impresso *in par. 4. rec. tom. 2. num. 338. & seqq.* II. Ratione rei, 27 de qua juratum est, unde gravius reputabitur perjurium de Religione, quàm de alia re indifferenti, & non sacra *Can. Primum 22. qu. 2.* III. Ratione objecti juramenti, majus enim est mentiri de Deo, quàm de Sanctis, & majus de istis, quàm de hominibus, *Gloss. in Can. Mihi 22. qu. 2.*

22. qu. 2. Atque quantò sanctius est, per quod juratur, tantò majus est perjurium, *Gloss. in Can. Qui pejerat 22.* 29 *quæst. 5. Gonz. in cap. Quia tua, nu. 6. de Jure Jur. Ann. Robert. lib. 1. rer. judic. cap. 11. & Grethsar. de Cruc. lib. 2 cap. 17.* IV. Ratione deferentis juramentum, gravius enim 30 peccat, qui infringit juramentum, sibi datum à Judice, quæ ex persona publica, quàm delatum à Parte, quæ est persona privata, & gravius delatum à Judice, vel à Parte, quàm spontè præstitum.

31 Si autem quæras hic, an expediat à Summo Pontifice abrogari usum exigendi juramentum de veritate dicenda à Reis, circa quod ultimo loco doctissimi Viri pro utraque parte scripserunt, occasione discussionis in Sacr. Congreg. Conc. in qua proposito eodem dubio *die 6. Julii 1697.* rescriptum fuit, *ut scriberent pro veritate Theologi, & Canonistæ*, ut practicare solent Sacræ Congregationes, prout de illa Concilii Tridentini recognosci potest *ex lib. 29. Decr. fol. 430. & lib. 30. fol. 33.* Et de alia Sacr. Congreg. Episco- 32 porum, & Regularium, omissis antiquioribus exemplis, patet ex causa *Fanen. Matrimonii*, in qua de *mense Februarii 1699* rescriptum pariter fuit, *Coadiuventur probationes, & scribant pro veritate*, P. Liberius à Jesu, qui in Conventu S. Pancratii de Urbe de præsenti est Controversiarum Lector uti Theologus, quivè piè obiit in Urbe anno 1719. & Ego tanquam Canonista.

33 Crederem, nihil esse innovandum, inhærendo in hac parte doctissimis Votis dd. insignium Theologorum, & Canonistarum, ab eadem Sacr. Congreg. pro veritate requisitorum, Suppono autem ante omnia tanquam certum, dari casum, in quo Reus teneatur Judici, legitimè interroganti, veritatem fateri, ut probant adducti per *Gonz. in cap. Cùm dilecti, n. 3 de Accus. & Rayn. par. 2. cap. 18. §. 7. num. 111. & seqq. & cap. 20. supplet. 1. num. 9.* Nec puto necessarium insistere in in- 34 spectione, an hoc verum sit, quando delictum, de quo interrogatur Reus, est solùm semiplenè probatum, juxta doctrinam, *D. Th. 2. 2. qu. 69. art. 2. in corp.* Vel potiùs quando de illo plenè constat, ex adductis per *Carden. in Cris. Theolog. disp. 19. cap. 7.*

35 Probatur autem 1. ex, *cap. Ex literis de Jure jur.* ubi Honorius Papa in causa usurarum illud exigi jubet ad veritatem detegendam, ut observat ibidem, *Gloss. Verb. Occultata*, cum istis verbis, *Hæc est causa, quare hoc juramentum exigit, ut scilicet veritas reveletur timore juramenti.*

36 Probatur 2. ex usu inveterato, & antiquissima consuetudine, quæ innuitur in, *cap. Cùm dilecti de Accus.* & quam nec etiam impugnant in contrariam partem inclinantes. Ea enim quæ diu certum statum habuerunt subvertenda non sunt, 37 juxta *Text. in leg. Minimè, ff. de Leg.* Atque usus temporis longævi non levem esse authoritatem rescripsit *Honorius III. Episcopo Parisiensi, in cap. Cùm consuetudinis de Consuet. c.* Magna enim vis est consuetudinis, quæ facit, ut ri- 38 tus quoquo modo inducti, manifestum licèt vitium, & incommodum habeant, antiquitate tamen defendantur, *Rolad.* 39 *Maref. epist. 16.* scripto, *Petro Halæo*, & impressa, *in princ. Method. ling. latin. Portoroyal.* & applicatur Doctrina *Divi Hieron. ad Pammach.* relatus *ab R. P. D. Dandino de suspect. de hæres. cap. 2. sect. 7. subsect. unica num. 38. fol. 261.* his verbis -- *Cur post 400. annos docere nos miseris, quod anteà nescivimus? usque ad hanc diem sine ista Doctrina Mundus Christianus fuit.*

40 Præcipuè, quia idem usus viget pariter in Tribunali SS. Inquisitionis, in quo teste *Pasqual. nel Sacr. Arsen. par. 2. fol. 130. & fol. 136. in princip.* defertur hoc juramentum Reis, & tamen in eodem Tribunali, nec etiam vitæ homi- 41 num parcitur, quando delictorum qualitas id exigit, quibus attentis, vel carceribus ad vitam mancipantur, vel ad pœnas Triremium condemnantur, vel brachio sæculari puniendi traduntur Rei.

42 Eò autem magis stringit hujusmodi praxis, quo hujus criminis Rei in hoc sacro Tribunali ut plurimum tales sunt, quia non benè sentiunt de Fide, & sic facilius præsumitur, quod veritatem virtute juramenti non fateantur. Non sic autem in aliis Tribunalibus, in quibus pro diversis delictis inquisiti reperiuntur Rei, in quibus ra- 43 tione timoris perjurii non defuerunt fatentes delicta, ut in casu, quem innuit *Rayn. tom. 3. c. 34. §. 12. nu. 28.* qui est de quodam Reo, qui postquam negaverat homicidium in personam Tabellarii Tyburis, monitus per Judicem, ut veritatem fateretur, alias non speraret misericordiam à Deo consequuturum, priùs flevit, & deinde ingenuè delictum fassus fuit. Tanta siquidem est vis juramenti, 44 ut veluti quædam spiritualis tortura jurantis animum non rarò angat ad veritatem propalandam, ut monet *Abb. in c. Per tuas de Prob.*

45 Probatur 3. ex his, quæ advertit, *Bordon. in Man. S. Offic. sect. 44. de Malefic. destruct. num. 7. & seqq.* ubi, quòd licitum est petere dissolutionem maleficii, nedum ab eo de quo est dubium, sed etiam ab eo, quem certò scio mediante alio maleficio primum dissoluturum, quia illa cognitio etiam certa, non est causa peccaminosa, & inducens malitiam in actionem destructivam maleficii, atque licitum est petere, quod honestum est, non obstante, quòd petens sciat, alium inhonestè operaturum. Multò igitur magis licebit Judici ad sumum dubitanti, an Reus fateri velit veritatem, eidem juramentum dare de eadem veritate dicenda, *Bonac. tom. 2. circa 2. præc. Decal. disp. 4. q. 1. punct. 11. n. 1. & 2.* & egregiè, *Verricel. de Mission. tit. 2. q. 71. n. 3.* ubi alios allegat.

46 Neque obstat, quòd hoc sit nimium rarum, quòdque ut plurimum Rei delicta negent, proindeque idem juramentum ad nihil aliud deserviat, quàm ad occasionem pejerandi, ut fusè probat, *Fantonus in disc.* relato per *Rayn. 2. c. 20. suppl. unic. num. 5.* ubi, quòd proinde in ditionibus Magni Ducis Etruriæ, Ducis Mantuæ, & Ducis Sabaudiæ eadem praxis aboleta fuit, & novissimè *Amen. de Delict. & Pœn. tit. proem. §. 4. verb. Pœna in genere, num. 21.* Quia adhuc admisso, quòd major pars Reorum ve- 47 ritatem non fateatur, semper verum erit, quòd illorum perjurium non provenit ex juramenti exactione, à Judice legitimè facta, sed ex malitia jurantis, & veritatem negantis, quo casu non debet Judex à juramenti delatione in justitiæ detrimentum abstinere, *D. Th. 2. 2. q. 98. art. 4. in corp. & Coton. lib. 1. Controv. contr. 11. n. 16:*

48 Aliàs si argumentum concluderet, directè, & concludenter probaret etiam, quod Judex deberet quoque abstinere à simplici interrogatione, & quocumque examine Rei, ad evitandum mendacium, quòd absurdum benè expendit, *Rayn. tom. 2. c. 20. supplet. 1. nu. 9.* Non enim minus potens est gra- 49 ve peccatum mendacii Reum æternaliter damnare, quàm perjurium, & consequenter, si ad hoc evitandum, non esset dandum Reo juramentum, nec etiam esset interrogandus, ut de se patet, & latiùs probat *Rayn. ubi sup.* ubi, quòd nil refert ad æternam Reorum damnationem quòd peccato mendacii implicitum etiam sit peccatum perjurii, cùmque non detur modus impediendi peccatum 50 mendacii, non est à praxi inconcussè observata recedendum quoad præstationem ejusdem Juramenti.

51 Præterea si iste usus aboleretur, Rei ex eorum malitia cum Justitiæ detrimento commodum reportarent, quòd in terminis improbant *Suar. de Relig. tom. 2. lib. 3. tit. de Juram. c. 14. sub nu. 13. Trivisan. de mod. crim. proc. int. Regul. c. 13. n. 3.* & generaliter *Rot. in Pisan. Jurispat. 2. Julii 1700. §. Et latè cor. R. P. D. Ansal.*

52 Relinquitur propterea manifestum, quòd cùm usus iste bonus sit, & ad optimum finem puniendi delicta ordinatus malus effici nequeat ex malitia illud suspicientis, minusque perjurii periculum, ab ipso patrandi pro occultando delicto privare potest Judicem jure suo veritatem eruendi pro justitiæ administratione, sicuti periculum novi maleficii non valet impedire maleficiatum à petenda dissolutione maleficii, quo est adstrictus, ut benè probat, *Bord. in Man. S. Offic. sect. 44. num. 7. & seqq.* meliùs *Card. Denhoff. in Instruct. Pastoral. fol. 72. vers. Al secondo*, ubi congruè 53 respondet motivo, quòd id fiat ad salvandam vitam, ibi, *ma qualcheduno dirà, almeno sarà lecito giurare il falso per salvare la propria vita, sarebbe lo stesso, che affermare, esser lecito levar la vita ad un uomo per salvarla ad un giumento:* quòd deindè fusè demonstrat, compa- 54 rando animam, quæ amitteretur per peccatum perjurii, cum corpore, quod per illud prætendit Reus salvare, & conservare.

55 Authoritates autem, quæ in contrarium solent adduci, & signanter *D. August. serm. 180.* aliàs *28. de Verb. Apost. cap. 10. serm. 380. de Decol. S. Joann. Baptist. cap. 4.* procedunt, & intelligi debent de exigente juramentum authoritate privata, vel in talibus circumstantiis, in quibus Reus non teneatur Judici veritatem fateri, non autem loquuntur in casu, quo illud exigatur authoritate publica, & postquam delictum est plenè, vel saltem semiplenè probatum, juxtà terminos præsentis controversiæ *Nevizz. in Sylv. nupt. lib. 4. Verb. Monitoria nu. 44. fol. 268.* vide *to. 4. par. 2. discept. 1.*

56 Quoad pœnas perjurii, si consideremus Jus Civile, Laicus perjurus incurrit pœnam infamiæ, *Gloss. in leg. Si quis Verb.*

Verb. Infamia, *Cod. de Transact. Carbon. in Pract. practic. cap. 1. lib. 1. num. 51. de Angel. de Delict. par. 1. cap. 100. num. 8.* Insuper punitur extra ordinem pœna arbitraria, *Farinac. quæst. 160. nu. 33. Portul. in Repert. ad Molina §. Perjurus, num. 7. & Rayn. tom. 2. cap. 20. §. unic. nu. 5 & seqq.* ubi, quòd hodie pœna perjurii vix dici potest corporis afflictiva, & regulariter pro illo imponitur pœna

57 exilii, ultra refectionem damni, & interesse, faciendam illi, contra quem quis pejeravit, *Gloss. in leg. fin. Verb. Lucrum, Cod. de Jure jur.* cum aliis apud *Decian. lib. 6. cap. 23. nu. 27. Farinacc. quæst. 160. numero 36. Raynald. tomo 2. cap. 20. §. unic. numer. 10. & seqq. & Amen. de Delict. & Pœn. tit. 5. §. 7. num. 31.* ubi, quòd Carolus V. mediante Constit. commentata à *Globero* sanxit, pejuris amputandos esse duos digitos; Quæ si ad praxim contra

58 Reos hujus criminis reducerentur hodiè in aliis ditionibus, multi ex eisdem absque digitis reperirentur, ex facilitate, qua passim pejerari solet.

59 Si verò consideremus Jus Canonicum, ultra peccatum mortale, pro quo imponenda est pœnitentia salutaris, *can. Quicumque 6. quæst. 1. Bonac. tom. 2. circa 2. prec. Decal. disp. 6. quæst. 1. punct. 14. num. 1.* ubi, quòd procedit etiam si agatur de re parvi momenti, quia in juramento principaliter requiritur veritas, quæ eodem momento requiritur, sive res magna sit, sive parva, quod com-

60 probat etiam *Farinacc. in c. Falsidicus, nu. 64. de Crim. fals.* Perjurus si sit Laicus, efficitur pariter infamis, *can. Infamis 6. quæ. 1. Henriq. de Fidejuss. cap. 19. num. 138. & de Angel. de Official. Baron. cap. 214. num. 3.* Si verò Clericus, deponendus est ab Ordine, *cap. Cum non, de Judic.* Privandus est beneficiis, *cap. Tua, & cap. Pervenit, de Jurejurand. Gonz. in cap. Quia tua, num. 8. de Jurejurandi*, ubi, quòd hujusmodi privatio non est ipso Jure, sed requirit sententiam Judicis, quod observant

61 etiam *Decian. lib. 6. cap 13. nu. 4. Gibal. de Irreg. disp. 5. dub. 4.* Atque efficitur inhabilis ad alia obtinenda, *cap. Querela, de Jurejur. & cap. Constitutus il 2. de Appellat.* Si demum fuerit Episcopus, privandus, & deponendus

62 est, *can. Si quis 22. quæst. 5. & cap. Cùm quidam, de Jure jur. Balsamon. in Nomocan. tit. de Laic. §. 10. & Farin. quæst. 160. num. 149. & seqq.* ubi, *num. 199.* quòd si injunctam pœnitentiam Laicus, vel Clericus perjuri agere recusaverint, excommunicari possunt, & latè *Gonz. in*

63 *c. Quia tua, num. 4. & seqq. de Jurejur.*

64 Nota hic, quòd pejurium commissum in juramento litis decisivo, seu judiciali, non est crimen mixti fori, sed privativè spectat ad Judicem Ecclesiasticum, *Conciol. Verb. Delictum resol. 2. nu. 21. & Rayn. tom. 1. ad cap. 1. supplet. 5. num. 22.* Duplicem assignat rationem *Panim. in dec. 17. adnot. 4. unm. 17.* apud ipsum videndum.

65 An autem contra Reum perjurii in juramento litis decisivo detur solùm actio civilis, vel etiam criminalis, non desunt Doctores asserentes, dari solam actionem civilem; Verùm contraria opinio, quòd detur etiam actio criminalis, est communis, & solidis innixa fundamentis, ut videre est penes *Caren. res. 247. per tot. Cart. dec. Crim. 67.* pariter *per tot.* qui respondent omnibus contrariis, *Conc. resol. Crim. Verb. Perjurium, resol. unic. per tot. & Amen. de Delict. & Pœn. tit. 5. §. 7. num. 15.*

66 Nota II. Quòd perjurium incurritur etiamsi non interveniat tactus Sanctorum Evangeliorum, ubi, id ex Statuto, vel alia municipali lege non requiritur, sed sat est jurare secundùm Loci consuetudinem, *Avendan. de Mand. Reg. part. 2. cap. 27. num. 5. & seqq. & Raynad. d. tom. 2. cap. 20. §. unic. num. 16. & seqq.* & vidimus *supra, numer. 11.*

67 Nota III. *ex Pat. Segner. nel Cristiano Instruit. par. 1 ragion. 10. num. 19.* quòd cùm ad juramenti substantiam concurrere debeant veritas, judicium, & justitia, juxta id, quod legitur *in Jerem. 4. 2. il giurare senza giuditio è da temerario, il giurare senza giustitia è da tristo, & il giurare senza verità è da traditore.*

TITULUS III.

De Crimine Sortilegii.

1 **S**Ortilegium, à sortibus legendis sic dictum, ut observant *D. Tho. 2. 2. quæst. 95. art. 8. & Tolet. Instr. Sacerd. lib. 4. c. 15. num. 3.* in genere sumptum, est superstitio quædam illusoria, & summè noxia, qua utitur homo ministerio Dæmonis, *D. Thom. 2. 2. quæst. 85. art. 4. Ghirland. de Sortil. quæst. 1. num. 1. & 5. Caren. de Inquis. tit. 12. num. 1. & Card. de Albic. de Inconst. in Fid. par. 1. cap. 32. num. 83.*

2 Sortilegus autem ille est, qui Diabolicam Religionem professus, per superstitiosam, & illusoriam ejusdem Dæmonis instructionem, noxia quæque componit.

3 Definitur autem sortilegium à *Bordon. in Man. S. Offic. sect. 31. n. 1. Superstitio, qua quis utitur instrumentis diabolicis ad obtinendum aliquid.*

4 Dicitur *Superstitio*, illud enim nunquam fit sine Dæmonis

5 invocatione, saltem tacita, seu virtuali, *Bordon. ubi supra, num. 12.* Dicitur *instrumentis Diabolicis* ad denotandum, quòd Diabolus regulariter per se ipsum immediatè non operatur in sortilegiis, sed mediantibus instrumentis, quæ nec

6 ex propria natura, nec ex institutione Divina vim, & facultatem habent operandi effectum desideratum. Dicitur demum, *ad obtinendum aliquid*, quia sortilegus non alio fine utitur dictis instrumentis, quàm ad obtinendum quod desiderat; Licèt autem hoc fine frustretur, adhuc, quando sortilegio usus fuit, sortilegus dicitur, & uti talis puniendus est, *Bordon. in Man. S. Offic. sect. 31. num. 6. & sect. 33. num. 27. & seqq.* Malitia enim sortilegii non pendet ab effectus positione, sed ab intentione utentis, *Giurb. cons. Crim. 85. num. 14. Caren. de Inquis. par. 2. tit. 12. num. 293.*

7 *& Rayn. tom. 1. cap. 6. §. 5. num. 61.* Et generaliter, quòd in delictis animus potiùs, quàm effectus inspici debeat, *Rayn. tom. 1. cap. 1. §. 11. num. 87.* loquens de eo, qui in nocte Nativitatis, manens in Ecclesia quantitatem piperis Indici, & colorati injecit super prunis accensis, cujus fumus Cle-

8 ricos in Choro, omnesque circumstantes ad indecentes effectus provocavit, itaut fuerint interrupta divina officia, quem casum refert etiam *Christophor. Cresp. obser. 76. per tot.* ubi, *num. 28.* quòd Reus condemnatus fuit, ut ad verecundiam per loca solita Urbis deduceretur, cum exilio ab Urbe, & Regno per octo annos.

9 Sortilegii species multæ sunt, sed principaliores, ut benè observat *Caren. de Inquis. par. 2. tit. 12. num. 2. & 3.* ad tres reduci possunt. Divinativum scilicet, Amatorium, &

10 Veneficum, seu Maleficum. Divinativum sortilegium illud est, per quod Sortilegi præterita, præsentia, & futura nobis ignota, vaticinari conantur, de quibus sunt *Text. in can. 1. & seqq. 16. quæst. 5. & in leg. Nemo, Cod. de Malefic. & Mathem.* & latè *Marchant. in Trib. Sacram. tom. 2. qu.*

11 *2. fol. 448.* Atque subdividitur in *Aeromantiam*, quæ est divinatio per signa in aere apparentia, *Sous. in Aphor. lib. 1 c. 45. Azor. Instit. Moral. par. 1. lib. 9. cap. 14. Tolet. In-*

12 *struct. Sacerd. lib. 4. cap. 15. num. 4. & de Angel. de Delict. par. 1. cap. 121. num. 3. Chiromantiam*, quæ est cognitio rerum futurarum per figuras, seu lineamenta manuum, *Floron. de Casib. reser. Favent. par. 2. cas. 1. num. 34. Vener. in Exam. Episc. lib. 6. cap. 34. num. 28. Salerberius lib. 2. Policrat. c. 27. Conrad. de Sign. cap. 10. num. 4. Toreblanc. de Mag. lib. 1. cap. 10. & 13. & Jur. Spiritual. lib. 8. cap. 15. &*

13 *seqq. & Card. de Albic. de Inconst. in Fid. par. 1. cap. 31. n. 58. Hydromantiam*, quæ est occultorum cognitio in aqua seu per aquam, *D. Thom. 2. 2. qu. 95. art. 3. Defenden. in*

14 *cas. Com. disp. 2. qu. 1. num. 9. Metoposcopiam*, quæ est cognitio occultorum per signa, in fronte, & in facie reperta, *Sous. in Aphor. lib. 1. cap. 51. num. 4. & Baldell. de Superstit. lib. 4. disp. 10. num. 11. Negromantiam*, quæ est ficta revocatio mortuorum ad vitam, certis signis cum Dæmonis invocatione procurata, *del Ben. dub. 221. sect. 2. nu. 29. & Sess. decis. Ara-*

15 *gon. 455. & 456. per tot. tom. 4.* Dixi *ficta revocatio*, quia in rei veritate nunquam vera resurrectio datur, mediante hoc gravissimo sortilegio, ut inter Catholicos est indubitatum; Imò hoc est adeo verum, ut ad confusionem similium scele-

16 stissimorum hominum, similia tentantium, non rarò permittat Deus, ut potiùs moriantur vivi, quàm resurgant mortui, juxta casum illum Calvini, quem referunt in ejus vita *Hier. Bols. & Laur. Sur. ad annum Christi 1544. Capisucc. contr. 9. per totum*, ubi latè *& P. Segner. nell' Incred. senz. scus. par. 2. cap. 4. num. 13.* his verbis: *Si era maliziosamente*

17 *accordato l'Ingannatore con una vil feminuccia in questo concerto, che il marito di lei si fingesse morto, e che ella tutta lagrime corresse à trovare Calvino, con supplicarlo, che in confermazione della sua dottrina celeste venisse à risuscitarglielo: Ma non terminossi la favola senza un atto pur troppo vero, percioche al primo commando, che fè Calvino alla morte finta di restituir quell'Uomo alla luce, se lo venne à prender tosto la morte vera: Si che il miserabile sciocco, straziato agitato per ogni verso, non si alzò più, tanto che la Donna, fanatica di cordoglio, publicò ad alta voce l'inganno occulto rimproverandolo al bugiardo Profeta con quella libertà, che* conce-

concede a qualsisia più meschino il dolore giusto, Palat. in vit. Pontific. in vita Julii 3. tom.4. fol. mihi 181. num.10. in fine, ubi quòd vocabatur Brullers Heduns *Piromantiam*, quæ est

18 occultorum cognitio per motum rei in ignem projectæ, *Bord. in Man. S. Offic. sect.39. nu. 14. Castald. de Potestat. Angel. distinct. 6. qu.3. art.2. num.26. & Card. de Albic. de Inconst. in Fide, part.1. c.32. num.27. & Astrologiam*, quæ est scientia cognoscendi futura per sydetum aspectum, *Ve-*

19 *ner. in Exam. Episc. lib.6. c.34. num.35. & Cosp. nel Giud. Crimin. par. 1. cap. 15.* de qua solet dici, *Astra, viasque poli, vendico mihi soli*, ut advertit *Hostien. in Summ. tit. de Magistr. §. Quam sententiam*, quem sequitur *Nicol. in Floscul. v. Ars, num.1.* ubi, de aliis sex artibus liberalibus

20 ponit totidem versus, nempe de Grammatica, *Quidquid agunt artes, ego semper prædico partes*. De Rethorica, *Est*

21 *mihi dicendi ratio cum flore loquendi*. De Dialetica. *Me sine Doctores frustrà coluere sorores*: De Musica *Invenere locum per me modulamina vocum*: & de Geometria. *Rerum mensuras, & earum signo figuras.*

22 Dividitur Astrologia in naturalem, & judiciariam; Naturalis versatur circa agriculturam, rem nauticam, & medicam, atque circa complexionem, & temperamenta, ex illis aliquo modo conjectando inclinationes, & propensiones: Judiciaria verò versatur circa ea, quæ pendent ex libero hominis arbitrio, & aliis casibus fortuitis, illa

23 certò, & infallibiliter prædicendo ex astrorum aspectu, *Caren. de Inquis. par.2. tit.12. num. 65.* adductis per *Justin. in addition. ad Novar. in Sum. Bullar. comm.18. par.1. & comm.18. par.2. fol. B.* latissimè *Picus, & Alex. de Angel. in integris Tractatibus*, quos contra Astrologos composue-

24 runt, & novissimè *Franc. Nicol. Comber. de Confus. & distinction. Jur. cap.14. per tot.* ubi meritò irridet vanitatem cujusdam *Comitis à Baylon*, qui motum se asseruit ad testandum in ipso testamenti initio, ex quo tunc temporis

25 Sol, Luna, & Mars dirigebantur ad quadratum Saturni, acsi perindè esset certò moriturus. Nec minori irrisione dignus est Anticus ille Antemon, qui, referente *P. Segu. nella pred. 26. num.1. faceva continuamente portarsi sopra la testa da due famigli una targa, per timore di ciò che potesse cadere dall' alto.*

26 Astrologia naturalis omni jure permissa est, *D. Thom. 2.2. qu.94. art.4. Franc. de Magist. in Sylv. Eccles. tom.2. lib.3. cap.5. num.41. & Card. de Alb. de Inconst. in Fide, part.1. cap.32. num.51.* Ratio est, quia versatur circa ventos, pluvias, complexiones, inclinationes, temperamenta, & similia, quæ omnia à Cœlorum influxibus dependere, nemo dubitat. Verumtamen est, quod cùm pendeant etiam ab

27 aliis causis particularibus, ex quibus aliquando impediri potest causæ universalis effectus, *D. Thom. 1. par. 1. qu.115. art.15. ad 2.* inde fit, ut Astrologi illos non certò, & infallibiliter, sed tenuissima solùm conjectura prædicere possint ut cumulatis concordantibus probat *Caren. de Inquis. par.2. tit.12. num.73. & seqq.*

28 E contra verò omni jure prohibita est Astrologia Judiciaria, quam *D. Basilius* appositè vocavit *negotiativam prorsus vanitatem*, ob pactum saltem tacitum cum Dæmone, quod in illius prædictionibus considerari posset, ut omissis antiquioribus Canonibus, & Legibus, de quibus *Petr. Anton. de Chavari, & Equia in Didascal. par. 1. cap. 17. num. 19. & seqq. Alex. de Angel. in integr. Tract. contra*

29 *Astrologos P. Segner. nell' Incredul. senza scus. par.1. cap.26 num. 1.* ubi, quòd *à gl'altri per una menzogna, che dissero non si crede di poi verità veruna, ad essi per una verità si credono di poi menzogne infinite, & num. 2.* respondendo aliquibus exemplis, ab Astrologis exageratis, utitur verbis illis *Ciceron. de Divin. Quis est qui totum diem jaculans,*

30 *non aliquando collimet? Zacch. de Salar. qu.64. num.9. & seqq.* citans innumeros concordantes *Hevia in Cur. Philip. privat. 3. §.2. num.16. Bobadil. in Polit. p.2. cap. 17. nu.60. & seqq.* ubi, quòd vidit condemnari quemdam Astrologum ob erectionem Astrologicæ figuræ ad inveniendum furtum,

31 *Rayn. tom.1. ad cap.1. supplet.5. num. 353.* & latissimè *Torreblanc. in Demonolog. lib.1. cap.6. & seqq.* Videre est *in Constit. 17. Sixti V. & in Constit. 113. Urbani VIII.* in qua ultra excommunicationem majorem latæ sententiæ, demandavit, ut tamquam Rei læsæ Majestatis ultimo supplicio puniantur, necnon pœna etiam confiscationis omnium bonorum, & privationis beneficiorum, & officiorum, si sint Clerici, illi, qui de Statu Reipublicæ Christianæ, Sedis

32 Apostolicæ, Romani Pontificis, aut ejus Consanguineorum judicia, & nativitates faciunt, seu facta penes se retinent, vel aliis ostendunt, aut verbis tractant, ut latè observant *Barbos. in Sum. Apostol. dec. Verb. Astrologia Cosp. nel Giudic. Crim. par.2.* ferè per tot. & signanter *cap.15. & seqq. Caren. de Inquisit. par.2. tit. 12. num.65. & seqq. Bord. in Manual. S. Offic. sect.38. & Card. de Albic. de Inconst. in Fid. par.1. cap.32. num. 38. & seqq.* ubi *num.42.* quòd sub dicta Constitutione Urbana comprehendantur etiam S. R. E. Cardinales, tum quia prohibet quod malum est, & absolutè concernit utilitatem animæ, tum quia post Primates, & Patriarchas subjungitur, & *alia superiori Ecclesiastica Dignitate*, quæ non possunt verificari, nisi in Cardinalibus, quod antea observaverat *Baldell. tom.1. lib.2. disp. 41. num.41. vers. Et breviter*. A qua excommunicatione,

33 neque etiam in foro conscientiæ tantùm absolvere potest major Pœnitentiarius talia facientes, ut sancivit *f. m. Innoc. XII. Const.12. num.20.*

34 An autem pœnis in *cit. Const. Sixti V.* inflictis subjiciantur illi, qui ex astris futura prædicunt, non certò, & infallibiliter, sed tenuissima quadam conjectura, & habito præsertim respectu ad complexionem, & temperamenta, ex iis inferendo animi passiones, & inclinationes, affirmant adducti per *Barbos. in Summ. Apostol. decis. Verb. Astrologia, num.3. & de Potest. Episc. alleg. 51. num.143.* Verùm opinio

35 contraria suos quoque habet Sectatores, inter quos *Martin. del Rio, disquis. Mag. lib.4. cap.2. quæst.3. cap.3. quæst.1. & lib.5. sect.16. Vers. Quoad Astrologos, Nald. in Summ. Verb. Astrologia, num.4. circa med. Molfes. in Theol. moral, tract. 11. cap.27. num.120. Suarez, de Relig. to.1. lib.2. cap.11. nu. 3. & seqq. & num.34. Farinac. quæst.20. num.111. Armill. in Summ. Verb. Astrologus, n.2. Tolet. Instr. Sacerd. lib.4. c.15. num.51. & seqq. Novar. in Summ. Bullar. p.1. Comm.8. nu.6.* & alii adducti per *Serr. in 1. par. D. Thom. qu.115. art.4. dub. unico fol.705. & Bordon. in Manual. S. Offic. sect. 38. & seqq.*

36 Ratio, in qua fundantur isti Authores, ea est, quia astra suis motibus, & influentiis sunt causa complexionum, inclinationum, & passionum appetitus sensitivi, & proindè ex illorum consideratione potest in aliqualem eorumdem effectuum præcognitionem deveniri, ut, præter suprà citatos, observat *Baldell. de Superstit. lib.4. disp.4. num.12. & seqq.* relatus à *Card. de Albic. de Inconst. in Fid. cap.32. num.52. & seq.* ubi alios adducit concordantes, Quidquid dicat *P. Segner. nell' Incred. senz. scus. par.1. cap.24. & seqq.* Nec in aliquo læditur humani arbitrii libertas, quia, ut benè do-

37 cet *D. Thom. 1. par. quæst.115. art.3. ad 4. Plures hominum sequuntur passiones, quæ sunt motus appetitus sensitivi, ad quas cooperari possunt corpora cœlestia; Pauci autem sunt Sapientes, qui hujusmodi passionibus resistant, & ideo Astrologi, ut in pluribus vera possunt prædicere, & maximè in communi non autem in speciali, quia nihil prohibet, aliquem hominem per liberum arbitrium passionibus resistere. Unde & ipsi Astrologi dicunt, quòd sapiens homo dominatur astris, in quantum scilicet dominatur suis passionibus.*

38 Quibus non adversatur *cit. Constit. Sixti V.* In illa enim nullatenus prohibetur aliquid, quod per se malum non erat ut ex lectura; At nullo modo per se malum est, cognitis habitu, propensione, inclinatione, & similibus, futuros actus ex debilissima conjectura cum formidine pronunciare, juxta ea, quæ leguntur *Psal. 17.26. & Proverb.13.2.* & advertit *Senec. de Ira lib.3. cap.8.* dicens: *Sumuntur a conversantibus*

39 *mores, & ut quædam in contactos corporis vitia transiliunt, ita animus mala sua proximis tradit, Rot. dec.51. nu.46. par.12. rec.* Quod evidentiùs comprobat facultas in eadem *Constit.*

40 concessa Inquisitoribus hæreticæ pravitatis procedendi contra Astrologos, Non enim solent Summi Pontifices ea, quæ solùm mala sunt, quia ab ipsis prohibita, punienda committere Inquisitoribus hæreticæ pravitatis, juxta quem sensum eamdem Constitutionem interpretantur *Passer. in cap. Accusatus, §. Sanè, num.282. & seqq. de Hæret. in 6. Carol. Pellegrin. in tract. de Planet. post Musæum Historico legal. num. 30. Castrop. Oper. Mor. tom.3. tract. 17. disp. 1. de Superstit. punct.4. num. 7. & seqq. Pasqualig. ad Franch. fol.48. à num.99. del Bene, de Inquisit. par. 2. dub. 222. sect.2. num.5. & seqq. Moron. respons.95. nu.104. & seqq. Tambur. ad Precept. Decal. lib. 2. de peccat. Relig. oppos. cap.5. §.1. ad num.13. Baldell. de Superstit. lib.4. disp.4. numer. 13. vers. Et fortasse Antonell. de Regim. Eccles. lib.6. cap.22. num.6. & Serr. in 1. p. D. Th. qu.115. art.4. dub. unic. fol.705.*

41 Ea demùm, quæ de horæ incertitudine circa nativitates deque Planetarum motibus, circa quos, nec etiam ipsimet Astrologi sunt concordes, in contrarium solent adduci, percutiunt etiam Astrologiam naturalem, nulliusque sunt conside-

sideratiónis apud ejusdem scientiæ peritos, quidquid sit apud vulgus, ratione adducta à *Zacch. quæst. medic. legal. tom. 1. lib. 6. tit. 3. quæst. 2. n. 1.* ibi: *Solet accidere, ut artes difficiliores, vulgò judiciis vituperentur, ac facilè evenit, ut homines in aliis ea contemnant, quæ ipsi ignorant*, quod licèt ad alium finem reperit *Fagn. in c. Non debet, n. 12. de Consang. & Affin.* In omnem verò casum applicatur responsio *Ptolem. lib. 1. de Judic. nat. c. 1.* ibi: *Iniquum est arti adscribere errata, quæ ab imbecillitate Professorum oriuntur*, quem refert *Zacch. ubi proximè n. 2.* Et pro ejusdem naturalis Astrologiæ laude, non parum conducere videtur collocatio ejusdem effigiei in Tumulo sa. me. Sixti IV. in Sacello SS. Sacramenti in Sacrosancta Vaticana Basilica, inter alias Scientias, ejusdem Summi Pontificis virtutes designantes, cum sequenti inscriptione.

Qui ad rem aliquam aptus est, habebit omninò stellam, ejus rei significatricem, in nativitate sua potentem; Animus, qui ad intelligentiam rerum aptus est, magis assequitur veritatem, quàm qui ad summum se in scientia exercuit.

Amor, & odium accipiuntur ex convenientia, tum Luminarium, tum etiam Ascendentis utriusque nativitatis; Signa verò, quæ obedientia dicuntur, intendunt amicitiam; Animus ambiens cœlesti potestati cooperatur sicut optimus quoque Agricola, mundando, arandoque, naturæ ipsius agri cooperatur.

43 Nota hìc, quòd si Astrologus petat in judicio mercedem pro labore Genituræ, ab eo compositæ circa reprobatam divinationem, repellendus est à judicio; Verùm si illam fuit consequutus, non potest ad restitutionem compelli, & ratio est, quia in pari causa turpitudinis, quæ in hoc casu versatur, tam scilicèt ex parte dantis, quàm recipientis, melior est conditio illius, qui possidet, ut observat *Zacch. de Salar. q. 64. n. 27. & seqq.*

44 Quid autem dicendum de illis mulieribus Ægyptiacis, quas Vulgus *Zingaras* vocat, quæ bonam, vel malam fortunam divinant, an scilicèt divinatorium sortilegium committant, affirmant *Villadieg. in Politic. c. 5. §. 2. n. 3. Dian. tom. 5. tract. 10. de S. Offic. resol. 112. per tot. Nicol. in Floscul. Verb. Inquisitor, n. 1. Rayn. tom. 1. ad c. 1. supplet. 5. n. 496. & Pignat. consult. 64. n. 45. to. 8.* Verùm, si non misceantur res 45 Sacræ, nec assertivè pronuncientur cordium secreta, rectiùs putat *Bordon. in Man. S. Offic. sect. 34. n. 68.* nullum esse sortilegium, nec peccatum, ea ratione, quia eorum prædictiones cum risu accipiuntur, nec eis præstatur aliqua fides, quod observat pariter *Caren. de Inquis. par. 2. tit. 12. n. 164.* ubi, quòd nemo est adeo simplex, ut fidem præstet dictis Ægyptiacis, *Franc. de Magistr. in Silv. Eccl. t. 2. lib. 2. c. 5. n. 90. & Card. de Albic. de Inconst. in Fid. par. 3. c. 32. n. 59. P. Octav. Maria à S. Josepho in Repertor. Moral. interpr. 92. per tot.*

46 Dixi, *si non misceantur res sacræ*, &c. quia si id fiat, tunc absque dubio erit sortilegium, & contra ipsas procederent Inquisitores, *Caren. ubi proximè à n. 154. Albergh. in Man. cap. 28. sect. 2. §. 6. n. 3.* & in hunc sensum intelligendus est 47 *Rayn. to. 1. ad cap. 1. suppl. 5. num. 496.* Qui autem majorem cupit habere notitiam harum mulierum, videre poterit *Hersel. in descript. Prov. Zeugitan. Polid. Virgil. Volater. Munstr. lib. 3. Cosmograf. Aventin. in annal. Bojor. lib. 7. Romus tom. 1. Navig. pag. 7. del Rio, lib. 4. Disquis. magic. c. 3. q. 5. sect. 4. de Chiroman. & Crant. Sasson. lib. 11. cap. 2.* ubi, quòd anno 1417. per Germaniam apparere cæperunt, suntque nigredine deformes, excoctæ Sole, immundæ veste, & usu rerum omnium fædæ, furtis in primis intentæ, nam ex ea-48 rum furtis viris victus præstatur, illumque appellat hominum genus in peregrinatione natum, otio deditum, nullam agnoscens Patriam, Provincias circujens, fœminarum furtu victitans, canino ritu degens, nullamque Religionis curam habens, etiam si inter Christianos parvulos suos baptizari curent, & *Cosp. nel Giudic. crim. par. 3. c. 46. per tot.* ubi *n. 10.* quòd ad hoc, ut eorum filii faciliùs furentur, docent illos, permissum esse ab eorum lege, quolibet die cer-49 tam summam furari, quodque id scivit in examine ab uno ex eisdem, processato de furto, *Crus. de Indic. par. 2. c. 22. n. 36. & Rayn. t. 3. c. 26. §. 15. per tot.*

50 Non sunt pariter Rei similis sortilegii, minùsque incidunt in pænas comminatas in Constitutione Urbani VIII. observantes, seu speculantes Vaticinia Sancti Malachiæ Episcopi, Abbatis Joachimi, Ægidii Poloni, S. Joannis à Capistrano, B. Jodochi Palmerii, & aliorum, conjunctim impressa Venetiis anno 1646. *apud Christophorum* 51 *Thomasinum*; Quia illa non sunt prædictiones ex Astris, sed simplices propositiones, ex quibus nimis remotè aliquid deducitur spectans, vel ad nomen, vel cognomen, vel Patriam, vel operationes Summorum Pontificum, *Bordon. in Man. S. Offic. sect. 38. n. 59. & 60.*

52 *Sortilegium amatorium* est illud, quod adhibetur propter amorem libidinosum, & ad flectendos pudicos animos, tam mulierum, quàm virorum ad libidinem, de quibus sunt *Text. in leg. Eorum, Cod. de Malef. & in Mathem. & in leg. Si quis, §. Abortionis, ff. de Pœn.* & latè agunt *Hornung. de Amor. venenat. thes. 36. & seqq. Caren. de Inquis. tit. 12. nu. 48. & seqq. Gabriel Pereyr. de Man. Reg. lib. 2. cap. 53. n. 24.* ubi, quòd amatoria sortilegia dupliciter fieri possunt, scilicet intra corpus, & extra *Torrebl. Jur. Spirit. lib. 12. c. 12. nu. 5. & in Demolog. lib. 2. cap. 47. per tot. Vener. in Exam. Episc. lib. 6. cap. 34. n. 10. & seqq.* ubi, quòd ut plurimum 53 maleficia amatoria ortum habent ex zelotypia alterius amoris, & *num. 15.* quòd aliquando istis etiam sortilegiis subjiciuntur casti juvenes, nullam conversationem, vel illicitum commercium habentes cum mulieribus, ex quo istæ, ex solo illorum visu aliquando incensæ, quærunt modum propriis voluptatibus indulgendi, monendo in fine juvenes, ut cum magna proinde cautela ambulent, *Bordon. in Man. S. Offic. sect. 42. n. 8.* ubi, quòd duobus modis fieri potest, nempe cibo, & potu, vel verbis, & quando fit primo modo vocatur philtrum, seù pharmacum. Definiri, seu 54 potiùs describi hac occasione potest zelotypia ex animadversis *per Cicer. lib. 4. Tusculan.* asserendo, ut sit dolor, seu ægritudo animi, ex eo proveniens, quòd alter potiatur eo, quod quis concupiscit, vel potitur. Adeò autem fe-55 runtur mulieres aliquæ ad hoc zelotypiæ vitium, ut plerumque in viros, filios, & quandoque etiam in semetipsas sæviant, imo aliquando necem sibi ipsis inferant, juxta casum *Leuconoæ* relat. *à Sostrat. lib. 4. de Venat. Stobeo, collect. c. 62. & Tiraquell. ad leg. Connub. l. 16. n. 4.* Cùm enim sequuta es-56 set vestigia Cyanippi Thessauli ejus viri, in sylvis venationi operam dantis, se occultavit sub quodam fruticeto, eventum expectans; Ramis vero motis, repente canes viri accurrerunt, ipsamque morsibus instar belluæ dilaniarunt, quod intuens Cyanippus seipsum quoque trucidavit.

57 *Veneficum* demum, *seu maleficum Sortilegium* illud est, quo mediante diversæ fabricantur infirmitates, calamitates, & languores, tam in hominibus, quàm in brutis, ex quibus, vel mors statim sequitur, vel si non tam cito, maleficiati corpus paulatim contabescit, & conteritur, viresque ejus debilitantur, atque post longas, & luctuosas animi passiones, & corporis dolores, tandem consumitur, & extinguitur, de quo sunt *Text. in Can. Nimirum, §. Magi 26. q. 5. & in len. Eorum, & in leg. Nulli, C. de Malef. & Math. & in l. Excepta & l. fin. ff. Eod.* de quibus *Salell. de Inquis. reg. 122. n. 28. Bordon. in Man. S. Offic. sec. 42. n. 7. & Zuff. Instit. Crim. l. 2. tit. 24. lit. I. & seq.*

58 Quodlibet sortilegium, præter propriam malitiam, vel continet in se manifestam hæresim, vel non continet illam, *Brugiot. Instit. Crim. lib. 2. tit. 3. n. 3. & seqq.*

59 Sortilegia, quæ continent manifestam hæresim, plura sunt, ut videre est apud *Albergh. in Man. c. 18. sect. 2. §. 1. Binsfeld. de Confess. malef. prælud. 14. Sous. in Aphorism. lib. 1. c. 57. Card. de Albic. de Inconst. in Fid. par. 1. c. 32. num. 120. & seqq. Franc. Maria Guacc. in Compend. Maleficar. & de Angel. de Delict. c. 121. per tot. par. 1.* & decem solent assignari exempla.

60 I. Quando imploratur auxilium Dæmonis ad cognoscendum ea, quæ scire, & facere non potest, cùm illa Deus in privilegium suæ infinitæ Sapientiæ, & potentiæ sibi reservaverit, puta ad secreta cordis perscrutanda, ad creandum verum hominem, ad taliter revocandum mortuum ad vitam, ut verè, & naturaliter vivat, & similia, ut observant, alios referentes, *Far. q. 20. n. 79. & q. 81. n. 5. 10. & 18. & Caren. de Inquis. par. 2. lib. 12. n. 24.*

61 II. Quando à Dæmone requiruntur futura, quæ in causis naturalibus sciri non possunt, & hæc sunt in triplici differentia; Quædam enim sunt supernaturalia, & absolutè dependent à Divina Providentia, veluti mutationes Regnorum, consumatio hujus Sæculi, & similia; Quædam dependent à libertate humani arbitrii, puta quid facturus sit Titius crastina die; Quædam denique, nullam habentia certam causam in natura, sed sunt omninò futura contingentia, de quibus omnibus, *Far. q. 181. nu. 6. & 8. & Panim. dec. 17. adnot. 3. n. 8.*

62 III. Quando invocatur Dæmon pro inveniendis furtis, & pro Thesauris, aliisque rebus occultis detegendis, & cum sortilegio immiscentur etiam sacra, vel sacramentalia, puta Oleum Sanctum, Aqua benedicta, Candelæ bene-

benedictæ, Sanctorum Reliquiæ, & similia, *Gloss. in cap. Accusatus*, §. *Sane, verb. Saperent*, *de Haret. in 6. Decian. lib. 5. cap. 17. Vers. Item Bellet. disq. Cler. par. 1. de favor. Cleric. real.* §. 4. *n.* 132. ubi, quòd secus est quando cum sortilegio non miscentur sacra, vel sacramentalia, & *Panim. dec. 17. adnot. 3. n. 8.*

63 Non est autem dubium, quòd Diabolus possit manifestare thesaurum, & alias res deperditas, quia hoc continetur intra fines cognitionis naturalis, quæ illi non deest, *Bordon. in Man. S. Offic. sect. 32. n. 20.* ubi tamen ad rem egregiè advertit, quòd rarò Diabolus benefacit suis amicis, & aliquando ostendit illis pecunias, conversas in carbones, & *sect. 35. nu. 12.* quòd thesaurus inventus cum sortilegio per-64 tinet ad Fiscum pro medietate, pro alia verò medietate ad dominum fundi, quod admittit etiam *Less. de Just. & Jur. lib. 2. cap. 5. n. 66.*

65 Ad hanc sortilegii speciem reducitur ars notoria, seu *Cabala*, quando scilicet homo, certis vanis, & inefficacibus mediis, putat posse consequi scientias, & rerum notitias sine aliquo labore, sed mediantibus dumtaxat aliquorum verborum formulis, & signis, inspectione figurarum, & similibus, quæ nullam in se vim habent, & efficaciam communicandi scientiam, de quo sortilegio latè agunt *Suarez. de Superst. cap. 25. n. 7. Albergh. in Man. cap. 18. sect. 3. §. 1. in fine, & Bordon. in Man. S. Offic. sect. 37. per tot. & in append. cap. 7. sect. 1.* vide *P. Joseph Maria Turri, Instit. verb. Dei, tom. 4. tract. accessor. par. 4. art. 8. q. 5. per tot.* Non 66 enim congruentior datur modus scientias acquirendi, quàm iste, de quo loquitur *D. Thom. 2. 2. q. 45. art. 2. in corp.* relatus *à P. Campion. nella Norm. viv. del ver. Sacerd. c. 6. nu. 1.* hoc est, vel per rationis inquisitionem, vel per quandam connaturalitatem ad ea, de quibus est judicandum & *in 3. p. q. 9. art. 4. ad 1.* scilicet, *duplex est modus acquirendi scientiam, inveniendo, & addiscendo.*

67 IV. Si in sortilegio conficiantur imagines ex cera, vel creta, illæque sub nomine Belzebub, vel simili baptizentur, invocato Dæmonis præsidio, ad ea, quæ facere potest, vel igne consumuntur, vel acu perforantur, ut dolores, atque ægritudines inferantur personæ, per imaginem illam repræsentatæ, *Farin. quæst. 181. n. 25. & 31. Binsfeld. de Confesc. malef. post prælud. concl. 7. & seqq. Nov. in Summ. Bullar. par. 1. commen. 147. num. 3. & 4. & Vener. in Exam. Episcop. lib. 6. cap. 34. num. 4. & seqq.* Vel si in sortilegio re-68 baptizetur Puer, *Gloss. in cap. Accusatus Verb. Saperent, de Haretic. in 6. Leo in Thes. for. Eccles. cap. 36. n. 10. & Caren. de Inquis. par. 2. tit. 2. n. 25.* Vel si utatur quis veste virgine, seu indumento fœtus nascentis, illud ponendo sub mappis super lapide sacrato altaris, de quo *Pignat. consult. 35. tom. 6.*

69 V. Quando (ut non benè credunt Sortilegi) tenetur Dæmon ligatus in annulo, in phiala, vel in speculo, & ab eo responsa petuntur, ut dicitur §. 1. *Constit. Sixti V. in Bullar. nov. tom. 2.* & observant *Bordon. in Man. S. Offic. sect. 31. n. 17. & Albergh. c. 18. sect. 2. §. 1. n. 12.*

70 VI. Si pactum aliquod cum Dæmone faciat sortilegus, vel magicam exerceat artem, *Farin. d. quæst. 181. nu. 84. & Bordon. in Man. S. Offic. sect. 36. per tot.* ubi, quòd hujusmodi sortilegium cum magia consistit in potestate faciendi res mirabiles, ope Dæmonis, quæ vires naturæ excedunt, 71 & latè declarat, quando effectus dicantur excedere vires naturæ, & *n.* 8. quòd in dubio censendum est, effectum potiùs provenire à causa naturali, quàm à Dæmone, nisi manifestè constet, excedere vires naturæ.

72 VII. Quando homines ligantur, ne uxores cognoscere possint, *ut in can. Si per sortiarias 33. q. 1. & in Const. 1. Innoc. VIII. in Bullar. nov. t. 1.* & observant *Far. q. 18. num. 50. Martin del Rio, Disquis. Mag. par. 1. q. 4. sect. 8. Torreblanc. in Demonolog. par. 2. c. 42. Brunel. de Sponsal. concl. 7. Nov. in Summ. Bull. par. 1. Comm. 157. n. 7. & Bordon. in Man. S. Offic. sect. 42. n. 15. & seqq.* ubi latissimè.

73 VIII. Est quod committitur à Lamiis, & Strigis, de quibus latè *Torreblanc. in Demonolog. l. 2. cap. 1. & seqq. Godelman. de Mag. Venef. & Lam. lib. 1. cap. 2. & seqq. & Amen. de Delict. & Pœn. tit. 8. §. 6. n. 7. & seqq.* quæ initio suorum scelerum Diabolo obedire incipiunt, & multa faciunt, quæ sapiunt hæresim, de quibus *in cit. Const. 17. Sixti V. §. 1.* & observant *Spin. in tract. de Strig. c. 5. Bordon. in Man. S. Offic. sect. 34. n. 50. Alberg. in Man. cap. 18. sect. 3. §. 9. n. 8. & Card. de Albic. de Inconst. in Fid. par. 1. cap. 32. n. 143. & seqq.* ubi *nu.* 152. per extensum refert Instructionem pro formandis Processibus in causis Strigum, sortilegiorum, 74 & maleficiorum. Meritò autem *Remig. in Demonolatr. lib. 2. c. 2. & Cosp. nel Giudic. Crim. par. 2. cap. 51. & 59. per tot.* vanam putant cautelam illam, quòd Judex, volens examinare Strigas, faciat illas ante se venire facie inversa, ut ille priùs illas videat, ne illi nocere possint, quia communiter observant Doctores, illas nullatenùs posse nocere justitiæ Ministris, ut videre est apud eosdem *Cospium & Nicol. Remigium loc. citat.*

IX. Est quodcumque sortilegium, factum à sortilegis 75 illis, qui sunt de expressa professione sortilegorum, de quibus *Brugiot. Instit. Crim. lib. 2. tit. 3. n. 8.* nam tunc, etiamsi in illis invocetur Dæmon ad ea, quæ, & scit, & facere potest, erit sortilegium hæreticale, si non respectu operis operati, saltem respectu operantis. De expressa autem professione sortilegorum esse dicuntur illi, qui Deum Salvato- 76 rem derelinquunt, illius nomen, baptismum, & Ecclesiæ Sacramenta abnegant, Dæmoni adhærent, eidemque perpetuam obedientiam, spontanea voluntate, & subjectione, promittunt, & ad hunc effectum juramentum, & homagium, hoc est hominis ligium, ei præstant, sive hæc expressa professio fiat solemniter, & publicè, tempore, quo idem Dæmon coram se, tamquam tenebrarum Principe, adunare facit Conciliabolum, & Congregationem Strigarum, Negromantium, & aliorum Sortilegorum, certis nocturnis horis, locis, atque temporibus; Sive fiat privatim ipsimet soli Dæmoni, secus autem si non fiat ipsimet Dæmoni, sed alteri negromanti, & sortilego magi- 77 stro, professionem nomine Dæmonis recipienti, quia tunc non dicetur expressa, sed tacita professio, *Oldrad. consf. 210. Far. q. 20. n. 78. & 81. & q. 181. n. 34. & Brugiot. Inst. Crim. lib. 2. tit. 3. à n. 9. & seqq.* Pro dissolutione autem similis homagii, seu deletione scripturæ, factæ ab hujusmodi sortile- 78 gis, ad rem observat *Ray. t. 2. ad c. 15. supplet. 1. nu. 16.* faciles esse homines ad credendum aniles ineptias, quòd pro illis lacerandis deputetur Procurator Diaboli, cum illo contestando litem in Tribunali Sancti Officii, asserendo, tempore suæ pueritiæ similem vocem increbuisse in Urbe, cum specificatione etiam nominis Curialis, quos ipsemet reprehendisse dicit de fatuitate, & stoliditate, per ea, quæ observat *Torreblanc. Jur. Spiritual. lib. 10. c. 13. nu. 18.* Sumus enim certi de fide, quòd, quoties peccator ex corde inge- 79 miscit, omnia ei remittuntur peccata, & ad hoc, ut Dæmon elusus remaneat, sat est peccatoris ad Deum ex corde reversio, juxta illud *Psal. 31. 6. Dixi, Confitebor adversus me injustitiam meam, & tu remisisti impietatem peccati mei*; ubi latè *Bellarmin.*

X. Est, quando ad petendam pluviam, illa adhibentur 80 verba, quæ horret animus ob eorum impietatem hìc recensere, juxta illud, *Ignorari malo, quam me docente sciri, Ludovic. Vit. de edend. epul. lib. 3. pag. 287.* sequutus *à Bayle in Diction. historic. f. 2937. lit. M. in vita ejusdem Ludovici Vit.* illa tamen registravit *Jo. Jovin. Pont. in Hist. Bell. Neap. l. 5. p. 169. à ter.*

XI. Est sortilegium Taciturnitatis, seu silentii, cujus, 81 ut benè observat *Isern. in Constit. Regn. de Homicid. clandest. rub. 77. colum. 6.* solet esse schola in carceribus, ubi carcerati instruere se invicem solent, ne fateantur delicta, quod sortilegium dari de facto observant *Besold. in Thes.* 82 *practic. adauct. litera P. §. 11. fol. 726. Vulp. resol. mor. 84. n. 21. Torrebl. Jur. spirit. lib. 12. cap. 20. Amen. de Delict. & Pœn. tit. 8. §. 6. n. 38. Rayn. t. 3. cap. 34 §. 12. à n. 1. 7.* ubi *nu.* 138. reprobat *Zacch. quæst. med. legal. lib. 7. quæst. 5. tit. 4.* contrarium defendentem, quem reprobat pariter *Basil. dec. crimin. 8. n. 24.* Hujus sortilegii formam transcripsit *Sanfel. in dec. 265.* circa quod reprehenditur *à Caren. de Inquis. par. 2. tit. 12. n. 142.* eo quia hoc modo datur occasio addiscendi, & utendi, quod, non esse faciendum, observat *Jodocus in Prax. cap. 61. num. 79.* ibi *magisque opere pretium esse de ea nihil fari, quàm inconsultò aliis ruinæ occasionem* 83 *suppeditare* — de quo pariter plura tradit *Torrebl. in Demonolog. lib. 2. cap. 23. per tot.* ubi *num.* 20. quòd quædam Fœmina illud in humero gestabat, mediante stigmate, ma- 84 gnitudinis denarii, quòd eam omnis sensus expertem reddebat, quod observaverat etiam *Charon. lib. 1. de Antichr. not. 1.* Modos verò recognoscendi, & inveniendi hujusmodi sortilegia, vide apud *Ambrosin. de Process. informat. lib. 4. cap. 7. num. 8. & 9.* ubi, quòd aliquando solent Rei habere subuculam, ad hunc finem superstitiosè confectam, aliquando in medio capitis aliquam cartulam in cera involutam, & aliquando etiam in ano, juxta casus ibidem relatos 85 *Carpzov. in prax. p. 3. quæst. 122. n. 69. Amen. de Delict. & Pœn. tit. 8. §. 6. num. 39.* & apud *Pellegrin. in Prax. Vicar. par. 4. sect. 14. tit. de Tortur. Reor. n. 63. fol. 430.* ubi optimos

86 mos docer modos detegendi hujusmodi sortilegium, & impediendi, ne ad praxim reducatur.

87 Sortilegia, quæ non continent manifestam hæresim, multa pariter sunt, de quibus *Brugiot. Instit. Crim. lib. 2. tit. 3. n. 5. & seqq.* & *Amen. de Delict. & Pœn. tit. 8. §. 6.*

88 I. Quando invocatur Dæmon ad faciendum, vel cognoscendum ea, quæ (Divina non reprimente virtute) facere, & cognoscere potest, veluti ad tentandum homines ad libidinem, vel ad naturalium rerum virtutes explorandas, ex quibus salutaria morborum medicamenta, vel atrocia venena, ad causandas infirmitates, confici possint, vel ad præ- 89 sciendam fertilitatem, seu sterilitatem Terræ, vel ad notificanda præsentia occulta, vel secreta præterita, puta, furta jam commissa, authorem homicidii, & alia multa, quæ ejus subsunt cognitioni, & potestati, *Far. q. 20. nu. 80. 82. & 85. & q. 181. n. 8. & 35.* Dummodò in istis sortilegiis non interveniat hæreticus, vel sortilegus expressæ professionis, neque adhibeantur ea, quorum interventu sortilegia evadunt hæreticalia, *Far. cit. q. 20. n. 82. & 85.* & Nos diximus *suprà, num. 32.*

90 II. Est illud, quod fit, non ad malum finem, nec ad nocendum hominibus, vel animalibus, aut terræ fructibus, sed potiùs ad juvandum, puta, ad evitandas grandines, & tempestates, vel ad curandos, & pellendos morbos, vel ad solvendum aliquod maleficium. Licèt enim hæc sortilegia Jure Civili permissa, tollerata, & nullatenus punibilia videantur, ut in *leg. Eorum, §. Nullis, Cod. de Malef. & Mathem.* & apud citatos per *Novar. in Sum. Bullar. par. 1. comm. 147. num. 9.* Secus tamen est de Jure Canonico, ut 91 videre est *in cap. Tuarum, & cap. fin. de Sortileg.* & probant *Novar. ubi proximè, Sanch. ad Prec. Decal. lib. 2. c. 41. per tit. Binsfeld. de Confect. Malef. post prælud. concl. 7. & seqq.* & egregiè *Card. de Albic. de Inconst. in Fid. c. 40. nu. 24. & seqq.* ubi, quòd dicta lex abrogata est pariter à Jure Civili, ut ibidem probat.

92 III. Est sortilegium, quòd committitur in collectione herbarum, veluti si quis colligat illas in nocte nativitatis S. Joann. Baptistæ, vel alio certo die, seu tempore, ad singulares quosdam, mirabiles, & superstitiosos effectus, credens tunc eas esse majoris virtutis, vel arbores plantet in die Annunciationis Beatæ Virginis, vel alias vanas observet temporum circumstantias, & differentias: *Farin. qu. 181. à num. 37. Mazzuchel de Casib. Mediol. disp. 2. cap. 10. num. 89. & Bordon. in Man. S. Offic. sect. 34. n. 55.* Ad hanc speciem sortilegii spectat vana illa observatio dierum faustorum, vel infaustorum in negotiis peragendis, in construen- 93 dis ædificiis, & similibus, de qua latè *Caren. de Inquis. par. 2. tit. 12. à num. 119. Torrebl. de Mag. lib. 1. cap. 27. Lup. in Edict. S. Offic. par. 3. l. 5. dist. 3. ar. 1. Mour. de Incant. sect. 2. dubit. 138. sect. 5. & seqq. Martin. del Rio disquis. magic. lib. 3. q. 4. sect. 6. & Card. de Albic. de Inconst. in Fid. par. 1. c. 32. n. 63. & seqq.* ubi *n. 70.* quòd Philippus II. Hispaniarum Rex ad tollendam ab animis suorum subditorum vanam observationem non contrahendi matrimonium die martis, illud tali die voluit contrahere, & ante ipsum id observaverat *Torreblanc. de Mag. lib. 1. c. 27. n. 24.*

94 Quod exemplum, ut scripta hoc loco factis comprobarem, sequi volui ego, matrimonium contrahendo cum D. Veronica Caballina, mea amantissima Conjuge, die martis 9. Octob. 1703. de mane in Capella S. Philippi Nerii, in Ecclesia S. Mariæ in Vallicella, Parochi vices, de ejus expressa licentia, supplente Cajetano, meo germano Fratre nomine, sed amore Patre, qui piè obiit in Urbe die 30. Maii 1723. hora 23. ut de suo scripsit *Cobell. ad Bull. bon. regim. in Epistola ad Lectorem.* Ad hanc pariter sortilegii speciem reducitur vana illa observantia numeri 13. circa recumbentes ad prandium, vel cœnam, timentes, nè unus ex illis eodem anno moriatur, quando in mensa 13. adsunt convivæ, ut advertit *R. P. D. Dandin. de Suspect. de Hæres. f. 225. nu. 14.* ubi reprobat etiam aliam vanam observantiam illorum Venatorum, qui credunt, Monachi occursum officere venationi, quam ante eum reprobaverat *Mour. de Incant. sect. 11. c. 15. nu. 4.*

95 An autem verum sit, & sortilegium contineat observatio illa dierum 27. & 30. Januarii necnon 13. Februarii, in quibus quando quis nascitur, illius cadaver numquam corrumpitur, sed usque ad diem Judicii incorruptum permanet, videndi sunt, illam referentes, *Beda de Nativit. Infant. Rajes. de franc. in Elis. Jucund. quæst. camp. quæst. 34. nu. 26. & Matt. de Canoniz. Sanctor. par. 3. cap. 14. num. 10.* Hoc 96 unum subjungentes, quòd etiamsi vera esset ab initio, post correctionem Gregorianam, per quam fuerunt sublati decem dies ab anno 1582. non ampliùs locum haberet in dd. diebus, sed potiùs 17. & 20. Januarii & 23. Februarii.

97 Ad hanc quoque vana observationem referri potest somniorum interpretatio, & fides, quando tamen non agitur de somniis, provenientibus à causa naturali, & intrinseca, puta, à corpore, vel inedia exhausto, vel à crapula repleto, ut observat *Matth. de Canoniz. Sanctor. part. 3. c. 3. per tot.* ubi latè distinguit, & explicat tria genera somniorum, 98 quorum aliqua dicuntur naturalia, aliqua divina, & aliqua diabolica, juxta authoritatem *D. Gregorii, lib. 5. Moral. cap. 13. & lib. 4. Dialog. cap. 48. & D. Thom. 2. 2. qu. 95. art. 6.*

99 Advertendum tamen est hìc, quòd sortilegium hæreticale non est mixti fori, sed merè Ecclesiasticum, illiusque proinde cognitio privativè spectat ad Judicem Ecclesiasticum, ut probat *Farin. quæst. 181. num. 93. & 101.* Imò hodie in hujus criminis Reos animadvertere solet Tribunal Sanctissimæ Inquisitionis, testibus 100 *Permos. in cap. Cùm non ab homine, quæst. 24. num. 3. & seqq. de Judic. & Rayn. tom. 4. ad cap. 1. supplet. 5. numer. 190.* Dummodò sortilegium hæresim contineat manifestam, *cap. Accusatus, §. Sanè, de Hæretic. in 6.* Dixi *dummodo contineat hæresim manifestam*, quia quodlibet sortilegium includit ex se suspicionem hæresis, etiamsi hæreticale non sit, ut probat *Bordon. in Man. S. Offic. sect. 31. numer. 12.* 101 Sortilegium autem non hæreticale est mixti fori, & ab utroque Iudice cognosci potest, *Gloss. & DD. in d. cap. Accusatus, Menoch. de Jurisd. lib. 3. cap. 5. cas. 12. Brugiot. Instit. Crim. lib. 2. tit. 3. numer. 11.* & *Rayn. tom. 1. ad cap. 1. supplet. 5. num. 192.* & latè *Amen.* explicans omnes Constitutiones Pontificum *de Delict. & Pœnis, tit. 8. §. 6. n. 7. & seqq.*

102 In dubio autem, an sortilegium sit hæreticale, vel simplex, ad Inquisitorem spectat decidere sortilegii qualitatem, *Caball. resol. crimin. cas. 224. numer. 73. Leo in Thesaur. for. Ecclesiast. cap. 36. nu. 19. Fereyt. ad Roderic. de Confessar. sollicit. quæst. 5. nu. 39.* Quidquid dixerit *Mart. de Jurisdict. par. 1. c. 11. nu. 51.* quem reprobat *Caren. de Inquis. par. 2. tit. 12. n. 148.*

103 Circa pœnas hujus criminis est distinguendum, nam, vel est sermo de sortilegio hæreticali, vel de non hæreticali. Si de hæreticali, & tunc, sive Clericus, sive Laicus sit sortilegus, puniendus est pœna ordinaria hæresis, juxta facti, & personarum circumstantias, *Farin. quæst. 20. num. 87. Brugiot. Instit. Crim. lib. 2. tit. 3. num. 13. & seqq.* Si verò de non hæreticali, de Jure Civili laicus sortilegus punitur pœna mortis, *leg. Nemo, & leg. Multi, Codic. de Malef. & Mathematic.* 104 Hodie tamen hæc rigorosa pœna non servatur, sed, vel fustigatur, vel mittitur in exilium, vel damnatur ad Triremes, ut sæpiùs in Urbe vidisse practicari, testatur *Farin. quæst. 20. numer. 89.* Vel ponuntur ante fores 105 Ecclesiæ cum mitra, & inscriptione, patefaciente sortilegium, ut observat *Vener. Exam. in Episc. lib. 6. cap. 34. num. 23.* & sæpè practicatur in Urbe ante illas B. Mariæ super Minervam.

106 De Jure verò Canonico Laicus pro prima vice excommunicatur, *can. Si quis 26. q. 5. Bordon. in Man. S. Offic. sect. 42. n. 37. & seqq.* Quòd si in eodem crimine perseveraverit, si est persona vilis, fustigatur, & mitratus per publicas vias ducitur, si verò honestior, relegatur, vel perpetuo 107 carceri mancipatur, *can. Contra, & can. Episc. 26. qu. 5. & Brugiot. Instit. Crim. lib. 3. c. 1. nu. 16. & seqq.* Hodie tamen hæc pœna est Judici arbitraria, *Far. q. 20. n. 94.*

108 Si de sortilego Clerico, qui dolo malo sortilegium commisit, deponitur ab ordine sacro, privatur beneficiis, & in monasterium perpetuò detruditur, etiam si id faciat ad bonum finem, *Farin. qu. 20. nu. 95.* Si verò zelo bono, puta per simplicitatem, juxta casum, *Text. in c. 2. de Sortil.* & tunc suspenditur à Divinis arbitrio Judicis, juxta facti, & personæ qualitatem, *Far. q. 20. n. 91. Franc. Joseph. de Angel. de Delict. p. 1. c. 21. num. 15. & Vener. in Exam. Episc. lib. 6. cap. 34. n. 14.* ubi, quòd Judex in puniendis sortilegis debet attentè considerare I. Qualitatem personæ 109 II. Quantitatem delicti III. Tempus, & numerum delictorum IV. Animum delinquentis V. Damnum, quod fecit, puta, si aliquem occidit VI. Personas, quas decepit suis sortilegiis VII. Si vendebat sortilegia, & quibus personis, & VIII. Si docuit alias personas, ut uterentur sortilegiis. Quòd si ex sortilegio sequuta fuerit mors, tunc Reus ordinaria pœna plectendus est, & si fuerit Clericus, Curiæ sæculari tradendus, etiam pro primo lapsu, juxta *Constit. 46. Gregorii XV. in Bullar. nov. tom. 4.* quam latè exornat *Bordon. in Man. S. Offic. sect. 42. à n. 37. & Caren. de Inquis. part. 2. tit. 12.*

à 165. Si autem quæras hic, an sit licitum recursum habere ad Magos, vel Sagas pro dissolvendo, vel tollendo sortilegio, seu maleficio: Respondeo negativè, sed confugiendum esse ad solos Ecclesiæ Ministros, & ad modos ab Ecclesia præscriptos, ut statuitur *in Rituali, Rom. sub tit. de Exorcizan. obsess. à Demon. vers. Advertat, in fine*; ubi plura registrantur salutaria monita pro Sacerdotibus, & aliis Ecclesiæ Ministris, munus exorcizandi charitativè, & humiliter exequentibus.

TITULUS IV.

De Crimine Sacrilegii.

1 DEfinitur *Sacrilegium, violatio rei Sacræ, can. Si quis, §. Sacrilegium 17. q. 4. & D. Th. 2. 2. q. 99. art. 1. Diaz. in Prax. Crim. Canon. c. 98. Panim. dec. 64. n. 1. & Brugiot. Instit. Crim. lib. 1. tit. 7. in princ.*

2 Dicitur *violatio* loco generis; Subditur verò *rei sacræ* loco differentiæ, quia non omnis violatio alicujus rei est sacrilegium, sed solùm illa, quæ fit circa res sacras; Quænam autem dicantur res sacræ, latè docet *Bordon. in Man. S. Offic. sect. 29. per tot.* ubi *n. 7.* quòd omnes res sacræ reduci possunt ad septem capita, quæ deinde, sigillatim explicando, enumerat, & declarat.

3 Dividitur sacrilegium in illud, quod committitur in personas, illud, quod committitur in res, & illud, quod committitur in loca, *D. Th. 2. 2. q. 99. art. 1. Decian. t. 2. lib. 6. c. 4. & seqq. Clar. in Prax. §. Sacrilegium*, ibique *Baiard. in addit. Panim. dec. 64. n. 1. & seqq. & de Angel. de Delict. par. 1. c. 115. n. 1. & per tot.*

4 Circa personas committitur sacrilegium quoad multos, & signanter, si quis violet personas Summi Pontificis, S. R. E. Cardinalium, Patriarcharum, Archiepiscoporum, Episcoporum, Monachorum, Clericorum, etiam conjugatorum cum unica tantùm, & Virgine, Conversorum, Equitum Hierosolymitanorum, & Monialium, *Decian. lib. 6. c. 16. & 17. ferè per tot.*

5 Hac occasione observa hic abusum aliquorum simplicium Clericorum, se appellantium Abbates, absque ulla prorsùs Abbatia, qui non solùm viget in Regno Neapolitano, ut suis temporibus notavit *Corrad. in Prax. Benef. lib. 2. c. 10. i l 2. num. 129. & seqq.* ubi, quòd aliqui se faciunt etiam vocare *Monsignore*, Et pro Apuliæ Provincia advertunt *Joann. Andr. & Abb. in cap. Ex transmissa sub nu. 5. de Renunciat.* ubi, quòd in d. Provincia omnes Presbyteri vocantur Abbates; Sed etiam in aliis Regionibus, & Regnis, teste *Lubin. de Abbat. Ital. in Monit. ad Lectorem, §. De Abbatum numero*, sequentibus verbis: *His vero novissimis temporibus, tum Curialium vanitate, tum adulatione Amicorum, & Plebis ignorantia, infinitus evasit, ut stultorum, sic Abbatum numerus, adeout homo, talari veste indutus, ab omnibus Abbas æstimetur, & appelletur, qui fatuorum more sibi blandientes, de vano titulo gloriatur, & ex solius familia*

6 *nomine nova, sed chimerica creditur Abbatia:* Indeque in Urbe lepidè distinguuntur Abbates in duas species, quarum una creatur à Dataria, alia verò à Sutoribus, qui eo ipso, quòd alicui habitum Ecclesiasticum faciunt, dicuntur ei dare titulum, se faciendi vocare Abbatem, in qua parte f. m. Innoc. XI. cuidam nobili Romano, petenti Ecclesiasticum beneficium, eo prætextu, ut posset denominari Abbas, seriò respondit, non esse opus ad d. effectum obtinere aliquod beneficium, ex quo satis erat, habitum deferre Ecclesiasticum.

7 Quatuor autem modis committitur, & I. Violentas manus in dictas personas injiciendo, veluti occidendo, vulnerando, percutiendo, expellendo, expoliando, & quocumque alio modo, & instrumento offendendo, & etiam pedibus, manibus, ore expuendo, puta in faciem, vel aqua, aut aliis rebus perfundendo, *can. Si quis suadente*, ibique *Gloss. Verb. Manibus 17. q. 4. c. Fœlicis de Pœn. in 6. & Clem. 1. eod. tit. Zuff. Instit. Crim. lib. 2. tit. 22. lit. I. Panimoll. dec. 64. n. 36. & seqq. & Bellett. disquis. Cleric. tit. de Favor. Cleric. real. §. 4. n. 12. & seqq.*

8 II. Illos capiendo, vel in carceribus detinendo, etiam sine alia corporali offensione, *c. Nuper, §. 1. & cap. Fermè, de Sent. excom. Gloss. in cap. 2. verb. Sacrilegium, de Sent. & re judic. Panim. d. 52. n. 21. & seqq. & Rayn. t. 3. c. 24. supplet. 2. n. 221.* ubi de Confessario, blandis verbis à Birruariis extra Ecclesiam capto, & cum Cotta, & Stola scandalosissimè per publicas vias ducto, & eisdem sacris indumentis induto, carceribus mancipato. Quam etiam judicando, præsertim in Criminalibus, puta, si Judex Sæcularis Clericum condemnet, *c. Cùm non ab homine, de Judic.*

9 III. Impediendo, ne utatur sua Jurisdictione, & Ecclesiastica libertate, veluti si quis capiat, vel impediat Cardinales, & Prælatos, ne vadant ad Concilium, vel ad eligendum Summum Pontificem, seu, ut ab Urbe, vel ab eorum residentiis discedant, *cit. Jurib.* Impediendo etiam, ne iter

10 suum Clericus progrediatur, *Graff. de Effect. Cler. effect. 9. n. 8. & Rayn. t. 3. c. 32. §. 4. n. 497.* ubi, quòd ita resolvit *Sac. Cong. Episc. & Reg. in una Parmen. de anno* 1670. contra Religiosum, ad bonum finem detinentem Parochum, ad hoc, scilicet, ut audiret legi quoddam decretum Sac. Congregationis, & Notarius se rogaret de notificatione, & lectura, facta d. Parocho.

11 IV. Demum carnaliter cognoscendo personam Deo per votum sacratam, *can. Adulteri 32. quæst. 7.* latè *Farin. qu. 146. per tot. Bermon. de public. Conc. rubr. de Sacril. in princ. Bellet. disquis. Cleric. par. 1. de favor. Cleric. real. §. 4. n. 15. &*

12 *Amen. de Delict. & Pœn. tit. 4. §. 9. n. 12.* ubi, quòd proinde cum moniali novitia non committitur sacrilegium, quia adhuc Deo per vota sacrata non est, sequendo *Ricc. in collect. 795. & Trivis. d. Ven. 57.*

13 Circa Sacrilegium Locale dicimus, quòd illud committitur contra sacra Loca, *Zuff. Instit. Crim. lib. 2. tit. 22. lit. G.* Sacer autem locus ad nostrum propositum ille est, qui ritè, & solemniter ab Episcopo fuit consecratus, *§. Sanè, Instit. de Rer. divis.* Item Ecclesia casu diruta, *Gloss. in can. Quisemel 19. quæst. 6.* Cœmeterium Ecclesiæ contiguum, *cap. Consuluisti, de Consec. Eccles. Novar. in Sum. Bull. comm.*

14 *115. n. 2. par. 1.* Atrium Ecclesiæ, *can. Si quis in Atrio 17. q. 4.* Et denique Ecclesia etiam interdicta, nam cùm interdicti tempore sine dubio sacra permaneat, consequenter illam violans sacrilegium committit.

15 Committitur autem hoc locale sacrilegium pluribus modis, & I. Si quis armata manu Templa occupaverit, *Novar.*

16 *in Sum. Bull. par. 1. com. 115. n. 16.* Hic tamen non solùm sacrilegii, sed etiam crimen læsæ Majestatis incurrit, *leg. 1. ff. ad leg. Jul. Majest.*

17 II. Si diruantur, & devastentur Ecclesiæ, & Loca sacra, *can. Sicuti 17. q. 4. Bellet. disquis. Cleric. par. 1. tit. de Favor. Cleric. real. §. 4. n. 18. & 19. & Panim. dec. 64. nu. 22. & seqq.*

18 III. Si Ecclesia incendatur, *cap. In literis, de Raptor. Bellet. & Panim. locis sup. cit.*

19 IV. Si sanguinis in Ecclesia violenter fundatur, dummodò sit quantitas considerabilis, atque effusio publicè innotescat, *Barbos. de Potest. Epis. alleg. 28. n. 44. & Panim. dec. 64. n. 31. & seqq.*

20 V. Si in eadem Ecclesia sequatur seminis effusio, etiamsi fornicatio occulta sit, *Suar. de Relig. lib. 3. c. 7. n. 11. & Sanch. de Matr. lib. 9. disp. 15. n. 4. & seqq.* Imò, etiamsi copula licita sit, puta inter Conjuges; Uno casu necessitatis excepto, quando scilicet isti diu intra locum sacrum obsessi, ad alium locum non sacrum, tutum non habent accessum ad

21 habendam copulam maritalem, & ex alia parte continentiam servare nequeunt, *Sanch. de Matr. lib. 9. disp. 15. nu. 9. & seqq. & Panim. dec. 64. n. 32.*

22 VII. Si quis sacra Mysteria, & Divina Officia turbaverit, vel ea celebrari prohibuerit, *Auth. Sed novo Jure, & leg. Si quis in hoc, Cod. de Episc. & Cleric.*

23 VII. Si in Ecclesia forum constituatur, & Sæcularia Judicia exerceantur, *cap. Cum in Ecclesia, de Immun. Eccles. & cap. Decet, §. Cesset, eod. tit. in 6. Rayn. tom. 3. ad cap. 24. supplet. 2. num. 182.* Dummodò non agatur de actibus voluntariæ Jurisdictionis, quia isti validè, & absque aliquo pœna-

24 rum incursu in Ecclesia fieri possunt, *Suar. de Relig. lib. 3. cap. 4. num. 12. Antonell. de Loc. legal. lib. 2. cap. 1. num. 45. & Jov. de Contract. Minor. gloss. 6. §. 7. num. 141.* Et resolvit *Sacra Congregatio Immunitatis 17. Novembris 1699. Ponente R. P. D. Petra*, declarando, sustineri contractum factum in Sacrario Ecclesiæ cum interventu Judicis laici interponentis decretum ad authorizandam personam Mulieris. *Et in Signina 11. Decembris 1703. Ponente R. P. D. Marefusco*, ubi de Rogitu Notarii in Sacristia, qui Copiam Edicti Episcopi confrontabat cum originali, ibidem affixo. Dixi *secularia negotia*, ad denotandum, quòd sub dicta prohibitione non comprehenduntur judicia Ecclesiastica, *Antonell. ubi suprà*. Imò, quòd etiam Judex Laicus possit in Ecclesia

25 jurisdictionem exercere in actibus piis, & pietatem redolentibus, observant *Antonell. de Jurib. Cleric. par. 2. c. 12. num. 9. & seqq.* ubi latè enumerat alios actus, qui in Ecclesia fieri possunt, & *Jov. loc. cit.* Quidquid dicat *Sperell. dec. 51. num. 23.*

VIII. Si

VIII. Si quis Ecclesiam in sæculare habitaculum, aut profanum usum convertit, *cap. Ad hæc, de Religios. domib.* Vel si convivia in Ecclesiis propter profanas causas fiant, *can. Nulli Episc. 42. dist.* Illa autem convivia, quæ fiunt per Confratres in certis anni festivitatibus, non tamen intra, sed prope Ecclesiam, tolerare solet *Sacr. Congreg.* teste *Pignat. consult. 17. num. 5. tom. 3.* ubi, quòd ita resolvit in *Verulana 10. Jan. 1602. & in Anagnina 12. Sept. 614. & Nicol. in Flosc. Verb. Convivium, nu. 2.* Dummodo sint modica, & relicta alicui Confraternitati, occasione accessus ad aliquod opus pium. Nam, dictis duabus circumstantiis non concurrentibus, pecuniarum summæ, ad d. effectum relictæ, deberentur Fabricæ Sancti Petri, ut notat *Cobell. ad Bull. bon. regim. cap. 37. num. 23.* & firmavit *Rota in d. 212. num. 4. coram Cavaler.* Vel demum, si in Ecclesia repræsententur Comædiæ, Ludi, Tripudia, & similes obscenitates, *cap. Cum decorem de Vita, & honest. Cleric.* ubi latè *Gonzal.* Lantdemeter. *de Veter. Cler. lib. 2. cap. 50. Marian. de Spect. cap. 7. Zerol. in Prax. Episc. part. 1. Ver. Repræsentationes, & Frucheos Bish en. el tratad. de las Comedias, c. 3. fol. 13. & Lagun de Fructib. par. 1. cap. 34. §. unic. nu. 102. & seqq.* Excipiuntur tamen Repræsentationes rerum piarum, puta solemnitatum Mysteriorum Fidei, Passionis D. N. Jesu Christi, Vitæ alicujus Sancti &c. *Barbos. in d. cap. Cùm decorem, num. 6. de Vit. & honest. Cleric. & Bellet. Disqu. Cler. par. 1. §. 23. num. 10.* ubi assignat illam rationem, quia tales Repræsentationes conducunt homines potiùs ad compunctionem, quàm ad lasciviam, seu voluptatem, *& Cobell. ad Bull. bon. regim. cap. 40. num. 8.*

Excipiuntur pariter saltationes illæ, & Choreæ, quæ ad instar illius, quod legitur de Davide, *lib. 2. Reg. cap. 6.* fieri solent à Christi fidelibus in certis anni festivitatibus, ut observat *Rayn. tom. 3. ad cap. 25. supplet. 2. num. 10. vers. Qui mos*, ubi, quòd ita practicatur Hispali in die solemnitatis Sanctissimi Corporis Christi, & Alatri in Festo S. Sixti.

Dummodo non fiant in Ecclesiis, vel prope illas, tempore jejuniorum, vel dum celebrantur Divina; Istis enim circumstantiis sepositis, non solùm malæ non reputantur, sed ad actum virtutis referuntur, ex adductis *per Zanet. de For. conscient. num. 150. Navar. in Manual. cap. 13. num. 15. Daniel. de Nobilib. disp. 30. num. 71. & disput. 36. per tot. Giball. de Univers. rer. human. negot. tom. 2. lib. 4. cap. 9. art. 5. num. 33. Homob. de Exam. Eccl. tom. 3. tract. 13. resol. 5. cap. 2. fol. 15. & tract. 15. cap. 8. quæst. 28. in resol. 5. quæst. in princip.* ubi rigorosum censet edictum Episcopi, qui simpliciter, & absolutè Choreas in diebus festis sub interdicti censuris prohibuerat, vide *Fattinell. resp. 97. per totum*. Imò Alphonsus Tostatus, non minùs doctrina, & eruditione, quàm pietate celeberrimus Episcopus Abulensis, testamento statuit, ut, tam in dicta Civitate, quàm in Oppidis, & Pagis ejusdem Diœcesis, singulis diebus Dominicis fierent Choreæ, & tripudium publicum, ad quod omnes Juvenes utriusque sexus confluere possent, fundatis ad hunc effectum annuis redditibus; factum referendo, & commendando *Caramuel. tom. 1. Theol. Regul. par. 8. sive Comm. in Reg. Fratr. & Soror. Tertii Ordinis, cap. 4. nu. 2069. & 2070. fol. mihi 737.* Et quòd similes actus dicantur potiùs Deo grati, & meritorii, quando fiunt in honorem alicujus Sancti, ut votiva devotione illius festivitatis, majori cum lætitia, & animi alacritate celebretur, advertit *Quart. de Process. sect. 3. punct. 3. circumst. 5. qu. 6. fol. mihi 71.* Et tuendo usum similium Chorearum, & saltationum in multis Hispaniarum Locis vigentem, latè *Hurtad. res. moral. de Congr. res. 5. sub resol. 2. per totum, seu num. 986. & seq. Perez de Lar. de Anniv. & Cappell. lib. 1. cap. 24. nu. 9. & seqq. Lagunez de Fruct. par. 2 cap. 34. §. unico, numer. 39. & 98. Giballin. de Univers. rer. human. negotiat. tom. 2. lib. 4. cap. 9. art. 5. num. 34.* & latissimè *Adrian. de Elosso magister Cæremoniarum Eccles. Hispalen. in pecul. Opusc. primùm Hispali Hispanica lingua anno 1690. & deinde anno 1693. Romæ Italicè edito, cui titulus, Consulta Ecclesiastica sopra l'uso delle Danze, che si pratticano nella Processione del Corpus Domini*, & meliùs *Div. Thom. de Villanov. serm. 1. in festiv. Corp. Christ.* Et de simili praxi apud Lusitanos *Ægid. de Jur. & priv. honest. art. 1. num. 2. & P. Claud. Francisc. Menestrier. des Ballets anciennes, & modernes, fol. 98. in fin. resol. 99.* ubi *fol. 101.* ad rem referendo verba Octavii Accoramboni, Collectoris Spoliorum in Regno Lusitaniæ, ait: *Nè dia fastidio a nostri d'Italia, massime a' Romani, il sentire, che nelle Processioni de Santi e di tanta divozione, come fù questa, si meschiassero, e balli, e danze, perche in Portogallo non parrebbe loro, massime con Popolari, che fossero Processioni nobili, egravi, senza somiglianti azioni di giubilo, e d'allegrezza.* Et apud Aragonenses *Fuser. en la Vida de Fray Juan Battista Lanuza Obispo de Albaracin. lib. 3. cap. 10. pag. 153.* Et de Gallia, & Sabaudia *Sanctus Francisc. Salesi in Introduct. vit. devot. cap. 33. & 34.* Et de Italia ejusque diversis Civitatibus latissimè *R. P. D. Severolus*, omni doctrinarum genere instructus, satis quidem notus, sed nunquam satis laudatus, in Responso pro veritate, impresso à *R. P. D. Dandino in suo eruditiss. Tract. de suspect. de Hær. cap. 2. sect. 7. subsect. unic. numero 20. & seqq.*

Non esse autem permittendas, etiam extra Loca sacra Comedias illas, quæ licèt in se licitæ reputentur, ex adjunctis tamen, vel ex modo repræsentandi, vel ex lascivis cantilenis, vel ex turpium factorum repræsentatione, solent esse incitamenta ad impudicitiam, benè advertunt, & probant *Daniel. de Nobil. disput. 36. num. 1. & per tot. par. 1. Boss. Moral. tract. var. tom. 3. tit. de Chor. & tit. de Comed. & Zaul. tom. 2. lib. 7. rubr. 2. nu. 37. & seq.* ubi, quòd semper cum laude nominandus f. m. Innoc. XI. ipsum rogantibus pro permissione similium Comediarum, durum se præbuit, & inexorabilem, & allegantibus deficientiam advenarum, & exterorum, ob dictam prohibitionem, sanctissimè respondit, quod ad Urbem affluentia exterorum debet adesse causa visitandi Sacra Loca, non ob similes vanitates, quòdque in illa, tamquam in Christianitatis Metropoli, & Sede Vicarii Christi, & Sacri Collegii Cardinalium, debet undique effulgere devotio, & sanctitas, ut sit totius Mundi norma, & exemplum. Quæ omnia perfecit f. m. Innocen. XII. demandando destructionem illius Theatri, quod prope Pontem Sancti Angeli, in Loco, ubi priùs aderant Carceres Turris nonæ, non sine magna pompa, & ingentibus expensis, constructum fuerat.

Quanto autem zelo Ecclesiarum cultum, & decorem procurarint Summi Pontifices, apparet ex ampla immunitate, eisdem concessa, quam inter alios inviolabiliter observari jussit *Gregorius XIV. in ejus Constitutione 7.* Imo ad arcendam ab illis omnem irreverentiam *Urb. VIII. in ejus Constitutione 278.* sub excommunicationis latæ sententiæ pœna, eo ipso incurrenda, & absque alia declaratione, puniendos esse decrevit sumentes tabaccum, sive concisum, sive solidum, aut in pulverem redactum, ore, naribus, aut fumo, in Ecclesiis Civitatis, & Diœcesis Hispalen. de quo latè *Pasqualig. quæst. Moral. centur. 2. quæst. 175. per tot.* ubi, quòd, nedum peccant, qui sumunt tabaccum in Ecclesiis Diœcesis Hispalen. sed etiam in aliis, extra dictam Diœcesim, eò quia sumere tabaccum in Ecclesiis sit actio scandalosa, irreverentialis erga res sacras, & consequenter peccaminosa, & quidem læthaliter, Verùm illius opinio non videtur tuta, quia sumus in pœnalibus, illamque non sequuntur *Caram. in Theolog. fundam. lib. 3. num. 3592. in Biss. in Hierurg. litera 5. num. 216. Magg. de Sac. Cærem. opusc. 3. disquis. 21. sub num. 5.* ubi latè probat, sumptionem tabacci in pulvere, vel fumo non frangere jejunium Ecclesiasticum, secus autem si sumatur in folio deglutiendo, censet tamen indecentissimum esse, & nullo prætextu permittendum, ut sumatur ante communionem, vel sacrificium Missæ, in eademque opinione sunt *Pasqualig. de Jejun. dec. 334. Quart. ad Rubric. Missal. par. 3. tit. 9. sect. 1. dub. 3. Escobar. in Theolog. moral. tract. 7. exam. 6. cap. 5. num. 62. & Marchant. in resolut. Pastor. tract. 4. in appen. ad cap. 2.*

Quæ omnia pro Vaticana Basilica demandavit etiam f. m. Innoc. X. in ejus Breve sub Dat. apud S. Mariam Majorem die 8. *Januarii* 1650. declarando, eamdem prohibitionem sub dicta pœna excommunicationis latæ sententiæ eo ipso, absque aliqua declaratione incurrendæ comprehendere illud sumentes, nedum in eadem sacrosancta Basilica, sed etiam in Choro, ejusque Capellis, Sacrario, Porticu, & Atriis, quomodolibet qualificatos & quantumlibet privilegiatos, & exemptos, etiam speciali nota, & expressione dignos, vide *Cler. de Euchar. dec. 54. à num. 12. & Benedictum Stellam, de Tabacco, cap. 33. ubi cap. 34.* quæstio an sit peccatum mortale sumere tabaccum in Ec-

46 in Ecclesia, quod Breve per errorem malè attribuunt Alex. VII. *Magg. de Sacr. Carem. opusc.3. disquis.21. sub, num.4. & Biss. in Hier. lit.5. num.217. in fine*. Illiusque integer tenor talis est.

47 *Innoc. PP. X. Ad futuram rei memoriam. Cùm sicut non sine animi nostri molestia, accepimus, nonnullæ personæ, tam Sæculares, quàm Ecclesiasticæ, reverentia locis Deo Sacris debita immemores, herbam, tabaccum vulgò nuncupatum, ore vel naribus, etiam in Basilica Principis Apostolorum de Urbe, ad quam devotionis ergo Christi fideles ex universo Orbe Christiano passim confluunt, sumere, gravi cum proborum scandalo non verentur: Hinc est, quòd Nos, ut abusus hujusmodi è Basilica prædicta prorsus eliminetur, pro pastorali nostra sollicitudine providere volentes, Motu proprio, ac ex scientia nostris, omnibus, & singulis utriusque sexus personis, tam sæcularibus quàm Ecclesiasticis, etiam cujusvis Ordinis Congregationis, & Instituti, ac Militiarum, etiam Hospitalis S. Joannis Hierosolymitani, Regularibus quomodolibet qualificatis, & quantumlibet privilegiatis, & exemptis, etiam speciali nota, & expressione dignis, ne de cætero in prædicta Basilica, ejusque Choro, Capellis, Sacrario, Porticu, & Atriis, tabaccum, sive solidum, sive in frustra emissum, aut in pulverem redactum fumumve ex eo elicitum, ore, vel naribus, & aliter quomodolibet sumere audeant; vel præsumant, sub excommunicationis latæ sententiæ, eo ipso absque aliqua declaratione per contrafacientes pœna incurrenda, authoritate Apostolica tenore præsentium interdicimus, & prohibemus. Non obstantibus quibusvis Constitutionibus, Ordinationibus Apostolicis, etiam Conciliaribus, nec non quibuscunque etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, Statutis, consuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, exemptionibus & Literis Apostolicis sub quibuscumque tenore, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, clausulis, ac irritantibus, & aliis decretis, in specie, vel in genere, etiam motu simili, ac etiam consistorialiter, & aliàs quomodolibet in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si pro sufficienti illorum derogatione de illis, eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, & expressa mentio facienda, aut aliqua alia exquisita forma servanda foret, tenore hujusmodi præsentibus pro expressis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque, aut si alicui, vel aliquibus conjunctim, vel divisim, sit à Sede Apostolica indultum, quòd excommunicari non possint per Literas Apostolicas, non facientes plenam, & expressam de Indulto hujusmodi mentionem; Volumus autem, ut præsentis prohibitionis exemplar in Valvis dictæ Basilicæ, & illius Sacrarii, aut alio conspicuo loco, unde ab omnibus cerni possit, continuò affixum remaneat, quodque earundem præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ, in dignitate Ecclesiastica constitutæ, munitis, eadem prorsus fides in Judicio & extra adhibeatur, quæ præsentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Dat. Romæ apud S. M.ᵃ Majorem sub annulo Piscat. die 8. Jan. 1650. Pont. nostri anno 6. Loco ✠ annuli Pisc. M. A. Maraldus.*

48 Circa verba illa *Choro, Sacellis, Sacrario, & Porticu*, nulla cadit difficultas, quæ tamen non modica videtur adesse circa aliud verbum *Atriis* quod cùm reperiatur expressum in d. Brevi, non debet esse otiosum, ex nota regula, quòd in Pontificiis Constitutionibus, nec syllaba debet esse sine effectu, & operatione, de qua *apud Card. de Luc. de Offic. vacab. fol.231. num.35.* Et in terminis contractus apud *Ninot.*

49 *dec.64. nu.5. & Rota in Perusina. seu Fulginaten. 14. Januarii 1701. §. Quoniam coram Card. Scotto.* Et in terminis Testamenti *in dec.77. num.22. par.10. rec.*

50 Posito autem, quòd intelligendum sit de aliquo spatio, ultra Chorum, Capellas, Sacrarium, & Porticum, non videtur posse intelligi, nisi de eo, quod est ante Portas, juxta illud *Vitruv. lib.6. Atria proxima januis*, & tamen observantia videtur esse in contrarium, ex quo ibidem absque ullo scrupulo frequentissimè fumitur; Nec me latet differentia illa, quam considerant Doctores circa hujusmodi Loca pro-

51 xima Ecclesiis, vel ad effectum immunitatis, vel ad hoc, ut Ecclesia dicatur polluta, benè observantes, quòd primo casu major, & amplior sit facienda interpretatio, ut advertit *Bonac. tom.3. de Excomm. in partic. disp.2. qu.3. punct. 16. §.4. num.5.* secus autem in secundo, in quo facienda semper est stricta interpretatio, ex adductis *per Antonell. de Tempor.*

52 *legal. lib.1. cap.3. num.29. & seq.* Sed difficultas adhuc videtur in suo robore, quia in specie Pontifex vetuit, illud posse sumi in Atriis ejusdem Basilicæ, unde in hac clara verborum expressione non potest recurri ad interpretationes, & discursus, per ea, quæ firmavit *Rot. in dec.185. num.10. par.19. recen.*

Alia quoque quæstio in hac parte excitari posset circa maximas illas Porticus, *vulgò Colonnate*, ab Alex. VII. magnificentissimè extructas, an scilicet in illis locum habeat eadem prohibitio, in qua negativæ adhæreo opinioni, ex defectu Intentionis ejusdem Summi Pontificis, qui eùm non prævide- 53

rit d. novam additionem, non potuit de illa aliquid disponere: Voluntas enim nunquam fertur in incognitum, *Altog. cons.80. num.12. lib.1. Actolin. res.111. num.58. Gob. consult. 112. num.42. Mantic. de conject. lib.1. tit.3. nu.1. & Rot. dec. 296. num.30. par.17. rec. & in Augustana Jurispatr. 17. Febr. 1698. §. Firmata cor. Olmo* Et in simili benè *Rota dec.332. n.6. par.14. recen.* Ultra quod in illis, ob earum maximam distantiam, cessat omnis irreverentia Basilicæ, quæ fuit motivum prohibitionis. 54

55 Ex illis verbis Brevis *sumere audeant, vel præsumant*, quæri ulteriùs potest, an incidat in talem excommunicationem ille, qui tabaccum ore consumandum sumeret extra loca, in dicto Brevi contenta, perficiendo deinde consumationem intra eadem loca, eo prorsùs modo, quo absque ullo scrupulo practicatur cum tabacco in pulvere; Et videretur respondendum negativè, ea ratione, quia sumus in pœnalibus, in quibus fieri non debet extensio, dum in dicto Brevi non prohibetur consumatio, seu effectus, sed sola sumptio tabacci, quæ nullatenus verificatur. Cæterùm, cùm verificetur proborum Virorum scandalum, & Ecclesiæ Irreverentia, quæ fuit causa dictæ prohibitionis, eò quia videntes ore consumere tale tabaccum, ignorant, an illud sumptum sit in Ecclesia, vel extra illam, quod non applicatur sumptioni tabacci in pulvere, ideo res non videtur tuta, & taliter operans diceretur operari in fraudem legis, quod permittendum non est, ut probavimus suprà *lib.1. tit.2. num.7.*

56 Augustissimum hoc Vaticanæ Basilicæ Templum, de cujus magnitudine extat celebre illud

Extra non cernes Templum, sed verius Urbem
Intus non Urbem, sed vero nomine Cœlum.

semel visitare majoris est meriti, quàm biduò jejunare, ut dicebat *S. Cletus III.* referentibus *Plat. in ejus Vita, & Nicol. in Flosc. Ver. Eccl. num.19.*

57 Asserentibus autem tabacci usum multas afferre utilitates humanis corporibus, non incongruè forsan responderi posset cum *Ant. Abb. in suis lepidissimis Fraschèrie fascio 2. tit. La Pazzia Satira, circa medium*, ibi:

58
Una certa pazzia nasi innamora,
Che nome hà di Tabbacco, e a mio giudizio
Già dell' urna del mal trasse Pandora.
E' medicina, e non fà mai servizio,
Non fà servizio, e a chi la piglia è grata,
Grata è per uso, & usasi per vizio.
A lordar nasi, e fazzoletti è nata
Però scerner non sò, se più conviene
A i nasi, o a fazzoletti una bucata.
Come in suol polveroso ondose vene
Piovon dal Ciel, così dal naso esclusa
Sù la polvere sua la pioggia viene.
S' a sgravare il cervello un Uomo l' usa.
Ragione non avrà mentre si lagna,
Che leggier di cervel altri l' accusa.
Sempre cola un' umor, ch' il labro bagna
Ond' io non sò, se magni, o cachi il naso,
O faccia collazion naso, che magna.

Ea autem, quæ concernunt sumptionem Tabacci in Basilica Vaticana, Die Veneris, 25. Februarii 1707. hora 16. me præsente, legit ea Clemens XI. subdendo quòd Cardinales credunt, se non esse comprehensos in hoc Breve, quia in illo non sunt expressè nominati. Et ego replicavi, quod prætensio videtur fundata in *regul. 70. Cancell.* præcipuè quia sumus in odiosis, & pœnalibus; Sed posteà legendo *dec. 257. num.13. & 14. coram Ottobon.* dubito magnoperè de dic. limitatione quia illa restituta est ad regulas Cancellariæ, & consequenter non potest extendi ad Breve Pontificium. Circa quod nihil certi affirmo, vide etiam *Constant. ad Stat. Urb. tom.1. cap.95. art.1. nu.37. & 38.* ubi quòd quando ratio legis militat quoad Cardinales sub illius dispositione comprehenduntur: quod firmavit etiam *Rota cor. Emer. jun. dec. 1415. num. 8.* observa hic ex *B. Torribio in Concilio Provinciali Limensi*, relato à *Monacell. in Formul. tom.1. tit.5. form.9. num.13.* Tabacci sumptionem etiam sub pœna mortalis peccati prohiberi posse Sacerdotibus ante Missæ Celebrationem, quod tamen durum mihi videtur, & quo ad dictum Conci-

Concilium Provinciale, adverto in Indiis posse tales circumstantias concurrere, quæ dictam prohibitionem in Europa non permittant.

Tabacci utilitates his verbis explicantur in Dictionario Historico in vita *Prosperi Sanctecrucis*, *fol. mihi* 2650. *to*.3. circa quas me remitto experientiæ:

Homine, quæ Sancta Crucis herba vocatur, ocellis
Subvenit, & sanat plagas, & vulnera jungit,
Discutit, & strumas, cancrum, cancrosaque sanat
Ulcera, & ambustis prodest, scabiemque repellit.
Discutit, & Morbum, cui cessit ab impete nomen,
Calefacit, & siccat, stringit, mundatque resolvit,
Et dentium, & ventris mulcet, Capitisque dolores,
Subvenit antiquæ tussi, Stomacoque rigenti,
Renibus, & Spleni confert, ultroque venena
Dira Sagittarum domat, ictibus omnibus atris
Hæc eadem prodest, Gingivis, proficit, atque
Conciliat somnum, nuda ossaque carne revestit,
Thoracis vitiis prodest, Pulmonis itemque.
Quæ duo sic præstat non ulla potentior herba.
Hanc Sanctacrucius Prosper cùm Nuncius esset
Sedis Apostolicæ Lusitanas missus ad oras
Huc adsportavit Romanæ ad commoda Gentis,
Ut Proavi Sancta Lignum Crucis ante tulere.
Omnis Christiadum, quæ nunc Respublica gaudet
Et Sanctæ Crucis illustris domus ipsa vocatur,
Corporis atque animæ nostræ Studiosa Salutis.

Hujusmodi versus referuntur etiam ab Equite Mandosio in lib. de Scriptor. Roman. centur. 5. §.55. fol. mihi 323.

De Tabacco ex professo tractant, *Nicolaus Monarde de Simplicibus medicamentis ex occidentali India delatis. P. Benedictus Stella in Opere, cui titulus. Il Tabacco, Romæ impressus anno* 1669. *Jacobus Sextus Angliæ Rex in Libro, inscripto Misocapnus, seu Lusus Regius de abusu Tabacci, Antonius Vitalianus de Abusu Tabacci, Chrysostomus Magnenus in Exercitationibus de Tabacco, Joannes Schronderus in Pharmacopia Medicochimica lib.* 4. *cap.*1. *Joannes Neander Tabachologia. Simon Paulus de abusu Tabacci, Baumanus Quartus, & alii.*

59 IX. Si quis Reum aliquem, vel criminosum, ad Ecclesiam confugientem, ab ea per violentiam extraxerit, *cap. Inter alia de Imm. Eccles. Rayn.* loquens de casu nimis scandaloso sequuto in Urbe 16. *Februarii* 1694. in Ecclesia Sanctæ Mariæ in Vallicella, nedum cum interruptione, & perturbatione Divinorum Officiorum, & Missarum, sed mediante violenta extractione per capillos cujusdam Augustini, tempore quo flexis genibus misericordiam ante Altare implorabat *tom.*3. *ad cap.*24. *supplet.*2. *à num.*76. ubi egregiè probat, quòd, nec etiam licitum est arrestare, ligare, & in vinculis detinere Reum in Ecclesia refugiatum, quod probat pariter *Pignat. consult.*126. *tom.*1. ubi, quòd ita pluries resolvit *Sac. Congr. Immun.* & præsertim in *Cotronen.* 17. *Maii* 1631.

60 Circa Sacrilegium reale dicimus, quod tribus modis potest committi, de quibus *Brugiot. Instit. Crim. lib.*2. *tit.*7. *num.*4. *& seqq.* I. Tollendo sacrum de sacro, veluti, si quis Calices,

61 Patenas, Vasa sacra, & vestes sacerdotales de Ecclesia, vel illius Sacrario tollat, *Canter. qu. Crim. cap.*8. *nu.*16. *& seqq.* II. Tollendo sacrum de non sacro, puta, si quis easdem res

62 tollat, non de dictis Locis, sed res alibi existentes, *Panim. dec.*5. *adnot.*3. *num.*67. III. Tollendo non sacrum de sacro, quando scilicet quis tollit de Ecclesia Lampades, utensilia inferioris conditionis, vota argentea in illis appensa, & alia

63 hujus generis, ut latè explicant *Gonzal. in cap. Cum sis num.*4. *& seqq. de For. compet. Fagn. in cap. Immunitatem, nu.*19. *de Imm. Eccles. Mattheu. de re Crim. controv.*36. *nu.*50. *& seqq. Sarn. in Prax. Crim. tit. de Probat. in gener. num.*21. *& Rayn. tom.*2. *cap.*14. *n.*26. *& seqq.*

64 Advertendum est hic, quòd ex variis circumstantiis aggravari possunt hujusmodi tria sacrilegiorum genera, & I. Gravius reputatur sacrilegium commissum in Personas, quàm in Res, vel in Locum, & tantò gravius erit, quantò Persona

65 erit sanctior, *l. Si quis, Cod. de Episc. & Cleric.* quæ registratur in *Can. In primis, §. Si qui* 2. *qu.*1. *Sylvest. in Summ. Verb. Sacrilegium, columm.*1. *in fine Panim. dec.*64. *nu.*19. *& Amen. de Delict. & Pœn. tit.*8. *in princ. num.*8. II. Gravius erit, quod

66 committitur in Locum, quàm in res, & quantò sanctior erit locus, eò gravius erit sacrilegium, *D. Thom.* 2. 2. *quæst.*99.

67 *art.*3. *in corp.* III. Gravius erit commissum in res sanctiores, quàm in minùs sanctas, *D. Thom.* 2. 2. *qu.*99. *art.*3. *in corp. Mar. Ital. de Immun. lib.*1. *cap.*5. §.3. *nu.*89. *& seqq. & Card. de Albic. de Inconst. in Fid. par.*1. *c.*34. *num.*76. *& seqq.* Proindeque majus delictum erit auferre res sacratas, veluti Calices, quàm non tales, puta Lampades, *Decian. lib.*6. *c.*14. *nu.*10. Maximum verò Sacramentum Eucharistiæ, *Panim. dec.*

68 64. *num.*19. *& seqq.* ubi, quòd cùm sacrilegium hoc gravissimum reputetur, pœna mortis irremisibiliter puniendum est, ut *videbimus infrà*, *nu.*88. Quod novissimè patratum fuit in Urbe in Ecclesia S. Mariæ Trans-Tiberim, scilicet 12. Apri-

69 lis 1706. scelestissimo Jure, sacrilega manu unà cum Vase, in quo aderat Oleum Infirmorum, derobante Pixidem cum 300 ferè particulis. De quo verè atrocissimo, ac impio crimine deque veneno, in sacratissimo Calice, vel hostia immixto, meritò exclamat *Samuel Strikius de Jur. sens. cap.*4. *de Effect. Gust. in crimin. num.*75. *Horrendum hoc, ac flagitiosum*

70 *delictum, ne per somnium quidem dabile esse cogitaremus, nisi de eodem Historiarum fides testaretur*, & Nos possumus addere, nisi oculis nostris frequenter subjectum esset, Reus autem ejusdem impiissimi delicti condignas luit pœnas die Sabbati 28. Aprilis 1708. Fuit enim in Platea ejusdem Ecclesiæ S. Mariæ in Trans-Tiberim furca suspensus, & deinde in frustra disiectus, Die autem antecedenti Veneris 27. dicti à Ministris Congreg. Sanctiss. Inquisitionis in Platea S. Petri coram tota Urbe consignatus fuit Locumtenenti Criminali Gub. Urbis cum solita protestatione citrà pœnam sanguinis, ejus nomen erat Paulus Antonius Galles à Civitate Hieracensi in Calabria ætatis annorum 26. circiter, quem casum refert etjam *R.P.D. Petra ad Constit. Pontif. t.*3. *ad Const.*17. *Alex. IV. num.*8.

71 IV. Gravius reputatur sacrilegium ratione rei, si enim quis tenuem rem sacram de loco sacro subtraxerit, mitiùs punietur, quàm si rem majoris valoris, ex eodem loco sacro furetur *Chartar. dec. Crim.*66. *à num.*85. *Peguer. dec. Crim.*24. *n.*85. *Menoch. de Arbitr. cas.*389. *n.*5. *& seqq. & Pan. dec.*64. *num.*20. *&* 21. ubi alios allegat concordantes.

72 V. Aggravatur, si sacrilegii species inter se uniantur, *Am. de Delict. & Pœn. tit.*8. *in princ. num.*11. veluti, si res sacra de loco itidem sacro auferatur, vel si quis percutiat Clericum in Ecclesia, auferendo illi res sacras, puta Calicem, vel vestimenta Sacerdotalia, Nam in hoc casu concurrit sacrilegium in personam, in locum, & in rem, Vel ratione temporis, veluti, si committatur in Ecclesia in die Veneris Sancti, vel in die Resurrectionis Domini, vel de mane, & tunc quando celebrantur Divina officia, juxta qualificatum casum, in Urbe sequutum *anno* 1694. & relatum à *Rayn. to.*3. *ad c.*24. *suppl.*2. *nu.*17. *& seqq.*

73 Nota hìc, non committere sacrilegium dantem Amasiæ Reliquias, vel alias res sacras ex gratitudine, & benevolentia, non enim aliud considerari potest in tali datione, quàm simplex irreverentia talis rei sacræ *Dian. coordin. t.*1. *tract.* 6. *resol.* 81. Dixi *ex gratitudine, & benevolentia*, quia si

74 id sequatur tanquam pretium actus venerei, tunc contrarium verificaretur, rationibus adductis *à Filliuc. to.*2. *tract.*3. *cap.*7 *numer.* 229.

75 Quoad pœnas Sacrilegii distinguendum est, nam, vel loquimur de Jure Civili, vel Canonico.

76 Jure Civili attento, in primis sacrilegus incurrit pœnam infamiæ, *Farin. quæst.*122. *par.*1. *num.*22. & deinde puniri potest pœna arbitraria juxta facti, & personarum qualitatem *leg. Julia, §. Majestatis, §. Ad leg. Jul. Pecul. Brugiot. Instit.*

77 *Crim. lib.*2. *tit.*7. *num.*11. *& seqq.* Quæ arbitraria pœna ex circumstantiis aggravantibus extendi poterit usque ad mortem, juxta *Text.* in *leg. Sacrilegii, ff. Ad leg. Jul. Pecul.* cum aliis apud *Decian. lib.*6. *c.*34. *num.*15. *seqq. Cortiad. dec.* 112. *num.* 70. *& seqq. Chartar. dec. Crim.*66. *num.* 82. *& Rayn. tom.* 1. *cap.* 14. *num.* 30. *& seqq.* ubi, quòd in his casibus Judex præ oculis habere debet qualitatem personæ, conditionem Rei, atque circumstantias temporis ætatis, & sexus, & *tom.*1. §.10. *num.*11. ubi, quòd Neapo-

78 li damnatus fuit ad mortem is, qui de mandato alterius vulnus intulit in faciem pueri propè januam Ecclesiæ, quem casum refert etiam *à Pont. de Potest. Proreg. tit.* 1. *de Prov. fier. solit.* §.2. *num.*15. & alios casus refert *Sanfelic. dec.*34. *num.* 2. 6. *&* 16.

79 Jure verò Canonico attento, vel loquimur de Laico, vel Clerico. Si de Laico, notatur pariter perpetua infamia *can. Infamis* 6. *qu.*1. Incurrit excommunicationem latæ sententiæ, *can. Si quis suadente* 17. *qu.*4. Nisi agatur de impuberibus *Decian. lib.*6. *c.*34. *& Nov. in Summ. Bull. p.*1. *comment.*115. *num.*18. ubi, quòd ratio hujus limitationis in promptu est, quia scilicet excommunicatio non incurritur per minores 14. annorum, juxta *Text. in cap. Puberes de Sent.*

80 *excomm.* Vel demum, nisi agatur de Ostiariis, vel aliis Officialibus, & Helvetiis, vulgò *Svizzeri*, ad custodiam Principis destinatis, & Turbam arcentibus; Isti enim proprium exer-

81 exercentes officium, si fortuitò, & non data opera, nec animo maligno Clericum percutiant, nullatenus sunt excommunicari, ex adductis per *Turrian. de Censur. lib.* 3. *disp.*29. *dub.*4. *Fragos. de Republ. Chris. t.*3. *lib.*1. *disp.*2. §.1. *num.*29. *& Dian. tom.*5. *tract.*2. *resol.*24. *per totum*, *resol.*65. *num.*3. *& resol.*66. *num.*3. *& Antonell. de Jurib. Cleric. lib.*1. *par.*1. *cap.*3. *num.*88. *& Bellett. par.* 1. *tit. de Favor. Cleric. Can.* §.3. *num.*23. *&* 29. ubi *à num.*2

82 excipiendo casus, in quibus Episcopus potest absolvere ab excommunicatione, incursa ob violentem manuum injectionem in Clericum, ait, istos contineri in sequentibus versibus, quos deindè latè, & egregiè explicat.

Regula, mors, sexus, hostis, puer, officialis
Religiosus, inops, ager, senexque, sodalis,
Janitor, adstrictus, dubius, causa, levis ictus
Debilis, absolvi sine summa Sede merentur.

83 Arcetur ab ingressu Ecclesiæ, *can. Nullus*, *& can. Si quis Ecclesiam* 17. *quæst.*4. Punitur ulteriùs pœna pecuniaria, ex quo reficere debet damnum, & restituere rem ablatam, *can. Si quis Ecclesiam* 17. *quæst.*4. & deindè condemnatur in quadruplum valoris rei ablatæ, ut probat *Decian. lib.*6. *cap.*33. *à num.*24. Qua pœna, nedum tenetur ipsemet Reus principa-

84 lis hujus criminis, sed etiam consentiens, & socii, *Via in Sum. Jur. Can. lib.*3. *tit.*35. *in fin. Novar. in Sum. Bull. par.*1. *comm.*115. *num.* 15. *& Lantell. Instit. Can. lib.*4. *tit.*5. *de Sortileg.* §. *Nec solùm*.

85 Si de Clerico, est distinguendum, nam, vel illud committitur à jam promoto, vel à promovendo. Si à promoto, iste suspendi poterit ab Ordine, &, si fuerit qualificatum, poterit etiam ab illo deponi, *cap. fin. de Furt. & cap. Licèt Hali, de Simon: Diaz. in Prax. Crim. Can. cap.*90. *nu.*2. *Panim. dec.*64. *num.*6. *& Bellet. disqu. Cleric. par.*2. §.45. *de Pœn. Cleric. num.*2. Si à promovendo, impeditur ascendere ad

86 alios Ordines, *can. Si quis* 50. *dist.* Cùmque plures, & diversæ, tam contra Laicos, quàm contra Clericos statutæ reperiantur pœnæ, arbitrarium erit Judici unam, vel plures ex illis imponere, *Zuff. Instit. Crim. lib.*2. *tit.*22. *lit. B. & seqq.*

87 Ubicumque enim Jura varias imponunt pœnas pro uno delicto, electio est Judicis, quas, & quot velit infligere, *Abb. in cap. At si Clerici*, §. *De Adulteris*, *de Judic. & Decian. lib.*6. *cap.*33. *num.*38.

88 Sive autem committitur à Laico, sive à Clerico, quando agitur de furto Sanctissimæ Eucharistiæ, quod primum obtinet gradum inter sacrilegia, pœna mortis irremisibiliter coercendus est hujus criminis Reus, *Ricc. decis.*27. *par.*2. qui si Clericus sit, etiamsi ex Religione, vel Societate, specificeam requirente mentionem, degradandus, & deindè bra-

89 chio sæculari tradendus est, juxta *Constit. f. m. Innoc. XI.* de qua *Card. de Albic. de Inconst. in Fid. part.*9. *cap.*34. *nu.*83. *Rayn. tom.*2. *cap.*14. *num.*34. quam confirmavit *f. m. Alex. VIII.* 22. *Decemb.* 1690. mediante *Constit.* relata à *Bertacchino* (quem in condiscipulum habuisse, non inutiliter glorior)

90 in suis doctis, & fundatis votis decisivis, *Vot.*20. *nu.*5. In qua ulteriùs præcipitur, ut hujus sceleris cognitio ad Judices Ecclesiasticos, & hæreticæ pravitatis Inquisitores privativè spectet, & pertineat, quæ *Constit.* impressæ fuerunt in novissimis *addition. ad Arsenal. Sacr. fol.*407.

91 An autem sacrilegus gaudeat Ecclesiastica Immunitate, negant *Decian. lib.* 6. *cap.* 28. *num.* 7. *& Villagut. de Extens. leg. Tit. de Imm. Eccles. num.*59. Verùm contraria opinio videtur communior, quia *Constit. Gregorii XIV.* excepit dumtaxat perpetrantes in Ecclesia homicidia, & membrorum mutilationes, & proindè alii sacrilegi, qui eadem de-

92 licta non perpetrarunt, erunt in eadem Ecclesia tuti; In hac siquidem parte non est facienda extensio, quia dicta Constitutio est pœnalis, *Ambrosin. de Immun. cap.*5. *nu.*6. ubi, quòd si *Decianus* vidisset *citatam Constit.* absque dubio ipse etiam hoc affirmasset.

93 Quid autem dicendum de Pauperum Advocato, an scilicet gaudeat Ecclesiastica Immunitate: Respondeo affirmativè cum *Sacra Congreg. Immunit. in S. Severini censurarum* 2. *Octobris* 1713. *Ponente Marefusco*, in qua dictum fuit -- *Gaudere, & incurrisse Baroncellum, Custodem Carcerum, Cancellarium, & Locunten. & detur Episcopo facultas absolvendi Locunten. in forma privata, & Cæteros in forma Ecclesiastica consueta.*

94 De Sacrista pariter respondeo affirmativè cum eadem *Sacra Congreg. Immunitatis in Melevitana* 30. *Septembris* 1704. de Totis licèt in d. casu semel tantùm in anno celebrarentur Missæ in Ecclesia, & nimis rarò accendebantur Lampades, & ut plurimum non à Sacrista, sed ab ejus Avia.

95 Ad compescendam licentiam illorum, qui abutuntur Immunitate, quando manent in domibus Canonicalibus, vel Ecclesiis contiguis, *Sacra Congregat.* Immunitatis rescribere solet, ut eædem ædes non locentur laicis sub pœnis pecuniariis arbitr. Ordinarii, ut resolvit *in Mantuana raptus* 30. *Septembris* 1704. de Totis.

96 Circa Immunitatem Colonorum personarum Ecclesiasticarum Sacra Congreg. Immunitatis præcedit cum distinctione, quòd, aut illi solvunt pensionem in pecunia, & non gaudent immunitate, aut verò solvunt affictum cum portione fructuum recollectorum in bonis Ecclesiasticorum, & tunc gaudent, ità practicavit *in Viterbien.* 13. *Januarii* 1705. *Ponente Card. Vallemano*, & concordat *Pignatell. consult.*57. *num.*12. *tom.*2. *& cons.*30. *num.*12. *tom.*6. & resolvit *eadem Sac. Congreg. Immunitatis in S. Agathæ* 16. *Junii* 1626. & *in Viterbien.* 18. *Junii* 1688. In hac autem parte novissimam resolutionem *Sac. Congreg. Immunitatis diei* 28. *Maii* 1721. in qua mandavit, Colonos Ecclesiasticorum non gaudere Im-

97 munitate, exceptis Colonis Cardinalium, & Episcoporum.

TITULUS V.

De Criminibus Carnis.

1 Crimina carnis, seu castitati opposita, quæ omnes tangunt, si fides præstanda est *Farinac. de Delict. carn. num.*1. subdenti, *crede mihi*, quem referunt, & sequuntur *Prat. respons. crim.*28. *num.*1. *&* 2. *& Bonfin. ad Bannim. General. cap.*6. *num.*12. ubi addit, *omnes homines tangere, & præsertim Jurisperitos*: idem sunt, ac coitus damnati, &

2 à legibus punibiles, *Clar. in*, §. *Fornicatio*, *num.*5. Castitas autem describitur à *Joann. Climac. in Schal. perfect. grad.*15. ut sit *Incorporea naturæ familiaritas, Christi jucundum diversorium, terrestris clypeus cordis, & excessiva naturæ abnegatio*, illiusque laudes reassumpsit *Alvarez, de Vit. Spirit. tom.*2. *lib.*5. *part.*2. *cap.*1. quas expendere, non Criminalistæ, sed Ascetici potiùs partes esse, ad rem advertit *Asceti-*

3 *cus, & Criminalista, Amen. de Delict. & Pœn. tit.*4. *de Delict. contr. Castit. in princ.* Distingui autem possunt ad nostrum propositum carnis Crimina in *Adulterium*, *Incestum*, *Stuprum*, *Sacrilegium*, *Concubinatum*, *& simplicem Fornicationem*, nam ad hæc reduci possunt omnia alia. *Adulte-*

4 *rium*, juxta propriam ethymologiam, dicitur quasi transitus ad alterius thorum, & definitur, *Alterius thori violatio*, *can. Non mœchaberis* 32. *quæst.*6. vel *Illicitus coitus cum uxore*, vel *marito alterius*, *D. Thom.* 2. 2. *quæst.*154. *art.*8. *in corpore*, *Brugiot. Instit. Crim. lib.*3. *tit.*13. *num.* 28. *& seq. & Zuff. Instit. Crim. lib.*2. *tit.*27. *lit. O.*

5 Dicitur *cum uxore, vel marito alterius*, nam adulterium

6 tribus modis committitur. I. Respectu utriusque, cùm scilicet, tam cognoscens, quàm cognita ligati sunt vinculo alterius Matrimonii, & tunc dicitur adulterium duplex, quia vir violavit thorum proprium, & uxor thorum viri sui, ut tradunt *Hostien. in Summ. tit. de Adult.* §. 1. *in princ. & Marta de Jurisd. par.*2. *cap.*19. *num.*32.

7 II. Respectu cognoscentis tantùm, veluti, cùm vir uxoratus accedit ad mulierem solutam, *D. Thom.* 2. 2. *qu.* 154. *art.*8. *ad* 1. quo casu dicitur adulterium simplex, *Christin. dec.*197. *num.*1. *vol.*4. *Zaul. tom.*1. *lib.*4. *rubr.*23. *sub*, *nu.*

8 87. *& de Ros. in Prax. Crim. par.*2. *cap.*4. *num.*4. III. Respectu cognitæ tantùm, cùm nimirum vir solutus accedit ad mulierem conjugatam. Licèt autem hoc non procedat de Jure Civili, juxta *Gloss. in leg. Eum, qui verb. Infertur*, *Cod.*

9 *Ad leg. Jul. de Adult.* Hac tamen Civilistarum opinione rejecta, cum Theologis, & Canonistis tenendum est, adulterium committi, etiamsi uxoratus rem habeat cum fœmina soluta, ex allegatis per *Gonzal. in cap. Si vir sciens*, *sub num.*5. *de Adulter. & Zaul. ad Stat. Favent. to.*1. *lib.*4. *rubr.* 23. *num.* 88.

10 Adulterium committi dicitur, illiusque pœna intrat, etiam si Matrimonium sit nullum ob defectum consanguinitatis, vel affinitatis, vel similem, secus propter defectum consensus, *Clar. in* §. *Adulterium*, *num.*14. Imò etiam cum meretrice conjugata locum habet, non obstante consensu mariti *leg. Si uxor*, §. *Sed & in ea*, *ff. Ad leg. Jul. de Adult.* & sancivit *f. m. Innoc. XI.* 21. *Martii* 1679. *proposit.* 50.

11 Excusatur autem à pœnarum incursu vir, ad illam accedens, attento meretricio, ut probat *Farinacc. quæst.*141. *num.*85 ubi, quòd ita magis communiter tenent Doctores, quòdque ab hac opinione non est recedendum, atque in Urbe, quæ omnium aliarum Civitatum est magistra, ita servari testatur, cujus tamen contrarium, reprobato *Farinaccio*,

rinacio, probat *Panim. dec.* 24. *nu.* 20. *& seqq.* Nasci autem
12 de adulterio, non est ejus culpa, qui nascitur, sed illius, qui generat, *c. Nasci dist.* 56.

13 *Incestus* est crimen carnis adulterio gravius, *Corrad. in Prax. Crim. tit. de Incest. num.* 10. *Caball. ref. Crimin. cas.* 220. *nu.* 1. *&* 2. *& Jodoc. in Prax. Crim. c.* 94. *n.* 1. ubi, quòd quando inter venerea crimina levior est fornicatio, tantò
14 incestus est suo scelere gravior; Pejus enim est cum matre, vel cum sorore, & similibus conjunctis personis, quàm cum aliena uxore concubere, *can. Adulterii* 32. *quæst.* 6. *& Brugiot. Instit. Crim. lib.* 3. *tit.* 15. *num.* 1. & definitur *Con-*
15 *sanguineorum, vel affinium carnalis abusus*, idest omnis coitus perpatratus inter consanguineos, vel affines, tam ascendentes, & descendentes, quàm collaterales in linea æquali, vel inæquali, propter Juris prohibitionem matrimonium contrahere non valentes, *can. Lex Julia*, *§. Cùm ergo* 30. *q.* 1. *leg. Si quis, ff. de Quæstion. & Auth. Ex complexu. Cod. de Incest. nupt. D. Thom.* 2. 2. *qu.* 154. *art.* 9. *Zuff. Inst. Crim. lib.* 2. *tit.* 27. *lit. CC. & Paul. Grilland. de Pœn. om-*
16 *nis. coit. q.* 3. *n.* 1. ubi, quòd id verum est, etiam de conjunctis spiritualiter, mediantibus nimirum Sacramentis Baptis-
17 matis, & Chrismatis, & latè *Panim. dec.* 61. *per tot. & Nevizz. in Sylv. nupt. lib.* 2. *verb. Qualitas, n.* 117. *f.* 227. ubi, quòd Jo: Jacobus Trivultius Marchio Viglevani solitus erat dicere incestuosis: *Si tu incipis dehonestare familiam, & affinitatem tuam, quid facient alii?*

18 Adverte hic, quòd affinitas non oritur ex qualibet copula, seu ex qualibet immissione panis calidi in furnum, juxta phrasim, qua utitur *Porr. in Fascic. Rer. Crim.* §. *Fornicatio, fol.* 461. juxta *casum, de quo loquitur Abb. antiquus in cap. Fraternitati, de eo qui cognovit consang.* ibi: *Quidam dixit per hæc verba, juxta ripam Acherontis vitulus depastus est, non intravit, sed rigavit, quæritur, quid Juris sit, quia fenestram non aperuit, sed in circuitu palpitavit, vel claustrum non aperuit, sed hortum exterius irrigavit*, & concordat *Gloss. in can. Extraordinaria* 35. *qu.* 2. *verb. Extraordinaria* ibi: *Ita quod non attigit claustra pudoris, sed in circuitu palpitabat*, sed ad dictum effectum copula debet esse perfecta, per quam scilicet vir, & fœmina una caro efficiantur, ex alleg. per *Rayn. tom.* 2. *cap.* 21. §. 1. *num.* 133. *Rot. in dec.* 8. *num.* 19. *coram Arguel. & Amen. de Delict. & Pœn. tit.* 4. §. 9. *Verb. Sacrilegium cum Moniali, num.* 4. ubi, quòd requiritur ad hunc effectum, nedum penetratio intra vasa pudoris, sed etiam seminatio, inferendo exindè, quòd
19 quando hæc ultima deficit; non sit locus pœnæ ordinariæ, sed solùm extraordinariæ, augendæ juxta vicinitatem ad ad actus complementum, vel consumationem. Eodem autem *tit.* 4. §. 11. *num.* 12. *in medio* parùm forsam commendabiliter refert, in confessione excepisse modum quen-
20 dam nimis improprium, quem tenebat amasius, ne gravida efficeretur amasia, cum qua frequenter dormiebat, A quo parùm distare videtur illa Recepta, quam quidam facetus medicus dedit juveni, quærenti modum prohibendi
21 impregnationem Amicæ, quamve registravit, *Nevizz. in Sylv. nupt. lib.* 3. *v. Stuprator, n.* 23. *f.* 253.

22 *Stuprum* strictè sumptum *est coitus cum virgine, vel vidua, honestè vivente, can. Cum ergo* 31. *quæst.* 6. *& leg. Inter, ff. de Rit. nupt. D. Thom.* 2. 2. *quæst.* 154. *art.* 6. *Paul. Grilland. de Pœn. omnif. coit. quæst.* 7. *num.* 1. *& Brugiot. Institut. Crimin. lib.* 3. *tit.* 17. *numer.* 3. *& de Angel. de Delict.*
23 *part.* 1. *cap.* 124. *num.* 1. *seqq.* ubi *num.* 27. explicat, quare Neapoli virgines dicantur in capillis, ex eo scilicet, quòd cùm veteres sponsam ducendam sponso velarent, puellæ, quæ innuptæ remanent, dicuntur esse in capillis, hoc est non velatæ; Dixi *honestè vivente*, nam secus erit ubi stuprata est inhonesta, *leg. Si uxor*, §. *Sed in ea, ff. Ad leg. Jul. de Adult.* Vel si sit meretrix, vivatque inhonestè, non
24 publicè, sed occultè, & inhonestatem exercendo sub illicito concubinatu. Dicitur *virgine*, quod intellige, sive
25 matura, sive immatura, *Zuff. Institut. Criminal. lib.* 2. *titul.* 27. *lit. G.* Commissum tamen cum immatura, scilicèt cum minori 12. annorum, multò gravius est, quàm commissum cum viri potente, *Conciol. resolut. Criminal. Verb. Stuprum, resolut.* 4. *num.* 2. *Ciarlin. controv.* 174. *per tot. Cosp. nel Giudic. Crimin. part.* 3. *cap.* 39. *per tot.* ubi de indiciis ad cognoscendum, quando virgo dicatur, vel non viri potens, & de aliis stuprum indicantibus, & *cap.* 40. latè agit de indiciis ad cognoscendum, quando mulier peperit,
26 & *Rayn. tom.* 2. *cap.* 23. §. 1. *num.* 44. *& seqq.* ubi, quòd non concordant Doctores in assignanda pœna, nam aliqui volunt esse metalli, seu deportationis, alii verò mortis; In Urbe tamen vigore *Bannim. Gener.* sublatum est omne dubium, quia literaliter pro dicto crimine imponitur pœna
27 mortis naturalis, etiamsi prætendatur, puellam suum præstitisse consensum, & cùm habeamus legem expressam, non debemus esse lege clementiores, *Zaul. t.* 1. *lib.* 4. *rubr.* 23. *n.* 106. *& Panim. dec.* 93. *adnot.* 2. *n.* 15. Nota hic ex *Aristotel. lib.* 7. *de Animal.* relato *à Kormann. de virgin. Jur. cap.* 60.
28 mutationem vocis in virgine arguere virginitatis amissionem, ea ratione quia lætitia, quæ in coitu summa est, dilatationem, tum cordis, tùm & spirituum faciat, ibique adducit exemplum ollæ, sive campanulæ, quæ tota, & integra, minorem sonitum pulsata reddit, è contra fracta, aut rima accepta, obtusiorem, & duriorem. In antecedenti
29 autem cap. 29. *cum D. Hier. in Epistol. ad Eustoch.* observaverat, virginitatem semel amissam ampliùs recuperari non posse. Verba ejusdem Sancti Doctoris, relata in *Can. si Paulus* 32. *qu.* 5. hæc sunt, *Audacter dicam, cùm omnia possit Deus, suscitare virginem non potest post ruinam.*

30 Dividitur stuprum in illud, quod committitur cum violentia, & in illud, quod sine illa patratur. Stuprum cum violentia dupliciter contingere potest, cum armis scilicet, seu vi publica, & sine armis, seu cum vi privata; Ad hoc autem ut per vim commissum intelligatur, sat est, quòd hæc sit interpretativa, illata nimirum precibus, persuasionibus reiteratis, & importunis promissionibus, & similibus, ut suprà diximus *de Raptu*.

31 Sine violentia verò est, quando puella liberè consentit, nec concurrunt importunæ persuasiones, quo casu levius est, *Farin. q.* 141. *n.* 49. *& seqq. & Rayn. tom.* 2. *cap.* 23. §. 4. *n.* 96. *& seqq.* ubi, quòd, si è converso mulier virum sollicitavit, seu allexit, puta accedendo ad domum, seu ad lectum viri, iste ad nihil tenetur, quòdque id procedat etiamsi vir leviter virgini persuasit, quia secundùm hodiernos mores puella, quæ leviter persuasa consentit, spontè, & ardenter voluisse dicitur, *&* §. 1. *n.* 91. quòd puellæ, quæ in corde suo non dissentiunt, volunt videri per vim sibi gratam stupratæ, juxta illud *Ovidii*:

Vim licèt appelles, grata est vis illa puellis,

32 *Amesc. de Potest. in sepsf. lib.* 2. *c.* 16. *n.* 6. *&* 7. *& P. Segn. nel Christ. instr. par.* 3. *rag.* 17. *nu.* 12. *in fin.* ubi, quòd similes puellæ impropriè solent illos vocare propriæ honestatis persequutores, quibus non solùm liberè consentiunt, sed quos ipsæmet *sono le prime ad incitare con cenni, con ghigni, con gesti, e con motti indecentissimi*, & priùs *par.* 1. *ragion.* 31. *nu.* 12. *in med.* egregiè adverterat, easdem puellas, quæ arden-
33 ter mala facere optant, *vogliono esser lusingate con mille inviti, violentate con mille istanze, & assicurate contra infiniti timori*, vide *Piton. t.* 2. *discept.* 52. *n.* 52.

34 Secunda divisio est, quòd aliud dicitur stuprum commissum cum adulterio, aliud verò sine illo. Cum adulterio, veluti, si vir uxoratus rem habeat cum virgine, vel cum vidua. Sine adulterio, veluti, si solutus virginem, vel viduam
35 cognoscit, *Far. cit. q.* 177. *n.* 55. Observa hic, Bulgarum derisum fuisse à suis Scholaribus, quia die antecedenti duxerat uxorem viduam, & de manè incepit legere, & explicare, *leg. Rem non novam, C. de Judic.* ut refert ibidem *Glossa verb. Rem*, & latiùs *Kormann. de Virginit. c.* 26.

36 Stuprum autem cum adulterio, vel sine, uti difficilis probationis, ex præsumptionibus, & conjecturis probari, observant adducti per *Panim. dec.* 93. *per tot. cum suis adnot.* ubi latissimè *Conciol. verb. Stuprum, resolut.* 3. *per tot. ubi resol.* 1. *pariter per tot.* docet modum, quo in hoc crimine corpus delicti probatur, per inspectionem scilicèt, & relationem obstetricum, & personarum peritarum; *& Rot. decis.*
37 8. *num.* 30. *& seqq. coram Arguel.* ubi, quòd ipsæmet meretrices affectant latebras, & obscuritatem, juxta illud *Juven.*

Claude fenestras,

38 *Vela tegant rimas, junge ostia, tollito lumen.*

& illud Martialis:

At meretrix abigit testem, veloque, seraque,
Raraque si memini, fornice rima patet. Quas authoritates refert, & seq. *D. Pit. disc. Eccl.* 52. *sub num.* 11. observans sim-
39 plicitatem *Sanch. de Matr. l.* 5. *disp.* 8. *nu.* 26. asserentis, sponsalia transire in matrimonium per copulam coram testibus, subdens, *Heu simplicitatem viri Religiosi, cujus dictum facit pro Canibus.* Et tamen de fide est, id factum fuisse ab
40 Absalone, ut legitur, *lib.* 2. *Reg.* 16. 22. ibi *Ingressus est ad Concubinas Patris sui coram universo Israel*, ut observat *P. Segn. predic.* 19. *n.* 6. *post medium*: Et omissis antiquioribus, in Urbe die 18. Februarii 1705. talis casus, sequutus propè Obeliscum Plateæ S. Petri, punitus fuit fustigatione mulieris, & viri, & transmissione istius ad Triremes. Quæ dicta sint,

Ursaya Institut. Crimin. V

41 sint, non animo contradicendi eidem eruditissimo Authori, amico meo, sed pro sola defensione simplicitatis, *Sanchez*, quem communem in matrimonii materia magistrum meritò vocat *Gobat. in Theolog. experim. tract. 9. sect. 2. n. 502. fol. 685.* & perfectum ejusdem materiæ, & secretorum illius indagatorem, *Fontanell. de Pact. nupt. tom. 2. glos. 12. n. 12.*

42 Inter quas conjecturas stuprum, vel adulterium probantes, principem obtinet locum illa decubitus viri, & mulieris in eodem lecto; Ut enim observant *Alex. cons. 37. n. 7. lib. 7. & Rot. in Monasterien. Matrim. 26. Junii 1696. §. Ex testibus cor. Emin. Caprara*, valet hæc consequentia, *Talis fuit in lecto cum muliere, ergo eam cognovit*, *& Alex.* sequuntur *Masc. de Probat. concl. 312. n. 1. & Panim. dec. 93. adnot. 1. n. 31. & de Ros. in Prax. Crim. par. 3. c. 4.* ubi, quòd si vir, 43 & mulier condormiant in eodem lecto, non est præsumendum, ut Psalmos legant, vel sacra colloquia tractent, sed, quòd perficiant id, quod locus, & occasio præbent, & antecedenter amantes concupiverant. Quod de solo acces-44 su ad domum meretricis, advertit etiam *Sperell. decis. 140. in princip.* dicens, non esse præsumendum, quòd quis ad 45 illam accedat animo dicendi *Pater noster*. Nec etiam parvi facienda est illa circumstantia, quando viro, & muliere in cubiculum ingressis, paulò pòst visa sit egredi mulier, crinibus incomptis, veste corrugata, cum facie ultra consuetum rubicunda, atque tota inculta, & inordinata, per ea, quæ ad rem observant *Ferret. consil. 389.* ubi, quòd aliàs oporteret præsumere, post ingressum cubiculi, ortam statim fuisse inimicitiam, quòdque mulier verberata fuerit, quod nemo sani capitis diceret, *Rimin. consil. 274. num. 48. & seq. Bild. quest. 120. num. 17. Farin. quest. 136. num. 169. Masc. de Probat. concl. 452. num. 18. & Amen. de Delict. & 46 Pœn. tit. 4. §. 4. num. 7.* ubi, quòd Svetonius in Vita Octaviani Augusti id scripsit de fœmina Consulari, quæ visa fuit adduci è Triclinio viri in cubiculum, à quo reducta fuit ad convivium rubentibus auriculis, & incomptiori capillo,

47 Inter easdem pariter conjecturas non infimum obtinet locum munerum datio, & receptio, quæ, ut ad rem advertit *P. Segner. nel Christ. instr. par. 3. raggion. 7. num. 3. Non 48 sono meno autorevoli testimonii della benevolenza di chi gli dà, di quel, che siano rigorosi esattori della corrispondenza di chi gli riceve.* An autem assertio stupratæ indicium faciat contra assertum stupratorem, videndus *Conciol. alleg. 98. per tot.*

49 Essent hic adnectenda aliqua de alio carnis delicto, quòd meritò mutum vocat *Diaz. in Prax. Crim. Can. cap. 8. lit. A.* eò quòd sic aures offendat, ut de illo, nec etiam loqui fas sit, quòdque homines mutos reddere aptum est, ut advertit *Cobell. ad Bull. bon. reg. c. 14. n. 13.* Verùm, quia illud nimis alienum est ab honestate nostrorum temporum, & posset aures, & calamum dehonestare, ideo illius explicationem libenter omittimus: poterunt tamen in facti contingentia de illo tractantes videri, *Rayn. t. 2. c. 21. per tot. Conciol. Resol. crim. immediatè post Verb. Socius, Zaul. t. 1. lib. 4. rubr. 23. à n. 147. ne Angel. de Delict. par. 1. c. 91. Amen. de Delict. & Pœn. tit. 4. §. 11. & Bellett. Disquis. Cleric. par. 1. tit. de Pœn. Cleric. §. 11. per tot.*

50 *Sacrilegium carnale est coitus cum persona, quæ voto castitatis sit adstricta*, sive illud emissum sit in susceptione Ordinis sacri, sive in professione Religionis, *D. Th. 2. 2. q. 154. art. 10. Paul. Frillan. de Pœn. omnif. coit. q. 1. n. 4. Card. de 51 Luc. in Prax. crim. Verb. Sacrilegium, §. 2. & Amen. de Delict. & Pœn. tit. 4. §. 9. n. 2.* ubi, quod licèt aliqui asserant, coitum Presbyteri cum muliere soluta non esse sacrilegium, verius tamen, est illud esse propriè tale, rationibus ibidem adductis, & in antecedenti, *§. 3. n. 2. & 3.*

52 *Concubinatus*, quem inæquale conjugium, & semimatrimonium vocat *Rot. in dec. 33. n. 35. & 36. par. 16. rec.* stri-53 ctè sumptus, *est unius tantùm viri soluti cum una tantùm fœmina soluta, domi retenta, carnalis consuetudo, cum quadam societate vitæ, maritali societati similis, absque ullo religionis ritu, & connubiali lege, sed solo naturali affectu, & inclinatione procreandæ sobolis, inter ipsos inita, Gonz. in c. Si autem, n. 3. de Cohab. Cler. & Mulier, Amen. de Delict. & Pœn. tit. 4. §. 3. n. 7. & Zaul. t. 1. lib. 4. rubr. 23. n. 1.* Ex quibus 54 patet, plures concurrere debere circumstantias ad hoc crimen constituendum, in quarum enumeratione explicantur singulæ particulæ positæ definitionis.

55 I. Quòd inter concubinarios sit commercium carnis, non momentaneum, sed habens tractum successivum, ut per hoc distinguatur à simplici fornicatione, & furtiva coitione, *Decian. lib. 6. c. 21. n. 1. Masc. de Probat. concl. 341. 56 num. 2. & Panim. dec. 59. num. 5.* II. Quòd hæc carnalis consuetudo sit unius tantùm viri cum unica tantùm fœmina; Inter unum siquidem virum, eamdem consuetudinem habentem cum duabus fœminis, vel inter unam fœminam, illam habentem cum duobus viris, concubinatus esse non dicitur, *§. Consideremus, & §. Si autem, Auth. de Trient. & Semiss. & de Angel. de Delict. par. 1. cap. 28. num. 7.* III. Ut sint so-57 lutus, & soluta, idest, quòd sint tales, ut nullus eorum sit alligatus vinculo matrimonii, vel aliqua lege naturali, aut positiva, quæ inter ipsos conjugium celebrari prohibeat, *Paleoth. de Noth. & Spur. c. 12. n. 2. de Angel. de Delict. par. 1. c. 28. n. 7.* Imò requiritur, ut inter eos non dicatur stuprum committi, & sic, quòd fœmina non sit virgo, vel vidua 58 honesta, *leg. 1. ff. de Concub.* Quod quidem verum est, quando post stuprum subsequitur diutina cohabitatio, quia tunc post illud remanet purus concubinatus, *Farin. quest. 138. num. 30.* IV. Quòd hæc carnalis consuetudo contineat quan-59 dam vitæ societatem, & indubitatum affectum, nam debent in eadem domo manere, simulque convivere, *§. Si quis, Auth. Quid. Mod. nat. effic. sui, & Bart. in l. fin. ff. de Concub.* ubi proinde benè observat, quòd si aliquis eo modo teneat mulierem extra domum, non dicitur propriè concubinarius, *Farin. qu. 138. n. 5.* ubi *à n. 8. ad 24.* undecim enumerat requisita ad constituendum concubinatus flagitium, & *Panim. dec. 59. n. 6. & Rot. cor. Coccin. dec. 1693. num. 2.* ubi, quòd hoc procedit de Jure Civili, nam Jure Canoni-60 co attento, reprobatur concubinatus, etiamsi Clericus concubinam retineat in domo conducta, vel in domo amici, citans concordantes. V. Demum, ut ad finem susci-61 piendæ sobolis ex naturali inclinatione inita sit, nam concubina non debet teneri solius luxuriæ, & voluptatis causa, dum in Jure Civili vice conjux appellatur, & à legitima uxore in dignitate, & solemnitate dumtaxat differt, *leg. Item legata, §. Nihil, ff. de Legat. 3. & leg. Masurius, ff. de Verb. signif.* & latè *Rot. dec. 683. n. 4. cor. Emer. jun. & dec. 367. n. 35. & seq. p. 16. rec.*

62 Nec dicatur, quòd concubinatus non sit delictum mixti fori, imo nullatenus crimen, Jure Civili attento, à quo potiùs permissus videtur, & relictus in meris terminis naturæ, *leg. 1. §. fin. ff. de Concubin. & leg. In concubinatu, ff. Eod.* Quia, etiam Jure Civili attento, concubinatus prohibitus dicendus est, cùm sit mortale peccatum, quod ab 63 illo approbari non potest, *de Angel. de Delict. par. 1. cap. 28. nu. 2. & 3.* Licèt autem ille in lege Civili non sit specialiter damnatus, quia tamen in pertinentibus ad animam Jus Civile, Juri Canonico se subjecit, *cap. 1. §. Quia verò, de 64 Nov. oper. nunc. & cap. 2. & fin. de secund. Nupt.* Ex hoc sequitur, habendum esse, ac si esset in specie interdictus, ut benè observant *Panimol. dec. 59. num. 1. & Zaul. tom. 1. lib. 4. rubr. 23. num. 4.* ubi, quòd, quidquid dicendum sit de Jure Civili antiquo, certum est, quòd spectato jure novissimo, de quo *in §. 1. per tot. Auth. de Lenonib.* concubinatus est etiam de Jure Civili damnatus, & prohibitus. Unde si 65 concubinarius fuerit clericus, judicabitur à Judice Ecclesiastico tantùm, à quo etiam concubinam clerici ratione connexionis, & communionis causæ privativè puniendam esse, observant *Fagn. in cap. Nullus n. 32. de For. compet. Barb. de Jur. Eccl. lib. 1. cap. 39. §. 2. n. 61. & Zaul. tom. 1. lib. 4. rubr. 23. num. 8.* Si verò concubinarius fuerit laicus, tunc ab 66 Ecclesiastico, & etiam à sæculari Judice puniri poterit, ut, pluribus relatis, observant *Farin. quest. 138. num. 31. & Panim. dec. 59. n. 3.* & resolvit *S. Cong. Conc. in Reatina 24. Septembris 1639. lib. 16. Decr. fol. 259. Gerardus Mercator* in descriptione totius orbis in descriptione *Magni Ducatus Lithuaniæ, lit. VV.* accommodato vocabulo asserit, apud Lithuanos, Concubinarios vocari *Adjutores Conjugiorum* ibi: *Inter se Matronæ palam Concubinos habent, Maritorum permissu, quos connubii vocant Adjutores.*

67 Concubinatui proxima est Fornicatio, quæ dupliciter considerari potest. I. scilicet, quatenus est nomen generis, sub se continens omnes species illiciti, ac damnati coitus, in quem sensum legitur *in can. Meretrices 22. qu. 4.* ut observat *Brugiot. Instit. Crim. lib. 3. tit. 19. in princ.* II. Uti species, sub qua consideratione definitur, ut sit *coitus viri soluti cum muliere soluta, & impudica, Grillan. de Pœn. omnifar. coit. qu. 9. n. 2. & 3. Card. de Luca in Prax. Crim. cap. 68 4. verb. Fornicatione, Zuff. Inst. Crim. l. 2. tit. 27. lit. A. & Jor. de Matr. p. 18. q. 37. n. 1.* Ad hunc autem effectum solutus dicitur, qui liber est à Conjugio, à Voto, ab Ordine Sacro, à Religione, à Professione, & à Cognatione spirituali, *Jor. ubi supra.*

69 Talis autem, & tanta est bonorum Advocatorum præsumptio, ut observent DD. adducti per *de Angel. de Delict. par. 1.*

par. 1. cap. 4. n. 21. quòd si mulier aliqua repetiatur cum Advocato, etiam sola, & in aliquo secretiori cubiculo, præsumatur ab eo petere consilium, non autem fornicari, cum quo concordant *Grat. conf. 36. n. 24. lib. 1. & Joseph Ludevis. decis. Perus. 107. n. 22.* asserentes, quòd sicuti mulieres 70 indifferenter accedunt ad alia honesta loca, absque ulla suspicione, ita accedere possunt ad domos Advocatorum, pro petendis ab eis consilia.

71 Si autem quæras hic, an Fornicatio mala sit, quia mala, vel potiùs, quia prohibita; Præmisso, quòd in malis, quia prohibitis, non contingit peccari, nisi peccato inobedientiæ, quia in talibus tota peccati malitia se tenet ex parte 72 transgressoris prohibitionis, *Fagn. in cap. Cum pridem, num. 4. de Pact.* Respondeo, illam esse malam ex suo genere, ra- 73 tionibus adductis *à D. Thom. 2. 2. quæst. 154. art. 2. & 3.* & sancivit *san. mem. Innocent. XI. 2. Martii 1679. prop. 48.* & latè probat, *Panim. dec. 38. per tot.* ubi, quòd illa nedum Jure Divino, sed etiam Naturæ prohibita est, & *Rot. dec. 47. n. 6. par. 16. rec.*

74 Quòd si ulteriùs quæras, an sit majus peccatum coire cum muliere deformi quàm formosa, Respondeo affirmativè. Cùm enim pulchritudo sit incitamentum ad libidinem, deficiente tali stimulo in muliere deformi, homo seipsum tentare dicitur, & consequenter magis peccat, *Caball. res. crim. centur. 3. c. 244. n. 12. & Zacch. qu. Medicol. lib. 3. tit. 1. q. 1. n. 18. & 19.*

75 Hi sunt coitus de jure punibiles, quibus addi possunt coitus Feudatarii cum uxore sui directi Domini, vel vidua, ab illo relicta, quæ nondum secundò nupserit. Iste enim ultrà alias pœnas privatur feudo, *c. 1. §. 1. Quib. mod. Feud. amit.* II. Curatoris cum virgine, sibi credita, pœna enim deportationis, & confiscationis omnium bonorum coercendus 76 est, *l. unic. C. Si quis eam, cujus Tut. fuer. corrumper. Boer. dec. 317. n. 1. Basil. dec. 15. n. 41. & Amen. de Delict. & Pœn. tit. 6. §. 2. n. 19.*

77 III. Custodis carceris cum carcerata, etiamsi hæc sit meretrix, qui graviter punitur, *Menoch. de Arbitr. lib. 2. centr. 3. cas. 292. Grillan. de Pœn. omnif. coit. qu. 13. per tot. & Boer. dec. 317. n. 1. & 2.* sed de hoc latius infra *lib. 4. tit. 3.* Ultimò Judex, & Turcæ cum Christiano, vel è converso, 78 qui proculdubio punibilis est, & quidem graviter, sed citrà mortem. *Marqu. de Jude. par. 2. cap. 3. Ricciul. de Jur. Pers. lib. 2. c. 2. n. 26. & seq. Conciol. verb. Judæus, resolut. 1. per tot. Menoch. de Arbitr. lib. 2. cent. 3. cas. 292. Grillan. de Pœn. omnif. coit. quæst. 12. per tot. & Rayn. tom. 2. ad cap. 23.* 79 *suppl. 4. n. 6. & seqq.* Nisi agatur de stupro, vel adulterio ex parte mulieris, quia tunc locus esset pœnæ mortis, *Farin. qu. 139. nu. 19. & seqq. Mut. dec. 89. num. 7. & seq.* Et nisi Judæus rem habeat cum Christiana in figura matrimonii ob atrocitatem, & gravitatem similis commixtionis, *Mer-* 80 *qu. de Jud. p. 1. c. 13. n. 2. & p. 2. c. 3. n. 1. Fermosin. Alleg. Fiscal. par. 2. q. 1. nu. 3. & Sabell. in Summ. §. Coitus, nu. 4.* Et demum, nisi Judæus se immiscuerit cum Christiana in Fidei contemptum; Tunc enim nulli dubium est, quin hoc delictum puniri debeat ad instar criminis læsæ Majestatis, *De-* 81 *cian. lib. 5. cap. 12. & Rayn. tom. 2. ad cap. 23. suppl. 4. numer. 15. & seqq.* ubi *num. 18.* quòd in dubio præsumitur, Judæum potiùs ex libidine, quàm in Sanctæ Fidei contemptum deliquisse, quod observat etiam *Barbat. consil. 63. num. 7. lib. 4.* In hoc autem posteriori casu Judæus puniendus est ab Inquisitoribus hæreticæ pravitatis, *Caren. de Offic. Inqu. 2. cap. 14. 13. Mut. dec. 89. per tot. & Fermos. alleg. fiscal. part.* 82 *3. qu. 1. num. 6. & seqq.* Quidquid dixerit *Surd. consil. 497. num. 8.* quem reprobat *Caren. ubi suprà à n. 8. usque ad n. 13.*

83 An autem Judæus se faciendo Christianum, evitet omnem pœnam coitus, habiti cum Christiana, affirmant *Far. qu. 98. n. 147. & Matth. de Re Crim. contr. 562. 11. & seqq.* ratione favoris Fidei. Favendum siquidem semper est baptismo, quando Reipublicæ gravis jactura ex illo non sequitur, *& Ryn. tom. 2. ad c. 23. suppl. 4. nu. 52. & seq.* Imò, quòd in hoc casu liberanda sit etiam mulier Christiana, probat *Matth. ubi supra, num. 17.* attestando, ita fuisse decisum in suo casu, in quo mulier à pœna fustigationis liberata fuit.

84 Solent quandoque petulci Juvenes impetu amoris, vel ad faciliorem viam matrimoniis sternendam, viduas, vel virgines deosculari per vim, quod delictum in Civitate, & Regno Neapolitano irremissibiliter puniendum pœna mortis statutum fuit *in Prag. 1. de Oscul. mulier. circa fin.* de qua *Viv. dec. 117. & de Angel. de Delict. part. 1. cap. 94. num. 7.* In Urbe verò reputatum fuit pariter grave temporibus Sixti 85 V. & Clemen. VIII. nam, ut legitur in Vita Sixti V. *fol.* 320 & observant *Farin. quæst. 122. nu. 150. Panim. dec. 58. n. 7. & Amen. de Delict. & Pœn. tit. 4. §. 3. nu. 41.* plures Rei hujus criminis fuerunt ad Triremes condemnati, & quidam nobilis Romanus fuit etiam pœna mortis punitus, referente *Rayn. tom. 1. cap. 11. §. 6. n. 2.* ubi *num. 3.* quòd anno 1655. de ordine S. Consultæ hujus criminis Reus condemnatus fuit ad Triremes in perpetuum, *Trevis. dec. 117. in fin. & Basil. dec. 22. n. 5.*

86 Juxta *Bannim.* tamen *Gener. Stat. Eccles. cap. 7.* distinguendum est, nam, vel osculum sequitur impetu amoris, & absque fine matrimonii, & intrat pœna Triremium, & confiscationis bonorum, etiamsi solus sequatur amplexus eodem pravo fine. Vel sequitur cum intentione, & fine matrimonii, hoc est, vel ad illud impediendum cum alio, in amore rivali, vel ad facilitandum proprium, & pœna capitis punitur, cum declaratione, quòd minor ætas non excuset, ut observat *Card. de Luca in Prax. crim. Verb. Ba-* 87 *gio forzoso, §. Ma per quel.* Jure autem communi attento, hoc casu sola pœna arbitraria mulctandum probant, *Caball. resolut. crimin. resolut. 96. num. 12. & seqq. Panim. dec. 58. num. 11.* Si autem mulier consentiat, tunc nullius criminis reus est osculans, ut observat *Bonfin. ad Bannim. Gener. d. c. 7. in fin.*

88 Generaliter verò loquendo, observant Doctores, aliquando parcendum ei, qui per amorem adamatæ puellæ osculum præbet; Amor enim ebrietati comparatur, & furentis vim habet, ut advertunt *Farin. qu. 98. num. 64. Afflict. in Const. Regn. Si quis rapere, lib. 1. sub nu. 8.* ubi, quòd quidam nobilis de domo Alanio, cujus filia fuit per vim osculata, fecit illam in Ecclesia lavare sibi faciem coram Populo, id parvipendendo, *& decis. 226. per tot. Baron. de corpor. tit. de Ore num. 128.* referens idem factum d. nobilis de domo Alanio, & subjungens, quòd, non obstante dicta ablutione faciei, osculans statim aufugit, & numquam ampliùs visus fuit, *Amen. de Delict. & Pœn. tit. 4. §. 3. num. 42.* ubi, quòd apud cordatos viros nullam ex simili facto puella incurrit infamiam, id invita, & reluctans passa, & refert illud *Guarini, Bocca bacciata a forza, se il bacio sputa, ogni vergogna ammorza, Peguer. dec. crim. 7. per tot. & de Angel. de Delict. par. 1. c. 94. nu. 17.* ubi refert exemplum Philistrati, Atheniensium Tyranni, cujus filia in publico deosculata fuit ab adolescente, ejus amore capto, qui licèt ab ejus uxore stimularetur ad capitale supplicium de eo sumendum, respondisse fertur, *Si eos, qui nos amant, interficimus, quid iis faciemus, quibus odio sumus*, de quo etiam *Ricc. collect. 1706. vers. Amplia 6. & Basil. dec. 22. num. 4.* Si autem hoc 89 attentetur à Clerico, *Gloss. in can. absit 11. quæst. 3.* asserit, in bonam esse accipiendam partem, interpretando, id factum esse causa imprimendæ benedictionis, *& Harbon. de ætat. ann. 60. qu. 6. num. 6.* ubi sequitur dictam Glossam. Quod tamen non admittit *Franc. Brun. de Indic. & Tort. par. 1. qu. 4. nu. 9.* subdens, *Sed ab hac benedictione liberet Nos Deus*, & concordant *Nevizz. in sylv. nupt. f. 373. n. 76.* & *Ciarlin. contr. 174. n. 20.* Datum verò Monialibus extraordinaria pœna puniendum ait, *Amen. de Delict. & Pœn. tit. 4. §. 4. num. 17.*

90 Plura autem de Osculis, illorumque divisionibus, vide apud *Martin. Kemp. in tra. de Oscul. Zanger. de Tortur. c. 2. Alex. ab Alex. Dier. Genial. c. 19. Besold. in Thesaur. pract. lit. Z. Verb. Osculatio, Donatus* sequutus *à Felice Potest. in exam. confess. n. 2205.* ait: *Tria esse osculandi genera, osculum scilicet, basium, & suavium; oscula officiorum sunt, Basia pudicorum affectuum; suavia libidinum, & amorum, Basil. dec. 22. de Angel. de Delict. par. 1. c. 94. n. 2. & seqq.* ubi, quòd osculum dicitur inter amicos, basium inter Parentes, & suavium inter amasios, *& de Ros. in Prax. crim. par. 2. c. 1.* Modum verò deosculandi apud *Constant. Roger. de Dot. c. 19. n. 18.* ibi, *Sed multi nesciunt osculari, unde tu apponas* 91 *alteram manum ad mentem mulieris, alteram verò ad occiput, cum eleganti labiorum impressione.*

92 Omni ævo, & apud Nationes omnes, osculum amoris signum fuisse, observat *Jacob. Lobet. in Specul. Eccles. cap. 8. §. 4.* advertens, apud Græcos amare, & osculari eodem significari verbo, nempè φιλεῖν eò, quia amor in corde residens subit quodammodo in os, & per illud tamquam per ostium animi elabitur in mutuos amantes, quæ omnia ita trita sunt, omnibusque pervia, ut pluribus probare sit ne- 93 fas, juxta animadversionem *Dian. to. 4. tract. 8. resol. 123. n. 2. in fine.*

94 In Moscovia autem aliud curiosum amoris signum refert *Gobat. in Theol. experim. tract. 10. de Matrim. cas. 20. num. 814. fol. 771.* sequentibus verbis, *Umbertus cognomento Jordanus*,

danus, gente Alemanus, faber ferrarius est Moscoviæ, qui duxit uxorem Ruthenam, Eacùm apud maritum aliquando esset, hunc ex occasione quadam amicè sic alloquitur, Cur me, Conjux charissime, non amas? Respondet maritus, Ego verò te vehementer amo, nondum, inquit, habeo signa amoris: Quærebat igitur maritus qualia signa vellet, cui uxor, Numquam, ait, me verberasti. Mihi sanè, inquit maritus, verbera non videbantur esse signa amoris, sed tamen nec hac parte deero, atque ita non multò post eam crudelissimè verberavit: Quod tamen signum meritò barbaricum vocat ibidem *n.* 715. *idem Author.*

95 Quia verò carnis delicta, ut plurimùm ope, & ministerio infamium personatum, seu Lenonum committuntur, ideò pauca de his subjicimus.

96 Lenocinii crimen pessimum est, & detestabile, ut patet ex principio tituli *Auth. de Lenon.* & observant *Corrad. in prax. crim. rubr. de Lenon. n.* 1. *Jacob. de Bellovis.* pariter *in Prax. eod. tit. de Lenon. n.* 1. *cum seqq. Panim. dec.* 84. *nu.* 1. *Brugiott. Instit. Crim. lib.* 3. *tit.* 14. *in princ. & de Angel. de Delict. par.* 82. *num.* 2. Leno autem propriè ille est, qui quæstuarias fœminas habet, & in illis quæstum exercet, *leg.*

97 *Athletas, §. Ait, ff. ad leg. Jul. de Adul. Panim. dec.* 81. *n.* 3. *& Peguer. dec.* 15. *sub num.* 5. Neque est necesse, ut principaliter quis, & primariò id faciat, sed sat est, quòd sub nomine, & colore alterius liciti exercitii quæstus causa fœminas viris prostituat, *Gloss. in cit. leg. Athletas Vers. Accessoriè, & Verb. Non in officium,* ubi ponit exemplum in cauponibus, & balneariis, qui fœminas in caupona, vel in balneo retinent, sub prætextu inserviendi, sed in effectu, ut viris se prostituant, quibus servitia ministrant. Ejusdem

98 criminis rei sunt, qui domum, viridarium, vel villam accomodant ad comittendum adulterium, vel stuprum, *leg. Auxilium, §. fin. ff. de Minor. leg. Et si amicis, ff. Ad leg. Jul. de Adul.* & sancivit *Paul. IV. in Const.* 17. *t.* 1. *Bull. nov.* §. 2. *&* 3. ubi ultra amissionem domus, addit pœnam sc. mille auri de Camera.

99 Lenocinium autem definitur, *Cooperatio exercita alienæ libidini exercendæ, quæstus gratia.*

100 Dicitur *cooperatio* loco generis, se extendens ad suasionem, opem, consilium, & auxilium, quæ omnia unico verbo comprehendit Imperator *in Novell.* 134. *Ut nul. Judic. §. Si quando c.* 10. ubi *Dionys. Gothofred. lit. S.*

101 Dicitur *exercita*, quia ad hoc delictum committendum requiritur actuum frequentia, *Cabal. resol. crim. cas.* 171. *n.* 12. *Panim. dec.* 81. *n.* 30. *& de Angel. de Delict. par.* 1. *cap.* 82. *num.* 16. Nisi agatur de patre, matre, & marito, qui etiam si semel permittant, filiam, & uxorem alterius libidini inservire, lenones dicuntur, ob majorem obligationem, quam habent, earumdem pudicitiam conservandi, ex adductis per *Farin. q.* 144. *n.* 36. *& Peguer. dec.* 15. *n.* 6. Non

102 tamen pœna ultimi supplicii, de qua in *Constitut.* 46. *Sixti V.* quia ad illam incurrendam requiritur, quòd uxor, vel filia pluries lenocinio mariti, vel patris fuerit prostituta, ut ex lectura.

103 Dicitur *alienæ libidini*, comprehendendo omnem actum libidinosum, non solùm respectu fœminarum, sed etiam masculorum, *Amen. de Delict. & Pœn. tit.* 9. §. 4. *n.* 4.

104 Dicitur *exercendæ*, ad denotandum, quòd tunc perfecta, & indubitata ratio hujus criminis intervenit, quando suum sortitum fuit effectum lenocinium, quòd scilicèt sollicitata consenserit, & libidinis exercitium permiserit, ut colligitur *ex Const.* 18. §. 1. *Paul. IV. & ex Const.* 46. §. 7. *Sixti V.* & observant *Far. q.* 144. *n.* 23. *Caball. resol. crim. cas.* 171. *nu.* 15. *Carpzov. in Prax. crim. par.* 2. *q.* 71. *n.* 47. *& Panim. dec.* 81. *num.* 34.

105 Demum dicitur *quæstus gratia*, qui si non fiat contemplatione lucri, propriè lenocinium non habebit locum, *Gloss. in l. Atletas, §. Aut Prætor, ff. ad l. Jul. de Adult. Panim. dec.* 81. *num.* 26. ubi tamen, quòd hoc non procedit in Urbe, & Statu Ecclesiastico ex d. *Constitut.* 46. *Sixti V. & Amen. de Delict. & Pœn. tit.* 9. §. 4. *num.* 6. ubi ex hoc infert, quòd maritus non esset leno, si uxorem sollicitaret ad adulterium cum alio, eo fine, ut dum alius cum illa condormit,

106 ipse securè valeat cum uxore alterius concumbere. Ita autem de ratione lenocinii est, ut fiat sub spe lucri, ut quamvis mater, & maritus actus libidinosos cum filiabus, & uxore dissimulent, quia ex eis lucrum, & commodum sentiunt, adhuc veri lenones reputantur, *Menoch. de Arbitrar. cas.* 534. *num.* 26. *Farinac. quæst.* 144. *num.* 22. *& seqq. & Amen. ubi supra, num.* 7. ubi, quòd dissimulantes libidino-

107 sos actus uxoris, & filiarum Italicè vocantur, *Becchi contenti*; Principalem verò conclusionem limita cum *Far. q.* 144. *num.* 1. *& seqq.* quando pluries lenocinium probatur exercitum.

108 Adverte hic cum *Nevizz. in Sylv. nupt. lib.* 2. *verb. Diviti, n.* 101. *f.* 216. quòd, quando mulieres sciunt scribere, non est opus aliquo Lenone, verum tamen est, quòd aliquando ex propriis epistolis deteguntur, ut ibidem observat idem Author, & experientia manifestum est.

109 Quoad pœnas horum criminum, generaliter adverte, quòd illa post quinquennium præscribantur, itaut ampliùs

110 punitioni locus non sit, ut, concordantibus cumulatis, firmavit *Rota cor. Coccin. dec.* 1693. *nu.* 4. & in *Senogallien. Canonicatus de Luchis* 25. *Junii* 1710. §. *Quinimo, coram Aldrovando.* Sigillatim verò de illis loquendo, Quantùm attinet ad adulterium, Jure Civili attento, licèt Jure Digesto-

111 rum imposita fuerit pœna deportationis in *l. Si quis viduam, ff. de Quæst.* & de Jure Cod. & Instit. pœna mortis, ut videre est in *leg. Quamvis, Cod. ad leg. Jul. de Adul. & in §. Item lex Julia, Inst. de Publ. Jud.* Hodie tamen Jure Authenticarum, de quo in *Auth. Sed hodie, C. ad leg. Jul. de Adul.* pœ-

112 na mulieris adulteræ, non est mortis naturalis, sed, ut verberata in monasterium detrudatur, viro suo restituenda intra biennium, si illam recipere voluerit; Eodem autem biennio transacto, vel ejus viro priùs defuncto, pœna est, ut adultera tonsa, & monastico habitu suscepto, in eodem monasterio perpetuò vivat ad agendam pœnitentiam. Praxis verò obtinuit, quòd nostris temporibus recludantur in monasteriis, ut vocant, malè nuptarum, vel convertitarum, vel ad tempus, vel in perpetuum, *Brugiot. Instit. Crimin. lib.* 3. *tit.* 13. *nu.* 48. *& seqq.* quæ praxis concor-

113 dat cum *Stat. Urb. lib.* 2. *cap.* 50. Hujusmodi autem Jura, cùm loquantur de muliere adultera, non extenduntur ad virum adulterum, & quoad illum nihil censetur innovatum per dictam *Auth.* sed imponenda est pœna mortis juxta *d. leg. Quamvis, Cod. ad leg. Jul. de Adult. Far. quæst.* 149. *num.* 24.

114 Jure Canonico attento, distinguendum est, quòd vel adulter est laicus, vel clericus, Si laicus, & tunc, tam masculus, quàm fœmina pro adulterio excommunicatur, *cap. Intelleximus, de Adult.* Et insuper fœmina detruditur in monasterium ad pœnitentiam agendam, *cap. Gaudemus, de Conv. conjug.* Quamvis autem juxta *Constitut. Sixti V.* confirmatam per aliam *f. m. Innoc. XI.* quas refert *Zaul. tom.* 1. *lib.* 4. *rub.* 23. *num.* 95. imposita sit etiam pœna mortis con-

115 tra adulteros, ut testatur, *Farin. d. quæst.* 149. *num.* 27. suo tempore, & Nos testes sumus pro nostris temporibus, istæ Constitutiones numquam fuerunt ad praxim reductæ, sed fœminæ, vel fuerunt fustigatæ, vel in exilium missæ; Viri autem adulteri, vel exilio, vel alia pœna pecuniaria

116 mulctati; & de Gallia, quòd scilicèt inibi numquam auditum fuerit, pœnam gladii adulteris inflictam esse, testis est *Rebuf. in proœm. ad Const. Regn. glos.* 5. *nu.* 108. imò *Jo. Fab. in §. Item lex Jul. de Adult. Inst. de Publ. Jud.* relatus à *Peschuitz. in Disc. de Jur. & Privil. Nob.* impresso *post tr. de Repras. num.* 33. ubi ait, in G. inter industriæ laudes poni

117 adulterium, quòd utinam in nostra etiam Italia verum non esset. Si clericus, iste pro adulterio deponitur, & in monasterium detruditur, *can. Si quis Clericus, & can. Romanos* 81. *dist.* Hodie tamen hæc pariter pœna non servatur in praxi, sed punitur alia, Judicis arbitrio regulanda, ut probat

118 *Panim. dec.* 24. *per tot.* Quia, ut dicebat *Alciatus*, relatus à *Clar. in Prax. §. Adulterium, sub nu.* 7. *Si hodie clerici propter adulterium detruderentur in monasteria, pauci eorum ambularent per vias.*

119 Adverte hic ex *Genuens. in Prax. Cur. Archiep. Neap. cap.* 28. *n.* 4. quòd Judex non solet procedere contra adulteros absque quærela viri, tum propter periculum mortis uxoris, si vir illud sciat, tum propter ejusdem viri infamiam; ex quo *Diaz. in Prax. crim. can. c.* 65. benè infert, quòd si adulterium sit publicum, & notorium, & vir persona vilis, tunc id non procederet, sed indistinctè, & ex officio quilibet legitimus Judex punire potest adulteros.

120 Si autem quæras hic, an eum solo consensu viri possit uxor, notoriè adultera, Religionem ingredi, ibique professionem emittere, etiamsi nulla præcesserit Judicis sententia super divortio. Præscindendo à particularibus facti circumstantiis, crederem, eumdem consensum non sufficere, sed præcedere debere sententiam super divortio, vel saltem votum continentiæ respectu viri, remanentis in sæculo, juxta concordem sensum *Sacr. Congreg. Episcop. & Concilii*, de quibus *Nicol. in Floscul. verb. Conjux, n.* 7. *& verb. Convertita, num.* 5. *& Pignat. cons.* 42. *n.* 3. *&* 4. *t.* 3. Et respectu primæ videre est in *Anconitana* 10. *Junii* 1603. *in Me-*

in Mediolanen. 18. *Augusti* 1634. *& Februarii* 1640. *& in Urbinaten.* 1. *Septemb.* 1642. *& in Tudertina* 13. *Junii & 7. Septemb. ejusdem anni* 1642. *& in Bononien.* 18. *Aprilis* 1643. *& in alia Bononien.* 25. *Augusti* 1656. *& in Florentina* 20. *Aug.* 1686. Et respectu secundæ, ita per viam legis respondit, *ann.*1616. quam resolutionem servandam esse mandavit in *Romana* 26. *Apr.* 1653. *ut in lib.* 19. *Decr. fol.*242. In qua notorietas adulteriorum erat evidens, dum agebatur de muliere, quæ, ut legitur in serie Facti, *essendo stata nel principio del suo Matrimonio abbandonata dal marito, fu necessitata di prostituirsi; & in questo stato è perseverata quattro anni, & in Mantuana, seu Veronen.* 25. *Januarii* 1698. *lib.*48. *Decret. fol.*29. in qua post integrum septennium, quo uxor in Monasterio permanserat cum solo consensu viri, Sacra Congregat. eidem marito, illam repetenti, assensum præstitit, *& in Mediolanen. Professionis* 30. *Maii* 1699 *lib.*49. *Decr. fol.*213. In qua Sacr. Congreg. demandavit transmitti acta asserti divortii, à Judice demandati, & à viro per solemne instrumentum ratificati Ad materiam vide *resolutionem Sacr. Congreg. Concilii in Goana* 17. *Junii* 1646. *lib.*17. *decret. fol.*486. *& tergo*.

121 Plures autem assignari solent rationes hujus conclusionis, & I. desumitur, *ex can. Agathosa* 27. *quæst.* 2. *& c. Ad Apostolicam, de Convers. Conjugat.* quia scilicet cùm vir, & uxor per copulam conjugalem effecti sint una caro, non potest una pars in Religione ad dominum converti, & altera, à voto continentiæ libera, in sæculo remanere. II. *ex cap. Porrò, de Divort.* ubi requiritur Judicis sententia super divortio, non attento, quòd illius causa esset publica, & notoria, & bonam adducit rationem ibidem *Gloss. verb. Separari*, quia sententia divortii pœna est, & hæc non est infligenda, nisi per Judicem. III. quia adulteria, quamvis notoria, non important formaliter divortium, sed solùm, Conjuge volente, & illa allegante, atque probante, præbent Judici fundamentum concedendi divortium, juxta *tex. in can. Præcipit* 32. *quæst.*5. *& in, ca. Significasti, cap. Ex literis, cap. Gaudemus, de Divort.* cum aliis apud *Aversf. de Matrim. tit. de Divort. quæst.*23. *sect.*1. *per tot.* IV. quia quando non præcessit Judicis sententia super divortio, vel vir castitatis votum non emisit, semper, & quandocumque est in facultate Conjugis innocentis, licèt professioni consentientis, nocentem Conjugem repetere, quoties ipse non mutavit statum, ut notat *Gonzal. in cap. Quidam, sub num.*1. *vers. Unde cognoscit, de Convers. Conjugat. & vidimus suprà, num.*120. Qui status dicitur mutatus, vel per ingressum in Religionem, vel, remoto periculo incontinentiæ, per solam susceptionem sacrorum Ordinum, ut resolvit *Sac. Congreg. Episcop. in Januen.* 1. *Septembris* 1690. de qua *Bertach. vot. decis.* 145. *num.* 7. Ad differentiam alterius casus, in quo vir continentiæ votum emisit, quia tunc, si conjugem repetat, nedum exaudiendus non est, sed puniri etiam potest, ut resolutum à Congregatione Criminali Eminentissimi Vicarii *die* 27. *Martii* 1693. refert, *Rayn. ad cap.* 22. *supplet.*3. *num.*23. *& seqq.*

122 Non omisso, quòd pro mulieribus inhonestè viventibus, quando Matrimonii vinculis obnoxiæ sunt, adsunt alia Loca pia, seu Conservatoria, ad distinctionem Monasteriarum Convertitarum, quæ institui solent pro mulieribus inhonestis, extra Matrimonii claustra degentibus, ut respectu Monasterii Convertitarum Urbis videre est in *Constit.* 39. *Leonis X.* §.1. *in fine* ibi: *De animarum saluti earundem mulierum Curialium nuncupatarum, & aliàs inhonestè, & extra matrimonii claustra degentium, non parùm consuleretur.*

123 Dixi, *præscindendo à particularibus Facti circumstantiis*, quia, istis concurrentibus, & attentis, Sacra Congreg. id permittere solet, ut favore trium mulierum convertitarum Franciscæ Theresiæ, Franciscæ Agathæ, & Faustæ Olivæ, practicavit *die* 16. *Februarii* 1704. *in Romana, & Florentina Professionis*, cum rescripto, *In casu, de quo agitur, posse permitti.*

124 Circa incestum, loquendo cum Civilistis distinguendum est, Nam, vel est sermo, de incestu commisso sine adulterio, vel cum illo. Si sine adulterio, est subdistinguendum, quòd, vel est commissum inter ascendentes, & descendentes, & intrat pœna mortis naturalis, *Farinac. qu.*149. *à, num.*7. juncto, *num.*61. *Menoch. de Arbitr. cas.*502. *per tot.* ubi, quòd Bononiæ mortis pœna damnatus fuit pater, qui propriam filiam stupraverat quem casum refert etiam *Panim. dec.*61. *n.*15. *& Brug. Instit. Crim. lib.*10. *tit.*16. *num.* 17. Et alium moderniorem, 125 & detestabiliorem casum incestus, & sodomiæ cum filia annorum 13. refert *Rayn. to.* 3. *ad cap.*34. *supplet.*3 *per tot.* ubi, quòd in his casibus potest Episcopus, & multò magis Princeps, licentiam concedere, ut filii informati examinentur contra Patrem, non obstante dispositione *text. in leg. Parentes, Cod. de Testib.* eò quia non habet locum in delictis atrocibus, & quando veritas aliter haberi non potest, attenta difficultate probandi similia delicta. Est enim hoc delictum adeò atrox, & naturæ instinctui adeò repugnans, ut ipsamet bruta illud abhorreant, juxta casum relatum *à Boer. dec.* 318. *sub nu.*2. *Nevizz. in Sylv. Nupt. lib.*2. *verb. Qualitas Conjugum. num.*117. *fol.*227. *& de Angel. de Confession. c.*2. *quæst.* 51. *num.* 13. de equo illo, qui dum, ablato vela- 126 mine agnovit, coitum habuisse cum matre equa, maximo affectus mærore, dentibus propria genitalia sibi abscidit, ex quo erubescere deberent homines similia perpetrare.

127 Si inter Collaterales, pœna erit, vel transmissionis ad triremes ad tempus, vel in perpetuum, vel alia pœna arbitraria, *Caball. resol. Crim. cas.*200. *num.* 33. *& Farinac. quæst.*149. *num.*81. Si de incestu conjuncto cum adulterio, erit pœna deportationis, *leg. Si quis viduam, ff. Ad leg. Jul. de Adult. Clar. in Prax.* §. *Incestus, vers. Sed quæro. Panim. dec.* 61. *num.* 29. Nisi ille commissus esset inter ascendentes, & descendentes, & in primo, vel secundo consanguinitatis, aut affinitatis gradu, nam 128 tunc erit pœna mortis, *Farinac. quæst.*149. *à n.*15. junctis *n.* 118. *& 19.* Et in Urbe adest in hac parte Constitutio *Sixti V.* relata per, *Brugiot. Instit. Crim. lib.*3 *tit.*15. *num.* 18. Loquendo autem cum Canonistis, pariter distinguendo dicimus, quòd vel agitur de puniendo incestuoso laico, vel incestuoso clerico; Si de laico, 129 qui commisit incestum sine velamine Matrimonii, & multò magis, si unitus sit idem incessus cum adulterio, excommunicandus erit, *cap. Clerici, de Exces. Prel. & Clem.* 1. *de Consang. & affinit.* Si de Clerico, iste beneficiis privatur, & deponitur, *Farin. cit. quæst.* 149. *n.* 34. *& 35. & Brugiot. Instit. Crim. lib.*3. *tit.*15. *num.*20 *& seqq.* Etiamsi agatur de incestu, proveniente ex co- 130 gnatione spirituali, puta, quia clericus rem habeat cum commatre, ut latè probat *Pignatel. consul.*116. *to.*1. ubi, quòd, si Sacerdos convictus sit de incestu, cum qualitate stupri, per carnalem cognitionem commatris, non solùm potest deponi, sed etiam Ergastulo mancipari, & *Ricc. dec.*369. *par.*4.

131 Circa Stuprum, loquendo de Jure Civili, distinguendum est, quòd, vel illud fuit commissum cum vidua, vel cum virgine: Si cum vidua, vel sine violentia, vel cum illa, Si sine violentia, punitur pœna pecuniaria, arbitrio Judicis, juxta qualitatem facti, & conditionem personarum, §. *Item lex Julia, Instit. de Publ. Jud. Conciol. Verb. Stupr. resol.* 4. *num.* 1. *Brugiot. Instit. Crim. lib.*3. *tit.*17. *num.* 8. De consuetudine tamen tale stuprum hodiè impunibile est, testibus *Clar. in Prax.* §. *Stuprum, num.*4. *& Farin. quæst.*147. *nu.* 14. ubi, quòd nunquam vidit aliquem punitum pro stupro cum vidua, & *Rayn.* 132 *tom.*2. *cap.*23. §.1. 2. *& 3. num.*92. *& 93.* ubi, quòd, si aliter diceremus, universus Mundus puniri posset, & si pro stupro, persuasionibus commisso, practicaretur pœna mortis, cùm delictum sit frequens, multi sine capite ambularent. Si cum violentia, eodem modo punietur, acsi esset cum virgine, ut infrà dicemus. Si cum virgine, vel hæc erat matura, vel immatura. Si matura, & tunc, vel stuprum fuit commissum cum violentia 133 vel sine illa: Si sine violentia, pœna erit publicationis dimidiæ partis bonorum, si stuprator fuerit persona honesta, si verò persona humilis, & civilis, fustigationis, relegationis, vel alterius, prout Judici visum fuerit, §. *Item lex Julia*, ubi *Gloss. in princ. Inst. de Publ. Jud. Farin. quæst.* 147. *numer.* 6. *& seqq. Bermon. de Publ. concub. tit. de Stupr. num.*34. *Girland. de Pœn. omnif. coit. quæst.*7. *nu.* 4. *& Brugiot. Inst. Crim. lib.*3. *tit.* 17. *num.* 10. *& seqq.* Si cum violentia, vel vis facta fuit cum armis, & intrat pœna legis Juliæ de vi publica, Vel sine illis, & habebit 134 locum pœna legis Juliæ de vi privata, *Gloss.* tamen *in cit.* §. *Item lex Julia, verb. Sine vi*, tenet, quòd pro stupro violento imponenda sit pœna mortis, cum qua concordat *Stat. Urb. lib.*2. *cap.*51. Vel cum virgine immatura, scilicet minori 12. annis, & tunc, vel stuprum patratum

fuit

fuit sine violentia, & non intrat pœna mortis, sed arbitraria, si verò cum violentia, & pœna erit ultimi supplicii, *Farinac. quæst.*147. *num.*38. *& seqq.* ubi, *num.*43. quòd hæc distinctio, quidquid alii opinentur, sibi placet, quodque in Urbe illa servatur, & *Farin.* sequuntur *Conciol. ver. Stuprum, resol.*4. *num.*2. *& Panim. dec.*28. *num.*9.

135 Loquendo autem de Jure Canonico, est distinguendum, nam vel est sermo de Clerico, & tenebitur pœna arbitraria, vel de stuprante puellam maturam, & tunc si per vim, pœna est, ut deponatur, & in monasterium, vel in carcerem detrudatur, *Farin.* ubi suprà, *num.*68. Vel de stuprante puellam immaturam, & pœna erit relegationis, vel condemnationis ad triremes, *Diaz. in Prax. tit. de Stupr. c.*83. Si autem laicus stuprum cum puella matura committat sub fide, & promissione

136 Matrimonii, in hoc casu, si vult fidem servare, Matrimonium contrahendo, ad nil aliud tenetur, *Cutt. de Matr. cap.*10 *sub num.* 13. Quòd si datæ fidei implementum non sequatur, semper exercibilis est actio pro dote, sive contra ipsum stuprantem, sive contra illius hæredes, quatenus ipse prædecedat, *Card. de Luc. de Dot. disc.*170. *per tot. & Rot. in Aven. dotat.* 12. *Maii* 1687. *&* 30. *Aprilis* 1688. *cor. Beninc.* impress. *apud Rayn. tom.*2. *in fine*, quæ fuerunt postmodum confirmatæ 3. *Sept.* 1691. *cor. R.P.D. Manuel.* 16. *Januar.* 1692. *&* 24. *April.* 1693. *cor. Reverendiss. Molin.* & latè, *Bertacch. vot. dec.*123. *per tot.*

137 Stuprum autem, commissum à sponso cum sponsa, nullatenus punibile est pœna à Sacris Canonibus contra stupratores inflicta, sed sola pœna, Ordinario Loci arbitraria, ut resolutum *à S.C. Conc. in Mediol.* refert *Pignat. consul.*133. *num.*72. *tom.*9. & firmavit *Rot. apud Bertach. vot. dec.* 123. *num.*16. *& in Anconitana dotationis* 16. *Januarii* 1693. §. *neque supra coram Molines*, & novissimè resolvit *eadem S.C. Conc. in Corton. Synod.* 27. *Maii* 1702. *ad* 2. *dub. lib.*52. *Dec. fol.*210.

138 An autem pœna stupri locum habeat contra cognoscentem virginem, incedentem in habitu meretricio, negant *Baron. de Corpor. tit. de Viril. num.*229. *de Angel. de Delict. par.*1. *cap.*124. *num.*41. *& Sarn. in Prax. crim. cap.*10. *vers. Verùm*, ea ratione, quia talis præsumitur mulier, qualis est habitus, in quo reperitur; *l. Item apud Labeonem*, §. *Si quis virgines, ff. de Injur. Korman. de virginit. Jur. c.*42. ubi, quòd insectans

139 virginem veste meretricia induta, non tenetur actione injuriatum. Quod attentè considerandum videtur pro illis virginibus, quæ omnem earum curam ponunt in se ornandis, itaut, nedum in nihilo à meretricibus differant, sed multoties illas in vanitate, & luxu longè superant.

140 Et signanter in calanthiciis illis, seu erispantibus mitris, & turritis capitis ornamentis, de quibus, etiam suis temporibus nimis clarè conquæstus fuit *S. Hieron. ep.*10. *ad Fur. de viduit. servan.* ibi: *Meretrix, illa in Evang. baptizata, lacrymis suis, & crine, quo multos ante deceperat, pedes Do-*

141 *mini tergens, salvata est, non habuit crispantes mitras, nec stridentes calceolos*, relatus à *Vicecomit. in Observat. Eccles. t.*4. *tit. de Apparat. Miss. lib.*3. *cap.*29. *in princip.* & Clarius *S. Gregorius adversus Mulieres*-- *Cavete ò Mulieres, ne caput vestrum nothis, & adulterinis crinibus, tanquam quibusdam turribus, muniatis* -- relatus *à Lancellott.* -- *nell'oggidi dising.*4. *post princ:*

142 Et quod detestabilius est, easdem meretrices aliquando superant, etiam in coloribus, & fucamentis, quibus faciem potiùs deturpant, quàm pulchriorem reddant; Circa quod, quando adsit, vel non peccatum mortale, videndus *D. Th.* 2. 2. *quæst.*169. *art.*2. *per tot.* ubi in responsione ad secundum

143 argumentum advertit, aliud esse fingere pulchritudinem, aliud verò occultare turpitudinem, ex aliqua causa provenientem, asserens, hoc secundum esse licitum, secus verò primum, nisi id fiat ad placendum viris, & *D. Thom.* sequitur *Fagnan. in cap. Multa, num.*60. *& seqq. Ne Cleric. vel Monach.* ubi, *num.*67. quòd quidam maximus Princeps, ibidem nominatus, festivè dixit de quodam Magnate, qui

144 cum morbo Gallico tabesceret, ostro pingebat pallentes genas, *Foris minio pictus Ibero, intùs autem Gallico*. Quod utinam etiam nostris temporibus non practicaretur.

145 Proindeque respectu earumdem virginum nullatenus verificantur ea, quæ ex *Speculator.* tradit *Cohel. ad Bull. Bon. Regim. cap.*34. *art.*5. *num.*18. ut scilicèt sæpè inter ignotos vestis concinna, & pretiosa sit causa honoris; dum, ut pluri-

146 mum, in ejusdem puellis tales vestes sunt causa dedecoris, & pessimi conceptus; Utinam enim experientia non comprobaret id, quod legitur apud *P. Segner. nel Christ. Inst. par.*

147 3. *ragion.*30. *sub, num.*12. quòd scilicet *dal vestire immodestamente vi è un brieve passo al vivere impuramente*, laudibus meritò extollens legem illam Lacedemonum, unà cum *Clement. Alexand. lib.*2. *Pedagog. cap.*10. qua median-

148 te, solis meretricibus permissum erat vestibus sumptuosis se ornare, ad rem subdens, *Si come a punto nella Città di Virtembergh in Germania, a fine di screditare, e di svergognare una tal foggia di scarpe, introdottavi nuovamente, fu comandato al Boja, che passeggiasse la Piazza con esse in piedi, e tanto valse, perchè verun' altro non le volle usare mai più*. Quòd

149 si in diversis Italiæ Civitatibus sæpè ad praxim reduceretur in continuis illis *mode, e sopra mode*, omnibus ferè annis renovatis, forsan multæ familiæ in meliori reperirentur statu,

150 multæque cum majori honore, & existimatione effulgerent, ut advertunt *Alberic. in leg.*2. *Cod. Quæ res vend. non poss. & Viv. dec.*345. *num.*20. *lib.*2.

151 Nec subsistunt prætextus illi, & solitæ cantiunculæ, quibus hujusmodi vanæ mulieres ora claudere procurant eorum innocentium maritorum, asserendo, id facere ad illis complacendum; Quia, ut experientia notum est, & observavit suis etiam temporibus *D. Joan. Chrysost. homil.* 28. *in epist. ad Habr.* quando in domo permanent cum iisdem Viris, ea-

152 dem ornamenta non habent, sed statim deponunt, quando redeunt, signum evidens, quòd illa non ad complacendum maritis, sed ob meram vanitatem portant, adversùs quam

153 videnda ea, quæ doctè, & nervosè scribunt *P. Theophil. Raynaud. de Virt. & Vit. lib.*6. *cap.*18. *num.*280. *& Freudemberg. de Rescript. morator. tit.*10. *conclus.*68. *de Mod. contrah. paupert. num.*18. *lit. R. & I.* ubi, quòd mulieres quatuor affectare solent, à pulchris scilicet juvenibus amari, pollere plurimis filiis, ornari pretiosis vestibus, & dominari in do-

154 mibus: Cæterùm malum in hac parte ferè sine remedio est, quia, ut egregiè advertit *Aloysius Molines in ejus Oratione impressa apud Nanum in Histor. Venet. par.*2. *lib.*6. *circa annum* 1653. *in fine*, agitur de delicto, quatenus velit tale denominari, quod neminem offendit, & cujus ferè omnes rei sunt, itaut vitium in usum de facili convertatur, & conversum dissimuletur, & toleretur.

155 Ex quo mulierum luxu, & superfluis ornamentis derivare excessivitatem dotium, autumant multi, apud *Michalor. de Fratr. part.*3. *cap.*3. *num.*19. *& seqq.* licèt ipse id attribuat multitudini fœminarum, quæ longè superant hominum numerum, sive, quia secundùm Naturales plures fœminæ, quàm

156 masculi giguntur, eo quia in omnibus rebus naturalibus semper rerum deteriorum major sit copia, sive, quia ex masculis alii ad bellum proficiscuntur, alii in varias Mundi partes se

157 se recipiunt, nonnulli peregrinantur, nonnulli absque uxore vivere delectantur, Clericorum maxima est copia, & infinitus ferè illorum numerus, qui ad varias, & diversas Regiones se se conferunt, mulieres autem si Moniales non fiunt in domorum angulis semper manent, atque absque viris eas retinere, non tuta res est, & ideo Parentes quidquid habent, illis dare coguntur, ut viros inveniant.

158 Circa sacrilegium cum moniali commissum, illud est crimen gravissimum, cùm in se contineat malitiam incestus adulterii, & stupri, ut probat *Zaul. tom.*1. *lib.*1. *rubr.*23. *num.*138. Ideòque à laico commissum de Jure Civili punitur

159 pœna ultimi supplicii, *leg. Si quis in hoc, Cod. de Episc. & Cler.* & bona ejusdem Rei applicantur illi monasterio, in quo monialis degebat, ipsa verò in aliud arctius Monasterium ad pœnitentiam agendam detruditur, *Farin. quæst.*146. *à num.*

160 3. De Jure verò Canonico, tale sacrilegium carnis punitur in laico pœna excommunicationis, *can. Si quæ monacharum* 27. *part.*1. Quem Textum non habere locum in puellis moram facientibus in Conservatorio, ea ratione, quia in

161 odiosis non debet fieri extensio, & dictæ puellæ verè Sanctimoniales non sint, firmavit *Rot. in Capuana Canonicatus* 11 *Decembris* 1684. §. *Nam de metu, cor. Paulut.* In Clerico autem pœna privationis beneficiorum, & detrusionis in Monasterium, *cit. c. Si qua Monach.* etiamsi fornicatio clerici cum moniali non sit notoria, neque scandalosa, *Farin. d. qu.*146. *num.*24. *& seqq. & seqq. & Sabel. in Prax. univers.* §. *Sacrileg. num.*4. Et demum in Episcopo, ex facti circumstan-

162 tiis facinus aggravantibus, puniri poterit, etiam pœna privationis Episcopatus, ut practicasse *f.m. Innoc. XI.* testis sunt *Rayn. tom.*3. *ad cap.*34. *suppl.*7. *num.*150. *& seqq. & num.*276

163 ubi refert per extensum Breve ejusdem Pontificis, unà cum Chirographo pro illius exequutione, *& Pignat. consul.*38. *per tot. num.*7. ubi *num.*9. quamplura alia refert similia exempla, & signanter unum *f.m. Clem. X.* quæ refert etiam modernus *Pascuc. ad Pignat. verb. Monialis, fol.*100.

164 Verum tamen est, quòd ad evitandum præjudicium Monasteriorum, & detrimentum honoris familiarum, prudentes Antistites aliquando similia delicta relinquunt impunita, injun-

injuncta solùm pœnitentia salutari moniali delinquenti, & sub gravissimis pœnis oretenus imposito sigillo aliis monialibus, ut cum laude, & præmio dignitatis Cardinalitiæ, practicasse Joannem Baptistam de Alteriis, Urbis Vicesgerentem tempore f. m. Urbani VIII. testis est *Zaul. tom. 1. lib. 4. rubr. 43. nu. 135. & seqq.* ubi, quòd ipse solus de nocte se contulit ad Monasterium, & accersita Abbatissa, sibi tradi curavit Infantem, quem immediatè detulit ad Hospitale S. Spiritus in Saxia. 165

166 Adverte hic, quòd monialis, de stupro suspecta, non debet visitari, & recognosci per obstetrices, ob reverentiam ipsi debitam, ut reprobato *Lap. alleg. 53. num. 5.* latè probat *Sperel. dec. 136. num. 8. & seqq.* Cujus opinionem sequuta fuit S. Cong. Episc. & Reg. in una *Terracinen.* relata per *Rayn. to. 1. c. 1. §. 14. num. 17.* Quod *Amen de Delict. & Pœn. tit. 4. §. 9. num. 13. & 14.* verum intelligit in casu, quo vir ingressus sit Monasterium, juxta præcisum casum relatum à *Rayn.* ex quo tunc juxta *Bann. Stat. Eccles.* solus ingressus, & permanentia in Monasterium sufficit ad pœnam ordinariam, secus verò generaliter, quia potest dari casus, quòd dicta visitatio profutura sit ipsimet moniali, pro exclusione delicti, vel quòd, delicti circumstantiæ id exigant, ut practicatum fuit in alio casu, relato ab eodem *Rayn. tom. 1. ad cap. 1. suppl. 5. nu. 303.* ubi, quòd recognitio hujusmodi facta fuit in mansione, propè Parlatorium, ubi quoque eadem monialis torta fuit sibillorum tormento in faciem Rei, ad maculam purgandam. 167 168

169 Ad evitandam verò quamcumque, etiam remotam occasionem in hac parte, tam de Jure antiquo, quàm novissimo plures impositæ reperiuntur pœnæ contra alloquentes moniales; Jure siquidem antiquo attento, de quo in *c. Monasteria, de Vit. & hon. Cler.* tam clericis, quàm laicis vetitum indistinctè est monialium Monasteria frequentare, & si moniti canonicè per Episcopum non desistant, clerici depositione, laici verò excommunicatione mulctari debent, ut observant ibidem *Repetentes*, & signanter *Gonz.* Quam legem, quamvis pœnalem comprehendere, etiam Regulares, reprobato *Tamb. de Jur. Abbatiss. disp. 25. quæst. 23. num. 3* probat *Amen. de Delict. & Pœn. tit. 4. §. 1. num. 12.* ea ratione quia lex pœnalis extenditur etiam ad non expressa, quando agitur de animæ favore, & ad evitanda peccata, ut docent *Sanch. de Matr. lib. 2. disp. 9. num. 8. Donat. Rer. Regul. to. 3. tract. 6. quæst. 4. num. 3. Sanctarell. var. res. quæst. 54. num. 4. & Sannazzar. de Sponsal. & Matr. cap. 3. art. 4. num. 109.* Ex quo sequitur contra *Dian. tom. 5. tract. 1. resol. 84. num. 3.* loquentem cum Abbatissa incurrere omnes pœnas inflictas contra alloquentes moniales: Licèt enim Abbatissa non contineatur appellatione monialium, ubi tamen agitur de animæ periculo, id limitatur, ut, reprobato Diana, probat *Fagn. in c. Ne innitaris n. 335. vers. Regulares, de Constit.* 170 171 172

173 De Jure autem novo strictiores prohibitiones, & pœnæ promulgatæ fuerunt contra Regulares, nedum alloquentes moniales, sed quascumque alias mulieres, in Monasteriis degentes, quas referunt *Donat. Rer. Regul. tom. 3. tract. 6. qu. 5. Quar. in Sum. Bull. Verb. Monasteria monialium fol. 349. & Patiuchel. de Distan. cap. 4. membr. 3. n. 8. & Novar. in Summ. Bullar. comm. 40. per tot. p. 1.*

174 Hujusmodi autem novæ prohibitiones nullatenus afficiunt præteritos casus; Regulare siquidem est in omni dispositione & lege, illam non extendi ad præterita, sed ad futuros solùm casus vires porrigere, ex adductis per *Rot. in Ilerden. hereditatis de Gomar. 4. Febr. 1705. §. Quòd sit, cor. R. P. D. Ansald.* ubi, quòd nulla appellatio, nulla inhibitio, nulla lex, nullumque factum habet oculos retrò, & in *Romana, seu Savon. 8. Febr. 1706. §. Eoque fusius cor. Eodem.* Etiamsi casus præteritus perfectionem expectet à futuro, ut ampliando firmavit eadem *S. Rot. in Roman. Cambior. 26. Junii 1697. §. Nec deficit, cor. Ursin.* 175

176 Non defuerunt verò Theologi, propriam defendendo causam, asserentes, hujusmodi prohibitiones admittere parvitatem materiæ, itaut Regularis per quadrantem horæ, cum dimidio alterius, absque ullo pœnarum incursu, licitè & liberè posset moniales alloqui, ut videre est pœnes *Suar. de Legib. tom. 4. de Relig. lib. 1. cap. 10. num. 27. & Donat. Rer. Regul. tom. 3. tract. 6. quæst. 12. num. 8* Quorum tamen opinionem reprobavit *S. Cong. Conc. in Neapolitana Accessus ad Monasteria 11. Maii 1669.* & quidem per viam legis generalis, cum subsequuta relatione, & approbatione *san. me. Clem. IX. ut in lib. 26. Decret. fol. 226. à tergo, & fol. 227.* Quod Decretum per extensum registratum legitur apud *Passerin. in cap. Periculosum, num. 164. de Stat. Regul. in 6. & in Synod. Farfen. cl. m. Card. Barberini, fol. 394. & in Synod. Faventina anni 1695. fol. 98. & in Synod. Cesenaten. cl. m. Card. Denhoff. lib. 3. cap. 7. de Monial. §. Regulares autem*, & apud *Pignat. consult. 85. num. 35. tom. 6.* apud *Crispin. nella Visit. Pastor. par. 1. §. 15. fol. 13. & Peyrin. in Decr. Sacr. Congreg. fol. 552.* & apud *Monacell. in Formular. fol. 310.* ubi reprobat Amenum, loco infrà citando, obsecrans Episcopos, ne ejus doctrinam ad praxim reducere faciant, *& fol. 240. num. 4. & Rotar. in Appar. univ. Theolog. moral. par. 1. sect. 4. de Claus. access. & colloc. cum monial. n. 11. & seqq.* 177 178 179

180 Ad quod si advertisset *Amenus*, non dixisset utique in ejus novissimo Tractatu *de Delict. & Pœn. tit. 4. §. 1. nu. 23. in fine* idem decretum fuisse clanculum obtentum, (& sic non attendendum per ea, quæ generaliter observat *Rota in dec. 102. n. 15. & seqq. par. 19. rec.*) impressum, vulgatum, & postmodum optimo consilio suppressum, illud proindè in dubium revocando, non alio prætextu, quàm, quia *Nicolius, & Lantusca*, ambo Regulares, nuperrimi talium decretorum Collectores, ipsum non referant: De eo nihilominus mentionem faciunt *Thes. de Pœn. Eccles. Verb. Moniales cap. 4. in fin. Card. de Luc. in Miscel. Eccles. disc. 16. num. 2. & alii suprà citati.* In dicta autem circumstantia mentionis ejusdem decreti, omissæ à dictis Regularibus, nullum fieri potest fundamentum, quia, ut ad rem observat *Card. de Luc. de Regular. disc. 15. num. 11. in fine*, tales Regulares, ut plurimùm scribere solent, atque Libros edere pro tuitione propriarum opinionum, & Jurium, quo casu illorum dicta non attenduntur, ut pro responsione ad *Marium Antoninum* observat *Cobell. ad Bull. bon. regim. cap. 35. num. 48.* 181 182 183

184 Imo eadem *S. Cong. in Bergomen. 21. Maii 1678.* idem decretum extendit etiam ad Regulares, missos ad crates monialium, pro munere prædicationis obeundo, si immediatè post cum ipsis monialibus colloquantur, etiamsi immisceant sermones, quæstiones, & dubia spiritualia, atque concernentia materiam ipsius concionis; Declarando in 2. dub. quòd id intelligendum sit, tam de colloquutione cum aliquibus monialibus, quàm cum una tantum, omnibus aliis audientibus, etiam immediatè post concionem, ut in *lib. 30. Decr. fol. 67.* in quo ad propositum in facti serie præmittitur, *Edita vix lege, statim illam eludere malitia excogitat, non ita pridem emanavit generale Decretum, arctissimè prohibens colloquia Regularium cum monialibus, quando jam super eo varia interpretationes confingi cœperunt, aliaque nunc Bergomi suboriuntur.* Itaut meritò scripserit *Ciarlin. controv. 104. sub num. 1.* sæpè evenire, ut ea, quæ luce clariora sunt, aliqua nube obumbrentur, & meliùs observaverit *S. Rot. in dec. 68. in princ. cor. R. P. D. Ansald.* ex facultatis legalis infortunio, nihil esse tam pacificum, ut offuscari non possit, quod, me citato, repetitur in *Firmana fideicomm. 4. Maii 1705. §. Verum coram Eodem.* 185

186 Et quod magis est *s. m. Innoc. XII.* hæc omnia strictiùs servari mandavit, etiam cum ordinariis Confessariis monialium, injungendo in encyclica epistola dici *21. Martii 1692.* ut illarum confessiones, quando infirmæ sunt, audiant *a porte aperte della Cella, nella quale si trovano, con l'assistenza di alcune Monache, in modo però, che queste possano vedere solamente, ma non udire nè l'Inferma, nè il Confessore.* Quam registravit clar. mem. Cardin. Barberinus in Synodo Farfensi, *fol. 983.* Et adest in hac parte specialis *Constit. 153. s. m. Alex. VII.* determinans, quando, & quomodo liceat Superioribus Regularium, & Confessariis monialium ingredi scepta Monasteriorum, & propè illa commurari, Contra quos Religiosos, hujus criminis Reos, possunt Episcopi procedere etiam per inquisitionem, servata forma Concilii, ut respondit *Sacr. Congregatio Concilii in Nucerina Visitationis Sacrorum Liminum 5. Maii 1696. ad primum dubium.* 187

188 Si autem quæras hic, an hujusmodi colloquutio involvat nedum culpam legalem, seu incursum pœnarum, sed etiam culpam Theologicam, hoc est peccatum mortale. Respondeo cum communi opinione, utrumque comprehendere ex oraculo *S. Cong. Con. 1. Julii 1608.* de quo *Peyrin. ad Constit. S. Pii V. num. 36. & Long. de Cas. reser. p. 2. cas. 3. num. 29. Passerin. in cap. Periculosum, num. 165. de Stat. Regul. in 6. Nicol. in Flos. v. Accessus ad Monasteria, sub n. 1.* Idem resolvit *in Perusina 10. Januarii 1637. & in Placentina 9. Decembris 1651 lib. 19 Decr. fol. 345.* ubi, quòd peccant Regulares, sed non moniales, ut in 2. dubio. Idemque resolvit 8. *Octobris 1672.* teste *Card. de Luc. in adnot. ad Concil. disc. 36. num. 13. lit. D.* Adversùs quam nullatenus admitterem ea, quæ scribit *Amen. de Delict. & Pœn. tit. 4. §. 1. num. 15. & 38.* quòd scilicet illa, tanquam communiter

189 niter non observata, ampliùs non sit obligatoria: Eidem enim de hoc non usu testanti, nullatenus credendum est, juxta communem DD. opinionem, de qua *Card. de Luc. de Dot. disc.* 102. *num.* 18. *& Rot. cor. Ottob. dec.* 149. *num.* 14. ubi, *num.* 15. id ampliat in illis Doctoribus, qui non sunt versati in illa Regione, de cujus consuetudine testantur,
190 & coram *Arguel. in dec.* 38. *num.* 27. *& seqq.* ubi, quòd hoc multò magis procedit, quando Doctor attestatur de consuetudine prava, & damnabili, in suo casu reprobando *Gram. in voto* 14. asserentem, in Regno Neapolitano facilem esse testium subornationem, ostendendo, id esse falsissimum, dictumque Grammatici sæpiùs fuisse à Rota reprobatum, & semel tantùm coram Pœnia, potiùs per jocum, quàm seriò allegatum, quod observat etiam *Pignatell. consul.* 43. *in fine tom.* 9. Cæterùm *Grammaticum* sequuntur *& Bellett. disquis. cleric. tit. de Pœnis*, §. 22. *nu.* 7. *Spad. cons.* 172. *n.* 5. *to.* 2. ibi -- *III. Aliquid facere videtur attestatio Grammatici &c. ubi attestatur de prava consuetudine illar. Partium subornandi Testes & propterea dicit licere Judici transgredi Jura circa illorum fidem* -- *Tap. de Jur. Regn. lib.* 3. *de appellat. pragm.* 4. *num.* 5. ibi -- *Tanta enim est mentiendi facilitas, tanta delinquendi in hoc Regno proclivitas, ut Judicantes debeant maxima cum prudentia tenere, qualis quisque sit Testis, qui examinatur*, *& lib.* 5. *tit.* 20. *pragm.* 2. *num.* 2. ibi -- *Quod præsertim in hoc Regno est animadvertendum, ubi abundat malitia, & ubi Testium falsorum, & levis vita hominum magna est copia*. Quibus tamen uti Neapolitanis non videtur danda fides, ut firmavit Rota sequuta in to. 3. par. 22. discep. 13. à num. 39. ubi latè.

191 Præcipuè, quia idem *Amen. loco proximè citato*, usum ejusdem Resolutionis clarè admisit, asserendo, *Benè vidi laicos pauperes, ac clericos tenues, deprehensos à birruariis, à Monasteriis ad carceres duci, eò quia licentiam in scriptis non habebant, nec tamen excommunicatos, aut depositos audivi, sed tantùm pecunia mulctatos, unde facilè est agnoscere, talem capturam factam esse, non studio tuen-*
192 *dæ legis, sed aviditate aucupandæ monetæ*, quæ posteriora verba exciderunt utique inadvertenter ab ejus modestissimo calamo, vel potiùs præter ejus intentionem impressa fuerunt; vel demùm antiquorum modestiam non imitatur, ut pro responsione ad *Sanchez. de Matrim. lib.* 8. *disput.* 7. *in princ.* dixit *Rota in dec.* 191. *num.* 13. *in*
193 *fin. par.* 1. *rec.* Et pro responsione *ad Card. Bellarmin. tom.* 2. *contr. lib.* 1. *cap.* 16. *de Cleric. vers. Pari ratione*, *Card. de Albic. in Discep. de Jurisd. Card. in Eccles. suor. titul.* impressa *inter oper. Card. de Luc. de Jurisd. discep.* 2. *quæst.* 6. *sub num.* 8.

194 Incidit verò in hujusmodi pœnas, nedum monialem alloquens verbis articularis sed etiam per nutus, etiamsi ad Monasterium non accedat, sed à fenestra alterius domus loquatur, vel demum, etiamsi id faciat per epistolarum transmissionem, quidquid dicat *Dian. to.* 5. *tract.* 1 *resol.* 84. *num.* 4. & ratio est, quia lex etiam pœnalis extendi debet, ut voluntas Legislatoris locum habeat, quando aliàs lex ipsa redderetur inutilis, & ejus finis frustraretur, ut generaliter observant *Gloss. in leg. Et puto, Verb.*
195 *Non communicari, ff. Fam. ercisc. Bald. in cap. fin. de Translat. Episc. Scopp. ad Grat. dec.* 37. *num.* 9. & Nos probavimus in discursu pro veritate edito de mandato Sacr. Congreg. Episc. & Regul. in *Fanen. Matrim. num.* 77. Et in nostris terminis *Pignat. consul.* 28. *per tot. tom.* 2. *& Amen. de Delict. & Pæn. tit.* 4. 5. 1. *num.* 17. *& seqq.* ubi *num.* 19. respondet, & respectivè reprobat contrarium
196 sentientes; Signanter verò interpretatur *doctissimum Rayn. tom.* 1. *cap.* 1. §. 15. *&* 16. ut firmata per ipsum locum habeant in unica epistola, obiter ad monialem scripta, secùs verò de frequentante literas, & maximè amatorias, Et ratio est, quia licèt vox, & verba valida sint ad libidinem ciendam, juxta illud *Juvenal. satyr.* 6. *vers.* 96. *Quod enim non excitat ignem, Vox blanda, & nequam*. Attamen cùm raptim transeat, non habet vim illam no-
197 cendi permanentem, quam habet scriptura. Ultra quod potuit aliquando quis amatoria verba dicere moniali, quæ aditum in illius animo non invenerunt, quia, ob aliqualem erubescentiam, æquivocis tantùm verbis sensualis amor proditus fuit, in epistola autem, quæ non erubescit, ut observat *P. Gavard. de Sacr. tit. de Panit. qu.* 1. *art.* 7. *num.* 5. potest apertiùs obscœnus sensus aperiri, à quo voluntas legentis, quæ primò expugnata non fuit, ex replicata lectione, & consideratione verborum succumberet.

198 An autem incidat in easdem pœnas, contra ingredientes Monasteria monialium, ille, qui ex mera curiositate, & absque ulla mala intentione, subrogatus in locum bajuli, effectivè operas bajuli præstat, affirmat *Rayn. tom.* 1 *ad c.* 1. *suppl.* 5. *nu.* 269. ubi, quòd casus iste evenit Bononiæ ann. 1694. quando frater cujusdam monialis, ob solam curiositatem, & affectum erga sororem, assumpto vili habitu aurigæ, currum ascendit, ingressusque Monasterium, illum exoneravit, propriis humeris portando
199 partem bonorum ad cellam sororis; Verum tamen est, quòd in eodem casu inclinavit idem Author pro commiseratione ei habenda; Tum quia Constitutiones Pontificum, prohibentes ingressum, loquuntur per verbum *audeant*, quæ verum dolum requirunt, ex adductis per *Novar. in Summ. Bull. par.* 1. *comm.* 39. *num.* 20. Tum etiam, quia adfuit bona fides, & credulitas, quia existimavit, sibi licitum fuisse officium gerere aurigæ, & bajuli.

200 Multò magis in illas incidunt moniales, exeuntes ab eisdem Monasteriis, non quidem uno pede, cum medietate corporis, posito extra locum ad clausuram redactum, ex adductis per *Pacichell. de Dist. cap.* 4. *membr.* 3. *num.* 18. Quæ tamen non procedunt in uno ex illis tribus casibus, exceptis à *Const. B. Pii V.* nempè ex causa magni incendii, infirmitatis lepræ, aut epidemiæ, sub nomine magni incendii intelligendo illum, ita evidens, ut certum sit, vel saltem multùm probabile, quòd nisi moniales exeant, ab illo comburantur: Sub nomine verò lepræ intelligendo illam talis naturæ, quòd si ipsius radix, & origo foris
201 non eliciatur, omnes moniales inficerentur. Et demùm sub nomine epidemiæ intelligendo morbum taliter pestiferum, ut communitati nimis præjudiciale reputetur, *Mirand. de Sacr. Monial. qu.* 3. *art.* 5. *& Barb. de Jur. Eccl. lib.* 1. *cap.* 44. *num.* 68. *& seqq.* ubi *num.* 72. benè probat, ex
202 similibus, & aliis urgentioribus causis, pariter absque ullo pœnarum incursu exire posse moniales, *num.* 73. inferendo, id practicari posse tempore belli, quod admittunt etiam *Passerin. in cap. Periculoso à nu.* 55. *de Stat. Regul. in* 6. *Navar. comm.* 4. *de Regul. num.* 48. *Gutt. Canon. quæst. l.* 1. *c.* 14. *num.* 9. *Sanch. ad Præc. Decal. tom.* 2. *cap.* 15. *num.* 44. *& Azor. Inst. moral. p.* 1. *lib.* 3. *c.* 8. *q.* 1.

203 Quia verò sæpè evenit, quòd Novitiæ moribundæ ante finitum novitiatum necessarium ad profitendum, professionem emittant juxta *Const.* 109. *Pii V.* ad gaudendum indulgentiis, & aliis gratiis spiritualibus, monialibus professis concessis, advertè hìc diligenter, quòd talis professio
204 nullatenus excedit limites effectuum spiritualium, & consequenter illius vigore non potest Monasterium prætendere dotem, sed, non attenta eadem professione taliter emissa, illam tenetur restituere consanguineis novitiæ, quæ professionem ante completum annum novitiatus, ex præfato motivo emisit, ut latè probavimus in *Dissert. Hist. legal. de Vit. comm. c.* 3. §. *unic. per tot. ubi num.* 24. *& seqq.* per extensum registravimus resolutionem *S. C. Conc. in Neap.* 14. *Martii* 1705.

205 Quid autem dicendum in casu, quo monialis convertatur in virum, quem referunt *Pignat. consul.* 34. *per tom.* 4. *Barb. Voto dec.* 100. *num.* 21. ubi, quòd tempore, quo Typis mandabat Tractatum de Officio, & Potestate Episcopi, unà simul cum ipso, quidam Doctor in legali scientia, Librum, à se compositum, prælo mandabat, qui monialis extiterat, ac deinde, in virum conversa, à Monasterio fuit expulsa, Sacerdos tamen, & Canonicus factus, quem nominare nolui, eò quòd ejus librum quo-
206 tidie præ manibus habeamus, Quive fuit *Flavius Cherubinus*, Author Compendii Bullarii, qui fuit Canonicus S. Mariæ in Via lata de Urbe, & priùs monialis in Monasterio S. S. ejusdem Urbis fuit filius Laertii Cherubini, qui obiit 23. Maji 1626. fuitque sepultus in Ecclesia S. Mariæ de Scala, teste Abb. *Piazz. nella Gerarch. Eccles. nella Diacon. della Scala fol. mihi* 877. ultra alios casus,
207 quos referunt *Livi. lib.* 24. *histor.* de Spoletana Muliere, *Plin. lib.* 4. *cap.* 4. *Aul. Gelli lib.* 9. *Noct. Atticar. c.* 4. *Fulgos. lib.* 1. *Exempl. cap.* 6. de Francisca, & Carola, filiabus Ludovici Guarnæ Salernitani, quæ post 15. annum in mares conversæ fuerunt, *Plegen. capit.* 1. *de Mirabil. & Longev.* ubi de quadam virgine, Smirnæ nata, *Michael. Montan. lib. expert. cap.* 21. *Kornmann. de Virgin. Jur. cap.* 116. *Jovian. Pont. in histor. Neapol.* ubi de muliere Cajetana, cuidam piscatori nupta, *Amat. Lusit. cent.* 2. *curat.*
208 39. ubi de nobili muliere Maria Pacecho, quæ in virum conversa in Indias profecta, rebus fortiter gestis, magnas opes

opes comparavit, & in Patriam rediens, nobilem duxit uxorem, de qua pariter mentionem facit *Ant. Torquem. lib. 9. Exempl. Petr. Peramat. tract. 2. de Regim. Pragm. c. 9. fol. 117.* ubi refert duos casus, unum Cordubæ, & alium Matriti de alla Moniali, *Franc. Mar. Guac. in comp. Malefic. lib. 1. cap. 28.* in medio, ubi, quòd id evenit non procul à Benevento in uxore cujusdam rustici, quæ ab eo malè tractabatur ob sterilitatem, vide similes casus à S. Cong. Conc. decisos *in Dubio Profess. 6. Decembris 1721. & in Spoletana 31. Januarii 1722. & Torrebl. in Demolog. lib. 2. cap. 17. num. 1.* ubi, quòd adeo literarum monumentis proditum

209 est, factas fuisse similes mutationes, ut illas negare prorsus sit insanire, & *num. 5.* refert casum cujusdam monialis S. Dominici in Civitate de Ubeda, quæ post septem annos professionis, ex fœmina in marem conversa, à monasterio expulsa fuit, refellendo *num. 30. & seqq.* fabellam, quam meritò popularem vocat, de Joanna Papissa, quam reprobat etiam *Guarner. de Eccles. milit. lib. 2. cap. 21. § 3. nu. 36.*

210 Mirum verò, quòd uti talem non agnoverit eruditissimus, *Tiraquell. ad leg. Connub. leg. 11. Gloss. 1. §. 11. lit. G. f. 1911.* ubi illam vocat Gilbertam Anglicam, asserendo, illam successisse Leoni IV. ex ipsius sententia, Joan. VIII. ut scribunt *Platina, & Boccaccius*, & Jo. VII. juxta opinionem Sabellici, itaut etiam ex hac sola discrepantia, in re adeo sub-

211 stantiali, non obscurè illius falsitas deducatur, & comprobetur.

212 Hos, & similes casus, cum *Bartholin. in Tabul. Anatom. lib. 1. cap. 34. & Amen. de Delict. & Pœn. tit. 4. §. 11. à num. 14.* non de vera mutatione, seu de conversione à fœmina in marem, intelligendos existimo; Sed rectiùs cum *Gasp. Bacchin. de Hermaphrod. lib. 1. Schenk. lib. 4. obser. in princ. Majol. de Irregular. lib. 1. cap. 27. Cosp. nel Giudic. Crimin. par. 2. cap. 7. num. 40. & seqq.* ubi, quòd similis casus evenit Spo-

213 leti, tempore quo studebat Senis, in qua Civitate cum tali Hermaphrodita fuit sæpè alloquutus. *Riolan. de Hermaphrod. cap. 8. & Zacch. quæst. Medic. Legal. lib. 7. tit. 1. qu. 8. per tot.* dicendum est, illas fuisse hermaphroditas, seu

214 androgynas, referendo apparitionem utriusque sexus clytoridi, de quo *Amen. ubi sup. num. 18.* ubi, quòd id vidit Papiæ anno *1669. & Thom. Franc. de Remoral. cons. 25. per tot.* ubi refert curiosum casum duorum hermaphroditarum,

215 qui inter se matrimonium, tamquam vir, & fœmina contraxerunt, & deindè ambo inventi fuerunt gravidi.

216 In facti tamen contingentia, usquequo de sexus virilis præpondérantia constet, statim è monasterio dimittenda est monialis, & in domo consanguineorum collocanda, eo ipso, quod constat de tactibus impudicis cum aliis monialibus, vel de illarum sollicitatione ad turpia. Terminato autem Processu, si appareat, eamdem monialem prævalere in sexu masculino, declaranda est nulla ejus professio, & liberè dimittenda, ex adductis per *Barb. d. vot. 100. num. 28. & 29.* Demum nota hìc, gravibus pœnis prohiben-

217 dum esse monialibus usum Conspicilli Canaliculati vulgò *occhialone*, Gallicè *Lunettes de Approche*, ut resolvit *S. Cong. Episc. in Auximana 1. Octobr. 1627.* teste *Nicol. in Floscul. verb. Prospectus n. 3.*

218 Circa concubinatum dicendum est, quòd, Jure civili attento, arbitraria pœna puniri potest, *Clar. in Prax. §. Fornicatio, sub num. 6. Decian. lib. 6. cap. 21. num. 38. & Panim. dec. 59. n. 28.* De Jure verò Canonico, vel concubinarius est laicus, vel clericus. Si laicus, punietur pariter arbitrio Judicis Ecclesiastici, & pro qualitate criminis, *Far. qu. 138. nu. 43. & 76.* Attento verò *Conc. Trid. in sess. 24. de Ref. c.*

219 *8.* concubinarii, sive soluti, sive uxorati, si ter ab Ordinario moniti, concubinas non dimiserint, excommunicationis vinculo illaqueantur, nec ab ea absolvuntur, donec monitionibus paruerint. Si clericus, & tunc, si post monitionem perseveraverint, privabitur fructibus beneficiorum, arbitrio Ordinarii, & ab Ordine suspendi potest, *Conc. Trid. sess. 25. de Refor. c. 4. Lotter. de Re Benef. lib. 3. q. 33. n. 118. & seqq. Card. de Luca in Prax. Crim. Verb. Concubinato in fine, & in tract. de Benef. disc. 75. n. 8. & 9.* Incurrit pœnam excommunicationis, ab Episcopo absolvendæ,

220 *Clem. 1. de Consang. & Affin.* Efficitur infamis, & inhabilis ad alia beneficia obtinenda ex *Constit. 6. Leon. X.* Et si sint notoriè, & publicè tales, & interim celebrent, irregularitatem contrahunt, à solo Pontifice dispensabilem. Quòd si in concubinatu moriatur, carebit Ecclesiastica sepultura, *Clem. 1. de Sepult. Far. p. 138. par. 2. per tot. & Panim. dec. 59. à num. 11.*

221 Demum circa simplicem fornicationem, de Jure Civili laici non puniuntur, nisi pœna arbitraria, ut observat *Pa. Ursaye Institut. Crimin.* *nim. dec. 38. n. 13.* Qua pariter pœna de Jure Canonico puniri possunt laici fornicarii, juxta Authores, quos refert *Farin. q. 137. n. 36.* ubi *n. seq.* testatur, nec pro simplici fornicatione, nec in foro sæculari, nec in foro Ecclesiastico exteriori, vidisse umquam aliquem laicum punitum, *Panim. dec. 38. n. 14.*

Solent tamen in Urbe puniri pœna pecuniaria, vel carcerationis certis temporibus, quæ vacationes à meretricibus appellantur, & incipiunt à media nocte ante vigiliam Nativitatis Domini per totam Octavam, & à media

222 nocte Sabbati ante Dominicam Palmarum, usque ad Octavam Paschatis, ut observat *Rayn. tom. 1. ad cap. 1. suppl. 5. num. 339.* ubi, quòd ipse homines adeò perditos, qui in dictis, Deo sacratis, diebus adhuc non desinunt scortari, detineret in carceribus, cum pane, & aqua ad reprimendum fomitem, juxta illud, *Potus, cibique parcitas, carnis te-*

223 *rat superbiam.* Aliquando vero dantur aliæ vacationes, quæ vocantur extraordinariæ, puta, quando ex particularibus circumstantiis in aliis anni temporibus à Superioribus, per certos dies prohibetur accessus ad easdem meretrices, ut practicatum fuit à die 21. Januarii 1703. per totam diem 6. Februarii ejusdem anni, occasione Jubilæi à SS. D. N. Clemente Papa XI. concessi ad implorandum

224 Divinum auxilium ob temporis intemperiem, & continuationem pluviæ per plures menses, necnon ob terræmotum, quo omnium timore, & metu, licèt cum paucorum damno, & periculo, Urbs tremuit die 14. Januarii ejusdem anni hora prima noctis cum dimidia, die 16. ejusdem hora 21. cum uno quadrante, die 2. Febr. ejusdem anni hora 18. cum

225 dimidia ferè, & die 8. Aprilis hora 11. cum uno quadrante *Plin.* autem *lib. 2. cap. 84.* scriptum reliquit, *numquam Urbs Roma tremuit, ut non futuri eventus alicujus id prænuntium esset*, referente *Caferr. in Synthem. vetust. ad diem 9. Julii*, ubi tamen, quòd ejusdem Urbis ædificiorum pulchritudo

226 rarissimè ab eodem terræmotu concussa fuit, ex *Majol. dier. canicul. colloqu. prim.*

Idemque practicatum fuit anno 1709. à die 2. Januarii usque ad diem 9. ejusdem mensis occasione solemnis Processionis cum Imagine Sanctissimi Salvatoris existente in scbalis Sanctis, ab Ecclesia S. Maria supra Minervam usque ad Vaticanam Basilicam occasione angustiarum, in quibus reperiebatur status Ecclesiasticus, ob Exercitum qui ferè ad discretionem vivebat in Provinciis Romandiolæ, Maritimæ, Campaneæ, & legationibus Bononiæ Ferrariæ, & Urbini.

227 Clerici fornicarii pœna pecuniaria mulctantur, & juxta qualitates, & circumstantias delicti poterunt etiam suspendi, vel deponi, puta si fornicatio sit notoria, & scandalosa, *Abb. in c. At si Clerici, n. 35. de Jud. Farin. q. 137. n. 17. & 24. & Fagn. in c. Non debet, n. 8. de Consang. & Affin. Panim. dec. 38. n. 6. & seqq.* ubi *à n. 16.* usque ad finem, quòd probari potest hoc crimen ex præsumptionibus, & conjecturis, quarum vim, & efficaciam examinat, *& dec. ult. per tot.* ubi *n. 7.* quòd raro hodie ad hanc pœnam devenire solent Judi-

228 ces, nisi præcedente maxima contumacia, quia propter carnis fragilitatem, Prælatorum indulgentia, mitigatæ sunt pœnæ, quæ in primitiva, & adolescenti Ecclesia inferebantur, quod prius adverterat *Barbos. ad Concil. sess. 25. cap. 14. n. 18.*

229 In casu demum fornicationis notoriæ, & scandalosæ alicujus meretricis cum filio familias, dilapidante cum ea majorem partem suæ substantiæ, possunt Judices eidem præceptum facere, ne cum dicta muliere ampliùs converset sub pœna etiam carcerationis, nedum ad instantiam Patris, cui competit jus instandi apud Judicem pro correctione fi-

230 lii ex *Text. in leg. unic. Cod. de Emend. propinquor.* sed etiam ad instantiam matris, eò quia hoc Jus non provenit à patria potestate, ut authumat *Ricc. dec. 284. n. 6.* sed à dispositione dictæ legis, quæ comprehendit etiam alios propinquos, ut advertit ibidem *Gloss. Verb. Corrigendis*, & latiùs probat *Rayn. t. 1. c. 6. suppl. 3. & 4. n. 52. & seq.* ubi, quòd ita practicavit tempore, quo erat Judex Criminalis, & illam

231 adducit rationem *num. 59.* quòd simplex fornicatio potest prohiberi, & puniri, *Baron. de Corpor. tit. de Concubin. num. 225. & seqq.*

232 Nota hìc celebre dictum *Bald. in cap. Causam n. 17. de Probat.* relatum *à Kormann. de Virginit. Jur. cap. 124.* quòd in virginitate homo dicitur vivere gloriosè, in vera viduitate castè, in matrimonio pudicè, in concubinatu impudicè, licèt tolerabiliter, in stupro damnabiliter, in adulterio damnabilius, in incestu damnabilissimè, Ego in-

233 telligerem *in concubinatu tolerabiliter*, hoc est, in fornicatio-

catione simplici, vel de Jure civili, quia concubinatus propriè sumptus, saltem de Jure Canonico tolerari non debet, *ex Conc. Trid. sess 24. de Reform. matrim. c.* 8.

234 Nota 2. apposite à *Francis. Sylvio in Comm. Ciceron. pro leg. Mur.* relato à *Rayn. tom. 3. ad cap. 25. supplet. 2. num. 6. & 7.* saltationes, quæ fiunt inter viros, & mulieres, vocari umbram luxuriæ, ea ratione, quia sicuti umbra esse non potest, nisi ubi est corpus, ita inter viros, & mulieres saltatio esse non possit, nisi ubi sit luxuria, quod advertit etiam

235 *Leonard. Floravant. in Specul. scient. univers. lib. 1. cap. 55.* asserens, *Non fu mai trovata arte nel mondo, nè invenzione, che fosse manco necessaria di quella, che fu l' arte del ballare, nè manco fu trovata arte, che fosse causa di tanterùine, come questa, dalla quale ne succedono una infinità grande di moltissimi effetti, imperciocchè per causa del ballo nascono mille innamoramenti, e mille ruffianario, e disonestà &c. & Carpzov. Jurisprud. Consistor. lib. 2. tit. 8. diffor. 157. numer.*

236 3. ubi Choream vocat circulum, cujus centrum est Diabolus, *Benedict. Peregr. in Elucidar. Sac. Theol. lib. 2. elucid. 24. num.* 154. ubi, quòd licèt ex se non sint illicitæ, sunt tamen tales hujusmodi choreæ, & saltationes ex mala intentione, ex abusu, & ex periculo libidinis, ex quo Juvenes solent puellas manu ducere, & ipsarum digitos stringere, quod utinam quotidiana experientia verum non comprobaret.

237 Indeque infert *Zaul. to. 1. lib. 1. rubr. 4. nu.* 14. honestam matronam ad hujusmodi saltationes ab honesto etiam Principe invitatam, non teneri accedere, si timeantur hujusmodi tactus obsceni & rationem adducit *Bicciull. de Person. in*

238 *stat. reprob. lib. 7. c. 3. n. 1. & 2.* quia scilicèt, cùm honestatis Jus ab omni superioritate sit exceptuatum, non possunt cogi subditi ad illud violandum. Licèt autem ad obviandum hujusmodi periculis usus inoleverit invitandi honestas matronas, unà cum earum viris, benè observant *Ricciul. & Zaul.*

239 *ubi supra*, id deservire posse ad evitandum periculum castitatis, non verò honestatis detrimentum, quod semper in his circumstantiis verificatur, ut advertit *Ægid. de Privil. honest. art. 1. n. 1. & seqq.*

240 Nota 3. ex *Tiraquell. ad leg. Connub. leg. 15. gloss. 1. part. 15. nu.* 154. ideo plerumque accidere, prudentissimos, & doctos, filios stolidos, & stupidos gignere, quia semper aliquid honesti, vel utilis animo complectuntur, ut ne in ipso quidem venereo actu omninò à rerum studio desistant,

241 unde animo remissiori profluens semen filios imbecilles, & stupidos aptum est generare, è converso autem indocti, & minùs prudentes, robustos maximè procreant, quia totos se venereis voluptatibus dantes, eorum semen quamplurimæ virtutis, tum rationalis, tum naturalis particeps est, & concordat *Zacch. quæst. medicoleg. lib. 1. titul. 5. quæst. 4. num.* 37.

TITULUS VI.

De Crimine Falsi, in Literis Apostolicis commissi.

1 DEtestabilis, & gravissimi hujus criminis Reus, atroci pœna dignus reputatur, ex quo temerario ausu Literas Apostolicas falsare præsumit, propter gravissima scandala, atque maxima præjudicia, quæ universæ Christianæ Reipublicæ ab hac falsitatis specie imminere possunt, *cap.*

2 *Adfalsariorum*, ubi communiter Canonistæ, *de Crim. fals.* & latè *Rayn. tom. 2. ad cap. 18. supplet. 2. num. 1. & seqq.* Nomine verò Literarum Apostolicarum, non solùm veniunt Bullæ Datariæ, & Cancellariæ Apostolicæ, sed etiam Secretariæ Brevium, & Literæ Pœnitentiariæ, *Bellam. in cap. Ex literis, de Fid. Instr. Fagnan. in cap. Ad Falsariorum,*

3 *nu. 24. de Crimin. fals.* ubi, quòd hoc non procedit in falsificantibus Literas Episcoporum, & Nunciorum, quia hæ non sunt propriæ Literæ Apostolicæ, & *Farin. q. 151. num.* 24.

4 Extenditur verò dispositio *d. c. Adfalsariorum in Bulla Cœnæ Domini*, §. 6. non solùm ad falsificantes, & mutantes supplicationes, signatas propria manu Papæ, sed etiam ad illas, signatas ab aliis ministris, de ejusdem mandato, ut videre est inter illas *Clem. X. in Bull. nov. t. 6. la* 34.

5 Neque falsarius Literarum Apostolicarum erit solus ille, qui per seipsum illas falsificaverit, sed etiam, qui per alium, *c. Adfalsariorum* ibi *Qui per se, vel per alios*, ubi *Gloss. Verb. Legitimis, de Crim. fals.* Minùsque excusabitur falsarius, ex eo, quòd falsitas nemini præjudicium aliquod attulerit, vel

6 quòd Literas Apostolicas injustas, vel nullas falsificaverit, nam adhuc Reus hujus criminis erit, juxta casum *Tex. in c. Olim, de Rescript.* & observat *Far. q. 150. n. 345. & seqq. & q. 151. n.* 30.

7 Quamvis autem *Text. in cit. cap. Adfalsariorum*, videatur requirere reiterationem actuum, ex quo utitur verbo *exercere*, quod reiteratos actus significat, atque ita pro unica falsificatione non videatur habere locum pœna *in dicto cap.* contenta. Veriùs tamen est, quòd etiam pro unica falsifi-

8 catione locum habet; Verbum enim *exercere* in dispositione pœnali in unica tantùm vice verificatur, juxta *Text. in §. Item lex Julia, Inst. de Publ. Jud.* & latè *Farinac. qu. 138. n. 30. & 151. & q. 151. n. 32.* quem sequitur *Fagn. incit. c. Adfalsarior. nu. 26. & duob. seqq. de Crim. Fals.*

9 Præsumuntur pariter falsæ illæ Literæ Apostolicæ, directæ Episcopis, in quibus non appellantur Fratres, sed Filii, eò quia Sedes Apostolica solita est illos Fratres, non Filios nuncupare, *cap. Quàm grave, de Crim. fals.* ibique

10 latè *Gonzal.* ubi illam adducit rationem, quia Episcopi, Apostolorum successores, pari consortio cum Divo Petro, & ejus Successoribus, honorem, & potestatem acceperunt, alias verò congruentias vide apud *Saver. in Not. ad Sydon. lib. 1. Epist. 11. Verb. Verè habes, Claud. Espen. ad Div. Paul. c. 4. ad Timoth.* Quod intellige de Episcopis confirmatis,

11 quia, si illi sint dumtaxat electi, vocari solent Filii, non autem Fratres, ut videre est *in cap. Sanè, de Renunc. & c. Nosti, de election.* Ethymologiam verò verbi Fratris vide apud *Petr. Higid. apud Gell. lib. 13. Noctium Atticar. c.* 10. ubi, quod dicitur ferè alter, *P. Segner. nel Christ. Instruit. par. 3. rag. 5. nu.* 17. Multa de Fratribus ad rem, vide *Scannarol. de visit. Carcer. f. 474. à n.* 1.

12 In multis casibus Literæ Apostolicæ falsificatæ dicuntur, puta, vel detruncando Bullas de Literis Apostolicis, vel aliis supradictis, vel falsificando illas in sigillo, in coramine, & in plumbo; Vel apponendo sigillum adulterinum, & suspectum. Vel verum sigillum frangendo; Vel literas, & scripturam radendo, etiamsi abrasio facta sit in unica tantùm syllaba, sive etiam in unica litera, virgula, seu puncto; Vel aliquid addendo, demendo, vel mutando, puta Datam Literarum, vel aliud simile. Vel consumendo,

13 delendo, vel cancellando, vel aliis similibus modis, de quibus latè *Farin. qu. 151. nu. 37. & seqq. & quæst. 135. & per*

14 *tot.* ubi latè explicat *Constitut. Innoc. X.* contra falsificantes Literas Apostolicas, & latissimè *Fagn. in d. c. Adfalsariorum, de Crim. falsi*, ubi alii *Repetentes* communiter, & signanter *Gonz. & Barb. & Amen. de Delict. & Pœnitit. 6. §. 1. n. 11. & seqq.* ubi 12. explicat, & declarat indicia, ex quibus falsitas in his casibus arguitur, Signanter verò *nu.* 22. illam infert ex variatione sigilli, etiam veri, puta, quando

15 reperitur, ex. gr. scriptura Cardinalis Decani, qui semper est etiam Episcopus Ostiensis, cum sigillo id exprimente, & tamen eadem scriptura exarata, & composita appareat tempore, quo idem Cardinalis non erat adhuc Episcopus Ostiensis, juxta casum, quem præ manibus habuisse asserit. Ut enim ad rem advertit, *P. le Tellier ne la Defense de*

16 *nouveaux Chretiens p. 1. in Admonit. ad Lector. fol. mihi* 48. *Un mott, une date, une circonstance, la plus legere, fait quelque fois decouvrir les plus grandes, & les plus dangereuses fourberies, & alors les moindres des ces remarques, deviennent considerables par l' importance de la conclusion, que l'on en tire.* Modos falsandi literas Apostolicas enumerat *Gloss. in c. licèt de crim. fals. verb. licèt in fin.* sequentibus versibus:

Forma, stylus, filum, membrana, litura, sigillum.
Hæc sex falsata dant scripta valere pusillum.

17 Ante enumerationem pœnarum hujus criminis, sciendum est, quòd sola suspicio ejusdem, justa tamen, & probabilis, quarum multæ enumerantur *in cap. Licèt, de Crim. fals.* sufficit ad capiendum, & carcerandum suspectum de tali crimine, *cap. Ex parte, de Rescr. c.* 2. ubi *Gloss. Verb. Exequutioni, de Crimin. fals.* cum aliis apud *Farinac. quæst. 151. num. 32. & 34.*

18 Posita autem probatione delicti, Vel loquimur de pœnis, quibus Sæcularis potestas punire solet laicos, Literarum Apostolicarum falsatores. Vel de pœnis, quibus Judex Ecclesiasticus punit laicos, vel etiam clericos, ejusdem criminis Reos.

19 Si primo modo, pœna mortis, mediante suspensione in furcis, illos punit, juxta *Tex. in leg. Ubi falsi, C. ad l. Corn. de Fals.* cum quo concordant *Bann. Gener. Stat. Eccles. c. 12.* & faciunt tradita per *Farin. q. 151. part. 1. num.* 63. qui licèt

20 loquatur de laicis falsantibus literas Regis, vel alterius magni Principis, furca suspendendis, multò magis debet intelligi de falsantibus literas Papæ, id quod etiam fre-

frequens experientia docuit. Vidimus enim sæpè à sæculari Judice, Reos laicos, in tali crimine repertos culpabiles, extremo supplicio punitos.

21 Si secundo modo, laici ipso Jure, & ipso facto excommunicationis majoris sententiam incurrunt, *cap. Ad falsariorum, de Crim. fals. & Gregor. XIII. Constit.* 81. §. 6. *& Innoc. X. Constit.* 51. *per tot.* in qua, nedum confirmantur omnes pœnæ contra Reos hujus criminis in diversis Constitutionibus inflictis, sed aliæ de novo superadditæ fuerunt, declarando, ut in hoc crimine procedendum sit iisdem modis, & formis, quibus procedi solet in quovis alio crimine suapte natura atrocissimo. Clerici verò, præter idem vin-22 culum anathematis, quo proculdubio innodantur, omnibus officiis, & beneficiis Ecclesiasticis ipso Jure spoliati, ab Ecclesiastico Judice degradantur, & Curiæ sæculari puniendi traduntur, ut statuitur in dictis Constitut. & observat *Rota coram Cocc. dec.* 351. *num.* 7. *& Bonfin. ad Bann. Gener. c.* 12. *n.* 18. ubi, ultra alios casus, refert, tempore f. m. Innocentii X. ita practicatum fuisse cum Francisco 23 Canonici, aliàs Mascabruno Subeatario, *& Card. de Luca in Tract. de Pens. disc.* 69. *n.* 1. ubi, quòd à summo favore apud Pontificem, ac Purpuræ jam destinatus, veluti alter Sejanus, ex consuetis fortunæ ludis, ad manus Carnificis transitum fecit.

Sententia contra Mascambrunum lata fuit die 5. Aprilis 1652. à Hieronymo Bucciotto Locumtenente Gubernatoris de unanimi totius Congregationis Criminalis ejusdem Gubernatoris voto, & assensu in pœnam ultimi supplicii, nempè furcarum, sed ex speciali gratia Illustrissimi ad Relationem Gubernatoris mutatæ in pœnam amputationis capitis in Carceribus Turris Nonæ, & deindè asportationis illius cadaveris ad Plateam Pontis, & expositionis in loco solito, & ibi retentionis per aliquod temporis spatium. Delictorum capita fuerunt quindecim, additionis nimirum, & alterationis Registrorum, & supplicationum manu Papæ signatarum, inter quas una Urbani VIII. in Firmana erectionis Collegiata, alia Gerunden. mutationis voti dimissorialibus in testimonialibus; alia in Piacentina, alia in Messanen. alia in Segobien. & similes.

TITULUS VII.

De Crimine Usurarum.

1 USura omnibus legibus exosa, imo ipsimet naturæ contraria, ut ostendunt *Matth. de Re crim. contr.* 4. *num.* 30. *& Rayn. tom.* 2. *cap.* 16. *num.* 26. *& per tot.* ubi latè materiam examinat *Leotar. de Usur. quæst.* 2. *per tot. Prat. resp. crim.* 8. *n.* 1. *& seq.* ubi ex *D. Jo. Chrisost. super Marc. cap.* 5. 2 observat, usuram æquiparari morsui aspidis, nam sicuti istius venenum cum sopore per ossa, & venas decurrit, donec occidat, ita usura legalis, latro dulcis, quadam tolerantia per omnes facultates decurrit, donec substantiam to-3 tam in debitum convertat, latè *Georg. Caffer. in Libr.* cui titulus, *l'Usuraro senza scusa, perchè abbattuto dalla Ragione, & R. P. D. Severol. apud Passerin. in cap. Quamquam, n.* 84. *de Usur. in* 6. *& Panim. dec.* 72. *n.* 1. *& seqq. de Angel. de Delict. par.* 1. *c.* 133. *nu.* 2. ubi illam vocat detestabile vitium, & humani commercii pestem, definiri potest, ut sit *pretium pecuniæ æstimabile pro usu rei mutuatæ, vel ad mutuum redactæ, ex præcedenti pacto, vel intentione principali* 4 *perceptum*. Ita *Zecch. de Usur. c.* 1. *n.* 4. Vel juxta *Leotard. eod. tract. q.* 1. est *accessio ad sortem debitam, præstita ex solo tempore retardatæ solutionis*. Nos autem, prosequentes explicationem definitionis *Zecchii*.

5 Dicimus, quòd *pretium* stat loco generis, includit enim omne id, quod ab uno alteri datur, & quidquid æstimabile est, nomine pretii venire potest. Et quia usura est, ut ita dicam, quædam quasi sæcularis simonia, ideò ad hujus instar, potest dici, quòd committatur, si detur aliquid à 6 manu, à lingua, vel ab obsequio, ut docent *Zecch. de Usur. cap.* 3. *num.* 2. *& Panimol. dec.* 44. *num.* 1. *& seqq.* ubi proindè benè probat, usuram committere eum, qui mutuat Procuratori, vel Advocato, cum pacto de eo defendendo in suis litibus. Qui mutuat medico, cum hoc, quòd teneatur eum curare, & mederi. Et *num.* 30. qui mutuum dat fœminæ cum pacto, ut sui copiam faciat, ea ratione, quia omnia ista sunt pretio æstimabilia; Dicitur pariter *pretium*, & non lucrum, nam istud potest accedere usui rei mutuatæ, 7 etiam sine usuraria pravitate, cujuscumque generis illa sit, puta, quando aliquid spontè donatur ab accipiente mutuum, nullo præcedente pacto, aut principali intentione dandi, vel recipiendi illud; Tunc enim lucrum est illius, qui accipit, & datur ex mera liberalitate animi, non autem ut pretium ejus: Dummodo non exigatur, tamquam debitum ex benevolentia, & gratitudine, quia licèt istis titulis, vel uno istorum, prætendatur debitum, adhuc erit usura, ut 8 definivit *s. m. Innoc. XI.* 2. *Martii* 1697. *prop.* 42. & sequitur *Rayn. tom.* 2. *ad c.* 15. §. *suppl.* 3. *n.* 49. ubi *n.* 2. quòd in hac usurarum materia contingit aliquando, ut plausibiles videantur aliquæ propositiones in abstracto, quæ deinde ad bancum Juris consideratæ, sunt ad praxim irreducibiles, & advertit, hoc sæpè etiam evenire in Congregationibus Virorum illustrium, à quibus pulcherrima auditu dicuntur, sed quando petitur ab eis, ut id reducant ad praxim, remanent 9 muti, tamquam pisces, sese ad invicem intuentes. Quod de *Pilaja* advertit *Card. de Luca, de Usur. in addit. ad disc.* 1. *in fin.* ubi, quòd ipsum interrogavit, ut ad praxim reduceret ea, quæ scripsit *in dec.* 1. *lib.* 2. sed obmutuit. Hoc idem evenit mihi die 24. Augusti 1711. cum *P. Petro Andrea Riccio* Authore *Synopsis Decr. S. Cong. Immunitatis*. Cùm enim ibidem *f.* 547. *n.* 2. dicat: *præfixo termino ad probandum requisita monetæ*: interrogatus à me, quænam essent dicta Requisita nescivit quid respondere. Indeque *idem Card. de Luc. in disc.* 147. *de Regal. sub n.* 2. ad rem observat, parùm deferendum esse Doctoribus illis, licèt alioquin doctis, nullam, vel 10 modicam Fori, in magnis præsertim Tribunalibus, notitiam habentibus, sed loquendo theoricè, & in abstracto ex sola librorum lectura, & revolutione, quia forenses dispu-11 tationes nimiùm aperiunt intellectum, ac frequenter detegunt nigrum id, quod primo aspectu videbatur album, & è converso. Dicitur pariter *pretium*, & non accessio; Nam 12 aliquid potest accedere mutuo sine usura, veluti, quando aliquid accedit ratione interesse, de quo *Repetentes in leg. Curabit, Cod. de Act. empt.* & præsertim concurrentibus vulgatis requisitis, *Castren. in leg.* 3. *ff. de Eo quod cert. loc.* de quibus latè *Panimoll. dec.* 108. *à nu.* 1. *Romana divisionis* 17. *Martii* 1700. §. *Quatenus, coram Molines*. Mora scilicet Debitoris, prompta occasione investimenti, & damno pas-13 so ob non restitutam pecuniam, quæ in Urbe de facili habentur pro probatis, ut observat *Rot. in Rom. Census* 27. *Jan.* 1698. §. *Nil cor. R. P. D. Olmo*.

Circa quæ requisita viden. *Rot. in Romana Pecuniaria* 12. *Marti* 1700. §. *Nec relevare, & seq. coram Olmo*, ubi, quòd ad effectû consequendi fructus requisitum lucri cessantis non probatur ex sola qualitate loci, & industria Creditoris, qui non sit solitus suas pecunias tenere otiosas, sed requiratur probatio certa, & concludens, declarando *dec. in Romana Fabrica* 4. *Junii* 1696. *cor. Ursino*.

14 Nota hic eum *Zaul. t.* 1. *lib.* 4. *rub.* 41. *n.* 224. pretium rerum non consistere in indivisibili, sed suam habere latitudinem, dividique in infimum, quod etiam pium dicitur, me-15 dium, seu mediocre, & rigorosum, quorum unumquodque judicatur justum, *Panim. dec.* 50. *n.* 4. ubi concordantes.

16 Quanta verò sit latitudo horum pretiorum, non concordant Doctores, mihi verò arridet opinio *Filliuccii t.* 2. *tr.* 35. *c.* 3. *n.* 57. relati *à Dian. s.* 6. *tr.* 3. *ref.* 74. asserentis illam esse variam, nam si res sit pretiosa, erit major, sic ex. gr. Si ta-17 lis res medio pretio valeat centum, supremum pretium erit 105. infimum verò 95. & sic latitudo erit decem aureorum. Ex converso autem si res sit minùs pretiosa, latitudo erit minor, 18 hoc est trium, nam si pretium medium erit decem, infimum erit novem, & supremum undecim: Generaliter verò, & nulla facta distinctione rerum pretiosarum, vel non pretiosarum, *Romuald. Coli. in tract. de Vendit. c.* 8. *n.* 5. *& 6.* putat, eamdem latitudinem consistere in 4. 6. vel ad summ. 8. 19 pro centenario: *Bon. in sing.* autem *de Vendit. ad temp. c.* 11. *n.* 2. asserit, varietatem hanc in parvo consistere, & esse potiùs veram in abstracto, quàm in concreto, & in praxi.

20 Dicitur *pro usu rei mutuatæ*, ut excludatur pretium, quod datur in aliis contractibus pro usu rerum; Nam in locatione conceditur usus, sed pro ea datur pretium, Itemque in commodato, quando tamen ad ostentationem res commodatur, quia tunc aliquid commodi percipi potest juxta *Tex. in leg.* 1. *ff. Commod.* Ea ratione, quia usura consistit in pretio usus rei mutatæ, non alio contractu concessæ.

21 Dicitur *ad mutuum redacta*, per quæ verba includitur usura occulta, & palliata, quæ committitur in aliis contractibus, pro usu rei, non quidem mutuatæ, sed ad mutuum reducibilis, quia licèt ex. gr. actum sit de pignore, vel de emptione, seu locatione, tamen aliquid spectans ad illos contractus mutuò detur, vel acceptetur, pro quo usurarius quæstus constituatur. Usuraria enim pravitas, non solùm in tota latitudine mutui committitur, sed etiam, tam-

quam anguis in herba, latet in omnibus aliis contractibus, 22 sub specie tamen, & figura mutui, ut observat *Leotar. de Usur. quæst. 8. per tot. & Amen. de Delict. & Pœn. tit. 3. §. 8. num. 6.* ubi, quòd subtilitas humanæ avaritiæ infinitas invenit vias, quibus legi illudat, & ad optata lucra perveniat; Exemplum fit in contractu emptionis, & venditionis, si quis enim vendit merces cariùs ob dilatam solutionem, tunc videtur earum pretium justum mutuo dare, 23 & illud plus, quod in conventione deductum est, veluti pretium dilatæ solutionis, percipere, ut in *c. In Civitate, & in cap. Consuluit, de Usur.* Vel si quis emat vinum, triticum &c. minus, quàm valeant ob acceleratam pretii solutionem, nam tunc ex tacita quadam conventione, illud minus intelligitur esse pretium acceleratæ solutionis, & pro illius usu emptor videtur percipere id, quod justo pretio deest, *Leotar. de Usur. cit. q. 8. n. 26. & 27.*

24 Non erit tamen usura emere annuam præstationem, quia fructus illi, qui quolibet anno recipientur ab emptore, non sunt lucrum pecuniæ, quæ in se sterilis est, sed merè illius juris annualis empti, *Cobell. ad Bull. Bon. Regim. c. 34. art. 12. n. 20. & seqq.* ubi, 25 quòd ita fuit decisum Bononiæ, & practicatur Romæ, Januæ, Venetiis, & alibi.

26 Hujus naturæ sunt illæ annuæ responsiones, quæ in Urbe vocantur *Luoghi de Monti*, quæ nihil aliud sunt, quàm, respectu emptoris, jus exigendi, respectu verò debitoris, 27 onus solvendi certam menstruam responsionem, consistentem in pecunia, ex contractu bonæ fidei, à Principe instituto resultans, *Cobell. ubi suprà, nu. 23. & seqq.* ubi explicat easdem particulas, *& Tolet. Instruct. Sacerd. lib. 5. c. 39. per tot.* ubi *n. 8.* 28 quòd Principes absque gravi necessitate non debent esse faciles ad instituendos similes montes, quia per illos destruuntur res successorum, & possunt taliter multiplicari, ut illos ad inopiam redigant.

29 Vocantur autem montes, quia ex redditibus Principis fit aggregatio quædam pecuniæ, quasi mons, iis præstandæ, qui dictos redditus emunt, ita *Ugolin. de Usur. c. 53. nu. 1. & Cobell. ad Bull. Bon. Regim. c. 34. art. 12. n. 22.*

Nota hìc non esse usuram emere anticipatè à Dominis locorum Montium Jus exigendi fructus in futurum maturandos, quamvis id sequatur pro pretio minori rationibus solidè expensis per *Capon. t. 3. discept. 136. per tot.* referentem ita decisum in suo casu.

30 Dicitur *ex pacto*, sub quo includitur, tam expressum, quàm tacitum, veluti si mutuans suppresso ore dicat. *Ego mutuum dabo, sed.* Verbum enim *sed*, ostendit tacitam pactionem accipientis, & dantis mutuum, & præsertim si accipiens subjungat, *Non pœnitebit te, mihi mutuum dedisse.* Dicitur pariter *ex pacto*, quod intellige etiam de illo mutuantis non repetendi mutuum intra certum tempus; quia si 31 ratione hujus pacti aliquid ultra sortem accipiatur; adhuc dicitur usura, ut sancivit *f. m. Alexand. VII. 18. Mart. 1666. proposit. 14.*

32 Dicitur denique *intentione principali præcedente*, nam usura committitur etiam sine pacto expresso, vel tacito, sed sola principali intentione accipiendi aliquid ultra sortem, mutuo datam, nam tunc saltem usura mentalis committi dicitur, de qua videbimus infra *n. 34.* Etiamsi illud accipiatur ea ratione, quia numerata pecunia, quæ mutuatur de præsenti, pretiosior sit numerandæ tempore restitutionis mutui, ut sancivit *f. m. Inn. XI. 2. Martii 1679. prop. 41.*

33 Multiplex est usura, & primò dividitur in realem, & mentalem juxta *Text. in cap. Consuluit, & in c. fin. de Usur. & in c. Debitores, de Jur. Jur.* Usura realis dicitur, quando accipitur lucrum ex mutuo vero, vel reductivo ex pacto tacito, vel expresso; Mentalis verò, quando sine dicto pacto accipitur lucrum ex mutuo, facto tamen ex intentione prin- 34 cipali accipiendi illud, ut *omnes Canonistæ* observant *in d. c. Consuluit*, ad instar mentalis Simoniæ, de qua in *c. fin. de Sim.* ibique *Canonistæ communiter.*

35 Dividitur 2. usura in apertam, seu veram, & in palliatam, seu reductivam. Usura aperta est illa, quæ committitur tantùm in contractu mutui. Palliata autem, seu reductiva, quæ committitur sub figura, & colore alterius contractus, quàm mutui, & quæ serpit in omnium fermè humanarum rerum negotiationibus, de qua *in c. Consuluit, & in c.* 36 *In Civitate, de Usur. & in c. Ad nostram, de Empt. & vend.* & observant *Alex. de Ales. in 3. par. D. Th. q. 66. & Tolet. Instr. Sacerd. lib. 5. c. 31. n. 1. & per tot.* In dubio autem circa usurarium contractum, in foro animæ standum est Theologorum sententiæ, in foro verò fori, Canonistarum opinio præferenda est Theologorum placitis, *Amen. de Delict. & Pœn. tit. 3. §. 8. n. 3.*

Quoad pœnam usurariorum, aut isti sunt manifesti, aut 37 non manifesti, sed occulti. Usurarii manifesti censendi sunt I. Illi, qui palam, & publicè in foro, vel domi fœnus, scilicèt fœneratitiam artem, exercent, ut constat *ex cap. 1. de Usur. in 6.* & ex regula tradita super manifestis, & notoriis rebus *in cap. Tua nos, & in cap. fin. de Cohab. Cler. & Mul.* Vel ille est, qui stat publicè paratus, ad usuras exercendas, *Panim. dec. 72. nu. 20. & Bonac. de Contr. disp. 3. q. 3. punct. ult. sub n. 2.* II. Qui crimen Usuræ in judicio con- 38 fessi sunt; Tunc enim pro judicato habetur *Textus est in leg. 1. & 3. in fine, ff. de Confess. & in d. cap. fin. & in cap. Cùm olim, de Verb. signif. Peguer. dec. 21. num. 4.* & latè *Rota dec. 401. n. 20. & seqq. par. 16. rec.* III. Propter depositionem testium, qui dicunt, se vidisse illum, exercentem fœnus, 39 juxta *Text. in c. Tua nos, & c. Super quibusdam, de Usur. Cavens. Rit. 199. n. 2. & de Angel. de Delict. par. 1. c. 133. num. 5.* IV. Is, contra quem multa instrumenta proferuntur, ex 40 quibus constat, usuras, & illicita cambia, & turpia lucra agitasse, siquidem notum est, non minorem vim obtinere instrumenta, quàm Testes, juxta *Text. in leg. Is Cod.* 41 *de Fid. Instr. & in leg. 1. Cod. Quor. appell. non recip.* V. Is, 42 qui usurarius deprehenditur ex ipsiusmet rationum, & rerum quotidianarum libris, quos tenet apud se, nam si ex illis apparet, illum exercuisse fœnus, satis constabit, esse usurarium manifestum, quia certum est, hujusmodi libros probare contra scribentem, *leg. Quidam, §. Nummularios, ff. de Eden. leg. Publica, §. ult. ff. Depos. & l. 7. Cod. de Prob.* VI. Denique is, qui sententia Judicis hoc nomine usurarum 43 damnatus fuit, ut probatur *ex d. c. fin. de Cohab. Cler. & Mul. & ex d. c. Super, & ex c. 1. de Usur. in 6.* & observant *Clar. in Prax. §. Usuras, num. 14. & Amen. de Delict. & Pœn. tit. 3. §. 8. num. 11.*

E contra verò Usurarius non manifestus ille est, qui neque 44 sententia Judicis, neque ejus confessione, neque legitimis probationibus, fœnus exercuisse convincitur, de quibus omnibus latè *Leotar. de Usur. q. 100. à n. 1.*

His ita præmissis, si quæratur, quæ pœnæ contra fœne- 45 ratores, & usurarios statutæ sint, distinguendum est, nam, vel loquimur de usurariis non manifestis, vel de manifestis. Si de non manifestis, & tunc dicimus, quòd usurarius non manifestus incurrat tantùm pœnas Juris Divini, & naturalis, quæ sunt restitutionis usurarum extortarum, & æterni supplicii, nisi pœnitentiam agat, & usuras restituat. Si de manifestis, dicimus, quòd earum pœnarum duplex sit 46 genus. I. Est earum, quæ à Jure Pontificio proditæ sunt, & ad Ecclesiasticum Tribunal pertinent, in coercendis usurariis contractibus, & illicitis conventionibus, tam clericorum, quàm laicorum. Alterum earum, quæ licèt pleri- 47 que à Jure Pontificio proveniant, in foro, & tribunali Sæculari etiam receptæ sunt, & per eas à Sæcularibus potestatibus laici usurarii puniuntur.

Primi generis pœnæ sunt multæ. I. Est, ut non possit ma- 48 nifestus usurarius ad sacros Ordines promoveri, nec habilis est ad officia, & beneficia Ecclesiastica obtinenda, ut colligitur ex *can. Infames 6. q. 1. & ex can. Seditionarios 46. dist. & ex c. Inter dilectos, de Exces. Prel.* & observant *Brugiot. Inst. Crim. lib. 3. tit. 7. n. 34. & seqq. & Amen. de Delict. & Pœn. tit. 4. §. 8. n. 20.* ubi *n. 21.* quòd, si usurarius sit Re- 49 ligiosus, tunc deficientibus municipalibus legibus Religionis, puniendus est proportionaliter pœnis clericorum, hoc est, privari debet dignitatibus, & muneribus Religionis, & cùm delinquat contra votum paupertatis, puniri debet pœnis proprietariorum. II. Est, ut si jam ordinatus 50 sit, & beneficium fuerit consequutus, ab officio, & beneficio suspendatur, *cap. Preterea, de Usur. Leotar. de Usur. qu. 100. nu. 30. & Diaz. in Prax. Crim. Can. cap. 91. num. 2.* III. Est, ut si clericus admonitus, adhuc in usuris exercen- 51 dis insordescat, ab officio, & beneficio dejiciatur, & deponatur, *can. 1. & 2. 46. dist. can. Quoniam 14. qu. 3.* & aliis cumulatis, *Anton. August. in Epitom. Jur. Pontif. lib. 35. tit. 6. Bertacch. de Episc. lib. 1. part. 1. quæst. 33. Covar. var. res. lib. 3. cap. 3. sub n. 3. Panim. dec. 72. nu. 34.* IV. Pœna est, 52 ut si laici admoniti, ne usuras exerceant, monitionibus non obtemperent, excommunicantur, *d. c. Præterea, & cap. Tuas, de Usur. Brugiot. Instit. Crim. lib. 3. tit. 7. nu. 35.* V. Pœna est, ut usurarii manifesti non admittantur ad Sacra- 53 mentum pœnitentiæ, *cap. fin. §. fin. de Usur. in 6.* &, ut à communione Altaris, idest à Sacramenti Eucharistiæ perceptione arceantur, *c. Quia in omnibus, de Usur.* imo nec admittantur in Ecclesiam, dum in ea celebrantur Divina Officia, juxta sancita *in Concil. Trid. Sess. 22. in decret. de observ. & evit. in celebrat. Miss. circa medium*, ubi statui- 54 tur,

tur, homines notoriè, & publicè criminosos, sacris interesse non debere, & sequitur *Amen. de Delict. & Pœn. tit.* 3. §.8. *num.*15, VI. Est, ut oblationes ab eis in Ecclesia 55 publicè factæ, non recipiantur à Sacerdotibus, & si illas receperint, accepta restituant, & ab officio suspensi remaneant, arbitrio Episcopi *citato cap. Quia in omnibus, de Usur.* Quod tamen non procedere in oblationibus impropriis, quales sunt illæ, quæ dantur pro Missis celebrandis, aut quæ pauperibus in eleemosynam offeruntur, advertunt *Suar. de Censur. disp.* 31. *sect.* 2. *num.* 6. *& Amen. de Delict. & Pœnit. tit.* 3. §.8. *num.*16.

56 VII. Denique, ut si usurarii manifesti in hoc scelere decesserint, Ecclesiastica priventur sepultura, *cap. Quamquam, de Usur. in* 6. *& Clem.* 1. *de Sepult. Brugiott. Instit. Crim. lib.* 3. *tit.*7. *num.*35. Si tamen de facto sepulti sint, exhumari non debent, *Anchar. in c.* 1. *num.* 8. *de Usur. & Rayn. tom.*1. *ad c.*1. *suppl.*3. *num.*161. ubi, quòd ex hac ra- 57 tione anno 1693. exhumati non fuerunt duodecim Christiani, inter masculos, & fœminas, mortui in ruina solarii, tempore, quo assistebant nuptiis cujusdam Judæi, sed illorum sepultura tolerata, fuit tamen processum contra Parochos, illos indebitè sepelientes. Dixi, *si in hoc scelere decesserint*. Nam si usurarius antequam ultimum claudat diem pœnitentiæ signa dederit, poterit in Ecclesia se- 58 peliri, dummodo per se, vel per alium servet præscripta *in cit. cap. Quamquam, de Usur. in* 6. ut observat *Amen. de Delict. & Pœn. tit.*3. §.8. *num.*17.

59 Secundi generis pœnæ itidem multæ sunt, & I. Pœna est infamiæ, *leg. Improbum, Cod. Quib. ex caus. infam. irrog. Clar. in Prax.* §. *Usura, num.* 15. *Roder. de Ann. redd. lib.*3. *quæst.*4. *num.*116. *Panim. dec.*72. *num.*12. *& seq. & Brugiot. Inst. Crim. lib.*3. *tit.*7. *num.*36. II. Ut si usurarius usuras alteri præstitit, neque ipsi, neque hæredibus ejus detur repetitio, donec ipse, vel ejus hæredes extortas usuras reddiderint, *cap. Quia frustra, & cap. Michael, de Usur.*

60 Non poterit tamen hac exceptione repelli, qui alieno nomine restitutionem usurarum peteret, puta nomine Pupilli, seu Ecclesiæ, quia tunc non repelleretur petens à judicio, sed ille, cujus nomine petuntur, *Gonz. in cap. Quia frustra, in fine, de Usur. & Giball. eod. tract. lib.* 1. *cap.*11. *art.*2. *num.*8. III. Ut condemnatus per sententiam 61 usuras restituere, nullo modo possit uti remedio appellationis, *cap. Perniciosus, de Usur. Ugolin. de Usur. cap.*23. §.1 *Petr. Gregor. eod. tract. lib.* 2. *cap.* 12. *num.* 4. *& Panim.* 62 *dec.* 32. *num.* 17. *&* 18. IV. Ut cùm agitur de usuris, teneantur usurarii ad exhibitiones librorum, & omnium scripturarum, ad negotiationem, & mercaturam pertinentium, *Clem.* 1. §. *Cæterum, de Usur. Gaill. lib.*1. *pract. obser. cap.* 106. *num.*12. *Leot. de Usur. quæst.* 100. *num.* 43. *& seq. & Amen. de Delict. & Pœn. tit.*3. §.8. *num.*10. ubi observat, hoc verum esse de libris publicis, secus autem de priva- 63 tis. V. Ut usurariorum manifestorum testamenta sint ipso jure nulla, nisi, vel usuras restituant, vel de illis restituendis pro patrimonii viribus idoneè caveant, *cit. cap. Quamquam, de Usur. in* 6. *Lel. Zecch. de Usur. cap.*15. *n.*2 *Crass. in* §. *Donatio, qu.* 5. *Peguer. dec. crim.* 31. *num.*6. *& Panim. dec.*72. *nu.*21. *& seqq.* ubi, quòd ad hunc effectum necesse est, ut usura fuerit exacta, vel fructus ex pignore percepti, *& num.* 33. *Zaul. tom.*2. *fol.*328. *n.*3. VI. Ut ex- 64 tra ordinem puniri possint arbitrio Judicis, argum. *Text. in leg.*1. §. *Expilatores, ff. de Effract. & Expil. & in leg. Hodiè ff. de Pœn.* VII. Demùm, ne aliquis cujuscumque sit sta- 65 tus, & conditionis, domos locet, & conductas habere sinat, vel alio titulo concedat, publicè fœnus exercere volentibus, sed, ut infra tres menses eos expellant, sub pœnis interdicti, vel suspensionis, vel excommunicationis, *c.*1. *de Usur. in* 6.

66 Hæ sunt pœnæ à Jure impositæ contra usurarios, cæterùm, ut ad rem monet *Card. de Luc. in Prax. crim. c.*5 *verb. Usura, In criminale oggidì è raro il caso in prattica, eccetto quando si pigli per pretesto all'effetto di fare delle estorsioni alle persone commode, ma pacifiche, con le quali non vi sia l'attacco di altri delitti.*

67 Nota hìc, quòd usurarum crimen est mixti Fori, & in illius cognitione est præventioni locus, quando quæstio facti agitatur, secus verò quando adest dubium Juris, tunc enim cognitio illius privativè spectat ad Judicem Ecclesiasticum, 68 *Fag. in cap. Tuam, num.*37. *&* 55. *de Ordin. cognit. & Via in Sum. Jur. Can. lib.*3. *tit.* 32. *vers. A quo*, ubi quòd *ita resolvit Sac. Cong. Immun.*16. *April.*1650. *& de Angel. de Confess. to.*2. *qu.*52. *num.*10. ubi, quòd est verum, sive quæ- 69 stio Juris deducatur principaliter, sive incidenter, & resolvit *S. Congr. Immun. in Melevitanâ* 16. *Aprilis* 1630. *lib.*2. *decr. Paul. fol.*37. *de qua Ricc. in Synop. v. usura*.

Nota 2. non esse usurarium, sed à Jure permissum con- 70 tractum ad gaudendum, seu *antichresis*, qui vulgò dicitur *a godere*, ut observant *Rovit. in Pragm.* 1. *de Usur. num.*11. *Ricc. collect.*2044. *de Angel. de Delict. par.*1. *cap.*133. *num.*23. *Dian. tom.*6. *tract.*3. *de Contract. res.*29. *& seqq. Mynsing. observ.*71. *cent.*6. *& Card. de Luc. de Usur. disc.*9. *per tot. & in Const. Leg. & rat. obser.*167. quidquid dicat *Monacell. in form. t.*3. *tit.*1. *form.* 20. *n.*24. *fol.*67.

Nota 3. non esse pariter prohibitum contractum illum, 71 quem vulgus vocat *a tempo, e moglie*, quando scilicet quis aliquid emit pro pretio longè majori illo, quod in rei veritate valeat, solvendo tamen, quando uxorem duxerit, vel dignitatem aliquam obtinuerit, rationibus adductis ab *Azzor. Inst. mor. part.*3. *lib.*11. *cap.*21. *lib.*1. *Megal. tom.*1. *re-* 72 *sol.*70. *Scacc. de Camb.* §.1. *qu.*1. *nu.*95. ubi, quòd spondens in casum, quo filium masculum suscipiat, non spondet propter lucrum, sed propter desiderium illum suscipiendi, quo casu perdendo vincit, ex quo dum perdit, consequitur id, quòd desiderabat, aliàs sponsio erit veluti remedium, seu consolatio sinistri eventus, & *num.*97. ubi, quòd Romæ, sæpè vi- 73 dit hunc contractum fieri, *Sabell. in Summ. verb. Ludus, num.* 10. *Leotar. de Usur. qu.*23. *num.*54. *Rot. Jan. dec.*108. *Crivel. dec.*57. *Thesau. Jun. quæst. forens.* 14. *lib.*2. *& Urceol. de Transf. quæst.*28. *num.*29. *&* 30. ubi tamen *num.*13. *& seqq.* quòd id non procedit, quando obligatio est ex utraque parte pœnalis impeditiva libertatis Matrimonii, puta, quòd duo Juvenes conveniant, seque obligent, ut quis prior ipsorum uxorem duxerit, statim solvat alteri scuta decem, referendo ita decisum à Rota Florentina, vide *Constat. ad Stat. Urb. to.*2. *annot.* 46. *art.*3. *à num.*253. *fol.*301. & *Lopez. de Laudem. cap.* 26. *per totum*.

Quidquid circa principalem conclusionem in favorem 74 Clientis scripserit *Card. de Luc. in disc.*36. *de Usur.* quod non fuit in consideratione habitum à Judice, contra ejus scripta pronunciante; Unde pro responsione applicari videntur 75 illa, quæ ipsemet *in disc.*92. *num.*24. *de Fideicomm.* observavit, quòd scilicet attendi non merentur pro similibus casibus doctrinæ illæ, quæ ipso authore vivente, & oretenùs dante calorem, non fuerunt efficaces, & faciunt firmata per *Rot. in dec.*24. *num.*13. *cor. R.P.D. Ansaldo*, ubi, quòd nimis inconveniens reputatur, illam fidem in alio judicio præstare testibus, quam in illo, in quo fuerunt examinati, non meruerunt.

Dixi *pro pretio longè majori*, quia si istud ferè correspon- 76 deat vero valori, tempus Matrimonii, vel dignitatis stat loco temporis obligationis, non autem pro purificatione conditionis, ita ut si emens ante dictum tempus moriatur, illius hæredes statim obligati sint ad solutionem pretii conventi, ut egregiè probat *Card. de Luc. de Empt. disc.* 53. *per totum*, ubi, quòd pro veritate requisitus ita respondit in casu venditionis equi, braviorum cursibus apti, vulgo *Barbaro*, venditi pro scutis 150. Imo, quòd validus sit contractus ille, cujus 77 pretii solutio dilata fuit in tempus, quo quis uxorem ducet, fiet Sacerdos, vel morietur, adductis concordantibus, probat *Gob. consul.*143. *n.*3.

Nota 4. non esse permissum creditori usuras usurarum exi- 78 gere accessoriè, seu augmentativè ad antiquam sortem, vel cum superfœtatione fructuum, quod propriè *anathocismus* vocatur, reprobatus *in leg. fin. C. de Usur.* ut observant *Fab. de Err. Prag. decad.* 20. *err.* 1. *in princ. Crivel. dec. Dolan.* 103. *n.*13. *& Christin. dec. Belg.*49. *n.*12. *& R.P.D. Ansald. de Comm. & Merc. disc.*67. *n.*30.

Dixi *accessoriè, seu augmentativè ad antiquam sortem*, quia si fructus redigantur in sortem, facta novatione, & mediante alio contractu fructifero, cessat anathocismus, & licitè exigi possunt.

Tunc enim fructus ex hoc secundo capitali, puta cam- 79 bio, percepti, non dicuntur fructus fructuum, sed fructus novæ sortis, quia per novationem in sortem cessavit, & novata fuit natura fructuum primi contractus, quasi præsumantur soluti creditori, & deinde mediante novo contractu 80 debitori restituti, *Noguer. alleg.* 32. *num.*49. *&* 50. *Mev. de Debit. cap.*4. *sect.*6. *num.*28. *Leot. de Usur. quæst.*5. *num.* 14. *Gibal. eod. tract. lib.*5. *cap.*5. *artic.*9. *conclu.* 5. *num.*15. & magistraliter *Rot. in Rom. Cambiorum* 21. *Junii* 1697. *&* 13. *Januarii* 1698. *coram Eminentiss. Caprara*, *&* 16. *Januarii* 1699. *coram R. P. D. Muto*, Coram quo in alia *dec. diei* 22. *Martii* 1700. excusavit succumbentem à restitutione fructuum, ratione damnorum, & interesse magnæ summæ capitalium pro tempore, quo duravit dicta lis, attenta ejus bona fi-

na fide, & credulitate fovendi bonum Jus in articulo exemplari, & nunquam antea in Rota formiter definito, deducendo eamdem bonam fidem, & dubietatem à Doctoribus qui super articulo anathocismi scripserunt, à multis primi nominis Advocatis, de quorum consilio lis mota fuit, à Signaturæ rescriptis, quæ bis eamdem causam cum clausulis suspensivis commisit, & demùm à Rota, quæ novam audientiam semel concessit, & in motivis decidendi constans non fuit in dictis tribus decisionibus.

Nota 5. quòd vendens integrum Negotium, seu Tabernam fundacalem, potest, absque labe usuraria, conventionem facere circa fructus, illosque licitè percipere, ratione ipsius Negotii, seu *Avviamenti*, quod est pretio æstimabile, *Rot. dec.*898. *num.*1. *coram. Cerr. & dec.*236. *num.*2. *& dec.*330. *num.*5. *p.*13. *& dec.*74. *num.*6. *& seq. par.*14. *rec.* cum aliis apud *Rocc. Select. Interp. cap.*99. *num.*26. *Rota in Romana, seu Albanen. Ferracci super damnis* 17. *Martii* 1710. §. *Subalternanter, coram Ansaldo*.

Nota 6. non excusari à labe usuraria contractum illum trinum, pro cujus defensione, & subsistentia integrum edidit tractatum, sub titulo *de Usur. Giball.* & signanter de illo loquitur *lib.*6. *cap.*3. *& seqq.* consistentem primò in societate, in qua unus ponit pecuniam, alter operam. Secundò in assecuratione sortis principalis, quam pecuniæ receptor facit, Et tertiò in assecuratione certi lucri, quam idem receptor, qui pecuniam negotiaturus est, pariter facit, ad tollendas contentiones super rationum redditione, & lucrorum quantitate, & ratio est, quia aliàs leges probibentes usuras, essent impositæ verbis, & non rebus, contra recepta Juris principia, ut videre est apud *Turr. de Camb. disput.*3. *quæst.*10. *num.*21. *& seqq. Card. de Luc. de Usur. disc.*1. *nu.*5. *& seqq.* & latissimè *Rocc. select. interpr. cap.*99. *num.*6. *& seqq.*

An autem Montes Pietatis, qui nimiùm laudabiliter instituti reperiuntur ferè in omnibus magnis Civitatibus, possint, absque usuraria labe, lucrum aliquod exigere à deponentibus ibidem pignora, ante Generale Concilium Lateranense quæstio fuit nimiùm involuta inter Theologos, pro cujus negativa latè scripserunt *Cajetan. tom.*2. *opusc.*6. *& Sot. lib.*6 *quæst.*1. *art.*67. Verùm in eodem Concilio Lateranensi contrarium fuit determinatum, ut videre est *in Const.* 11. *Leon. X. in Bull. nov. tom.*1. Quam, nedum servari mandavit *S. Cong. Conc. in Montis Falisci Montis Frumentarii* 25. *Junii* 1695. *ut in lib.*45. *Decret. fol.*360. *&* 1. *Martii* 1704. *ad* 1. *dub. ut in lib.*54. *Decret. fol.*66. sed ulteriùs in secundo dubio, ex usuris, ad majorem rationem perceptis, mandavit, erigendum esse novum Montem, sub administratione Episcopi, *& in Venusina Legatorum* 15. *Novembris* 1704. *ad* 5. *dub. ut in lib.*54. *Decret. fol.*407. in qua agebatur de diversis legatis piis, relictis à cl. m. immortalisque nominis Cardinali de Luca, Et proindè hodiè inter Catholicos nulla in hac parte adest difficultas, ut advertunt *Quar. in Sum. Bull. verb. Mons Piet. Scacc. de Camb.* §.1. *num.*445. ubi, quòd temerarium est de hoc ampliùs dubitare, *& R. P. D. Ansald. de Comm. & Merc. disc.*23. *num.*14.

Disputant verò Canonistæ circa quantitatem hujus lucri; & ferè omnes in hoc conveniunt, quòd illa regulari debeat ex Locorum moribus, ex compensatione periculi, & damni quòd Loca pia annexa habent in pignoris peremptione debitorum decoctione, ministrorum infidelitate, & salario, aliisque casibus, & contingentiis, enumeratis per *Pasqual. dec. moral.* 186. *& seqq. Philiarch. de Offic. Sacerd.* §. *Quoad* 1. *Azor. Inst. mor. par.*3. *lib.*5. *cap.*9. *quæst.*2. *Card. de Luc. in Sum. de Usur. num.* 39. *& Pignat. consult.*51. *per tot. tom.*4. ubi *nu.*12. quòd potest tantum exigi, quantum necessarium est pro indemnitate Loci pii, & pro compensatione damni, quod patitur in parandis pecuniis, ad sublevandum deponentes, pro expensis ministrorum, & aliarum rerum, pertinentium ad conservationem ipsius Montis & resolvit *Congr. Concilii in Eugubina* 12. *Novembris* 1633. *lib.* 15. *Decr. fol.* 517. 6. *ad* 6. *dub.* Quòd autem non possit exigere ultra tria pro centenario, respondit *S.C.Conc. in Mutinen.*22. *Augusti* 1637. *lib.*15. *Decret. fol.*578.

Quia verò ex fortunæ accidentibus hujusmodi loca Pia, ac Montes Pietatis aliquando ex eorum paupertate, succurrere non possunt indigentiis volentium facere pignora, recursum habere solent ad Sacr. Congreg. Concilii pro accipiendis cum usuris aliquibus summis, & deinde illas sub majori usura tradere oppignorantibus, ut practicavit Mons Pietatis Casalen. die 7. Julii 1708. obtinendo ab ead. Sacr. Congr. facultatem accipiendi Sc. 6000. sub usuris trium pro quolibet Centenario, & anno, & illa dare ratione scut. quinque. In cujus folio asseritur similem gratiam pro Sc. 9000. obtinuisse etiam anno 1692. Dixi *pro Ministrorum infidelitate*, quia de illorum culpa, & dolo tenetur Mons, ut contra Montem Pietatis Urbis resolvit *Rot. in Rom. Pecun.* 10. *Maii* 1684. *cor. Alberg.* in cujus casu agebatur de deposito 17. sacculorum monetarum, clausorum, & obsignatorum; Firmando ulteriùs in §. *Quandoquidem*, quòd nullo jure prohibita sit, sed potiùs permissa oppignoratio pecuniarum, ex *Text. in leg. Itemque* 7. §. *Si sibi ff. Qui potior. in pign. hab.* quem sequitur etiam *in dec.*832. *n.*7. *& cor. Dunoz. jun.*

Nota 7. contra *Megal. cons.*85. *per tot.* non esse usurarium omni jure, sed permissum contractum illum, quo Aromatarius locat omnia vasa, & medicamenta suæ Tabernæ ad decem annos, illaque conductori tradidit certo pretio æstimata, cum expresso pacto, ut teneatur conductor singulis annis solvere decem pro centenario pretii æstimati, & in fine conductionis restituere vasa, & medicamenta eodem pretio æstimanda; Quia est species contractus locationis, de cujus natura est, ut aliquid solvatur Locatori, ita *Cavalcan. dec.* 13. *num.*66. *par.*2. *Valer. in Differ. utriusque For. Verb. Usura, differ.*3. *n.*9. *& Dian. to.*6. *tract.*3. *resol.*61. ubi reprobat *Megal. ubi sup.*

Nota 8. non posse Ministros Sac. alicujus Montis Pietatis præfigere oppignorantibus certum terminum ad luenda pignora, quo elapso residuale pretium eorumdem, non spectet ampliùs ad eosdem Dominos, sed erogandum sit in pia opera, vel eleemosynas, ut reprobando similem Constitutionem, factam à Ministris Montis Pietatis Lugi, respondit *S.C. Conc. in Imol. Praecepti* 28. *Martii* 1705. demandando residuale pretium pignorum remanere in creditum dominorum, *ut in lib.*55. *Decret. fol.*107.

Demùm nota hìc, usuram committi ab illo, qui Schedulas *vulgò Pagarò* ad determinatum tempus solvendas emit, si aliquid occasione hujus dilatæ solutionis accipiat à vendente, ultra assecurationem crediti in Schedulis contenti, *Lessm. in Summ. p.*2. *tract.*10. *concl.*29. *Dicastil. de Just. & Jur. lib.*2. *tract.* 10. *disp.* 11. *dub.*20. *n.*42. *& seqq. & Rayn. tom.*2. *cap.*16. *suppl.*3. *nu.*43. *& seqq.* Dixi *ultra assecurationem, &c.* quia, si non assecuretur ementi creditum, poterit aliquid accipere, ratione periculi, & difficultatis in exigendo creditum emptum, *ut advertunt citati Authores*.

TITULUS VIII.

De Crimine violati Sepulchri.

PRo intelligentia præmittendum est, quòd sepulchrum est ubi corpus defuncti hominis, ossaque ejus conquiescunt *leg.*2. §. *Purus, &* §. *Celsus, & leg. Monumentum ff. de Relig. & sumpt. fun.* quod Græco vocabulo *sarcophagus* dicitur, ut *in leg. Funeris* §. *Sarcophagi, ff. Eod.* & advertit *Sam. de Sepult. tract.*1. *fol.*29. *num.*30. Monumentum autem est omne id, quod sepulchri muniendi causa factum fuit, veluti porticationes, arcuationes, columnæ, statuæ &c. *cit. leg. Funeris* §. *Monumentum, ff. Eod.* Cœnotaphium verò est quoddam honorarium sepulchrum, memoriæ causa factum, sed corpore vacuum, & inane, *leg. In tantum,* §. *fin. ff. de Rer. div. & leg. Monumentum, ff. de Relig. & sumpt. Fun.* cum aliis apud *Sam. de Sepult. fol.*28. *num.*24. Sepultura demùm est ipsum funus, sive exequiæ, comprehenditque omnia illa, quæ fiunt pro sepeliendo cadavere, antequam in terris recondatur, *leg.*1. §. *ult. & leg. seq. ff. Ad leg. Falc. & leg. Funeris ff. de Relig. & sump. Fun.* & latè *Sam. de Sepult. tract.*1. *contr.*3. *per tot. fol.*25. *& seqq.* ubi latè explicat, & ethymologicè describit loca omnia, in quibus mortui sepeliuntur, nempè Cœmeterium, Polyandrum, Monumentum, Arcam, Tumulum, Pyramidem, Mausoleum, Sarcophagum, Bustum, Urnam, Puticulum, Dormitorium, Ergastulum, Cænotaphium, Feretrum, Depositum, Sepulchrum, & Sepulturam.

His præmissis, dicimus, quòd dicta sepulchra aperire, frangere, effodere, dilapidare, aut quocumque modo violare, nefas est, & grave crimen; Nam nimis læditur humana conditio, si in locum illum aliquid committatur, qui communi omnium Gentium Jure, humanitatis, & mortalitatis nostræ causa, institutus fuit, atque valdè inhumanum existimatur defunctorum ossa, & cineres vexare, eorumque corpora incondita, & insepulta manere *l. Si quis sepulchrum,* §. *Prætor ait ff. de Relig. & sumpt. fun. & l.*1. §. *Interdictum, ff. de Mort. infer. Zuff. Inst. Crim. l.*2. *tit.*13. Multifariàm contingere potest, quòd hoc crimen violati sepulchri committatur, & I. Si destruantur, & demoliantur sepulchra, *leg.* 2. *C. de Sepulch. viol.* Quo casu molitores, & destructores dicun-

dicuntur mortuos suis propriis domibus spoliare, *leg. Qui sepulchrum C. Eod.* Quam impietatem eleganter exprobat *D. Gregor. serm. 1. de Consolat. mortuor. in princ. & de Angel. de Delict. par. 1. cap. 117. num. 1. & seqq.* ubi *nu.* 9. quòd hoc non procedit in violante sepulchra hostium 9 & *num.* 14. quod nec etiam habet locum in impuberibus, & pueris, doli incapacibus. II. Si statua monumento 10 affixa, avulsa fuerit, *leg. 2. ff. de Sepul. viol. Segn. nel Christian. Instr. par. 1. rag. 29. num. 22.* III. Si quis pro- 11 jectum, aut stillicidium in sepulchrum immiserit, *leg. fin.* §. *Si quis, ff. Quod vi, aut. clam.* IV. Si aliquid à sepul- 12 chro ablatum sit, *leg. 2. & leg. Pergit, Cod. de Sepult. viol.* Veluti saxa, marmora pretiosa, columnas, statua &c. Quique ex illis materiis propriam fabricaverit domum, dicitur defunctos turbare, & vivos polluere, *in leg. Qui sepulchra, Cod. eod. Rayn. tom. 3. c. 32. §. 4. num. 519. & seqq.* ubi de subtractione capsæ plumbeæ, facta à sepul- 13 chro Capellæ DD. de Raymundis, in Ecclesia S. Petri in Monte aureo, positæ è conspectu alterius celebris Capellæ Flagellationis D. N. J. C. sub dominio D. Jo. Jacobi Ursini, docti, & probati Curialis amici mei. 14 Usum verò sepeliendi cadavera in capsa plumbea attribuunt Doctores majori conservationi: Diutiùs enim corruptioni resistere cadavera, plumbea capsa inclusa, experientia patet, & notat *Kornm. de Miracul. mort. p. 3 cap. 6. & Zacch. quæst. Medicoleg. lib. 4. tit. 1. quæst. 10. num. 17.* ubi pariter observaverat, reperiri aliqua sepul- 15 chra, in quibus corpora statim absumuntur, & Romæ in Campo Sancto adesse cœmeterium, quod 20. horarum spatio cadavera absumit. V. Qui terram sepulchri 16 effodit, vel evertit, *cit. leg. Pergit, Cod. eod.* VI. Si in sepulchrum, etiam hæreditarium, defunctus inferatur con- 17 tra testatoris voluntatem, etiamsi is, qui intulit, sit hæres, *leg. Prætor §. Si quis, ff. de Sepult. viol.* VII. Si, nedum lapides sepulchrales, sed quod plus est defunctorum 18 ossa, & cineres vexentur, extrahantur, & eruantur, vel defunctorum corpora expolientur, *cit. leg. Prætor ait, §. Si adversùs, & §. Perpetuæ, ff. De Sepul. viol. & leg.* 19 *Qui Sepulchra, C. Eod.* Quod limita, si sequatur ex justa causa, puta ad faciendam anatomiam, cum *Scialoy in prax. Forjudic. c. 27. num. 2. & de Ang. de Del. p. 1. c. 118. num. 15. ut videbimus infra lib. 4. tit. 5. num. 119. & seqq.* Quo casu non possunt id permittere Parochi in 20 Urbe, sed concurrere debet licentia expressa R. Vicesgerentis, & id sequi non debet, nec in Ecclesia, nec in Sacristia, ut disponitur *in Statutis Cleri Romani, cap. 4.* 21 *de Canon. portion. §. 13.* VIII. demum, si per vim fuerit prohibitum, ne quis possit funerari, quo casu crimen etiam publici judicii incurritur, & qui hoc fecerit, tenetur de vi publica, ut suprà diximus, & habetur in *leg. Sepulchri, ff. de Sepul. viol. l. Qui cetu ff. Ad l. Jul. de Vi publ.*

22 Advertendum est hic, quòd cùm circa Jura Sepulchrorum, de quibus latè agunt *Martin. Naurath. de Vit. & mort. homin. theor. 97. Baron. de Corpor. tit. de Corpor. ejusque partib. par. 2. num. 210. Solorz. de Jur. Ind. lib. 5. cap. 1. num. 39. & seqq. par. 2. & Rayn. tom. 3. cap. 32. §. 4 & 5. à num. 469.* hodie non observentur ea, quæ de Jure Civili, sed Jure Canonico sancita sunt, quia defun- 23 ctorum sepulchra non dicuntur religiosa loca, deficiente Episcopi authoritate, ex adductis per *Sam. de Sepul. tract. 1. contr. 16. concl. 1. per tot. fol. 303. & seqq.* ideo crimen violati sepulchri, in citatis casibus commissum, restringitur hodie ad illa sepulchra, quæ de Jure Canonico talia appellantur, ut probant *Decian. lib. 6. cap. 40. num. 20. & Jodoc. in Prax. cap. 109. num. 7.* ubi, quòd proinde crimen hoc ferè in desuetudinem abiit, quòd- 24 que ingenii vires circa illud exercere supervacaneum est. An autem procedant in illis locis profanis, in quibus Meretrices sepeliri solent, qui in Urbe *Muro torto* vocatur, ut observat *Dian. resol. mor. tom. 1. tract. 3. resol. 83. num. 2. in fine*, non determinant *Scann. de Visit. Carcer. lib. 1. §. 3. c. 4. nu. 35. fol. 33. & Sabell. in Prax. univ. Verb. Meretrici, num. 54.* Ego verò in affirmativam 25 inclinarem opinionem, ne ossa earumdem verè infelicium mulierum impunè ab hominibus vexentur.

26 Quoad pœnas violati sepulchri, vel est sermo de Jure Civili, vel de Jure Canonico irrogatas.

27 Jure Civili attento, violator sepulchri mediante extractione cadaveris, vel exhumatione ossium, & cinerum, & hoc fecerit armata manu, & more latronum, si sit persona humilis, ultimo supplicio affici debet, *Jodoc. in Prax. Crim. cap. 109. nu. 5.* Si verò honestior, vel relegatur, vel deportatur, *d. fin. ff. de Sepul. viol.* Eadem pariter pœna puniendus est expolians corpora mortuorum armata manu, & more latronum, *Gloss. in leg. Pergit, Cod. de Sepul. viol. Zuff. Instit. Crim. lib. 2. tit. 3. lit. Q. & R. & Brugiot. eod.* 28 *tract. lib. 3. tit. 3. num. 3. & seqq.* Si verò sine armis, pœna extendi poterit usque ad damnationem in metallum, *leg. Prætor, §. Adversùs, ff. De Sepul. viol.* Nisi agatur de Ves- 29 pilione, cui in Urbe ex dispositione *Statut. Cleri cap. 6. de Merced. associan. &c. §. 19.* permittitur, ut sibi approprient pileos, & calceamenta cadaverum, cum facultate tamen *in* 30 *sequenti §. 20.* attributa hæredibus redimendi eumdem pileum pro juliis tribus. Quòd si quis, nec cadaver à sepul- 31 chro extrahat, nec illud vestibus expoliet, sed solùm lapides, columnas, imagines, statuas, arcam, & alia ornamenta effregerit, & abstulerit, & tunc si est servus, idque facit inscio domino, & damnatur in metallum, si verò domino jubente, relegatur dumtaxat, *leg. 3. Cod. de Sepul. viol.* Si liber homo, ultra restitutionem rerum furatarum faciendam posteris defuncti, punitur pœna pecuniaria, 32 quæ *Jure ff. in leg. Prætor, ff. de Sepul. viol.* est centum aureorum, de *Jure* verò *Cod. in leg. Qui Sepulchra, Eod. tit.* decem pondetum auri, ut observant *Farin. qu. 20. n. 120. & Jodoc. in Prax. Crim. c. 109. n. 2.*

33 Si loquamur de Jure Canonico, nulla alia imposita est pœna violatoribus sepulchrorum, quàm irritationis omnium gestorum, *cap. Fraternitatis, de Sepult.* puta si Parochus violenter rapuerit corpus, quod alibi, quàm in sua Ecclesia Parochiali sepulturam elegit, & funus expoliavit, tenetur restituere totum id, quod accepit, & perdet quartam canonicam, *Farin. qu. 20. num. 214. & seqq.*

34 Benè verum est, quòd in his casibus non solent magna Tribunalia demandare exhumationem cadaverum, sed ea relinquere in illis locis, ubi jam de facto sepulta reperiuntur, emolumentis tamen usque ad obulum restitutis, & hoc ad impediendam vexationem humanorum cinerum, ut de praxi Sac. Rot. videre est in *dec. 41. num. 1. & seqq. apud Nov. in Sum. Bull. 41.* quæ est duplata in p. 8. la 429. & de illa *S. Congr. Conc. in Rom. Jur. Sepeliendi 17. Augusti 1697.* impressa 35 apud *Antonell. de Jurib. Cleric. fol. 20.* in qua fuit resolutum, militem præsidiarium sepeliendum esse in illa Parochiali, à qua in vita Sacramenta recepit, non autem in illa, in qua domum & familiam retinet, & ad quam ex causa morbi se contulit, etiamsi ibi decedat.

36 Et meritò, quia milites, aliique degentes in aliqua Arce, seu Fortalitio, ab illa Parochia Sacramenta tenentur recipere, intra cujus fines positum est, ut respondit *S. Cong. Conc. in Ferrarien. Jurisdictionis 12. Jan. 1704. ad 3. dub.* in qua dub. 2. resolvit, non posse Cappellanum Arcis Ferrarien. 37 audire in eadem Arce confessiones cum licentia Eminentissimi Legati, à quo deputatur, absque licentia Eminentissimi Episcopi, *ut in lib. 54. Decret. fol. 1.*

38 Quæ procedunt etiamsi agatur de humatione cadaveris, attentatè facta, adhuc enim, contra attentatorum naturam, purganda non est, sed, saltem ex æquitate, ad exitus litis remittenda, ut, pluribus cumulatis, firmavit *Rot. in dec. 429. num. 1. & seq. p. 18. rec.* Dummodò tamen non 39 agatur de attentatis commissis in spretum particularis inhibitionis, quia illa ante omnia purganda sunt, mediante cadaveris restitutione, ut declarando authoritates, quæ videntur contrariæ, firmavit *Rot. in dec. 76. per tot. & signanter num. 5. p. 11. rec.*

40 Nota hic, Rectores Ecclesiarum, in quibus testator sepulturam elegit, posse impedire constructionem depositi ejusdem, cum inscriptione, & cum appositione insignium, tam testatoris, quàm hæredis, quamvis iste promptum se offerat considerabilem summam, etiam pro Ecclesiæ orna- 41 mento, impendere, ut resolvit *Sacr. Congreg. Concil.* in *Rom. appositionis Insignium 4. Septemb. 1700.* prout *in lib. 50. Decr. fol. 68 t.*

42 Nota 2. Prætextu non solutionis decimarum, quartæ funeralis, vel emolumentorum funeris, non esse retardandam cadaveribus sepulturam; nulla enim ratio patitur, Christianorum cadavera, propter pecuniarium interesse, insepulta remanere, argum. *cap. Non æstimemus 13. quæst. 2. Passer. de Stat. Hom. quæst. 187. art. 4. insp. 3. nu. 166. & seqq. & Justin. in addit. ad Novar. in Sum. Bullar. fol. 12.* ubi refert, ita 43 pluries decisum à *Sac. Cong. Episc.* & signanter in *Avellina 16. Octob. 1641.* Ita etiam resolvit *Sac. Congreg. Concil. in Anglonen. 7. Decembr. 1634. lib. 15. Decr. fol. 130. & in Novarien. Funerum 15. Martii 1704. ad 5. dub. ut in lib. 54. Decr. fol. 93. & Card. de Luc. de Regul. disc. 166. n. 12* ubi,

ubi, quòd adversum etiam est Gentilium, & Ethnicorum legibus: Imo si agatur de pauperum cadaveribus, illa absque ullo emolumento tenetur Parochi tradere sepulturæ, ut resolutum ab eadem Sac. Cong. in *Cassan. 5. Maji* 1617. testes sunt *Passer. & Justin. loc. suprà citato.*

44 Nota 3. ex Constit. S. Pii V. relata *à Novar. in Sum. Bull. comm.*116. *num. unico*, defunctorum sepulturas non posse fieri super terram, sub qua tamen prohibitione non 45 comprehenduntur monumenta marmorea, quæ potiùs ornamentum afferunt Ecclesiis, *Nicol. in Floscul. verb. Sepultura, nu.* 2. *in fine.*

46 Nota 4. Non posse Parochos majora prætendere emolumenta pro sepultura extraneorum, & forensium, quàm sint soliti ex incolarum funeribus percipere, rationibus adductis, *à Justin. ubi supra vers. Pariter*, ubi registrat epistolas, id improbantes *Sac. Congreg. Episc.* sub die 12. 47 *Febr.* 1677. *in Frequentina*, *Barbos. de Jur. Eccles. lib.* 2. *cap.*10. *num.*83. *& de Paroch. p.*3. *cap.*26. *in fine*, *& Nicol. in Instit. Civilib. lib.*4. *tit.* 15. *de Sepult. numer.* 22. qui ita decisum pluries referunt ab eadem *Sacra Congreg.*

48 An autem pro extractione, introductione, vel transitu cadaveris, exigi possit gabella, reprobatis contrarium sentientibus, negativam opinionem nervosè probat *Card. de Luc. de Regal. disc.*166. occasione prætensionis, excitatæ pro cadavere Card. Giberti Borromei, qui obiit in Oppido Neptuni, & transportatus fuit ad Urbem, & in fine testatur, ita vivæ vocis oraculo decisum fuisse à *f. m. Alexand. VII.* occasione ejusdem prætensionis Dohaneriorum pro translatione cadaveris Infantis Margaritæ 49 de Sabaudia, quæ in Urbe piè decedens, Assisii sepulturam elegerat, quem, aliis adductis, sequitur *Add. ad Pamphil. dec.*323. *num.*9.

50 Nota 5. quòd non potest cadaver de una in aliam Ecclesiam transferri absque licentia Parochi Loci, unde fit translatio *Ugolin. de Potest. Episcop. capit.* 17. *num.* 3. *Barbos. de Paroch. part.*3. *cap.* 26. *num.* 66. *& Rayn. tom.*3. *cap.*32. §.4. *num.*490. ubi, quòd ita resolvit *Sacr. Cong. Rit.*18. *Aug.* 1629. *in Thelesina*, *&* 29. *Novemb.* 1631. *in Andrien.* & resolvit etiam *S.Cong. in Flor.* 27. *Jun.* 1641. *l.*16. *Decr. fol.*530.

51 Nota 6. non esse permittendum, ut in Ecclesia sepeliatur ille, qui ab imperitissima obstetrice baptizatus fuit in casu necessitatis cum sequentibus verbis, *Joti battezzo Padre, Figliolo, e Spirito Santo*, Imò si de facto sepeliatur in loco sacro, exhumandum esset ejus cadaver, ut respondit *S.Cong. Conc. in Dub. baptismi* 20. *Decembris* 1692. *to.*42. *Decr. fol.*740. demandando ulteriùs, ut obstetrix moneri deberet.

52 Nota 7. emolumenta funeralis non facti, juxta personæ qualitatem, spectare integraliter ad Ecclesiam Parochialem, non autem pro medietate, vel alia portione ad eamdem Ecclesiam, & pro alia medietate, vel simili portione, ad illam, 53 ubi cadaver sepultum fuit, *Rota apud Pign. cons.*145. *n.*14. *t.*9. in qua agebatur de cadavere R.P.D. Ritæ, sepulti in Ecclesia S. Augustini, & in *Rom. Funeral.* 15. *Junii* 1699. *coram Rev.* 54 *Molines*, in qua agebatur de cadavere Principis D. Flavii Ursini.

55 Nota 8. quòd decedente Canonico in domo propria, distincta à domibus canonicalibus, nulla facta electione sepulturæ, sepeliendus est in Cathedrali, quatenus ibidem adsit sepultura, non autem in Parochiali, in qua decessit, 56 soluta tamen Parocho quarta funerali, & eo requisito, asportandus est ad Cathedralem, ut resolvit *Sac. Cong. Conc. in Narnien. Jurium Parochialium* 26. *Septemb.* 1699. *ad* 2. 3. *&* 5. *dubia lib.*49. *Decr. fol.* 253.

57 Nota 9. quòd decedente Cardinali in Urbe, non electa sepultura, aliqui Doctores credunt, sepliendum esse in Basilica Lateranensi, tamquam in Cathedrali. Alii verò cum majori fundamento asserunt, esse sepeliendum in Ecclesia sui Tituli, in qua, ex adductis per *Card. de Luc. de Jurisdict. disc.* 34. *num.* 8. *& seqq. & per Card.* 58 *de Albic. in discept. de Jurisdict. quam habent Cardinales in Ecclesiis suorum Titulorum*, impress. *post discurs.*95. *ejusdem Card. de Luc. de Jurisdict.* Jurisdictionem quasi Episcopalem habet, *Samuel. de Sepult. tract.* 1. *contr.* 11. *conclus.*5. *fol.*261. & ita practicatum fuit de mense Februarii 1700. cum Cardinali Opitio Pallavicino, qui per modum 59 provisionis fuit sepultus in Ecclesia S. Martini ad Montes, cujus erat Titularis. Deinde verò acriter discussa causa in Sacra Rota, hæc fuit in eodem sensu, ut ex decisione per extensum impressa apud *D. Pitoñ. tom.* 2. *fol.* 65.

60 Nota 10. in illis casibus, in quibus vocantur Confraternitates ad associanda cadavera, illorum Capellanos indutos superpelliceo, & stola, incedere debere immediatè post Confratres, sive cadaver sepeliendum sit in Parochiali, sive etiam in eorum Ecclesiis, & Oratoriis, ut, moderando in hac parte decretum Eminentissimi Vicarii, resolvit *Sacr.* 61 *Cong. Conc. in Rom. Funerum* 20. *Novemb.*1698. *lib.*49. *Decr. fol.*312. Decretum hoc Sac. Congreg. Concilii per extensum registratum fuit in novissima Compilatione *Statuti Cleri Urbis, fol.*60. *& seqq.*

62 Nota 11. in exterioribus Ecclesiis Monialium nullatenus permittendam esse sepulchrorum retentionem, etiamsi illæ Parochiales sint, juxta resolutiones antiquas, medias, & modernas Sacratum Cong. quas referunt, & sequuntur *Nicol. in Floscul. Verb. Sepultura, num.*5. *Pignatell. consult.*175. *per totam to.*4. *juxta Romanam impressionem*, *& consult.*63. 63 *num.*13. *tom.*7. *Bertacchin. Vot. decis.*189. *num.*13. *& D. Monacell. in Formul. fol.*250. *num.*5.

64 Quod verum est, etiamsi adsit consuetudo immemorabilis in contrarium, ea ratione, quia decreta Sacrarum Cong. relata à dictis Authoribus, inficiunt quamcumque possessionem, impediuntque proindè initium cujuscumque consuetudinis, ut advertunt *Pignatell. dicta cons.*175. *n.*9. 65 *vers. Sed etiam tom.* 4. *& Monacell. fol.* 250. *sub num.* 5. ubi, quòd ita resolvit *Sac. Cong. Episcop. & Regul.*18 *Maii* 1696. Et ita pariter resolvit eadem *S. Cong. in Comen.* 11. *Martii* 1706. *ad* 1. *dub.*

66 Nota 12. quòd, licèt quilibet adultus in particulari possit sibi sepulturam in quacumque Ecclesia eligere, non tamen permissum est integro alicui Castro, vel Terræ, talem sepulturæ electionem indefinitè facere pro seipsis, hæredibus, & successoribus quibuscumque, ut resolutum à *Sacr.* 67 *Cong. Episc. & Regul. in Camerinen.* 18. *Augusti* 1690. refert *Monacell. in Formular. fol.*155. *num.*28. & novissimè resolvit *eadem S. Cong. in d. Comen.* 11. *Martii* 1706. *ad relationem Em. & Rever. D. Card. Coloredi ad* 2. 3. *dubium*, ubi, quòd, nedum non substinetur pro hæredibus, & successoribus, sed 68 nec etiam pro ipsismet eligentibus. Non sic autem respectu Confratrum alicujus Societatis; Illi enim cùm facere dicantur unum corpus, & soliti sint sæpè se invicem congregare, 69 si capitulariter ad electionem sepulturæ deveniant, substinetur pro præsentibus tantùm electioni, non autem pro absentibus, ut resolvit *S.Cong. Conc. in Neap.* 16. *Maii* 1682. confirmata 19. *Decemb. ejusdem anni*, addita clausula *revocabiliter tamen*, ut videre est *in Lib.* 32. *Decr. fol.*268. *& fol.*263. quæ impressa fuit post ultimam Synodum Provincialem Neapolitan. & apud *Monacell. in Formul. fol.*155. *num.*28.

70 Nota 13. quòd ante Solis ortum, absque licentia Ordinarii, non possunt cadavera ad sepeliendum deferri, *ut resolvit S. Cong. Conc. in Novarien.* 15. *Martii* 1704. *ad* 4. *dubium*, *ut in Lib.* 54. *Decr. fol.*93. In Urbe adest Statutum *Cleri, c.*5. *de Ordin. proced.* idem demandans, absque licentia 71 in scriptis R. P. D. Vicesgerentis, quæ nemini denegatur, & pro illa antiquis temporibus solvebantur solùm Julii 20. progressu verò temporis excitata fuit prætensio juliorum 25. quos facilè fuit extorquere à consanguineis defuncti, sive 72 propter afflictionem, ob cadaveris præsentiam, sive propter tenuitatem summæ negligentibus propria Jura deducere; Nec defuerunt prætensiones scutorum trium; Cùmque de mense Maii 1703. occasione sepulturæ cadaveris D.G. In statuto cleri cum novissimis additionibus impressis anno 1707 fol.43. reduta fuit hæc summa ad Julios Sexdecim dumtaxat; ecce illius verba -- *Hujusm. licentia deferendi cadavera de nocte à Cleri Camerario subscribi etiam debeat, pro qua ei detur scutum unum aureum, & non amplius, non obstante qualibet consuetudine, vel usu in contrarium*, dicta summa fuisset prætensa, cum denegatione præcisa ejusdem licentiæ, nisi illa solveretur, ego probè scio, quod ad evitandum scandalum denegationis sepulturæ, soluta fuerunt, sed deindè, ha- 73 bito recursu ad Sanctissimum, & ab hoc, precibus remissis ad R. P. D. Vicesgerentem, restituti fuerunt dd. julii quinque in Sacristia Ecclesiæ San. Eustachii ab Archipræsbytero F. C. qui dicto anno erat Cleri Camerarius.

74 An autem sub pœna excommunicationis latæ sententiæ possint Episcopi demandare, ut cadavera ante lapsum 24. horarum ab emissione spiritus, ad Ecclesiam ad sepeliendum non deferantur, negativè respondit *S. Cong. Conc. in Ortonen. Censurarum* 12. *Decembris* 1705. *ut in lib.*55. *Decret. fol.* 436.

TITU-

TITULUS IX.

De Criminibus Fractæ Pacis, Cautionis de non offendendo, Fidei Capitanei, & Salvi conductus.

1 PAcis fractæ delictum crimen esse detestabile, enorme, & quodammodo tollens humanum commercium, & vinculum, quo humana societas continetur, disrumpens, ut observant *Decian. lib. 7. c. 30. nu. 1. & Rayn. tom. 1. cap. 8. §. 1. n. 3.* Estque delictum mixti fori, *Sperel. dec. 1. nu. 16. & Conciol. resol. Crim. Verb. Pax. resol. 1. nu. 1. & 2.* Definitur autem *Pax discordiæ finis, & perpetua, atque inviolabi-* 2 *lis concordia, in can. Si illic 23. qu. 4.* ubi subditur, quòd semel in abolitionem remissa offensa, & vindicta, non debet recidivo dolore, & odio iterari, & ad animum de novo reduci, & observat *Graffet. de Nec. prodit. §. 13. num. 13. & 14.* ubi eidem definitioni addendum asserit verbum *per pactum*, eò quia aliàs definitio non benè essentiam definiti ex- 3 primat, cùm possit discordiæ finis haberi etiam per mortem unius ex inimicis. Vel dici potest, *Pacem esse vinculum amicitiæ, & concordiæ*, juxta *Text.* in *cap. Novit. de Jud.* & advertunt *Monter. ad Stat. Crim. Bon. lib. 5. rub. 45. lit. B. Rinald. Coss. in tract. privatar. pacification. c. 13. n. 293.* ubi adducit rationem, quare in pacificatione soleant, pacem ineuntes, manus tangere, quia scilicet manuum tactus perfectæ, veræque amicitiæ signum est. In *cap.* verò *9. n. 170.* observat, Pacem, seu *la remissione, altro non essere, che una finzione sopra l'ingiuria, introdotta dall' equità, per ritornare il fatto, che stato fatto non sia.* Cautio autem de non offendendo est quædam securitas, officio Judicis præstita à Partibus, ut scandalis, & futuris periculis obvietur, *Farin. q. 107. n. 89. & Guazz. de Pac. q. 3. per tot. & de Cantion. de non offend. q. 1.* pariter *per tot.*

4 Ad intelligentiam violationis Pacis, & Cautionis de non offendendo, sciendum est, quòd offensio nihil aliud est, quàm omne id, quod ad iracundiam provocat, quæ dividitur in offensam in personam, & in offensam personaliter, *Conciol. Verb. Pax. resol. 14. n. 4.*

5 Offensa in personam dicitur, quando corpus principaliter tangitur, & læditur, Vel quando etiam non principaliter læditur corpus, sed solùm res, corpori inseparabiliter cohærens, prout sunt ungues, pili, capilli, *Farin. q. 107. n. 147. & n. 149. Monter. ad Stat. Crim. Bon. lib. 5. rubr. 45. Verb. Vulneraverit, & Caball. Ref. Cr. 152. per tot.*

6 An autem præstita per Patrem cautione de non offendendo, dicatur rupta; si filius in Religione professus offenderit eum, pro quo Pater cautionem præstiterat, negat *Urceol. consult. forens. 41. per tot.* referendo ita decisum, quem sequitur *Zaul. t. 1. lib. 4. rub. 54. n. 12.* ubi per totam rubricam latè discurrit de materia.

7 Offensio verò personaliter est, quando corpus non tangitur, nec læditur, sed aliæ res corpori separabiliter adhærentes, puta, si offendantur vestimenta, vel insultatio, aut aliqua alia extrinseca offensio facta sit, *Far. q. 107. n. 150. & Rayn. t. 1. c. 8. §. 1. n. 47. & seqq.*

8 His stantibus, si quæras, quando, & in quibus casibus, modis, & actibus offensivis, cautio de non offendendo, & pax ruptæ intelligantur, est distinguendum, nam, vel fuit promissum non offendere in personam, vel non offendere personaliter, vel non offendere simpliciter, & absolutè, sine aliquo adjuncto.

9 I. Casu, rupta dicitur cautio, seu pax, si offendatur principaliter corpus, vel res, corpori inseparabiliter cohærens, *Farin. quæst. 107. num. 151. & 166. & seqq.* Sive hæc offensio fuerit notabilis, & magna, sive levis, & modica, Unde rupta dicitur etiam per pugnum, vel impulsum, aut cubitalem ictum, vulgo *Urtone*, dolosè, & malo animo factum, non autem inadvertenter, & per accidens, ut contingit inter personas in angusto loco deambulantes, *Far.* ubi proximè, *n. 218. & seqq.*

10 II. Casu, cautio, vel pax rupta dicetur etiam ex illa offensione, quæ non tangit corpus, & per alios actus, & insultationes extrinsecas, *Farin. ubi suprà, num. 150. & 151.* Ideoque rupta dicitur ex solo insultu cum armis, vel sine, etiam si nulla intercesserit læsio, imo contactus corporis, vel ex insultu facto in domum insultati, animo offendendi, licèt offensio sequuta non fuerit, cum quo concordat *Stat. Urb. lib. 7. c. 27.* Vel ex insultu facto cum armis evaginatis, & 11 minis, quamvis nemo remanserit vulneratus; Vel ex sola projectione lapidis, vel teli, etiam si is, contra quem projecta fuerunt, liber evaserit; Vel ex consputatione in faciem, vel ex sola exoneratione sclopettæ, Vel ex insultu facto super vestibus, aliquem injuriosè apprehendendo per pallium, vel per togam, multoque magis illam scindendo, vel remorando equitantem, capiendo scilicet frænum equi, 12 juxta disposita in *Stat. Urb. lib. 2. cap. 17.* de quibus omnibus latè, *Farin. cit. qu. 107. à n. 158. & Conciol. Verb. Pax ref. 14. num. 4.*

13 III. Casu est subdistinguendum, nam, vel fuit promissum universalibus verbis non offendere aliqua ratione, vel modo, seu causa, quomodocumque, qualitercumque, directè, vel indirectè &c. & fracta dicetur pax, sive offensio fiat in personam, sive personaliter, & personæ, sive etiam fiat consanguineis, vel familiaribus, mediante vindicta, quam vocant transversalem, & hoc attenta generalitate dictorum verborum. Vel sine aliqua expressione particulari, vel generali fuit promissum non offendere, & iterum est subdistinguendum. Nam, vel agitur de odio rationabili, quale verificatur in illo, qui simpliciter promittit non offendere per se tantùm, & tunc, offensione sequuta, intelligitur promissioni contraventum per quamcumque speciem offensionis factæ, sive in personam, sive personaliter; Vel agitur de odio irrationabili, prout quando quis promittit pro alio, vel pro aliis de sua domo, & cognatione, quòd aliquem non offendent, & sic agitur, quòd unus teneatur de delicto alterius, & tunc ad hoc, ut dicatur contraventum ad effe- 14 ctum exigendi pœnam à non offendenre, non sufficit qualiscumque offensio, sed necesse est, ut hæc fiat in personam, *Far. q. 108. n. 153.*

15 An autem dicatur rupta per offensionem factam à filio Religioso, quando Pater illam dedit indefinitè nomine filiorum. Respondeo negativè, quia intelligenda est respectu illorum filiorum, super quibus Pater imperium coercendi, & imperandi habet, ne malè agant, aut delinquant, non verò extendenda est, ut comprehendat illum filium, 16 quem in sua potestate non habet, qualis est Religiosus, cum aliis considerationibus latè expensis *ab Urceol. consult. for. 41. per tot.* & post ipsum *ab Anton. Merend. & Urceol.* sequitur *Zaul. tom. 1. lib. 4. rubr. 54. num. 12.* ubi *numer. 4. & seq.* adverterat, cautionem de non offendendo extin- 17 gui morte fidejussoris, pœnamque conventionalem in illa adjectam, nullatenus transire ad hæredes fidejubentis, etiam si in illa adsit illorum mentio in parte executiva pro observantia promissorum, referendo ita decisum anno 1688. die 23. Martii à Sacr. Consulta *in una Cremonen. Fide-* 18 *jussionis de non offendendo.* In uno dumtaxat casu hæredes fidejussoris cogi possunt ad solutionem ejusdem pœnæ conventionalis, quandoscilicet in vita fidejussoris purificata fuit 19 conditio, seu verificata offensio, ut distinguendo observant *Far. q. 107. n. 358. & Massin. de Confisc. q. 15. n. 42. & seqq. juncto n. 59.* Cauti proindè Judices, statim sequuta morte fidejussoris, debent insistere pro nova fidejussione, *Zaul. ubi sup. n. 11.*

20 Pro intelligentia autem offensionis, quæ fieri dicitur per vindictam transversalem, præmittendum est, vindictam nihil aliud esse, quàm *una seconda ingiuria, procedente dal primo ingiuriato*, juxta præcisa verba *Rinald. Corsi nel Trattat. delle private Rappacificazioni, Corrigii impresso anno 1555. cap. 7. nu. 94.* num. autem 91. observaverat, *che la più grave ingiuria toglie via la minore*; Crimen hoc vindictæ transversalis enormissimum reputatur, & ferè duplex, non enim solùm delinquitur in eum, in cujus odium vindicta sumitur, sed etiam contra innocentem, omni culpa carentem, ut advertunt *Vic. ad Prag. Sard. lib. 2. tit. 25. c. 10. n. 2. & 3. & Rayn. tom. 1. cap. 8. §. 4. n. 1. & seqq.* ubi, quòd antiqua Jura hoc crimen non cognoverunt, *& Cla-* 21 *rus*, famosus Criminalista, nescivit quo nomine illud appellare.

22 Committitur hoc crimen, quando offenditur alia persona, quàm inimica, sive sit consanguineus, sive affinis, sive familiaris, sive administrator, sive quocumque alio titulo dependens à primo offendente, ut latè observat *Bonfin. ad Bannim. Gener. cap. 36. num. 1. & seqq.* ubi, quòd pax in hoc casu non dicitur rupta, si offensio in fratrem, vel propinquum sequuta sit ex alia causa novæ inimicitiæ, & non ex prima, quæ causam paci dedit, *& Rayn. tom. 1. cap. 8. §. 1. n. 3. & seqq.* ubi latè explicat Constit. Summ. Pontificum *Pau-* 23 *li II. Clem. VII. Pii IV. & S. Pii V.* rigorosas continentes pœnas contra Reos hujus criminis, de quo agunt etiam *Spad. conf. 101. lib. 1. Hercul. de Caut. cap. 52.* ubi, quòd vindicta transversalis, nedum verificatur respectu primi, sed

sed etiam secundi offensi, puta, quòd *Titius* offensus à *Cajo*, offendit *Sempronium* consanguineum *Caii*, *& Sempronius* offendit *Sejum* consanguineum *Titii*, *& Vulpell. de Pac. q.* 49. ubi, quòd vindicta transversalis, nec etiam à brutis animalibus perpetratur. Detestabilis hujus criminis casum refert *Pallavic. nella Difes. del Pontef. Rom. l.* 3. *c.* 6. *n.* 1. in Henrico VIII. Angliæ Rege his verbis: *Con detestabile vendetta transversale dopò aver dichiarato Reo di lesa maestà il Cardinal Polo &c. diè morte a trè suoi più congiunti di affezione, e di sangue, Zio, Fratello, e Madre.*

24

25

26 Modos autem, quibus pax fracta dicitur, latè enumerat *Card. de Albic. de Inconst. in Fid. par.* 2. *c.* 2. *à nu.* 60. *usque ad n.* 76. ad quem proinde in facti contingentia poterit haberi recursus, prout ad *Guazzin. de Treug. & Pac. Vulpell. de Pac. Fid. & Treug. Farin. quæst.* 107. *& Brugiot. Instit. Crim. lib.* 4. *tit.* 22. *Rinald. Cors. de Privat. pacificat. ferè per tot. Tractat. & Amen. de Delict. & Pœnit. tit.* 7. §. 7. *numer.* 4. *& seqq.*

27 Advertendum est hic, quòd pax non dicitur rupta ex offensione, sequuta ex nova causa, quia illa habet in se conditionem, *rebus in eodem statu manentibus, Bonfin. ad Bann. Gener. cap.* 33. *nu.* 4. *Crispold. cas. militar.* 27. *n.* 20. *Conciol. Verb. Pax, resol.* 2. *per tot. Panim. dec.* 22. *adnotat.* 5. *nu.* 19. *Sperell. dec. ult. n.* 41. referens ita decisum *ann.* 1662. *à Sac. Consulta in Senogallien. & Card. de Albic. de Inconst. in Fid. par.* 2. *c.* 2. *n.* 89. *& seqq.*

28 Ad hoc autem ut hæc procedant, nova causa non requiritur, ut sit justa, sed sufficit, quòd talis fuerit, ut verisimiliter ille, qui re offendit, potuerit irasci, & ex iracundia ad re offensionem moveri, *Clar. in Prax. qu.* 47. *vers. Quæro nunc, & Amen. de Delict. & Pœn. tit.* 7. §. 7. *nu.* 14. Non tamen debet esse levis, vel evidenter injusta, ne sit in facultate cujuslibet, oriri facere novam causam ad effectum offendendi illum, cum quo pacem fecit, *Colleg. Macerat. inter cons. Crim. divers. lib.* 2. *cons.* 150. *Vulpell. de Pac. qu.* 48. *nu.* 2. *& Conciol. ubi suprà, & resol.* 3. *per tot.* ubi, quòd in dubio ad excludendum delictum fracturæ pacis, rupta præsumitur ex nova causa, præcipuè quando offensio facta fuit longo tempore post conclusam pacem, *ut in n.* 24. *& Card. de Albic. de Inconst. in Fid. par.* 2. *cap.* 2. *n.* 96. Quia verò in Statu Ecclesiastico ex placito *san. mem. Pii IV.* non poterat allegari pro excusatione fracturæ pacis hujusmodi nova causa, sed irremisibiliter procedendum erat ad pœnarum exequutionem *S. Pius V.* id tamquam rationi, & debito Juris contrarium abolevit per suam *Const.* 9. *in ordine Bull. nov. to.* 2. revocando dictam Constit. *Pii IV.* Nova autem causa tunc allegari potest, quando illa apparet ex ventre, seu corpore Processus informativi, vel quando Reus se offert paratum illam probare, dependentem à necessaria defensione, ex animadversis per *Ray. t.* 1. *c.* 8. §. 3. *n.* 4. *& Amen. de Delict. & Pœn. tit.* 7. §. 7. *n.* 15. *&* 16. ubi *n.* 14. ostenderat differentiam inter Pacem, Treugam, & Promissionem de non offendendo, quòd scilicet Pax dicatur finis totalis, & perpetuus discordiæ, Treuga securitas præstita rebus, & personis ad tempus, discordia nondum terminata, Promissio verò de non offendendo, securitas præstita, modò rebus, modò personis arbitrio Judicis. Induciæ differunt à Treuga per hoc, quòd illæ sunt ad modicum tempus, Treuga verò in longum tempus extenditur, *Fagn. in c. Treugas, n.* 14. *de Treug. & Pac.* Non diceretur pariter fracta pax per adulterium, commissum cum uxore ejus, cum quo quis pacem inierat, quia libidinis potiùs gratia id egisse videtur, quàm ut marito injuriam inferret, *Rubin. dec.* 86. *per tot. & Ricc. collecta n.* 2706. *Vers. Amplia* 4.

29

30

31

32

33

34 Adverte 2. Quòd non valet pactum appositum in instrumento pacis, quod unus ex pacificentibus non possit venire, & stare in sua Civitate, quia homines sua Civitate privare, non ad privatas personas, sed ad merum Imperium spectat, *Conciol. Verb. Pax Resol.* 9. *per tot. Viv. opin.* 574. *per tot.* ubi, quòd ita fuit decisum in Sacr. Cons. Neapol. & *Rayn. tom.* 1. *cap.* 8. §. 2. *n.* 77. & latiùs *n.* 85. ubi reprobat *Amesc. de Potest. in seipsum, lib.* 2. *cap.* 18. *nu.* 19. *& seqq.* contrarium sentientem, & respondet omnibus rationibus, & congruentiis, ab ipso adductis; Limitat tamen hanc conclusionem in quatuor casibus. I. Quando Princeps pactum exilii approbaret. II. Quando Judex suum desuper interponeret decretum. III. Quando idem pactum esset ad breve tempus, puta, quia non excederet quinquennium, & IV. Quando initum esset cum forense: In isto enim exilium non est pœna corporalis, quia potest redire in suam Patriam, & penes suos consanguineos moram facere.

35

36 Adverte 3. Quòd, nisi sequuta sit ratificatio, tam ex parte offensorum, quàm offendentium, qui erant absentes tempore conclusæ pacis, hæc non dicitur rupta, quia nemo ex aliena promissione obligatur, *Muron. de Treug. & pac. qu.* 122. *num.* 1. *Vulpell. de Pac. quæst.* 61. *per tot. & Rayn. tom.* 1. *cap.* 8. §. 2. *per tot.* ubi diffidentes opiniones *Antonii Coccopani, cons. Crimin. divers. cons.* 93. *lib.* 2. *& Munter. ad Stat. Crim. Bon. lib.* 5. *rubr.* 45. *Verb. Homicidium*, benè conciliat, ut prima procedat, quando principalis paciscens, qui paci intervenit, offendit absentem, comprehensum in pace; Secunda verò, quando absens, comprehensus in pace, offendit alium absentem, in eadem pace comprehensum, ea ratione, quia principalis paciscens, qui paci intervenit, antequam sit certus de negativa ratificationis, non potest alium offendere, & durante potestate ratificandi, pax dicitur in implicito statu perfectionis, & obligationis: Non servans autem pacta pacis ex sua parte, non potest in illa se fundare, *Gozzad. cons.* 31. *n.* 3. *& seqq. & Rayn. ubi prox. num.* 33. *&* 34.

37

38

39 Adverte 4. Quòd contractus pacis non est de illis, qui necessariò requirunt scripturam, *Far. cons.* 81. *nu.* 1. *& seq. lib.* 1. *Vulpell. de Pac. q.* 66. *n.* 5. & proinde optimè per testes probari potest, *Guazz. de Pac. q.* 32. *n.* 1. *& seqq. par.* 1. *Crispold. cas. milit.* 27. *n.* 7. *& Panim. dec.* 22. *annot.* 5. *n.* 18. ubi, quòd concurrentibus adminiculis probari potest ex dicto unici Testis, deponentis de facto proprio.

40

41 Adverte 5. Quòd si statuto caveatur, ut non possit remitti occisor, nisi habita priùs pace ab hæredibus occisi, est intelligenda statutaria dispositio de hæredibus sanguinis, non autem de hæredibus bonorum, juxta theoricam *Bart. in leg. Si illius, qui patri* 12. *num.* 8. *ff. de Vulgar. & pupillar.* quam, aliis adductis, sequuntur *Conciol. Verb. Pax. resol.* 13. *per tot. & Bottigl. de Success. cap.* 1. *theor.* 10. *n.* 8. Quibus autem competat jus pacem faciendi, latè explicat, *Conciol. ubi suprà, resolut.* 18. *& seqq.* ubi, quòd primo loco competit filiis, sive masculis, sive fœminis, & deinde aliis consanguineis occisi. Quibus tamen consanguineis præferenda sit uxor, ut in *resol.* 19. eo, quia ipsa dicatur una caro cum viro, & ideo in illa major concurrat affectio, & propter viri necem magis principaliter offensa dicatur. An autem requiratur consensus omnium filiorum, vel consanguineorum occisi, dicendum cum *Farin. quæst.* 14. *n.* 15. quem sequitur *Bonfin. ad Bann. Gener. cap.* 34. *num.* 12. sufficere consensum majoris partis, quia in qualibet materia habens pro se majorem partem dicitur habere consensum omnium, & factum à majori parte perinde habetur, ac si ab omnibus factum esset, ex adductis per de *Angel. in Opusc. de Patron. Suffrag.* quod est 3. post Tra. de *Impens. dotal. nu.* 16. *& seqq.* Quidquid dixerit *Clar. in Prax.* §. *fin. q.* 58. *n.* 34. *& Vulpel. de Pac. q.* 19. *num. final.* requirentes omnium omninò consensum.

42

43

44

45 Adverte 6. Quòd licèt nimis involuta sit inter Doctores quæstio illa, an Princeps possit facere gratiam alicui de delicto, non præcedente pace, & remissione offensi, in qua adducti per *Decian. lib.* 3. *cap.* 25. *num.* 90. censent, id indifferenter licere Principi, ob plenitudinem potestatis, eò quia non habet hominem, qui sua facta dijudicet. Alii autem id limitant, quando justa accedit causa, ut videre est apud *Revert. dec.* 236. *num.* 1. Alii demum, quando offendens paratus est dare congruam satisfactionem, quam offensus recusat, Vel quando offensus non degit in Regione offensoris, ex adductis per *Cyriac. controv.* 20. *num.* 3. *&* 4. *Thesaur. decis.* 21. *ante fin. & Sct. de Offic. Locumten. cap.* 24. *num.* 11. vide *Cyriac. contr.* 343. *per tot.* Veritas tamen est, quòd etiam justa extante causa, ad id Principes non solent se extendere, ratione adducta per *Rayn. t.* 1. *c.* 8. §. 3. *n.* 171. quia scilicet nulla potest esse tam justa causa, præponderans quieti, quæ turbari potest ob scandala, & inconvenientia, quæ inter Partes non satisfactas oriri possunt, & *num.* 173. quòd ipse semper consuluit Cardinalibus Legatis, quibus tamquam Locumtenens inservivit, ut abstinerent à similibus gratiis, quando Partes non erant concordatæ, & *num.* 129. refert egregium factum *Sancti Pii V.* qui noluit remittere Hieronymum de Matthæis, nobilem Romanum, ex quo Partis remissionem non obtinuerat, quamvis se in bello Galliæ contra hæreticos mirabiliter gessisset; Minusque ad Urbem, in qua homicidium patrare fecerat, voluit sine pace remittere Joan. Brancadorum, nobilem Romanum, strenuum in bello Ducem, qui contra eosdem Hæreticos suis sumptibus Cohortem coadunare se obtulerat.

46

47

48

49

50 Licèt autem aliqui cum distinctione oppositas hujusmodi sententias conciliare studeant, ut scilicet affirmativa proce-

procedat cùm temperamento reservationis exilii à Loco commissi delicti, donec pacem habuerint, sub pœna nullitatis gratiæ, juxta opinionem *Francis. de Vic. ad Pragm. Sard. lib. 2. tit. 25. cap. 12. n. 19.* Vel cum *Matth. de Regim.* 51 *Regn. Valent. cap. 2. §. 1. nu. 105. & seqq.* ut opinio negativa procedat in delictis, & pœnis de Jure Divino, Naturali, vel Gentium, affirmativa in pœnis à Jure Civili inflictis, in quibus Princeps omnem habet potestatem, ego nihilominus non recederem à supradicta regula, ex rationibus adductis per *Rayn. ubi suprà*.

52 Adverte 7. Quòd Principes ex justa causa, puta ob Civitatis, & Reipublicæ tranquillitatem, cogere possunt Partes ad ineundam pacem, *Novell. ad Defens. Reor. cap. fin. num. 4. & Vulp. de Pac. quæst. 3. num. 1. & seqq.* ubi, quòd id non solent facere Principes præcisè, & mediante carceratione, sed ejiciendo taliter obstinatos à Civitate, quod firmat pariter *Guazz. de Pac. q. 7. nu. 10.* ubi, quòd ita vidit in Urbe practicari, ejiciendo ab illa Barones, qui deinde 53 tædio affecti ab exilio, pacem ipsam petierunt, & *Rayn. to. 1. c. 9. §. 3. n. 178.* ubi testatur de praxi Curiæ Legationis Bononiæ, in qua dicuntur Legati, *Facite pacem, vel egredimini à Legatione*.

54 Idemque practicare solent magna Tribunalia, etiam in litibus, seu causis civilibus, sine quibus, ut plurimùm vivi non solet, ut cecinit egregius Poeta dicens:

55 *Lis genuit legem, legum lis filia, vivi*
Non sine lite solet, nec sine lege potest.

ut videre est apud *Urceol. Transact. quæst. 64. nu. 9. & Card. de Luca, de Fideic. disc. 25. num. 6. & 7.* Præcipuè, quando lis est intricata, & diu litigatum fuit, juxta *annot. 3. Coccin.* & animadversa per *Bellet. disquis. Cler. par. 1. §. 16. de Discipl. Cler. num. 102. & Fenz. ad Stat. Urb. lib. 1. cap. 146. num. 16. Lotter. de Re Benef. lib. 7. quæst. 40. n. 91.* De Praxi Sacræ Congregationis Rituum, vide *Monacell. in formul. to. 2. tit. 13. form. 2. num. 7.* ubi ... adde praxim *Sacræ Congregationis Episcoporum in Firmana 31. Augusti 1714.* Ponente Card. de Abdua, ibi: *Ad D. Ponentem pro Concordia*, & in alia Firmana, die 24. Novembris 1706. *Ponente Card. S. Clementis* rescribendo: *ad Eminentissimum Archiepiscopum in omnibus pro Concordia*, quæ cùm non fuisset conclusa, iterum die 24. Novembris anni 1708. rescripsit: *Eminentissimo Ponenti pro omnimoda Concordia*. Rota verò solet aliquando extendere decisionem favore unius Partis, & respondere eodem tempore, quòd placeret Concordia, ut practicavit *coram Mantica, dec. 18. in fine*, & innumeras alias authoritates, & decisiones, relatas *in Rom. concord. 15. Julii 1696. §. Expediti, & 22. Aprilis 1697. §. Gravamina, & seqq. coram Reverendiss. Molin.* Quod pluries in aliis 56 quoque controversiis, nulla edita decisione, demandavit, & signanter in *Rom. seu Januen. Heredit. 28. Junii 1677. coram Emer. jun.* in qua dictum fuit, *Fiat concordia omnino*, & *in Majoricen. Pension. 3. Julii 1686. coram Rondan.* in qua pariter rescriptum fuit, *Fiat omnino concordia*, & *in Bononien. Fideic. de Pepul. 16. Junii 1687. coram eod. Emer. jun.* in qua similiter rescriptum fuit, *Fiat concordia omnino*, Imò solet S. Rot. præscribere modum, quo fieri debeat concordia, ut practicavit in dicta *Majoricen. Pension. 22. Martii 1689. coram eod. Rondin.* rescribendo, *Fiat concordia juxta modum, in decisione exprimendum, & in Romana domus, seu Palatii super fructibus 22. Junii 1712. §. 1. coram Aldrovando* ibi: *Omnino fiat concordia, & Ansald. in addit. ad dec. 28. sub num. 9. ibi: Fiat omninò Concordia; Romana, seu Florentina Census 13. Aprilis 1714. coram Ansaldo, ad D. Ponentem pro Concordia: Eugubina fideicommissi 9. Martii 1714. Falconerio. Fiat Concordia, per D. Falconerium juxta mentem: Romana, seu Farfen. Census 15. Aprilis 1712. Lancetta.*

57 Quod verum intellige, quando Judex est in dubio circa bonum jus utriusque collitigantis, si enim sciret, unam Partem bonum jus fovere, illamque niteretur ad concordiam cum ejus damno reducere, tunc, graviter peccare, observat *Gob. consult. 42. in fine*.

58 Imò, quòd in hoc casu, nec etiam possit Judex prolationem sententiæ differre prætextu, & intentione Partes ad concordiam inducendi, observant *Langl. semest. lib. 5. cap. 4. fol. 231. lit. A. & Zaul. tom. 1. lib. 1. rub. 6. nu. 13.* & si ex 59 hac Principis coactione Partes ad transactionem devenirent, illa non relevaret, ut advertit *Urceol. de Transact. q. 64. n. 18.* Ita pariter debere facere bonos Advocatos, quan- 60 tum in seipsis est, consulere Clientibus concordiam, probari potest ex illa aurea monitione *Soccin. sen.* ad suos Scholares, quæ legitur *in cap. 2. numer. 96. de Libell. oblat. Ursaya Institut. Crimin.* ibi: *Hoc ego in primis ex charitate vobis consulo, potissimum* 61 *cùm eritis Doctores, ut non solum persuadeatis, verùm etiam impellatis, & adstringatis Partes ad compositionem, & concordiam*; effugiendo hoc modo, notam illam, quæ contrarium practicantibus attribuit, *Joann. de Blanas, in §. Actionum Instit. de Action. in mater. peculat. in fin.* quòd scilicèt reperiantur aliqui Doctores, qui non curant de eis, quæ non faciunt 62 bursam hydropicam, ut observat *Anton. Corat. de Comm. opin. lib. 1. tit. 5. inspect. 8. nu. 63. & de Rub. in Disc. ad Juris utriusque Doctores* impresso *in princip. par. 7. rec. n. 107. & seqq.* ubi *n. 197.* ex *Platin. in Vita Pii II.* advertenerat, eumdem Pontificem sæpè jocando dicere solitum esse, litigato- 63 res esse aves, forum aream, judicium rete, aucupes verò Causarum Patronos.

64 Ex quibus sequitur, præceptum Testatoris de non ineundo concordiam, vel de non transigendo, vel de non dividendo, & similia, uti contra bonos mores, & publicæ quietis impeditiva, nullatenus obligare, & impunè sperni posse, 65 ut notant *Soccin. jun. cons. 32. n. 13. lib. 3. Caccialup. de Transact. q. 22. Card. de Luc. de Testam. disc. 71. n. 6. & Rot. dec. 104. n. 18. & dec. 190. n. 27. par. 7. rec.*

66 Dixi, quòd *Principes possunt, & solent in certis casibus aliquos ab Urbe ejicere*, quod intellige de potestate œconomica, quam in Principe recognoscunt communiter Authores, relati per *Rayn. tom. 1. obser. Proem. §. 6. n. 21. & seqq. & Conciol. Verb. Exilium res. 9. per tot.* qua scilicet mediante, ubi delicta nequeunt judicialiter puniri, ob potentiam delinquentis, timorem testium, vel ex alio capite, ex quo 67 publica quies timetur turbari posse, tunc ex informata conscientia, & prout magis expedire noscit, providet, tamquam Pater, & Reipublicæ caput, ex ejus œconomica, & politica authoritate sine processu, & actibus judicialibus, ut observat *Fras. de Reg. Patr. Ind. c. 37. nu. 33. lib. 1. & cap. 38. per tot. eod. lib.* ubi *n. 6. & 7.* illam comparat potestati patrisfamilias respectu propriæ domus, & *Set. de Offic. Locumt. c. 18. n. 24.*

68 Uti pariter solent Principes hac œconomica potestate contra habentes artem aliquam, Reipublicæ perniciosissimam, & damnosissimam, quam scilicet exercendo, vel docendo, possunt familias depauperare, juxta casum, quem refert *Rayn. tom. 1. §. 6. proem. num. 98. & seqq.* disputatum 69 in Urbe anno 1685. de illo, qui habebat secretum delendi à qualibet carta, & quolibet papyro caracteres impressos; itaut nullatenus cognosci posset id, quod ibidem scriptum erat, iterumque scribendi in eadem carta, & papyro, à qua, & à quo cum prædicto secreto deleti fuerunt caracte- 70 res, scilicèt relegando illos in aliquo fortalitio, vel alio Loco, & removendo ab illis omnem modum exercendi, vel docendi idem secretum, ut probat idem *Rayn. ubi suprà, nu. 112.* Prorsus omisso barbaro illo medio abscindendi linguam, 71 & manus talibus hominibus, juxta exempla illa, quæ refert *Gregor. Tholosan. Syntagm. Jur. lib. 39. tom. 3. tit. de Extraordin. delict. cap. 1. num. 10. & seqq. & lib. 36. cap. 18. num. 4.*

72 Hæc potestas, nedum competit supremis Principibus, superiorem nimirum non recognoscentibus, sed etiam Legatis à Latere, Proregibus, Vicariis, seu Generalibus Locumten. & Præsidibus Provinciarum, ut observant adducti per *Rayn. in proem. §. 6. n. 3. & Conciol. Verb. Exilium, resol. 9. n. 3. & seqq.* ubi *n. 8.* quòd hæc potestas se extendit etiam ad exi- 73 lium, & relegationem, quia possunt supradicti, etiam ex sola suspicione turbationis quietis, tales homines ad confinia ponere, exiliare, & relegare.

74 Quando autem, quomodo, & contra quas personas hac facultate utendum sit, latè docet *Rayn. ubi suprà, num. 39. & seqq.* ubi, quòd moderatè, & cum maxima circumspectione ad praxim reducenda est, & quando urget causa gravis.

75 Gubernator verò Urbis est in pacifica possessione exercitii hujus facultatis ab immemorabili tempore, ut ex actibus ferè innumerabilibus, qui recognosci possunt in ejus Tribunali, absque eo quòd detur appellatio suspensiva, ex adductis per *Garzon. ad nov. Constit. Mediol. lib. 4. tit. 15. art. 15. n. 1. & seqq. & Rayn. tom. 3. cap. 28. §. 1. n. 88.* 76 Verùm de mense *Martii 1699.* eadem facultate in controversiam deducta, res delata fuit ad *f. m. Inn. XII.* qui, omnibus maturè consideratis, tandem jussit, nihil esse innovandum, sed liberè permittendum eidem Gubernatori exercitium talis facultatis, ut sequutum fuit in illo casu, qui causam dedit citato recursui, & in multis aliis sequentibus, & ita in casus contingentia practicatur ab Illustriss. & Rever. Domino Raynutio Pallavicino non ab Urbem tantùm

regendam, & gubernandam, seu Orbem nato, & planè digno, ut in eminentioribus Sedis Apostolicæ muneribus occupetur, de cujus gubernio verificantur ea, quæ de illo Mariani Perbenedicti, postea Cardinalis de Camerino, scripsit *Ambros. de Process. informat. lib.* 3. §. 1. *num.* 15. nempè *Quo gubernio nullum fuit umquam ob rectè erga omnes administratam justitiam, facinerosorum hominum compressam, & coercitam audaciam, personarum acceptatione posthabita, cuicumque etiam minima Jus suum ad saturitatem, deducendi, & probandi potestatem factam (pace aliorum dictum sit) aut justius, aut laudabilius, aut, quod quisque imitetur, dignius.* 77

78 Quæ omnia locum habent etiam, quando fabricatur Processus contra delinquentes: Si enim Judices timeant, ne testes subornentur à consanguineis, & familiaribus, vel ne illorum præsentia terreantur, poterunt eos ejicere ad tempus, necessarium pro d. examine testium, vel alia justa causa, *Capiblanc. de Baron. pragm.* 5. *numer.* 79. *à Pont. de Potest. Proreg. tit.* 1. §. 3. 5. *num.* 2. & *Rayn. tom.* 1. *observat. proem.* §. 6. *n.* 52. 79

Oeconomica hæc potestas præsupponit in Principe, vel ejus Ministris authoritatem, & jurisdictionem in illum, contra quem exercetur, ex quo fit, quòd nullatenus competat Principibus Sæcularibus adversus Clericos, vel Regulares, ex animadversis per *Card. Belarm. lib.* 1. *contr. tit. de Cler. c.* 8. *propos.* 7. *Thom. Boz. de Jur. Stat. lib.* 2. *c.* 17. & *lib.* 4. *per tot. Carer. in Prax. Crim.* §. *fin. q.* 3. *n.* 2. *Bernard. Laur. in tract. de Casib. in quib. Jud. secul. man. in pers. Cleric. fin. met. excom. impon. n.* 5. *Lel. de Zanc. de privileg. Eccles. priv.* 47. *n.* 15. *Laur. Ortiz. de Polit. & Imm. Eccles. part.* 2. *concl.* 2. & latissimè *Julius Cartarius in ejus Disputatione pro Ecclesiastica Immunitate, seu Opusc. de For. comp. per tot.* ubi optimis rationibus, & authoritatibus Sacræ Scripturæ, Conciliorum Generalium, Sacrorum Canonum, & SS. Patrum, id comprobat, respondendo omnibus contrariis, atque *à num.* 435. ostendit, nec etiam ratione turbatæ jurisdictionis laicæ posse Ecclesiasticas personas exilio, vel in pecunia muldari, & *à n.* 447. probat, Principes, & Magistratus Sæculares, id attentantes, esse ipso facto excommunicatos, Quidquid dixerint Doctores illi, quos citat, sed non sequitur *Mart. de Jurisd. par.* 4. *cas.* 101. *num.* 2. & *Franciscus Marti, y Villamadar. in disc. Theolog. degali, & politico de Potestat. œconom. Secular. in Ecclesiast. seu Defensa della authoritad Real en las personas Ecclesiasticas del Principado de Cataluna* à Sacr. Indic. Congr. meritò proscripto. 80 81

82 Adverte 7. cum *Matt. de Regim. Regn. Val. cap.* 4. §. 30. *n.* 34. & *Castellin. in Not. ad Constit. Æmil. par.* 4. *obser.* 9. officia illa, quæ concernunt œconomicam Reipublicæ administrationem, concedendam esse Civibus, illa verò, quæ respiciunt justitiæ administrationem, committenda esse exteris: Quod limitat *Antonell. de Loc. legal. lib.* 2. *cap.* 1. *quæst.* 1. *n.* 2. in casu, quo Civis esset eminentissimæ scientiæ, & experimenti, quia, hoc concurrente, recedendum est à regulis Juris, quod ante ipsum adverterat, *Sbrozz. de Offic. Vic. lib.* 1. *q.* 34. asserens proinde, talem Civem posse esse Vicarium Episcopi. Circa hanc quæstionem vide *t.* 3. *par.* 2. *discep.* 8. in qua Sacra Congr. Episcoporum rescripsit ad mentem, quæ fuit ut Vicarius Civis posset continuare suum Officium. 83 84

85 Adverte 8. Quòd si Pars offensa, pluries requisita, non vult facere pacem, si elapsi sint multi anni, & nihilominus obstinato animo adhuc recuset, non potest ad id cogi per Judicem, quia licèt malè forsan faciat, utitur nihilominus jure suo, *Rayn. t.* 1. *obser. proem.* §. 6. *n.* 160. & *seqq.* Quod intellige quoad remissionem actionis injuriarum, quia quoad rancorem, & odium tenetur ad remissionem, *Ciarlin. contr.* 224. *n.* 11. & *seqq. Baron. de Effect. Inim. effect.* 96. *n.* 3. & latè *Card. de Albic. de Inconst. in Fid. par.* 2. *c.* 2. *à n.* 28. ubi, quòd si inimicus debito modo pacem petat, tenetur offensus illam in scriptis dare, & in suo casu agebatur de Superiore Religionis, cujus respectu probat, à fortiori verificari ea, quæ de quocumque alio consanguineo offensi tradunt Moralistæ, & Canonistæ, & ibidem respondet motivis, ab eodem Superiore Religionis indicatis Protectori, ex quibus credebat, non teneri ad pacem offensori dandam absq; congrua reintegratione, quem refert, & sequitur *Rayn. tom.* 1. *cap.* 8. §. 3. *num.* 187. ubi, quòd malè faciunt Parochi, denegando Sacramenta Parochianis, nolentibus dare pacem in scriptis inimicis, quia ad Sacramentorum receptionem sufficit, quòd quis remittat rancorem, & odium, quod advertit etiam *Ciarlin. d. controv.* 244. *nu.* 11. & *seqq.* Imò si Judices de facto compellant Partes ad faciendam pacem, hæc nullius est roboris, & Partes gravatæ dicuntur, *Novar. de Grav. am. Vassal. par.* 1. *grav.* 353. *n.* 1. & 2. Si autem Partes, vel mediatores violentiam adhibeant pro obtinenda pace ab offensis, crimen læsæ Majestatis, & rebellionis committunt juxta *Constit.* 13. *Innoc. VIII.* ad totum Statum Ecclesiasticum extensam à *Clem. VII.* ut observant *Bajard. ad Clar. q.* 59. *n.* 51. *Bonfin. ad Bann. Gener. c.* 35. *num.* 1. & *seqq.* & *Rayn. t.* 1. *c.* 8. §. 3. *n.* 183. 86 87 88 89

90 Non sic autem practicatur, quando Pars, quæ furtum passa est, non vult dare consensum pro furis, à multo tempore in carceribus detenti, liberatione, & ex alia parte, iste pauper est, itaut restituere nequeat domino rem furatam, vel æquivalentem summam; Tunc enim, constito de paupertate, ut plurimum ex attestatione Advocati Pauperum in plena Visitatione, solet Congregatio Visitationis demandare furis relaxationem, cum decreto, quòd creditor habeat fidem de credito quousque ad meliorem deveniat fortunam, & hoc, ne reperiatur via in perpetuum detinendi in carceribus Reos pro debito, quod permittendum non esse, advertunt *Daval. in Direct. Judic. Eccles. p.* 2. *cap.* 11. *n.* 19. & *Rayn. t.* 1. *c.* 2. §. 4. *n.* 46. & *seqq.* ubi refert, ita pluries in Urbe decisum, & signanter cum quodam Hieronymo Baculo, & die 27. Septemb. 1686. cum Antonio Pampilo Mediolanen. pro furto in Domo D. Marchionis del Drago, ejus Domini. In his tamen casibus semper relaxari solent similes Rei, cum exilio à toto Statu Ecclesiastico, ut plurimùm sub pœna Triremium irremissibiliter exequenda, etiam pro prima vice, ut observat, & practicatum refert, *Rayn. ubi suprà.* 91 92 93

94 Adverte 9. Quòd ille, qui vocavit Adversarium ad pugnam pro certa die, & loco, si deinde constitutus in diverso loco, & non expectata certa die, eumdem Adversarium offendat, dicatur proditor, & *Mancator di Fede*, quia censetur interim implicitam fidem dedisse de non offendendo; Denuntiatio siquidem duelli habet vim securitatis fide publica concessæ, ut non liceat Adversarium insequi, nisi pro die, & loco constitutis, *Faut. à Longian. de Duell. lib.* 3. *c.* 28. *Grasset. de Nece Prodit.* §. 10. *n.* 26. & *c.* 12. *nu.* 26. & *seqq.* & *Rayn. t.* 1. *c.* 8. §. 3. *n.* 135. & *seqq.* ubi, quòd casus iste evenit tempore, quo erat Locumtenens Criminalis Legationis Romandiolæ. 95

96 Adverte 10. Quòd validum est præceptum, factum Partibus de non offendendo, & quòd interim ad evitanda scandala cautiones habeantur pro præstitis, itaut pœna exigi possit, *Hercul. de Caut. de non offend. c.* 5. *nu.* 5. & *seq. Vulpel. de Promiss. de non offend. q.* 81. *in fine*, & *Conciol. verb. Præceptum de non offend. resol. unica*, & latiùs *verb. Cautio de non offend. resol.* 7. ubi *n.* 8. quòd ad effectum exigendi pœnam sat est, præceptum fuisse præsentatum domi, dummodo illud transmittens jurisdictionem habeat, & dummodò præcesserit justificatio causæ timoris offensionis, aliàs præceptum dicitur injustum, *Gaill. de Pac. publ. lib.* 1. *cap.* 2. *nu.* 19. & *seq.* 97

98 Adverte 11. Quòd Episcopus potest excommunicare Inimicos, si pertinaciter reconciliari recusent, ut aliis adductis, notat *Baron. de Effect. Inimic. effect.* 64. *n.* 1. *n.* 3. observans, Episcopum obligatum esse ad reconciliandos inimicos suæ Diœcesis, & pacem inter ipsos non procurando, peccare mortaliter.

99 Adverte 12. Quòd per pacem non censentur remissa damna, & interesse, nisi de istis facta sit expressa mentio, sicq; post pacem peti possunt, *Conciol. verb. Pax resolut.* 23. *n.* 1. & *seqq.* & *Gratian. discept.* 518. *n.* 14.

100 Adverte 13. Quòd in illis delictis, in quibus procedi potest ex officio, & absque Partis quærela, pax, seu remissio offensi nihil operatur ad effectum diminutionis pœnæ, *Zaul. tom.* 1. *fol.* 549. *num.* 3. & ratio est, quia illa non præjudicat Fisco, agenti ad publicam vindictam, quæ privatorum pactis tolli nequit. Indeque legitur in Vita Sixti V. fuisse condemnatum, & meritò, ad Triremes dissolutum Juvenem, quandam honestam Puellam deosculantem per vim in publica via, licèt ad effectum illam ducendi in uxorem, & non obstante propinquorum ejusdem mulieris consensu, respondentis ei, qui pro gratia instabat, adducendo pro ratione, quia Partes sibi remiserant omnem injuriam, Partes non possunt remittere illam injuriam, quam passa est justitia, quæque exigit, ut ad Triremes mittatur, ut factum fuit. 101 102

103 Adverte demùm, quòd occidens eum, cum quo inita fuit pax, tamquam proditor non gaudet immunitate Ecclesiastica, ut benè probant *Giurb. cons.* 60. *num.* 15. & *seqq.*

Peregr.

Peregr. de Immu. cap.7. num.19. & 11. del Bene de Immun. cap.16. dub.20. & Pignat. consult. 100. *per tot. tom.*1. ubi, *nu.* 16. quòd hoc non procedit in occidente inimicum sub cautione de non offendendo, quia hæc non tollit inimicitiam, sicut pax, sed solùm ponitur, illa mediante, vinculum inimico, ne delinquat sine illa pœna pecuniaria, *& Card. de Albic. de Inconst. in Fid. part.*2. *c.*2. *num.* 117. *& seqq.* ubi, quòd ita pluries resolvit S. Cong. super Controv. Jurisdict. proindeque nullatenus attendi merentur *Donat. Anton. de Marin quotid. res. cap.*174. *num.*3. *& Donat. de Asy. resol.* 149. *vers. Et procedit etiam*, contrarium existimantes.

104

Nota hîc, quòd Complices in homicidio proditorio gaudent Ecclesiastica Immunitate, ea ratione, quia sumus in odiosis, & Bulla loquens per hæc verba – *Qui proditoriè proximum suum occiderit*, non comprehendit Complices, Quidquid sit respectu assassinii &c. ut resolvit *S. Congreg. Immunitatis* 2. *Decembris* 1705. *in Mediolanen. Ponente Card. Scotto*. Conclusio mihi videtur nimis dura, sed ita lex scripta est.

105 Circa pœnas fractæ pacis, vel cautionis de non offendendo, distinguendum est, nam, vel agitur de cautione, & in obligatione de non offendendo fuit adjecta certa pœna conventionalis, & hæc (quæ ad hæredes quoque transit, licèt defunctus, qui offendit in vita, non fuerit conventus, nec citatus, ex allegatis per *Cenciol. verba Pœna resol.*2. *& Rayn. tom.*1. *cap.*8. §.3. *num.*157. *& seqq.* ubi adducit illam rationem, quia statim ac facta fuit offensio, illicò commissa fuit pœna) absque dubio exigenda erit, nec confundenda cum pœna principalis delicti, quæ ultra pœnam conventionalem regulabitur à qualitate injuriarum, percussionis, vulnerationis &c. quibus mediantibus violata fuit cautio, *Conciol. verb. Prax. resol.*5. *per totum* ubi, quòd ad hoc, ut possit exigi hæc pœna conventionalis à fidejussore, de fractura debet plenè, & concludenter constare per testes, citato fidejussore examinatos. Vel non est adjecta certa pœna, & tunc

106

107 ista erit arbitraria, & extendi poterit ex facti circumstantiis usque ad mortem, ut rejectis contrarium sentientibus, benè probat *Farinac. quæst.* 107. *part.*1. *art.* 7. *à num.* 27.

108 Vel agitur de fractione pacis, & tunc pœna erit ultimi supplicii, & confiscationis omnium bonorum *c.*1. *de Pac. tenen. in Usib. Feud.* Sive intervenerit publica persona ex Magistratu, sive non, & sive violatio pacis sequuta fuerit per vulnus, vel homicidium, sive quocumque alio modo, juxta statuta *in Bannim. Gener. Stat. Eccles. cap.*33. & animadversa ibidem per *Bonfin. num.*2. *& seqq. Farin. cit. quæst.*107. *à num.*57. *& Card. de Albic. de Inconst. in Fid. par.*2. *cap.*2. *nu.*58. ubi, quòd si hujusmodi Reus apprehendi non possit ejus effigies inverso capite, & pedibus exponitur cum inscri-

109 ptione nominis, cognominis, & Patriæ, quòdque id didicit Forolivii, cùm esset adolescens. Dummodo tamen, pacem frangens, non sit ebrius, quia cùm iste careat recto sensu, seu consensu, *D. Thom.*2.2. *quæst.*150. *art.*1. *in corp.* Imo pa-

110 rùm distet ab insano, seu furioso, ut notat *Crispol. cas. milit.* 19. *num.*17. *&* 18. *& Adden. ad dec.*28. *num.*99. *& dec.* 153. *par.*3. *rec.* nihil mirum, si offendendo eo, cum quo pacem fecerat, illam rumpere non dicatur, benè *Conciol. verb. Pax, resol.*25. *per tot.*

111 De Jure verò Canonico Clericus fractor pacis privatur beneficiis *c.*1. *in fine de Treug. & pac.* Necnon excommunicatur, *can. Illi qui* 24. *qu.*3. *Brugiot. Instit. Crim. lib.*11. *tit.*22. *num.*34. *& seqq.*

112 Omnes autem hæ pœnæ, tam de Jure Civili, quàm Canonico, locum habent, etiam si offensio sequuta sit extra territorium Judicis, coram quo fuit facta pax, quia dicta promissio sequitur personam, itaut ubicumque illa reperiatur, dicatur committi hoc delictum, *Conciol. verb. Pax. resol.* 6. *per tot. Caball. resol. crim. cent.* 1. *cas.* 35. *in princ. & Bonfin. ad Bann. Gener. cap.* 34. *num.* 19. ubi limitat in simplici offensione, absque cautione de non offendendo, quia offendens non potest conveniri à Judice personæ offensæ, sed Loci delicti, vel domicilii Rei.

113 Ad easdem tamen pœnas evitandas in dubio judicandum est, pacem non fuisse ruptam, quia licèt, antequam præstetur sit favorabilis, postquam est præstita, dicitur odiosa, & in dubio judicandum est, illi non fuisse contraventum, *Conciol. verb. Prax resol.*21. *num.*1. *&* 2. *& Guazz. de Pac. quæst.* 33. *num.*15.

114 Quia verò quandoque Partes nolunt ad pacem devenire, & cùm reperiantur carceribus mancipatæ, nequeunt præstare cautionem de non offendendo, tunc solet dari Fides, seu verbum de non offendendo, vel offendi faciendo, ne in carceribus marcescant, quæ in Curia *Fede di Capitano* vulgò nuncupatur, *Set. de Off. Locunt. c.*15. *num.*15.

115 Sciendum proinde, quòd hæc consistit in verbo, dato per Partem offensam alicui personæ illustri, vel Capitaneo, qui deinde Judici promittit, juxta formulam, quam ponit *Guaz. de Treug.* §.2. *quæst.*2. *nu.*8. necnon *Scannar. de visit. Carcer. fol.*125. *in append.* nempè – *Io NN. Nobile, Prencipe*

116 *&c.* ovvero *Io Capitano NN. dò la mia parola, e fede à Monsig. Illustriss. Governatori di Roma, che Sempronio non offenderà, ne farà offendere Titio, e facendo il contrario, prometto farne quel risentimento, che si conviene all' honor mio, & in fede hò fatta la presente di mia propria mano, e sigillata col mio solito sigillo questo dì* 27. *Settembre* 1700. quo hæc scribimus, & quo *f. m. Innoc. XII.* animam Deo reddidit. Solet autem tale verbum dari personis divitibus, & nobilibus, ad hoc ut Partes à fractione fidei se abstineant, non solùm formidine pœnæ judicialis, sed etiam propter honorem, & dignitatem personæ, tale verbum reci-

117 pientis, ut de nobili Estensi loquitur *Bertaz. cons.* 148. *num.* 8. *lib.*1. & de alio illustri Comite *Gerard. Marzol. cons.*68. & de utroque *Guazz. de Treug.* §.1. *quæst.*3. *per tot. &* §.3. *quæst.*15. *num.*4. *Rayn. tom.*2. *cap.* 24. §.1. *& seqq. num.* 83. *&* 85.

118 Eodem autem modo, quo diximus suprà, novam causam allegari posse ad excusationem fractionis pacis, allegari pariter potest, & suffragatur ad excusationem fractionis fidei, seu verbi *di Capitano*, ex regula illa, frangenti fidem fides frangatur eidem, de qua *Seraph. de Privil. Juram. priv.* 74. *num.*150. ut in terminis novæ causæ, originem habentis

119 à verbis, *Levatevi di quì, non mi state dietro*, & similibus consuluit *Marzol. cit. cons.*68. *n.*11. 17. *& seq.* & probat *Guazzin. de Treug.* 4.2. *q.*2.

120 Similiter ad probandum hujusmodi fidem, seu verbum, non requiritur scriptura, sed aliis probationum speciebus demonstrari potest, ut diximus de pace, & in nostris terminis probat *Guazz. de Treg.* §.2. *qu.*7. *num.*1. ubi respondet praxi Curiæ Romanæ, quæ aliquando redigit in scriptis similem fidem, seu verbum, asserendo, id contingere ad effectum excarcerandi illum, pro quo datum fuit, ad hoc scilicet, ut Ju-

121 dici constet, data fuisse, non autem ad essentiam, seu necessariam probationem dicti verbi.

122 An autem ad hunc effectum standum sit dicto ejusdem personæ illustris, cui datum fuit verbum, & à quo recepta fuit fides, præcipuè, quia, ut plurimùm solet esse insignis, gravis, & nobilis, & quod magis est ab utraque parte approbata, negat *Guazzin. de Treug.* §. 2. *quæst.* 7. *à num.*2. quia per

123 contraventionem censetur læsus, atque agitur de ejusdem laude, vel vituperio, & potest habere affectionem ad causam *ut in num.*17. & priùs diluerat omnia argumenta in contrarium *Menoch. de Arb. cas.*98. *num.*6. *&* 7. ubi dat illam rationem, quia in his circumstantiis concurrunt duo defectus, unus singularitatis, & alter affectionis.

124 Quoad pœnas hujus criminis plures sunt, & I. Quia apud graves viros ejus fama valdè læsa remanet, non enim pejus de homine dici potest, quàm quòd sit sine fide, *can. Innovamus* 24. *qu.*4. *Jul. Ferrett. de Re milit. tit. de Fid. servand. num.*20.

125 II. Quia incidit in pœnam infamiæ, *l. fin. Cod. de His quib. irrog. infam. & Ferrett. ubi prox. in* 16. *in fine, & num.*24. ubi, quòd nulla est major mortalium gloria, quàm fidem servare, nullaque major infamia, quàm fidem rumpere. III. Quia Reus hujus criminis punitur tanquam proditor, *Marzol. con.*68. *n.*11. ubi tamen hoc declarat procedere, quando fides data fuisset alicui.

126 Principi, Duci, vel Domino, non recognoscenti Superiorem, secus si recognosceret Superiorem, *& Marzol.* sequitur *Guazzin. de Treug.* §.2. *quæst.*8. *num.*11. IV. Quia ex *Bannim. Stat. Eccles.* relatis à *Guazzin. de Treug.* §.2. *qu.*8. *num.*6. *&* 7. frangens verbum, seu non servans fidem

127 incidit in pœnam mortis, & confiscationis bonorum, atque demolitionis domus, si fuerit captus, si autem fuerit contumax, debet fieri exequutio in effigie, & depingi cum propriis vestimentis, appensus cum uno pede, capite posteriori, atque, cum inscriptione nominis, cognominis, & Patriæ V. Quia si fuerit Clericus omnibus beneficiis privatur, *Moron. de Treug. & pac. quæst.* 108. *num.*2. *& Guazz. eod. tract.* §.2. *qu.*8. *num.*9. ubi *num.*10. *& seqq.* egregiè

128 probat, quòd verba illa supra posita, *e facendo il contrario prometto farne quel risentimento, che conviene all' honor mio*, non esse accipienda, ut de facto, & propria authoritate possit id facere Dux, Marchio, vel Capitaneus, cui fuit datum

tum verbum, sed via judiciaria, curando scilicet penes Gubernatorem, vel alium Judicem, ut ad debitas pœnas supra expressas procedatur.

Pro coronide demum nota hic, quòd hujusmodi fides, seu verbum non expirat morte illius, qui fidem recepit, quia in hoc vertitur publica utilitas, ne scilicet Partes veniant ad arma, & quies publica turbetur, & quia voluntas recipientis talem fidem non permansit in simplici voluntate, sed redacta fuit in necessitatem, & solemnitatem Juris, & consequenter ex Juris fictione, morte recipientis, non extinguitur, *Claud. Bertazzol. in addit. ad Patrem, con.23. lit. A, lib.1.* ubi ita respondet *Sebast. Medic. in tract. Mors omn.sol. par.2.concl.12. & Guazz. de Treug. §.2. quæst.9.nu.5 & seqq.*

Cohærenter ad Pacem, Verbum de non offendendo, seu *Fede di Capitano*, sequitur videndum de Salvo conductu, qui definitur, *Licentia concessa Reo ab eo, qui potestatem habet concedendi, ut possit liberè incedere, & absque timore carcerationis*, de quo latè agunt *Magalott. de Salv. conduct. Joan. Georg. Bechtius, de Securit. & Salv. conduct Petrus Premus, de Securit. promiss. Bellus, de Re milit. tit. de Salv. conduct. Glesser. in Arumæo, tom.2. vol.2. Becc. de Securit. apud Basilienses. tom. 2. Paris. de Puteo, de Syndic. eodem Verb. Conciol. resol. crim. verb. Salvus conductus. Brugiot. Inst. Crim. lib.4. tit.10. per tot. Rayn. tom.3. cap. 33. §.4. per tot. & Vot. 129. & Basilic. dec. Crim. 24. per tot.* ubi *de Guidatico*, quod *num.*10. asserit esse *gratiam suspensivam delicti, ad tempus concessam à Principe*, advertens, solius Principis esse guidare, quod observaverat priùs *Farinac. qu.29. num.*80.

Dicitur *Licentia* loco generis, per quam convenit Salvus conductus cum omnibus aliis facultatibus, quæ ad certum, & determinatum effectum Reis concedi solent.

Dicitur *concessa ab eo, qui potestatem habet concedendi*, quod intellige de Principe, ad quem spectat illum concedere bannitis, exulibus &c. ut observant *Farin. quæst.29. num. 79. & seq. & Conciol. verb. Salv. conductus, resol.1. num. 1.* ubi *num.*2. ampliat in Statu Ecclesiastico, in quo ex specialibus Summorum Pontificum Constitutionibus interdictum est inferioribus Judicibus, inconsulto Summo Pontifice, salvum conductum concedere. Dummodo agatur de illorum Subditis, ut cecinit Poeta dicens:

Rex extra Patriam vel maximus non habet ullum
Imperium. In Patria nemo Propheta fidem.

Nomine autem Principis in hac parte non solùm veniunt supremi; sed etiam inferiores Duces, nimirum Marchiones, & similes, in Locis, ubi habent merum, & mixtum imperium, *Far. d. qu. 29. nu.102. & seqq. Guazz.in. ad def. Reor. defens. 12.c.1. num.78. & Rayn. tom.3. cap. 33. §.4. in fine.*

In Statu autem Ecclesiastico illum bannitis, & homicidis nequeunt Legati etiam à Latere, & multò minùs Gubernatores concedere, juxta *Constit.8. §.3. Pii II. in Bull. to.1. &* aliam *Constit.27. Pii IV. in Bull. tom.2.*

Licèt verò Judicis facultas ad id non se extendat, attamen, si illum de facto concessit, omninò servandus est, ne quis publica sub fide decipiatur; quæ etiam hostibus servanda est, *Oliban. de Jur. Fisc. cap.14. num.75. Merlin. Pignat. contr. forens. cent.1. cap.53. num. 10. Sperel. dec.148. num.50. Chlvin. de Æquit. lib. 2. cap.106. num.12. & seq.* ubi refert ita pluriès decisum, & *Rayn. tom.3. cap.33. §.48. & seq.* ubi, quòd in his casibus annullatur salvus conductus, sed datur assecurato terminus congruus ad ponendum se in tuto, & *Pignat. consult.67. num. 14. tom.9.* Non sic autem practicatur respectu inferiorum Justitiæ ministrorum, ut observat idem *Rayn. tom.5. ad cap.24. §.47. num.1. & seqq.* ubi, quòd anno 1664. Bononiæ fuit furca suspensus quidam Rizzolus ob delationem duarum pistolarum brevioris mensæ, vulgò *Mazzagatti*, non obstante, quòd illas deferret ex tolerantia Baroncelli, *Didac. Perez Ordin. Castell. lib.2. tit.4. leg.2. lit. A. vers. Ampliatur.*

Dicitur demum, *ut possit liberè incedere, & absque timore carcerationis*, ut explicetur principalis effectus salvi conductus, in eo consistens, ut quis, illo durante, nullatenus molestari possit, *Conciol. verb. Salv. conduct. resol.14. num.1.*

Hoc tamen in pluribus casibus non procedit, & I. Superveniente nova causa, *Farin. d. quæst.291. num.62. & seqq.* ubi quòd hoc est verum, dummodo nova causa proveniat ex facto illius, cui concessus fuit salvus conductus, & *Farinac.* sequitur *Conciol. verb. Salv. conduct. resol.4. num.6.* II. Pro delictis futuris, ad quæ ex sua natura salvus conductus non extenditur, sed pro illis carcerari, & puniri potest delinquens, *Capyc. Latr. dec.105. num. 30. & seqq. & Massin. de Confisc. qu.5. num.*16. Imo habens salvum conductum, si postea delinquat, nedum liber non est pro delictis futuris, sed nec etiam pro antiquis, pro quibus puniri posse probat, innumeris cumulatis, *Conciol. verb. Salv. conduct. resol. 5. per tot.* III. In Salvo conductu conditionali, quem servare non tenetur Princeps, conditione non adimpleta, *Rovit. in pragm. 1. de Guidat. num.3. & Capyc. Latr. dec.105. num.41. & seq.* IV. Quando lapsum est tempus illius, quod currit de momento ad momentum à die concessionis, etiam si bannitus, cui fuit concessus, de illo statim non habuerit notitiam, *Guaz. ad Def. Reor. defens.12. cap.1. sub num.58. & Gen. de Script. priv. lib.3. tit. de Liter. judic. qu.5.* V. In salvo conductu, continente clausulam; *salva justitia*, quam continuisse illum, qui per Concilium Constantiense concessus fuit Joanni Hus, & Hieronymo Pragensi, observat *Pignat. consul.67. num.6 t.5.* ubi, quòd in illo aderant hæc præcisa verba: *A violentia, justitia semper salva, omnem salvum conductum nostrum, quantum in Nobis est, ac Fides exigit Orthodoxa, præsenti tenore effecimus, & num.*23. quod proindè non fuit eisdem hæreticis violata fides, quando mortis sententiam subiverunt, quia dicta clausula illos non reddebat immunes à pœna, constito de delictis, quod latiùs demonstrant *Jo. Molan. de Fid. Haeret. servand. lib.1. cap. 25. & seqq. Campian. in Ration. ad Accadem. Angl. rat.4. Marquez del Governador Christiano, lib.2. cap.24. Hurtad. de Fid. qu.79. Card. Pallav. in Histor. Conc. Trid. lib.12. cap.15. nu.8. & Card. de Alb. de Inconst. in Fid. par.1. cap.27. num.61. & seq.* VI. Quando agitur de salvo conductu falso, vel per subreptionem extorto, Licèt enim *Molphes. ad Consuet. Neapol. par.4. in addit. ad qu.47. num.*3. indefinitè contrarium teneat, nihilominùs ejus opinio recipienda est in solo casu, quo agatur de salvo conductu verè ab habente potestatem concesso, sed ex falsa causa, vel alio motivo, Reo prorsus incognito, secus, si agatur de falsitate salvi conductus nota, & multò magis, si cum operationibus banniti obtenti, puta, quia viderit falsificari manum Principis, ut, benè distinguendo, observat *Rayn. cap.33. §.4 num.101. & seqq. tom.1.* Benè verum est, quòd in casu, in quo salvus conductus aliquo modo subreptitius dicatur, & sine culpa, & falsitate banniti obtentus, adhuc aliquem operatur effectum, quia saltem inservit ad minorandam pœnam ultimi supplicii, ut probat *Hieron. de Feder.* olim Almæ Urbis Gubernator *in resol. crim. 51. per tot.* impressa *post 2. volum. Cons. Farin.* ubi *num.*14. illam adducit congruitatem hujus limitationis ex ore Clem. VIII. quia scilicet, etiamsi salvus conductus sit subreptitius, non omnibus id innotescit, è converso autem omnes scirent, hominem sub salvo conductu neci traditum fuisse, quod eidem Summo Pontifici visum fuit, non esse permittendum, & generaliter monendo Judices omnes, advertit *Rayn. t.1. c.2. §.4. n.45.* Ex quo infertur quòd ad hujusmodi querelas evitandas non debent subtiliter criticari, & interpretari verba salvi conductus, *Pignat. consf. 67. nu.41. to.5.* ubi, quòd Mauritius Saxoniæ Elector Carolo V. subtiles quasdam interpretationes adversus Philippi Langravii liberationem attribuenti, dixit, *Ego te tanquam Imperatorem, non tanquam Legistam volo pactiones, & fœdera interpretari*, Quod refert etiam *de Angel. de Offic. Baron. cap.103. num.9.* ubi, quòd Alphonsus de Aragonia Neapolitanus Rex dicere solebat, nihil interesse inter Principis, & privati pactiones, quòdque si aliqua cognoscenda esset differentia, illa foret, quòd privatus instrumentis, & jurejurando, Princeps verò solo ejus verbo, absque subtilibus interpretationibus, obligatur.

Notandum est hic, quòd accusato de pluribus delictis, volenti se purgare ab aliquibus ipsorum, concedendus est salvus conductus, nedum, quando delicta sunt penitus separata, sed etiam, quando non sunt separata, *Decian. cons. 96. num. 8. lib. 3. Guazz. ad Defens. Reor. defens. 1. num.68. Conciol. verb. Salv. conduct. resol. 4.* ubi refert ita judicatum à Sacr. Consulta, licèt deinde asserat, contrarium fuisse judicatum in Legatione Urbini.

In contrarium verò adest votum doctissimi *Petri Francisci de Rubeis*, quod est impressum post *Resol. Crimin. Conciol.* ubi conatur probare, id verum esse in delictis separatis, secus autem in non separatis, puta, quòd quis inquisitus de homicidio appensato, velit homicidium fateri, & negare qualitatem appensati, quod votum, *Rayn. tom. 3. cap. 33. §. 4. nu.58.* solidè impugnat, respondendo rationibus ibidem adductis, & declarando authores ab ipso citatos, cui in omnibus me subscribo.

Nota 2. quòd salvus conductus, concessus bannito ad veniendum, intelligitur datus etiam ad redeundum, etiamsi in illo de reditu nulla fiat mentio, quia aliàs frustraneus remane-

159 maneret, atque non dicitur quis securè venire, quando securè recedere non potest, *Bart. in l. Utimur, ff. de Sepult.* 160 *viol. & Pignat. consult. 67. à num. 39. tom. 5.* Verum tamen est, quòd ad omne dubium amputandum, solet in illo exprimi etiam reditus, ut practicatum fuisse à PP. Tridentinis cum hæreticis Germaniæ, ostendit illius tenor registratus *post sess. 13. & 15.*

161 Nota 3. quòd si concedatur salvus conductus inquisito, ad hoc, ut liberè ad locum judicii accedere possit, ille comprehendit etiam loca intermedia, per quæ transire debet, quando ista sunt sub eadem ditione, salvum conductum concedentis, ut probat *Pignat. consil. 67. numer. 32. tom. 5.*

162 Nota 4. quòd salvus conductus, datus mercatoribus, vel aliis circa res, quas volunt in Civitatibus introducere, nullatenùs comprehendit illas, quæ furto sublatæ sunt, ut, contrariis respondendo, latè probat *Pignat. consul. 67. à num. 1. tom. 5.* Mercatoribus autem, moram facientibus in Portu Anconitano amplissimum concessit sal-163 vum conductum *Clem. VIII. in Const. 26. Bull. nov. to. 3.* ut advertit *Rayn. tom. 3. cap. 33. §. 4. nu. 21. & supplet. 4.* ubi, quòd cùm id ignorasset, suus Cliens transmissus fuit ad Triremes, non sine magna ejus displicentia: Similem 164 salvum conductum pro Portu Civitatis Vetulæ concessit *s. m. Innoc. XII. ut in ejus Const. 77. num. 11.*

165 Nota 5. quòd ad hoc, ut Judex validè procedat contra Reum ex alio capite, quàm pro eo, pro quo fuit semel bannitus, debet illi salvum conductum offerre, aliàs nulliter procedit, *Oril. ad Campan. select. resol. 17. in princ. Vic. ad Pragm. Sard. tom. 2. tit. 26. num. 3. & Rayn. to. 3.* 166 *cap. 33. §. 4. num. 37. & supplet. 5. per tot.* Ratio est, quia non oblato à Judice salvo conductu pro alio crimine, Reus non tenetur comparere, ob timorem, ne arrestetur, & puniatur pro dicto diverso crimine, *In Supplet.* verò *seq. quæ est 6.* agit de alia quæstione, acerrime disputata, unà cum Adjunctis, in Tribunali Gubernatoris Urbis, an salvus conductus offerendus sit etiam in casu, quo Judici innotescat mala qualitas inquisiti circa alia, 167 de quibus tamen Judex non inquirat, puta, quia interrogati testes de qualitate homicidæ, dicant, esse solitum pistolam portare, minas in agrorum Dominos effundere, uvas per vim asportare, &c. & testatur *die 9. Octob. 1692.* resolutum fuisse, quòd exceptio salvi conductus non oblati, nullatenus obstabat, quia in his circumstantiis, in quibus Judex non curat inquirere, & processum formare de dictis aliis delictis, Reus non habet motivum timendi, & quatenus id verificetur, tenetur ipse petere, non autem Judex spontè offerre salvum conductum.

168 Meritò autem in illis casibus, in quibus agitur de vitæ periculo, vel de rebus magna consideratione dignis, vel demùm de resolutionibus, quæ faciunt statum pro omnibus aliis casibus in futurum, solent Summi Pontifices dare in adjunctos alios Judices, vel Collegialis alicujus Tribunalis votum exquirere, quia integrum est illud judicium, quod plurimorum sententiis confirmatur, 169 ut dicitur *in cap. Prudentiam, de Offic. Deleg.* ibique *Gloss. verb. Plurimorum*, Et faciliùs invenitur quod à pluribus quæritur, *can. De quibus*, ubi *Gloss. verb. Plu-* 170 *ribus, distinct. 20.* Atque per ampliores homines perfectissima veritas revelatur, *leg. Quæstionem 32. C. de Fideic.* Et facit spectabilis authoritas *Cassiodor. lib. 11. epist. 26.* 171 *fol. 576* ibi: *Dignus est meo judicio promoveri, qui à multis Præsulibus meritò approbari, uni enim acceptum fuisse interdum gratia est, multis placuisse Judicium*, quem sequuntur relati *à Perez. in Cod. lib. 10. tit. 65. num. 4. De Luc. de Regular. disc. 10. num. 9.* ubi egregiè *Fontanell. dec. 3. num. 13. & Pignat. consul. 54. num. 12. lib. 10. & Rota dec. 44. num. 2. cor. Mantic.*

172 Nota 6. capientes bannitos sub salvo conductu, non solùm non debere habere præmium oblatum à Curia, contra capientes bannitos, sed quatenùs acceperint, illud teneri restituere, & si scienter taliter assecuratum oc-173 ciderint, posse etiam puniri, *Farin. qu. 103. num. 279. & seqq. Caball. resol. crimin. 151. num. 6. & Rayn. tom. 3. cap. 32. §. 13. num. 87. & seq.* ubi etiam, quòd haberet tale præmium, & gauderet indulto favore præsentantium 174 bannitos ille, qui cùm existeret carceratus, talem bannitum in carceribus caperet, & præsentaret, juxta curiosis-175 simum casum, in Urbe sequutum non multis ab hinc annis, Quidam enim Reus manens in carceribus, vidit transire per viam hominem capitaliter bannitum, & vendentem fructus, quorum prætextu illum vocavit, & quando fructus ponderabat, illum cæpit, & consignavit Custodi carcerum eumdem præsentans ad sui liberationem, Quam principalem conclusionem admiserat etiam *Joan. Grand. de bell. exul. prædicam. quantit. quæst. 3. num. 1.* referens, ita pariter decisum in suo casu, quidquid in contrarium dicat *Joseph Ludov. dec. Lucens. 15. nu. 73.*

TITULUS X.

De Crim. Ludi, Riffæ, Barattariæ, Biscazzæ, Sponsionis, & Lotti.

Ludus, in genere sumptus, vocari potest operatio exterior, animi laxandi gratia facta, seu cum *Rayn. tom. 3. cap. 30. §. 1. num. 1.* quodvis ludicrum, ad animi recreationem fieri solitum, proposita quadam lucri spe, & damni periculo. 1

Ludus, enim, quatenus ludus est, secundùm *Cajetan. 2. 2. quæ. 168. art. 3. ad 5.* relatum *à Magg. de Sacr. Carem. disquis. 12. num. 9.* pensandus est ex fine, qui in quiete rationabilis motus consistit, quantò autem magis fortunæ commissus est, tantò cæteris paribus, accomodatior est quieti rationis, & quantò magis industriosus, tantò minùs quieti rationis convenit, indeque inferendo, quòd ludus latrunculorum, seu Scacchorum pessimus est in ordine ad proprium finem ludi, quamvis optimus sit ad fugandum otium, vel somnum, propter industriæ diligentiam magnam in illo requisitam. In specie autem definitur *contractus conditionalis, lucri gratia factus, quò ex eventu exposita acquiritur, vel amittitur pecunia*, ita *Nicol. in Flosc. verb. Ludus num. 1.* De ludis solitis fieri in toto Orbe, vide eruditum librum *Thomæ Hyde Oxonii* impressum anno 1694. ubi latissimè, & eruditissimè, cui titulus *Historia Heud. Lud.* 2 3 4

Non omnis ludus prohibitus est, ut observant *Mangil. de Evict. quæst. 191. num. 9. & Brugiot. Instit. Crim. lib. 2. tit. 26. num. 6. & seqq.* sed aliqui tantùm ex illis, nec Jure Gentium, vel Divino, quo potiùs videtur permissus, *Exod. 32. 6.* ibi *Surrexerunt ludere*, sed Civili tantùm, vel Statutario; Minùsque principaliter, & per se, sed solùm consequutivè, & per accidens, quia scilicet ex illo provenient blasphemiæ, rixæ, & quandoque etiam homicidia, atque dissipatio proprii patrimonii, & alia detrimenta, juxta illud *Ovid. lib. 3. de Arte aman.* 5 6

Ira subit, deforme malum, lucrique cupido,
Jurgiaque, & rixa, sollicitusque dolor,

& illud: 7

Ira parat rixas, rixæ vertuntur in ensem.
Ensis dat vulnus, vulnera sæpè necem.

Interest autem Reip. ne quis sua re malè utatur, *Instit. de Iis, qui sunt sui, vel alieni Jur. in princ. Franc. de Protest. consid. 44. sub n. 1. Zuff. Inst. Crim. lib. 2. tit. 21. lit. T. Card. de Luc. in Prax. Crim. verb. Givoco, in princ. & Set. de Offic. Locumt. cap. 6. num. 1.*

Est igitur ludus licitus, seu virtutis ille, qui consistit in corporis exercitatione, etiamsi in eo pecunia lucretur, veluti, si certetur hasta, vel pila, currendo, saliendo, luctando, pugnando, & aliis similibus modis, de quibus *in leg. Solent, §. Senatus Consultum, ff. de Alear. usu, & Aleator, & leg. fin. ff. de Relig. & sumpt. fun. & Thomat. dec. 20. per tot.* ubi de ludo, *ut vulgò* dicitur *delle Boccie*, de quo pariter *Rayn. tom. 1. ad cap. 1. §. 12. num. 6. & Novar. de Grav. Vassal. gravam 63. num. 25. par. 2.* ubi de ludo pilæ, magno flatu plenæ, seu Follis, vulgò *del Pallone, & de Angel. de Delict. par. 1. cap. 85. num. 4.* Ad quos ludos exercendos licitè legari potest, ut in *leg. Civitatibus 125. ff. de Legat. 1. & in leg. Cùm Pater 79. §. final. ff. de Legat. 2.* 8 9

Virtutis pariter Ludus, & quidem, nedùm permissus, sed commendatione dignus est *il Giuoco d' Arme*, quem ingeniosè invenit *Horentius Fine*, seu *Brianville*, ludendo nimirùm cum Insigniis, seu Armis Gentilitiis omnium Principum Europæ, eodem tempore deveniendo in cognitionem, nedum eorumdem insignium, sed etiam geographiæ, historiæ, mutationum dominiorum, & aliorum memorabilium eventuum, qui in Mundi dominationibus acciderunt; Dummodò tamen serventur regulæ ejusdem ludi, in particulari libello contentæ; non autem utatur quis iisdem cartis, ad instar alearum lusoriarum, ut non rarò evenit in Collegiis, & Seminariis puerorum, qui ad decipiendos eorum magistros illis permittentes hujusmodi ingeniosum, & utilem ludum, loco 10 11

catione simplici, vel de Jure civili, quia concubinatus propriè sumptus, saltem de Jure Canonico tolerari non debet, *ex Conc. Trid. sess 24. de Reform. matrim. c. 8.*

234 Nota 2. appositè à *Francisc. Sylvio in Comm. Ciceron. pro leg. Mur.* relato à *Rayn. tom. 3. ad cap. 25. supplet. 2. num. 6. & 7.* saltationes, quæ fiunt inter viros, & mulieres, vocari umbram luxuriæ; ea ratione, quia sicuti umbra esse non potest, nisi ubi est corpus, ita inter viros, & mulieres saltatio esse non possit, nisi ubi sit luxuria, quod advertit etiam

235 *Leonard. Floravant. in Specul. scient. univers. lib. 1. cap. 55.* asserens, *Non fu mai trovata arte nel mondo, nè invenzione, che fosse manco necessaria di quella, che fu l' arte del ballare, nè manco fu trovata arte, che fosse causa di tante ruine, come questa, dalla quale ne succedono una infinità grande di moltissimi effetti, imperciocchè per causa del ballo nascono mille innamoramenti, e mille ruffianarie, e disonestà &c. &* *Carpzov. Jurisprud. Consistor. lib. 2. tit. 8. diffor. 157. numer.*

236 3. ubi Choream vocat circulum, cujus centrum est Diabolus, *Benedict. Peregr. in Elucidar. Sac. Theol. lib. 2. elucid. 24. num. 154.* ubi, quòd licèt ex se non sint illicitæ, sunt tamen tales hujusmodi choreæ, & saltationes ex mala intentione, ex abusu, & ex periculo libidinis, ex quo Juvenes solent puellas manu ducere, & ipsarum digitos stringere, quod utinam quotidiana experientia verum non comprobaret.

237 Indeque infert *Zaul. to. 1. lib. 1. rubr. 4. nu. 14.* honestam matronam ad hujusmodi saltationes ab honesto etiam Principe invitatam, non teneri accedere, si rimeantur hujusmodi tactus obsceni & rationem adducit *Ricciull. de Person. in*

238 *stat. reprob. lib. 7. c. 3. n. 1. & 2.* quia scilicèt, cùm honestatis Jus ab omni superioritate sit exceptuatum, non possunt cogi subditi ad illud violandum. Licèt autem ad obviandum hujusmodi periculis usus inoleverit invitandi honestas matronas, unà cum earum viris, benè observant *Ricciul. & Zaul.*

239 *ubi suprà*, id deservire posse ad evitandum periculum castitatis, non verò honestatis detrimentum, quod semper in his circumstantiis verificatur, ut advertit *Ægid. de Privil. honest. art. 1. n. 1. & seqq.*

240 Nota 3. ex *Tiraquell. ad leg. Connub. leg. 15. gloss. 1. part. 15. nu. 154.* ideo plerumque accidere, prudentissimos, & doctos, filios stolidos, & stupidos gignere, quia semper aliquid honesti, vel utilis animo complectuntur, ut ne in ipso quidem venereo actu omninò à rerum studio desistant,

241 unde animo remissiori profluens semen filios imbecilles, & stupidos aptum est generare, è converso autem indocti, & minùs prudentes, robustos maximè procreant, quia totos se venereis voluptatibus dantes, eorum semen quamplurimæ virtutis, tum rationalis, tum naturalis particeps est, & concordat *Zacch. quæst. medicoleg. lib. 1. titul. 5. quæst. 4. num. 37.*

TITULUS VI.

De Crimine Falsi, in Literis Apostolicis commissi.

1 DEtestabilis, & gravissimi hujus criminis Reus, atroci pœna dignus reputatur, ex quo temerario ausu Literas Apostolicas falsare præsumit, propter gravissima scandala, atque maxima præjudicia, quæ universæ Christianæ Reipublicæ ab hac falsitatis specie imminere possunt, *cap.*

2 *Ad falsariorum*, ubi communiter Canonistæ, *de Crim. fals.* & latè *Rayn. tom. 2. ad cap. 18. supplet. 2. num. 1. & seqq.* Nomine verò Literarum Apostolicarum, non solùm veniunt Bullæ Datariæ, & Cancellariæ Apostolicæ, sed etiam Secretariæ Brevium, & Literæ Pœnitentiariæ, *Bellam. in cap. Ex literis, de Fid. Instr. Fagnan. in cap. Ad Falsariorum*,

3 *nu. 24. de Crimin. fals.* ubi, quòd hoc non procedit in falsificantibus Literas Episcoporum, & Nunciorum, quia hæ non sunt propriæ Literæ Apostolicæ, & *Farin. q. 151. num. 24.*

4 Extenditur verò dispositio *d. c. Ad falsariorum in Bulla Cœna Domini, §. 6.* non solùm ad falsificantes, & mutantes supplicationes, signatas propria manu Papæ, sed etiam ad illas, signatas ab aliis ministris, de ejusdem mandato, ut videre est inter illas *Clem. X. in Bull. nov. t. 6. la 34.*

5 Neque falsarius Literarum Apostolicarum erit solus ille, qui per seipsum illas falsificaverit, sed etiam, qui per alium, *c. Ad falsariorum* ibi *Qui per se, vel per alios*, ubi *Gloss. Verb. Legitimis, de Crim. fals.* Minùsque excusabitur falsarius, ex eo, quòd falsitas nemini præjudicium aliquod attulerit, vel

6 quòd Literas Apostolicas injustas, vel nullas falsificaverit, nam adhuc Reus hujus criminis erit, juxta casum *Tex. in c. Olim, de Rescript.* & observat *Far. q. 150. n. 345. & seqq. & q. 151. n. 30.*

7 Quamvis autem *Text. in cit. cap. Ad falsariorum*, videatur requirere reiterationem actuum, ex quo utitur verbo *exercere*, quod reiteratos actus significat, atque ita pro unica falsificatione non videatur habere locum pœna *in dicto cap.* contenta. Verius tamen est, quòd etiam pro unica falsificatione locum habet; Verbum enim *exercere* in dispositione

8 pœnali in unica tantùm vice verificatur, juxta *Text. in §. Item lex Julia, Inst. de Publ. Jud.* & latè *Farinac. qu. 138. n. 30. & 151. & q. 151. n. 32.* quem sequitur *Fagn. in cit. c. Ad falsarior. nu. 26. & duob. seqq. de Crim. Fals.*

9 Præsumuntur pariter falsæ illæ Literæ Apostolicæ, directæ Episcopis, in quibus non appellantur Fratres, sed Filii, eò quia Sedes Apostolica solita est illos Fratres, non Filios nuncupare, *cap. Quàm grave, de Crim. fals.* ibique

10 latè *Gonzal.* ubi illam adducit rationem, quia Episcopi, Apostolorum successores, pari consortio cum Divo Petro, & ejus Successoribus, honorem, & potestatem acceperunt, alias verò congruentias vide apud *Saver. in Not. ad Sydon. lib. 1. Epist. 11. Verb. Verè habes, Claud. Espen. ad Div. Paul.*

11 *c. 4. ad Timoth.* Quod intellige de Episcopis confirmatis, quia, si illi sint dumtaxat electi, vocari solent Filii, non autem Fratres, ut videre est *in cap. Sanè, de Renunc. & c. Nosti, de election.* Ethymologiam verò verbi Fratris vide apud *Petr. Higid. apud Gell. lib. 13. Noctium Atticar. c. 10.* ubi, quod dicitur ferè alter, *P. Segner. nel Christ. Instruit. par. 3. rag. 5. nu. 17.* Multa de Fratribus ad rem, vide *Scannarol. de visit. Carcer. f. 474. à n. 1.*

12 In multis casibus Literæ Apostolicæ falsificatæ dicuntur, puta, vel detruncando Bullas de Literis Apostolicis, vel aliis supradictis, vel falsificando illas in sigillo, in coramine, & in plumbo; Vel apponendo sigillum adulterinum, & suspectum. Vel verum sigillum frangendo; Vel literas, & scripturam radendo, etiamsi abrasio facta sit in unica tantùm syllaba, sive etiam in unica litera, virgula, seu puncto; Vel aliquid addendo, demendo, vel mutando,

13 puta Datam Literarum, vel aliud simile. Vel consumendo, delendo, vel cancellando, vel aliis similibus modis, de quibus latè *Farin. qu. 151. nu. 37. & seqq. & quæst. 135. & per*

14 *tot.* ubi latè explicat *Constitut. Innoc. X.* contra falsificantes Literas Apostolicas, & latissimè *Fagn. in d. c. Ad falsariorum, de Crim. falsi*, ubi alii *Repetentes* communiter, & signanter *Gonz. & Barb. & Amen. de Delict. & Pœn. tit. 6. §. 1. n. 11. & seqq.* ubi 12. explicat, & declarat indicia, ex quibus falsitas in his casibus arguitur, Signanter verò *nu. 22.* illam infert ex variatione sigilli, etiam veri, puta, quando

15 reperitur, ex. gr. scriptura Cardinalis Decani, qui semper est etiam Episcopus Ostiensis, cum sigillo id exprimente, & tamen eadem scriptura exarata, & composita appareat tempore, quo idem Cardinalis non erat adhuc Episcopus Ostiensis, juxta casum, quem præ manibus habuisse asserit. Ut enim ad rem advertit, *P. le Tellier ne la Defense de*

16 *nouveaux Chretiens p. 1. in Admonit. ad Lector. fol. mihi 48. Un mott, une date, une circonstance, la plus legere, fait quelque fois decouvrir les plus grandes, & les plus dangereuses fourberies, & alors les moindres des ces remarques, deviennent considerables par l' importance de la conclusion, que l'on en tire.* Modos falsandi literas Apostolicas enumerat *Gloss. in c. licèt de crim. fals. verb. licèt in fin.* sequentibus versibus:

Forma, stylus, filum, membrana, litura, sigillum.
Hæc sex falsata dant scripta valere pusillum.

17 Ante enumerationem pœnarum hujus criminis, sciendum est, quòd sola suspicio ejusdem, justa tamen, & probabilis, quarum multæ enumerantur *in cap. Licèt, de Crim. fals.* sufficit ad capiendum, & carcerandum suspectum de tali crimine, *cap. Ex parte, de Rescr. c. 2.* ubi *Gloss. Verb. Exequutioni, de Crimin. fals.* cum aliis apud *Farinac. quæst. 151. num. 32. & 34.*

18 Posita autem probatione delicti, Vel loquimur de pœnis, quibus Sæcularis potestas punire solet laicos, Literarum Apostolicarum falsatores, Vel de pœnis, quibus Judex Ecclesiasticus punit laicos, vel etiam clericos, ejusdem criminis Reos.

19 Si primo modo, pœna mortis, mediante suspensione in furcis, illos punit, juxta *Tex. in leg. Ubi falsi, C. ad l. Corn. de Fals.* cum quo concordant *Bann. Gener. Stat. Eccles. c. 12.* & faciunt tradita per *Farin. q. 151. part. 1. num. 63.* qui licèt loquatur de laicis falsantibus literas Regis, vel alte-

20 rius magni Principis, furca suspendendis, multò magis debet intelligi de falsantibus literas Papæ, id quod etiam fre-

frequens experientia docuit. Vidimus enim sæpè à sæculari Judice, Reos laicos, in tali crimine repertos culpabiles, extremo supplicio punitos.

21 Si secundo modo, laici ipso Jure, & ipso facto excommunicationis majoris sententiam incurrunt, *cap. Ad falsariorum, de Crim. fals. & Gregor. XIII. Constit.* 81. §. 6. & *Innoc. X. Constit.* 51. *per tot.* in qua, nedum confirmantur omnes pœnæ contra Reos hujus criminis in diversis Constitutionibus inflictis, sed aliæ de novo superadditæ fuerunt, declarando, ut in hoc crimine procedendum sit iisdem modis, & formis, quibus procedi solet in quovis alio crimine suapte natura atrocissimo. Clerici verò, præter idem vinculum anathematis, quo proculdubio innodantur, omnibus officiis, & beneficiis Ecclesiasticis ipso Jure spoliati, ab Ecclesiastico Judice degradantur, & Curiæ sæculari puniendi traduntur, ut statuitur in dictis Constitut. & observat *Rota coram Cocc. dec.* 351. *num.* 7. & *Bonfin. ad Bann. Gener. c.* 12. *n.* 18. ubi, ultra alios casus, refert, tempore f. m. Innocentii X. ita practicatum fuisse cum Francisco Canonici, aliàs Mascabruno Subeatario, & *Card. de Luca in Tract. de Pens. disc.* 69. *n.* 1. ubi, quòd à summo favore apud Pontificem, ac Purpuræ jam destinatus, veluti alter Sejanus, ex consuetis fortunæ ludis, ad manus Carnificis transitum fecit.

Sententia contra Mascambrunum lata fuit die 5. Aprilis 1652. à Hieronymo Bucciotto Locumtenente Gubernatoris de unanimi totius Congregationis Criminalis ejusdem Gubernatoris voto, & assensu in pœnam ultimi supplicii, nempè furcarum, sed ex speciali gratia Illustrissimi ad Relationem Gubernatoris mutatæ in pœnam amputationis capitis in Carceribus Turris Nonæ, & deindè asportationis illius cadaveris ad Plateam Pontis, & expositionis in loco solito, & ibi retentionis per aliquod temporis spatium. Delictorum capita fuerunt quindecim, additionis nimirum, & alterationis Registrorum, & supplicationum manu Papæ signatarum, inter quas una Urbani VIII. in Firmana erectionis Collegiatæ, alia Gerunden. mutationis voti dimissorialibus in testimonialibus; alia in Placentina, alia in Messanen. alia in Segobien. & similes.

TITULUS VII.

De Crimine Usurarum.

1 Usura omnibus legibus exosa, imo ipsimet naturæ contraria, ut ostendunt *Matth. de Re crim. contr.* 4. *num.* 30. & *Rayn. tom.* 2. *cap.* 16. *num.* 26. & *per tot.* ubi latè materiam examinat *Leotar. de Usur. quæst.* 2. *per tot. Prat. resp. crim.* 8. *n.* 1. & *seq.* ubi ex *D. Jo. Chrisost. super Marc. cap.* 5. observat, usuram æquiparari morsui aspidis, nam sicuti istius venenum cum sopore per ossa, & venas decurrit, donec occidat, ita usura legalis, latro dulcis, quadam tolerantia per omnes facultates decurrit, donec substantiam totam in debitum convertat, latè *Georg. Casser. in Libr.* cui titulus, *l'Usurato senza scusa, perche abbattuto dalla Ragione, & R. P. D. Severol. apud Passerin. in cap. Quamquam, n.* 84. *de Usur. in* 6. & *Panim. dec.* 72. *n.* 1. & *seqq. de Angel. de Delict. par.* 1. *c.* 133. *nu.* 2. ubi illam vocat detestabile vitium, & humani commercii pestem, definiri potest, ut sit *pretium pecuniæ æstimabile pro usu rei mutuatæ, vel ad mutuum redactæ, ex præcedenti pacto, vel intentione principali perceptum*. Ita *Zecch. de Usur. c.* 1. *n.* 4. Vel juxta *Leotard. eod. tract. q.* 1. est *accessio ad sortem debitam, præstita ex solo tempore retardatæ solutionis*. Nos autem, prosequentes explicationem definitionis *Zecchii*.

5 Dicimus, quòd *pretium* stat loco generis, includit enim omne id, quod ab uno alteri datur, & quidquid æstimabile est, nomine pretii venire potest. Et quia usura est, ut ita dicam, quædam quasi sæcularis simonia, ideò ad hujus instar, potest dici, quòd committatur, si detur aliquid à manu, à lingua, vel ab obsequio, ut docent *Zecch. de Usur. cap.* 3. *num.* 2. & *Panimol. dec.* 44. *num.* 1. & *seqq.* ubi proinde benè probat, usuram committere eum, qui mutuat Procuratori, vel Advocato, cum pacto de eo defendendo in suis litibus. Qui mutuat medico, cum hoc, quòd teneatur eum curare, & mederi. Et *num.* 30. qui mutuum dat fœminæ cum pacto, ut sui copiam faciat, ea ratione, quia omnia ista sunt pretio æstimabilia; Dicitur pariter *pretium*, & non lucrum, nam istud potest accedere usui rei mutuatæ, etiam sine usuraria pravitate, cujuscumque generis illa sit, puta, quando aliquid spontè donatur ab accipiente mutuum, nullo præcedente pacto, aut principali intentione dandi, vel recipiendi illud; Tunc enim lucrum est illius, qui accipit, & datur ex mera liberalitate animi, non autem ut pretium ejus: Dummodo non exigatur, tamquam debitum ex benevolentia, & gratitudine, quia licèt istis titulis, vel uno istorum, prætendatur debitum, adhuc erit usura, ut definivit *f. m. Innoc. XI.* 2. *Martii* 1697. *prop.* 42. & sequitur *Rayn. tom.* 2. *ad c.* 15. §. *suppl.* 3. *n.* 49. ubi *n.* 2. quòd in hac usurarum materia contingit aliquando, ut plausibiles videantur aliquæ propositiones in abstracto, quæ deinde ad bancum Juris consideratæ, sunt ad praxim irreducibiles, & advertit, hoc sæpè etiam evenire in Congregationibus Virorum illustrium, à quibus pulcherrima auditu dicuntur, sed quando petitur ab eis, ut id reducant ad praxim, remanent muti, tamquam pisces, sese ad invicem intuentes. Quod de *Pilaja* advertit *Card. de Luca, de Usur. in addit. ad disc.* 1. *in fin.* ubi, quòd ipsum interrogavit, ut ad praxim reduceret ea, quæ scripsit *in dec.* 1. *lib.* 2. sed obmutuit. Hoc idem evenit mihi die 24. Augusti 1711. cum *P. Petro Andrea Riccio* Authore *Synopsis Decr. S. Cong. Immunitatis*. Cùm enim ibidem *f.* 547. *n.* 2. dicat: *præfixo termino ad probandum requisita monetæ*: Interrogatus à me, quænam essent dicta Requisita nescivit quid respondere. Indeque *idem Card. de Luc. in disc.* 147. *de Regal. sub n.* 2. ad rem observat, parùm deferendum esse Doctoribus illis, licèt alioquin doctis, nullam, vel modicam Fori, in magnis præsertim Tribunalibus, notitiam habentibus, sed loquendo theoricè, & in abstracto ex sola librorum lectura, & revolutione, quia forenses disputationes nimiùm aperiunt intellectum, ac frequenter detegunt nigrum id, quod primo aspectu videbatur album, & è converso. Dicitur pariter *pretium*, & non accessio; Nam aliquid potest accedere mutuo sine usura, veluti, quando aliquid accedit ratione interesse, de quo *Repetentes in leg. Curabit, Cod. de Act. empt.* & præsertim concurrentibus vulgatis requisitis, *Castren. in leg.* 3. *ff. de Eo quod cert. loc.* de quibus latè *Panimoll. dec.* 108. *à nu.* 1. *Romana divisionis* 17. *Martii* 1700. §. *Quatenus, coram Molines*. Mora scilicet Debitoris, prompta occasione investimenti, & damno passo ob non restitutam pecuniam, quæ in Urbe de facili habentur pro probatis, ut observat *Rot. in Rom. Census* 27. *Jan.* 1698. §. *Nil cor. R. P. D. Olmo*.

Circa quæ requisita viden. *Rot. in Romana Pecuniaria* 12. *Martii* 1700. §. *Nec relevare, & seq. coram Olmo*, ubi, quòd ad effectú consequendi fructus requisitum lucri cessantis non probatur ex sola qualitate loci, & industria Creditoris, qui non sit solitus suas pecunias tenere otiosas, sed requiratur probatio certa, & concludens, declarando *dec. in Romana Fabricæ* 4. *Junii* 1696. *cor. Ursino*.

14 Nota hic cum *Zaul. t.* 1. *lib.* 4. *rub.* 41. *n.* 224. pretium rerum non consistere in indivisibili, sed suam habere latitudinem, dividique in infimum, quod etiam pium dicitur, medium, seu mediocre, & rigorosum, quorum unumquodque judicatur justum, *Panim. dec.* 50. *n.* 4. ubi concordantes.

16 Quanta verò sit latitudo horum pretiorum, non concordant Doctores, mihi verò arridet opinio *Filliuccii t.* 2. *tr.* 35. *c.* 3. *n.* 57. relati *à Dian. t.* 6. *tr.* 3. *res.* 74. asserentis illam esse variam, nam si res sit pretiosa, erit major, sic ex. gr. Si talis res medio pretio valeat centum, supremum pretium erit 105. infimum verò 95. & sic latitudo erit decem aureorum. Et converso autem si res sit minùs pretiosa, latitudo erit minor, hoc est trium, nam si pretium medium erit decem, infimum erit novem, & supremum undecim: Generaliter verò, & nulla facta distinctione rerum pretiosarum, vel non pretiosarum, *Romuald. Coli. in tract. de Vendit. c.* 8. *n.* 5. & 6. putat, eamdem latitudinem consistere in 4. 6. vel ad summ. 8. pro centenario: *Bon. in sing.* autem *de Vendit. ad temp. c.* 11. *n.* 2. asserit, varietatem hanc in parvo consistere, & esse potiùs veram in abstracto, quàm in concreto, & in praxi.

20 Dicitur *pro usu rei mutuatæ*, ut excludatur pretium, quod datur in aliis contractibus pro usu rerum; Nam in locatione conceditur usus, sed pro ea datur pretium, Itemque in commodato, quando tamen ad ostentationem res commodatur, quia tunc aliquid commodi percipi potest juxta *Tex. in leg.* 1. *ff. Commod.* Ea ratione, quia usura consistit in pretio usus rei mutatæ, non alio contractu concessæ.

21 Dicitur *ad mutuum redacta*, per quæ verba includitur usura occulta, & palliata, quæ committitur in aliis contractibus, pro usu rei, non quidem mutuatæ, sed ad mutuum reducibilis, quia licèt ex. gr. actum sit de pignore, vel de emptione, seu locatione, tamen aliquid spectans ad illos contractus mutuò detur, vel acceptetur, pro quo usurarius quæstus constituatur. Usuraria enim pravitas, non solùm in tota latitudine mutui committitur, sed etiam, tamquam

quam anguis in herba, latet in omnibus aliis contractibus, 22 subspecie tamen, & figura mutui, ut observat *Leotar. de Usur. quæst. 8. per tot. & Amen. de Delict. & Pœn. tit. 3. §. 8. num. 6.* ubi, quòd subtilitas humanæ avaritiæ infinitas invenit vias, quibus legi illudat, & ad optata lucra perveniat; Exemplum sit in contractu emptionis, & venditionis, si quis enim vendit merces cariùs ob dilatam solutionem, tunc videtur earum pretium justum mutuo dare, 23 & illud plus, quod in conventione deductum est, veluti pretium dilatæ solutionis, percipere, ut in *c. In Civitate, & in cap. Consuluit, de Usur.* Vel si quis emat vinum, triticum &c. minus, quàm valeant ob acceleratam pretii solutionem, nam tunc ex tacita quadam conventione, illud minus intelligitur esse pretium acceleratæ solutionis, & pro illius usu emptor videtur percipere id, quod justo pretio deest, *Leotar. de Usur. cit. q. 8. n. 26. & 27.*

24 Non erit tamen usura emere annuam præstationem, quia fructus illi, qui quolibet anno recipientur ab emptore, non sunt lucrum pecuniæ, quæ in se sterilis est, sed merè illius juris annualis empti, *Cobell. ad Bull. Bon. Regim. c. 34. art. 12. n. 20. & seqq.* 25 ubi, quòd ita fuit decisum Bononiæ, & practicatur Romæ, Januæ, Venetiis, & alibi.

26 Hujus naturæ sunt illæ annuæ responsiones, quæ in Urbe vocantur *Luoghi de Monti*, quæ nihil aliud sunt, quàm, respectu emptoris, jus exigendi, respectu verò debitoris, 27 onus solvendi certam menstruam responsionem, consistentem in pecunia, ex contractu bonæ fidei, à Principe instituto resultans, *Cobell. ubi suprà, nu. 23. & seqq.* ubi explicat easdem particulas, *& Tolet. Instruct. Sacerd. lib. 5. c. 39. per* 28 *tot.* ubi *n. 8.* quòd Principes absque gravi necessitate non debent esse faciles ad instituendos similes montes, quia per illos destruuntur res successorum, & possunt taliter multiplicari, ut illos ad inopiam redigant.

29 Vocantur autem montes, quia ex redditibus Principis fit aggregatio quædam pecuniæ, quasi mons, iis præstandæ, qui dictos redditus emunt, ita *Ugolin. de Usur. c. 53. nu. 1. & Cobell. ad Bull. Bon. Regim. c. 34. art. 12. n. 22.*

Nota hìc non esse usuram emere anticipatè à Dominis locorum Montium Jus exigendi fructus in futurum maturandos, quamvis id sequatur pro pretio minori rationibus solidè expensis per *Capon. t. 3. discept. 136. per tot.* referentem ita decisum in suo casu.

30 Dicitur *ex pacto*, sub quo includitur, tam expressum, quàm tacitum, veluti si mutuans suppresso ore dicat. *Ego mutuum dabo, sed.* Verbum enim *sed*, ostendit tacitam pactionem accipientis, & dantis mutuum, & præsertim si accipiens subjungat, *Non pœnitebit te, mihi mutuum dedisse*. Dicitur pariter *ex pacto*, quod intellige etiam de illo mutuantis non repetendi mutuum intra certum tempus, quia si 31 ratione hujus pacti aliquid ultra sortem accipiatur; adhuc dicitur usura, ut sancivit *f. m. Alexand. VII. 18. Mart. 1666. proposit. 14.*

32 Dicitur denique *intentione principali præcedente*, nam usura committitur etiam sine pacto expresso, vel tacito, sed sola principali intentione accipiendi aliquid ultra sortem, mutuo datam, nam tunc saltem usura mentalis committi dicitur, de qua videbimus infra *n. 34.* Etiamsi illud accipiatur ea ratione, quia numerata pecunia, quæ mutuatur de præsenti, pretiosior sit numerandæ tempore restitutionis mutui, ut sancivit *f. m. Inn. XI. 2. Martii 1679. prop. 41.*

33 Multiplex est usura, & primò dividitur in realem, & mentalem juxta *Text. in cap. Consuluit, & in c. fin. de Usur. & in c. Debitores, de Jur. Jur.* Usura realis dicitur, quando accipitur lucrum ex mutuo vero, vel reductivo ex pacto tacito, vel expresso; Mentalis verò, quando sine dicto pacto accipitur lucrum ex mutuo, facto tamen ex intentione prin- 34 cipali accipiendi illud, ut *omnes Canonistæ* observant *in d. c. Consuluit*, ad instar mentalis Simoniæ, de qua in *c. fin. de Sim.* ibique *Canonistæ communiter*.

35 Dividitur 2.° usura in apertam, seu veram, & in palliatam, seu reductivam. Usura aperta est illa, quæ committitur tantùm in contractu mutui. Palliata autem, seu reductiva, quæ committitur sub figura, & colore alterius contractus, quàm mutui, & quæ serpit in omnium fermè humanarum rerum negotiationibus, de qua *in c. Consuluit, & in c.* 36 *In Civitate, de Usur. & in c. Ad nostram, de Empt. & vend.* & observant *Alex. de Ales. in 3. par. D. Th. q. 66. & Tolet. Instr. Sacerd. lib. 5. c. 31. n. 1. & per tot.* In dubio autem circa usurarium contractum, in foro animæ standum est Theologorum sententiæ, in foro verò fori, Canonistarum opinio præferenda est Theologorum placitis, *Amen. de Delict. & Pœn. tit. 3. §. 8. n. 3.*

Quoad pœnam usurariorum, aut isti sunt manifesti, aut 37 non manifesti, sed occulti. Usurarii manifesti censendi sunt I. Illi, qui palam, & publicè in foro, vel domi fœnus, scilicèt fœneratitiam artem, exercent, ut constat *ex cap. 1. de Usur. in 6.* & ex regula tradita super manifestis, & notoriis rebus *in cap. Tua nos, & in cap. fin. de Cohab. Cler. & Mul.* Vel ille est, qui stat publicè paratus, ad usuras exercendas, *Panim. dec. 72. nu. 20. & Bonac. de Contr. disp. 3. c. 3. punct. ult. sub n. 2.* II. Qui crimen Usuræ in judicio con- 38 fessi sunt; Tunc enim pro judicato habetur *Textus est in leg. 1. & 3. in fine, ff. de Confess. & in d. cap. fin. & in cap. Cùm olim, de Verb. signif. Peguer. dec. 21. num. 4.* & latè *Rota dec. 401. n. 20. & seqq. par. 16. rec.* III. Propter depositionem testium, qui dicunt, se vidisse illum, exercentem fœnus, 39 juxta *Text. in c. Tua nos, & c. Super quibusdam, de Usur. Cavens. Rit. 199. n. 2. & de Angel. de Delict. par. 1. c. 133. num. 5.* IV. Is, contra quem multa instrumenta proferuntur, ex 40 quibus constat, usuras, & illicita cambia, & turpia lucra agitasse, siquidem notum est, non minorem vim obtinere instrumenta, quàm Testes, juxta *Text. in leg. Is Cod.* 41 *de Fid. Instr. & in leg. 1. Cod. Quor. appell. non recip.* V. Is, qui usurarius deprehenditur ex ipsiusmet rationum, & re- 42 rum quotidianarum libris, quos tenet apud se, nam si ex illis apparet, illum exercuisse fœnus, satis constabit, esse usurarium manifestum, quia certum est, hujusmodi libros probare contra scribentem, *leg. Quidam, §. Nummularios, ff. de Eden. leg. Publica, §. ult. ff. Depos. & l. 7. Cod. de Prob.* VI. Denique is, qui sententia Judicis hoc nomine usurarum 43 damnatus fuit, ut probatur *ex d. c. fin. de Cohab. Cler. & Mul. & ex d. c. Super, & ex c. 1. de Usur. in 6.* & observant *Clar. in Prax. §. Usuras, num. 14. & Amen. de Delict. & Pœn. tit. 3. §. 8. num. 11.*

E contra verò Usurarius non manifestus ille est, qui neque 44 sententia Judicis, neque ejus confessione, neque legitimis probationibus, fœnus exercuisse convincitur, de quibus omnibus latè *Leotar. de Usur. q. 100. à n. 1.*

His ita præmissis, si quæratur, quæ pœnæ contra fœne- 45 ratores, & usurarios statutæ sint, distinguendum est, nam, vel loquimur de usurariis non manifestis, vel de manifestis. Si de non manifestis, & tunc dicimus, quòd usurarius non manifestus incurrat tantùm pœnas Juris Divini, & naturalis, quæ sunt restitutionis usurarum extortarum, & æterni supplicii, nisi pœnitentiam agat, & usuras restituat. Si de manifestis, dicimus, quòd earum pœnarum duplex sit 46 genus. I. Est earum, quæ à Jure Pontificio proditæ sunt, & ad Ecclesiasticum Tribunal pertinent, in coercendis usurariis contractibus, & illicitis conventionibus, tam clericorum, quàm laicorum. Alterum earum, quæ licèt pleri- 47 que à Jure Pontificio proveniant, in foro, & tribunali Sæculari etiam receptæ sunt, & per eas à Sæcularibus potestatibus laici usurarii puniuntur.

Primi generis pœnæ sunt multæ. I. Est, ut non possit ma- 48 nifestus usurarius ad sacros Ordines promoveri, nec habilis est ad officia, & beneficia Ecclesiastica obtinenda, ut colligitur ex *can. Infames 6. q. 1. & ex can. Seditionarios 46. dist. & ex c. Inter dilectos, de Exces. Pral.* & observant *Brugiot. Inst. Crim. lib. 3. tit. 7. n. 34. & seqq. & Amen. de Delict. & Pœn. tit. 4. §. 8. n. 20.* ubi *n. 21.* quòd, si usurarius sit Re- 49 ligiosus, tunc deficientibus municipalibus legibus Religionis, puniendus est proportionaliter pœnis clericorum, hoc est, privari debet dignitatibus, & muneribus Religionis, & cùm delinquat contra votum paupertatis, puniri debet pœnis proprietariorum. II. Est, ut si jam ordinatus 50 sit, & beneficium fuerit consequutus, ab officio, & beneficio suspendatur, *cap. Preterea, de Usur. Leotar. de Usur. qu. 100. nu. 30. & Diaz. in Prax. Crim. Can. cap. 91. num. 2.* III. Est, ut si clericus admonitus, adhuc in usuris exercen- 51 dis insordescat, ab officio, & beneficio dejiciatur, & deponatur, *can. 1. & 2. 46. dist. can. Quoniam 14. qu. 3.* & aliis cumulatis, *Anton. August. in Epitom. Jur. Pontif. lib. 35. tit. 6. Bertacch. de Episc. lib. 1. part. 1. quest. 33. Covar. var. res. lib. 3. cap. 3. sub n. 3. Panim. dec. 72. nu. 34.* IV. Pœna est, 52 ut si laici admoniti, ne usuras exerceant, monitionibus non obtemperent, excommunicantur, *d. c. Præterea, & cap. Tuas, de Usur. Brugiot. Instit. Crim. lib. 3. tit. 7. nu. 35.* V. Pœna est, ut usurarii manifesti non admittantur ad Sacra- 53 mentum pœnitentiæ, *cap. fin. §. fin. de Usur. in 6.* &, ut à communione Altaris, idest à Sacramenti Eucharistiæ perceptione arceantur, *c. Quia in omnibus, de Usur.* imo nec admittantur in Ecclesiam, dum in ea celebrantur Divina Officia, juxta sancita *in Concil. Trid. Sess. 27. in decret. de* 54 *observ. & evit. in celebrat. Miss. circa medium*, ubi statuitur,

tur, homines notoriè, & publicè criminosos, sacris interesse non debere, & sequitur *Amen. de Delict. & Pœnit.* 3. §.8. *num.*15, VI. Est, ut oblationes ab eis in Ecclesia 55 publicè factæ, non recipiantur à Sacerdotibus, & si illas receperint, accepta restituant, & ab officio suspensi remaneant, arbitrio Episcopi *citato cap. Quia in omnibus, de Usur.* Quod tamen non procedere in oblationibus impropriis, quales sunt illæ, quæ dantur pro Missis celebrandis, aut quæ pauperibus in eleemosynam offeruntur, advertunt *Suar. de Censur. disp.*31. *sect.* 2. *num.* 6. *& Amen. de Delict. & Pœnit. tit.* 3. §.8. *num.*16.

56 VII. Denique, ut si usurarii manifesti in hoc scelere decesserint, Ecclesiastica priventur sepultura, *cap. Quamquam, de Usur. in* 6. *& Clem.* 1. *de Sepult. Brugiott. Instit. Crim. lib.* 3. *tit.*7. *num.*35. Si tamen de facto sepulti sint, exhumari non debent, *Anchar. in c.* 1. *num.* 8. *de Usur. & Rayn. tom.*1. *ad c.*1. *suppl.*3. *num.*161. ubi, quòd ex hac ra- 57 tione anno 1693. exhumati non fuerunt duodecim Christiani, inter masculos, & fœminas, mortui in ruina solarii, tempore, quo assistebant nuptiis cujusdam Judæi, sed illorum sepultura tolerata, fuit tamen processum contra Parochos, illos indebitè sepelientes. Dixi, *si in hoc scelere decesserint*. Nam si usurarius antequam ultimum claudat diem pœnitentiæ signa dederit, poterit in Ecclesia se- 58 peliri, dummodo per se, vel per alium servet præscripta *in cit. cap. Quamquam, de Usur. in* 6. ut observat *Amen. de Delict. & Pœn. tit.*3. §.8. *num.*17.

59 Secundi generis pœnæ itidem multæ sunt, & I. Pœna est infamiæ, *leg. Improbum, Cod. Quib. ex caus. infam. irrog. Clar. in Prax. §. Usura, num.* 15. *Roder. de Ann. redd. lib.*3. *quæst.*4. *num.*116. *Panim. dec.*72. *num.*12. *& seq. & Brugiot. Inst. Crim. lib.*3. *tit.*7. *num.*36. II. Ut si usurarius usuras alteri præstitit, neque ipsi, neque hæredibus ejus detur repetitio, donec ipse, vel ejus hæredes extortas usuras reddiderint, *cap. Quia frustra, & cap. Michael, de Usur.* 60 Non poterit tamen hac exceptione repelli, qui alieno nomine restitutionem usurarum peteret, puta nomine Pupilli, seu Ecclesiæ, quia tunc non repelleretur petens à judicio, sed ille, cujus nomine petuntur, *Gonz. in cap. Quia frustra, in fine, de Usur. & Giball. eod. tract. lib.* 1. *cap.*11. *art.*2. *num.*8. III. Ut condemnatus per sententiam 61 usuras restituere, nullo modo possit uti remedio appellationis, *cap. Perniciosus, de Usur. Ugolin. de Usur. cap.*23. §.1 *Petr. Gregor. eod. tract. lib.* 2. *cap.* 12. *num.* 4. *& Panim.* 62 *dec.* 32. *num.* 17. *&* 18. IV. Ut cùm agitur de usuris, teneantur usurarii ad exhibitiones librorum, & omnium scripturarum, ad negotiationem, & mercaturam pertinentium, *Clem.* 1. §. *Cæterum, de Usur. Gaill. lib.*1. *pract. obser. cap.* 106. *num.*12. *Leot. de Usur. quæst.* 100. *num.* 43. *& seq. & Amen. de Delict. & Pœn. tit.*3. §.8. *num.*10. ubi observat, hoc verum esse de libris publicis, secus autem de priva- 63 tis. V. Ut usurariorum manifestorum testamenta sint ipso jure nulla, nisi, vel usuras restituant, vel de illis restituendis pro patrimonii viribus idoneè caveant, *cit. cap. Quamquam, de Usur. in* 6. *Lel. Zecch. de Usur. cap.*15. *n.*2 *Crass. in §. Donatio, qu.* 5. *Peguer. dec. crim.* 31. *num.*6. *& Panim. dec.*72. *nu.*21. *& seqq.* ubi, quòd ad hunc effectum necesse est, ut usura fuerit exacta, vel fructus ex pignore percepti, *& num.* 33. *Zaul. tom.*2. *fol.*328. *n.*3. VI. Ut ex- 64 tra ordinem puniri possint arbitrio Judicis, argum. *Text. in leg.*1. §. *Expilatores, ff. de Effract. & Expil. & in leg. Hodie ff. de Pœn.* VII. Demùm, ne aliquis cujuscumque sit sta- 65 tus, & conditionis, domos locet, & conductas habere sinat, vel alio titulo concedat, publicè fœnus exercere volentibus, sed, ut infra tres menses eos expellant, sub pœnis interdicti, vel suspensionis, vel excommunicationis, *c.*1. *de Usur. in* 6.

66 Hæ sunt pœnæ à Jure impositæ contra usurarios, cæterùm, ut ad rem monet *Card. de Luc. in Prax. crim. c.*5 *verb. Usura, In criminale oggidì è raro il caso in prattica, eccetto quando si pigli per pretesto all'effetto di fare delle estorsioni alle persone commode, ma pacifiche, con le quali non vi sia l'attacco di altri delitti.*

67 Nota hic, quòd usurarum crimen est mixti Fori, & in illius cognitione est præventioni locus, quando quæstio facti agitatur, secus verò quando adest dubium Juris, tunc enim cognitio illius privativè spectat ad Judicem Ecclesiasticum, 68 *Fag. in cap. Tuam, num.*37. *&* 55. *de Ordin. cognit. & Via in Sum. Jur. Can. lib.*3. *tit.* 32. *vers. A quo*, ubi quòd *ita resolvit Sac. Cong. Immun.*16. *April.*1650. *& de Angel. de Confess. to.*2. *qu.*52. *num.*10. ubi, quòd est verum, sive quæ- 69 stio Juris deducatur principaliter, sive incidenter, & resolvit *S. Congr. Immun. in Melevitanâ* 16. *Aprilis* 1630. *lib.*2. *decr. Paul. fol.*37. *de qua Ricc. in Synop. v. usura.*

Nota 2. non esse usuratium, sed à Jure permissum con- 70 tractum ad gaudendum, seu *antichresis*, qui vulgò dicitur *a godere*, ut observant *Revit. in Pragm.* 1. *de Usur. num.*11. *Ricc. collect.*2044. *de Angel. de Delict. par.*1. *cap.*133. *num.*23. *Dian. tom.*6. *tract.*3. *de Contract. res.*29. *& seqq. Mynsing. observ.*71. *cent.*6. *& Card. de Luc. de Usur. disc.*9. *per tot. & in Const. Leg. & rat. obser.*167. quidquid dicat *Monacell. in form. t.*3. *tit.*1. *form.* 20. *n.*24. *fol.*67.

Nota 3. non esse pariter prohibitum contractum illum, 71 quem vulgus vocat *a tempo, e moglie*, quando scilicet quis aliquid emit pro pretio longè majori illo, quod in rei veritate valeat, solvendo tamen, quando uxorem duxerit, vel dignitatem aliquam obtinuerit, rationibus adductis ab *Azor. Inst. mor. part.*3. *lib.*11. *cap.*21. *lib.*1. *Megal. tom.*1. *re-* 72 *sol.*70. *Scacc. de Camb.* §.1. *qu.*1. *nu.*95. ubi, quòd spondens in casum, quo filium masculum suscipiat, non spondet propter lucrum, sed propter desiderium illum suscipiendi, quo casu perdendo vincit, ex quo dum perdit, consequitur id, quòd desiderabat, aliàs sponsio erit veluti remedium, seu consolatio sinistri eventus, & *num.*97. ubi, quòd Romæ, sæpè vi- 73 dit hunc contractum fieri, *Sabell. in Summ. verb. Ludus, num.* 10. *Leotar. de Usur. qu.*23. *num.*54. *Rot. Jan. dec.*108. *Crivel. dec.*57. *Thesau. Jun. quæst. forens.* 14. *lib.*2. *& Urceol. de Transf. quæst.*28. *num.*29. *&* 30. ubi tamen *num.*13. *& seqq.* quòd id non procedit, quando obligatio est ex utraque parte pœnalis impeditiva libertatis Matrimonii, puta, quòd duo Juvenes conveniant, seque obligent, ut quis prior ipsorum uxorem duxerit, statim solvat alteri scuta decem, referendo ita decisum à Rota Florentina, vide *Constat. ad Stat. Urb. to.*2. *annot.* 46. *art.*3. *à num.*253. *fol.*301. & *Lopez. de Laudem. cap.* 26. *per totum.*

Quidquid circa principalem conclusionem in favorem 74 Clientis scripserit *Card. de Luc. in disc.*36. *de Usur.* quod non fuit in consideratione habitum à Judice, contra ejus scripta pronunciante; Unde pro responsione applicari videntur 75 illa, quæ ipsemet *in disc.*92. *num.*24. *de Fideicomm.* observavit, quòd scilicet attendi non merentur pro similibus casibus doctrinæ illæ, quæ ipso authore vivente, & oretenùs dante calorem, non fuerunt efficaces, & faciunt firmata per *Rot. in dec.*24. *num.*13. *cor. R.P.D. Ansaldo*, ubi, quòd nimis inconveniens reputatur, illam fidem in alio judicio præstare testibus, quam in illo, in quo fuerunt examinati, non meruerunt.

Dixi *pro pretio longè majori*, quia si istud ferè correspon- 76 deat vero valori, tempus Matrimonii, vel dignitatis stat loco temporis obligationis, non autem pro purificatione conditionis, ita ut si emens ante dictum tempus moriatur, illius hæredes statim obligati sint ad solutionem pretii conventi, ut egregiè probat *Card. de Luc. de Empt. disc.* 53. *per totum*, ubi, quòd pro veritate requisitus ita respondit in casu venditionis equi, braviorum cursibus apti, vulgo *Barbaro*, venditi pro scutis 150. Imo, quòd validus sit contractus ille, cujus 77 pretii solutio dilata fuit in tempus, quo quis uxorem ducet, fiet Sacerdos, vel morietur, adductis concordantibus, probat *Gob. consul.*143. *n.*3.

Nota 4. non esse permissum creditori usuras usurarum exi- 78 gere accessoriè, seu augumentativè ad antiquam sortem, vel cum superfœtatione fructuum, quod propriè *anatocismus* vocatur, reprobatus *in leg. fin. C. de Usur.* ut observant *Fab. de Err. Prag. decad.* 20. *err.* 1. *in princ. Crivel. dec. Dolan.* 103. *n.*13. *& Christin. dec. Belg.*49. *n.*12. *& R.P.D. Ansald. de Comm. & Merc. disc.*67. *n.*30.

Dixi *accessoriè, seu augmentativè ad antiquam sortem*, quia si fructus redigantur in sortem, facta novatione, & mediante alio contractu fructifero, cessat anatocismus, & licitè exigi possunt.

Tunc enim fructus ex hoc secundo capitali, puta cam- 79 bio, percepti, non dicuntur fructus fructuum, sed fructus novæ sortis, quia per novationem in sortem cessavit, & novata fuit natura fructuum primi contractus, quasi præsumantur soluti creditori, & deinde mediante novo contractu 80 debitori restituti, *Noguer. alleg.* 32. *num.*49. *&* 50. *Mev. de Debit. cap.*4. *sect.*6. *num.*28. *Leot. de Usur. quæst.*5. *num.* 14. *Gibal. eod. tract. lib.*5. *cap.*5. *artic.*9. *consect.* 5. *num.*15. & magistraliter *Rot. in Rom. Cambiorum* 21. *Junii* 1697. *&* 13. *Januarii* 1698. *coram Eminentiss. Caprara*, *&* 16. *Januarii* 1699. *coram R. P. D. Muto*, Coram quo in alia *dec. diei* 22. *Martii* 1700. excusavit succumbentem à restitutione fructuum, ratione damnorum, & interesse magnæ summæ capitalium pro tempore, quo duravit dicta lis, attenta ejus bona fi-

na fide, & credulitate fovendi bonum Jus in articulo exem- 81 plari, & nunquam antea in Rota formiter definito, deducendo eamdem bonam fidem, & dubietatem à Doctoribus qui super articulo anathocismi scripserunt, à multis primi nominis Advocatis, de quorum consilio lis mota fuit, à Signaturæ rescriptis, quæ bis eamdem causam cum clausulis suspensivis commisit, & demùm à Rota, quæ novam audientiam semel concessit, & in motivis decidendi constans non fuit in dictis tribus decisionibus.

82 Nota 5. quòd vendens integrum Negotium, seu Tabernam fundacalem, potest, absque labe usuraria, conventionem facere circa fructus, illosque licitè percipere, ratione ipsius Negotii, seu *Avviamenti*, quod est pretio æstimabile, *Rot. dec.*898. *num.*1. *coram. Cerr. & dec.*236. *num.*2. *&* 83 *dec.*330. *num.*5. *p.*13. *& dec.*74. *num.*6. *& seq. par.*14. *rec.* cum aliis apud *Rocc. Select. Interp. cap.*99. *num.*26. *Rota in Romana, seu Albanen. Ferracci super damnis* 17. *Martii* 1710. §. *Subalternanter, coram Ansaldo*.

84 Nota 6. non excusari à labe usuraria contractum illum trinum, pro cujus defensione, & subsistentia integrum edidit tractatum, sub titulo *de Usur. Giball.* & signanter de illo loquitur *lib.*6. *cap.*3. *& seqq.* consistentem primò in societate, 85 in qua unus ponit pecuniam, alter operam. Secundò in assecuratione sortis principalis, quam pecuniæ receptor facit, Et tertiò in assecuratione certi lucri, quam idem receptor, qui pecuniam negotiaturus est, pariter facit, ad tollendas 86 contentiones super rationum redditione, & lucrorum quantitate, & ratio est, quia aliàs leges prohibentes usuras, essent impositæ verbis, & non rebus, contra recepta Juris principia, 87 ut videre est apud *Turr. de Camb. disput.*3. *quæst.*10. *num.*21. *& seqq. Card. de Luc. de Usur. disc.*1. *nu.*5. *& seqq.* & latissimè *Rocc. select. interpr. cap.*99. *num.*6. *& seqq.*

88 An autem Montes Pietatis, qui nimiùm laudabiliter instituti reperiuntur ferè in omnibus magnis Civitatibus, possint, absque usuraria labe, lucrum aliquod exigere à deponentibus ibidem pignora, ante Generale Concilium Lateranense 89 quæstio fuit nimium involuta inter Theologos, pro cujus 90 negativa latè scripserunt *Cajetan. tom.*2. *opusc.*6. *& Sot. lib.*6 *quæst.*1. *art.*67. Verùm in eodem Concilio Lateranensi con- 91 trarium fuit determinatum, ut videre est *in Const.* 11. *Leon. X. in Bull. nov. tom.*1. Quam, nedum servari mandavit *S.* 92 *Cong. Conc. in Montis Falisci Montis Frumentarii* 25. *Junii* 1695. *ut in lib.*45. *Decret. fol.* 360. *&* 1. *Martii* 1704. *ad* 1. *dub. ut in lib.*54. *Decret. fol.*66. sed ulteriùs in secundo du- 93 bio, ex usuris, ad majorem rationem perceptis, mandavit, erigendum esse novum Montem, sub administratione Episcopi, *& in Venusina Legatorum* 15. *Novembris* 1704. *ad* 5. *dub. ut in lib.*54. *Decret. fol.*407. in qua agebatur de diversis legatis piis, relictis à cl. m. immortalisque nominis Cardinali de Luca, Et proindè hodiè inter Catholicos nulla in hac parte adest difficultas, ut advertunt *Quar. in Sum. Bull. verb. Mons Piet. Scacc. de Camb.* §.1. *num.*445. ubi, quòd temerarium est de hoc ampliùs dubitare, *& R. P. D. Ansald. de Comm. & Merc. disc.*23. *num.*14.

94 Disputant verò Canonistæ circa quantitatem hujus lucri; & ferè omnes in hoc conveniunt, quòd illa regulari debeat ex Locorum moribus, ex compensatione periculi, & damni quòd Loca pia annexa habent in pignoris peremptione debitorum decoctione, ministrorum infidelitate, & salatio, aliisque casibus, & contingentiis, enumeratis per *Pasqual. dec.* 95 *moral.*186. *& seqq. Philiarch. de Offic. Sacerd.* §. *Quoad* 1. *Azor. Inst. mor. par.*3. *lib.*5. *cap.*9. *quæst.*2. *Card. de Luc. in Sum. de Usur. num.* 39. *& Pignat. consult.*51. *per tot. tom.*4. ubi *nu.*12. quòd potest tantum exigi, quantum necessarium est pro indemnitate Loci pii, & pro compensatione damni, quod patitur in parandis pecuniis, ad sublevandum deponentes, pro expensis ministrorum, & aliarum rerum, pertinentium ad conservationem ipsius Montis & resolvit *Congr. Concilii in Eugubina* 12. *Novembris* 1633. *lib.*15. *Decr. fol.* 517. 6. *ad* 6. *dub.* Quòd autem non possit exigere ultra tria pro centenario, respondit *S. C. Conc. in Mutinen.* 22. *Augusti* 1637. *lib.*15. *Decret. fol.*578.

Quia verò ex fortunæ accidentibus hujusmodi loca Pia, ac Montes Pietatis aliquando ex eorum paupertate, succurrere non possunt indigentiis volentium facere pignora, recursum habere solent ad Sacr. Congreg. Concilii pro accipiendis cum usuris aliquibus summis, & deinde illas sub majori usura tradere oppignorantibus, ut practicavit Mons Pietatis Casalen. die 7. Julii 1708. obtinendo ab ead. Sacr. Congr. facultatem accipiendi Sc. 6000. sub usuris trium pro quolibet Centenario, & anno, & illa dare ratione scut. quinque. In cujus folio asseritur similem gratiam pro Sc. 9000. obtinuisse etiam anno 1692. Dixi *pro Ministrorum infidelitate*; 96 quia de illorum culpa, & dolo tenetur Mons, ut contra Montem Pietatis Urbis resolvit *Rot. in Rom. Pecun.* 10. *Maii* 1684. *cor. Alberg.* in cujus casu agebatur de deposito 17. sacculo- 97 rum monetarum, clausorum, & obsignatorum; Firmando ulteriùs in §. *Quandoquidem*, quòd nullo jure prohibita sit, 98 sed potiùs permissa oppignoratio pecuniarum, ex *Text. in leg. Itemque* 7. §. *Si sibi ff. Qui potior. in pign. hab.* quem sequitur etiam *in dec.*832. *n.*7. *& cor. Dunoz. jun.*

Nota 7. contra *Megal. cons.*85. *per tot.* non esse usurarium 99 omni jure, sed permissum contractum illum, quo Aromatarius locat omnia vasa, & medicamenta suæ Tabernæ ad decem annos, illaque conductori tradidit certo pretio æstimata, cum expresso pacto, ut teneatur conductor singu- 100 lis annis solvere decem pro centenario pretii æstimati, & in fine conductionis restituere vasa, & medicamenta eodem pretio æstimanda; Quia est species contractus locationis, de cujus natura est, ut aliquid solvatur Locatori, ita *Ca-* 101 *valcan. dec.*13. *num.*66. *par.*2. *Valer. in Differ. utriusque For. Verb. Usura, differ.*3. *n.*9. *& Dian. to.*6. *tract.*3. *resol.*61. ubi reprobat *Megal. ubi sup.*

Nota 8. non posse Ministros Sac. alicujus Montis Pieta- 102 tis præfigere oppignorantibus certum terminum ad luenda pignora, quo elapso residuale pretium eorumdem, non spectet ampliùs ad eosdem Dominos, sed erogandum sit in pia opera, vel eleemosynas, ut reprobando similem Constitu- 103 tionem, factam à Ministris Montis Pietatis Lugi, respondit *S. C. Conc. in Imol. Precepti* 28. *Martii* 1705. demandando residuale pretium pignorum remanere in creditum domino- 104 rum, *ut in lib.*55. *Decret. fol.*107.

Demùm nota hìc, usuram committi ab illo, qui Schedulas 105 *vulgò Pagarò* ad determinatum tempus solvendas emit, si aliquid occasione hujus dilatæ solutionis accipiat à vendente, ultra assecurationem crediti in Schedulis contenti, *Le-* 106 *desm. in Summ. p.*2. *tract.*10. *concl.*29. *Dicastil. de Just. & Jur. lib.*2. *tract.*10. *disp.*11. *dub.*20. *n.*42. *& seqq. & Rayn. tom.*2. *cap.*16. *suppl.*3. *nu.*43. *& seqq.* Dixi *ultra assecurationem, &c.* quia, si non assecuretur ementi creditum, poterit aliquid accipere, ratione periculi, & difficultatis in exigendo creditum 107 emptum, *ut advertunt citati Authores*.

TITULUS VIII.

De Crimine violati Sepulchri.

Pro intelligentia præmittendum est, quòd sepulchrum est 1 ubi corpus defuncti hominis, ossaque ejus conquiescunt *leg.*2. §. *Purus*, *&* §. *Celsus*, *& leg. Monumentum ff. de Relig. & sumpt. fun.* quod Græco vocabulo *sarcophagus* dicitur, ut *in leg. Funeris* §. *Sarcophagi*, *ff. Eod.* & advertit *Sam. de Sepult. tract.*1. *fol.*29. *num.*30. Monumentum autem est omne id, quod sepulchri muniendi causa factum fuit, veluti porti- 2 cationes, arcuationes, columnæ, statuæ &c. *cit. leg. Funeris* §. *Monumentum*, *ff. Eod.* Cœnotaphium verò est quoddam honorarium sepulchrum, memoriæ causa factum, sed corpore vacuum, & inane, *leg. In tantum*, §. *fin. ff. de Rer. div. & leg. Monumentum*, *ff. de Relig. & sumpt. Fun.* cum aliis apud *Sam. de Sepult. fol.*28. *num.*24. Sepultura 3 demùm est ipsum funus, sive exequiæ, comprehenditque omnia illa, quæ fiunt pro sepeliendo cadavere, antequam in terris recondatur, *leg.*1. §. *ult. & leg. seq. ff. Ad leg. Falc. & leg. Funeris ff. de Relig. & sump. Fun.* & latè *Sam. de Sepult. tract.*1. *contr.*3. *per tot. fol.*25. *& seqq.* ubi latè explicat, & ethymologicè describit loca omnia, in quibus 4 mortui sepeliuntur, nempè Cœmeterium, Polyandrum, Monumentum, Arcam, Tumulum, Pyramidem, Mausoleum, Sarcophagum, Bustum, Urnam, Puticulum, Dormitorium, Ergastulum, Cænotaphium, Feretrum, Depositum, Sepulchrum, & Sepulturam.

His præmissis, dicimus, quòd dicta sepulchra aperire, 5 frangere, effodere, dilapidare, aut quocumque modo violare, nefas est, & grave crimen; Nam nimis læditur humana conditio, si in locum illum aliquid committatur, qui communi omnium Gentium Jure, humanitatis, & mortalitatis nostræ causa, institutus fuit, atque valdè inhumanum 6 existimatur defunctorum ossa, & cineres vexare, eorumque corpora incondita, & insepulta manere *l. Si quis sepulchrum*, §. *Prætor ait ff. de Relig. & sumpt. fun. & l.*1. §. *Interdictum*, *ff. de Mort. infer. Zuff. Inst. Crim. l.*2. *tit.*13. Multifariàm 7 contingere potest, quòd hoc crimen violati sepulchri committatur, & I. Si destruantur, & demoliantur sepulchra, *leg.* 2. *C. de Sepulch. viol.* Quo casu molitores, & destructores 8 dicun-

dicuntur mortuos suis propriis domibus spoliare, *leg. Qui sepulchrum C. Eod.* Quam impietatem eleganter exprobat *D. Gregor. serm.* 1. *de Consolat. mortuor. in princ. & de Angel. de Delict. par.* 1. *cap.* 117. *num.* 1. *& seqq.* ubi *nu.* 9. quòd hoc non procedit in violante sepulchra hostium 9 & *num.* 14. quod nec etiam habet locum in impuberibus, & pueris, doli incapacibus. II. Si statua monumento 10 affixa, avulsa fuerit, *leg.* 2. *ff. de Sepul. viol. Segn. nel Christian. Instr. par.* 1. *rag.* 29. *num.* 22. III. Si quis pro-11 jectum, aut stillicidium in sepulchrum immiserit, *leg. fin.* §. *Si quis, ff. Quod vi, aut. clam.* IV. Si aliquid à sepul-12 chro ablatum sit, *leg.* 2. *& leg. Pergit, Cod. de Sepult. viol.* Veluti saxa, marmora pretiosa, columnas, statua &c. Quique ex illis materiis propriam fabricaverit domum, dicitur defunctos turbare, & vivos polluere, *in leg. Qui sepulchra, Cod. eod. Rayn. tom.* 3. *c.*32. §.4. *num.* 519. *& seqq.* ubi de subtractione capsæ plumbeæ, facta à sepul-13 chro Capellæ DD. de Raymundis, in Ecclesia S. Petri in Monte aureo, positæ è conspectu alterius celebris Capellæ Flagellationis D. N. J. C. sub dominio D. Jo. Jacobi Ursini, docti, & probati Curialis amici mei.. 14 Usum verò sepeliendi cadavera in capsa plumbea attribuunt Doctores majori conservationi: Diutiùs enim corruptioni resistere cadavera, plumbea capsa inclusa, experientia patet, & notat *Kornm. de Miracul. mort. p.*3 *cap.*6. *& Zacch. quæst. Medicoleg. lib.*4. *tit.* 1. *quæst.* 10. *num.* 17. ubi pariter observaverat, reperiri aliqua sepul-15 chra, in quibus corpora statim absumuntur, & Romæ in Campo Sancto adesse cœmeterium, quod 20. horarum spatio cadavera absumit. V. Qui terram sepulchri 16 effodit, vel evertit, *cit. leg. Pergit, Cod. eod.* VI. Si in sepulchrum, etiam hæreditarium, defunctus inferatur con-17 tra testatoris voluntatem, etiamsi is, qui intulit, sit hæres, *leg. Prætor* §. *Si quis, ff. de Sepult. viol.* VII. Si, nedum lapides sepulchrales, sed quod plus est defunctorum 18 ossa, & cineres vexentur, extrahantur, & eruantur, vel defunctorum corpora expolientur, *cit. leg. Prætor ait*, §. *Si adversus*, *&* §. *Perpetuæ, ff. De Sepul. viol. & leg.* 19 *Qui Sepulchra, C. Eod.* Quod limita, si sequatur ex justa causa, puta ad faciendam anatomiam, cum *Scialoy in prax. Forjudic. c.*27. *num.* 2. *& de Ang. de Del. p.*1. *c.*118. *num.*15. *ut videbimus infra lib.*4. *tit.*5. *num.*119. *& seqq.* Quo casu non possunt id permittere Parochi in 20 Urbe, sed concurrere debet licentia expressa R. Vicesgerentis, & id sequi non debet, nec in Ecclesia, nec in Sacristia, ut disponitur *in Statutis Cleri Romani, cap.* 4. 21 *de Canon. portion.* §.13. VIII. demum, si per vim fuerit prohibitum, ne quis possit funerari, quo casu crimen etiam publici judicii incurritur, & qui hoc fecerit, tenetur de vi publica, ut suprà diximus, & habetur in *leg. Sepulchri, ff. de Sepul. viol. l. Qui cœtu ff. Ad l. Jul. de Vi publ.*

22 Advertendum est hic, quòd cùm circa Jura Sepulchrorum, de quibus latè agunt *Martin. Nauratb. de Vit. & mort. homin. theor.* 97. *Baron. de Corpor. tit. de Corpor. ejusque partib. par.*2. *num.*210. *Solorz. de Jur. Ind. lib.*5. *cap.*1. *num.*39. *& seqq. par.*2. *& Rayn. tom.*3. *cap.*32. §.4 *&* 5. *à num.*469. hodie non observentur ea, quæ de Jure Civili, sed Jure Canonico sancita sunt, quia defun-23 ctorum sepulchra non dicuntur religiosa loca, deficiente Episcopi authoritate, ex adductis per *Sam. de Sepul. tract.* 1. *contr.* 16. *concl.* 1. *per tot. fol.* 303. *& seqq.* ideo crimen violati sepulchri, in citatis casibus commissum, restringitur hodie ad illa sepulchra, quæ de Jure Canonico talia appellantur, ut probant *Decian. lib.*6. *cap.*40. *num.* 20. *& Jodoc. in Prax. cap.* 109. *num.*7. ubi, quòd proinde crimen hoc ferè in desuetudinem abiit, quòd-24 que ingenii vires circa illud exercere supervacaneum est. An autem procedant in illis locis profanis, in quibus Meretrices sepeliri solent, qui in Urbe *Muro torto* vocatur, ut observat *Dian. resol. mor. tom.*1. *tract.*3. *resol.* 83. *num.* 2. *in fine*, non determinant *Scann. de Visit. Carcer. lib.*1. §.3. *c.*4. *nu.*35. *fol.*33. *& Sabell. in Prax. univ. Verb. Meretrici, num.*54. Ego verò in affirmativam 25 inclinarem opinionem, ne ossa earumdem verè infelicium mulierum impunè ab hominibus vexentur.

26 Quoad pœnas violati sepulchri, vel est sermo de Jure Civili, vel de Jure Canonico irrogatas.

27 Jure Civili attento, violator sepulchri mediante extractione cadaveris, vel exhumatione ossium, & cinerum, & hoc fecerit armata manu, & more latronum, si sit persona humilis, ultimo supplicio affici debet, *Jodoc. in Prax. Crim. cap.*109. *nu.*5. Si verò honestior, vel relegatur, vel deportatur, *d. fin. ff. de Sepul. viol.* Eadem pariter pœna puniendus est expolians corpora mortuorum armata manu, & more latronum, *Gloss. in leg. Pergit, Cod. de Sepul. viol. Zuff. Instit. Crim. lib.*2. *tit.*3. *lit. Q. & R. & Brugiot. eod.* 28 *tract. lib.*3. *tit.*3. *num.*3. *& seqq.* Si verò sine armis, pœna extendi poterit usque ad damnationem in metallum, *leg. Prætor*, §. *Adversùs, ff. De Sepul. viol.* Nisi agatur de Ves-29 pillione, cui in Urbe ex dispositione *Statut. Cleri cap.*6. *de Merced. associan. &c.* §.19. permittitur, ut sibi approprient pileos, & calceamenta cadaverum, cum facultate tamen *in* 30 *sequenti* §.20. attributa hæredibus redimendi eumdem pileum pro juliis tribus. Quòd si quis, nec cadaver à sepul-31 chro extrahat, nec illud vestibus expoliet, sed solùm lapides, columnas, imagines, statuas, arcam, & alia ornamenta effregerit, & abstulerit, & tunc si est servus, idque facit inscio domino, & damnatur in metallum, si verò domino jubente, relegatur dumtaxat, *leg.*3. *Cod. de Sepul. viol.* Si liber homo, ultra restitutionem rerum furatarum faciendam posteris defuncti, punitur pœna pecuniaria, 32 quæ *Jure ff. in leg. Prætor, ff. de Sepul. viol.* est centum aureorum, de *Jure* verò *Cod. in leg. Qui Sepulchra, Eod. tit.* decem ponderum auri, ut observant *Farin. qu.* 20. *n.* 120. *& Jodoc. in Prax. Crim. c.*109. *n.*2.

33 Si loquamur de Jure Canonico, nulla alia imposita est pœna violatoribus sepulchrorum, quàm irritationis omnium gestorum, *cap. Fraternitatis, de Sepult.* puta si Parochus violenter rapuerit corpus, quod alibi, quàm in sua Ecclesia Parochiali sepulturam elegit, & funus expoliavit, tenetur restituere totum id, quod accepit, & perdet quartam canonicam, *Farin. qu.*20. *num.*214. *& seqq.*

34 Benè verum est, quòd in his casibus non solent magna Tribunalia demandare exhumationem cadaverum, sed ea relinquere in illis locis, ubi jam de facto sepulta reperiuntur, emolumentis tamen usque ad obulum restitutis, & hoc ad impediendam vexationem humanorum cinerum, ut de praxi Sac. Rot. videre est in *dec.*41. *num.*1. *& seqq. apud Nov. in Sum. Bull.* 41. quæ est duplata in p. 8. la 429. & de illa *S. Congr. Conc. in Rom. Jur. Sepeliendi* 17. *Augusti* 1697. impressa 35 apud *Antonell. de Jurib. Cleric. fol.*20. in qua fuit resolutum, militem præsidiarium sepeliendum esse in illa Parochiali, à qua in vita Sacramenta recepit, non autem in illa, in qua domum & familiam retinet, & ad quam ex causa morbi se contulit, etiamsi ibi decedat.

36 Et meritò, quia milites, aliique degentes in aliqua Arce, seu Fortalitio, ab illa Parochia Sacramenta tenentur recipere, intra cujus fines positum est, ut respondit *S. Cong. Conc. in Ferrarien. Jurisdictionis* 12. *Jan.* 1704. *ad* 3. *dub.* in qua dub. 2. resolvit, non posse Cappellanum Arcis Ferrarien. 37 audire in eadem Arce confessiones cum licentia Eminentissimi Legati, à quo deputatur, absque licentia Eminentissimi Episcopi, *ut in lib.*54. *Decret. fol.*1.

38 Quæ procedunt etiamsi agatur de humatione cadaveris, attentatè facta, adhuc enim, contra attentatorum naturam, purganda non est, sed, saltem ex æquitate, ad exitus litis remittenda, ut, pluribus cumulatis, firmavit *Rot. in dec.* 429. *num.*1. *& seq. p.*18. *rec.* Dummodò tamen non 39 agatur de attentatis commissis in spretum particularis inhibitionis, quia illa ante omnia purganda sunt, mediante cadaveris restitutione, ut declarando authoritates, quæ videntur contrariæ, firmavit *Rot. in dec.*76. *per tot. & signanter num.*5. *p.*11. *rec.*

40 Nota hic, Rectores Ecclesiarum, in quibus testator sepulturam elegit, posse impedire constructionem depositi ejusdem, cum inscriptione, & cum appositione insignium, tam testatoris, quàm hæredis, quamvis iste promptum se 41 offerat considerabilem summam, etiam pro Ecclesiæ ornamento, impendere, ut resolvit *Sacr. Congreg. Concil.* in *Rom. appositionis Insignium* 4. *Septemb.* 1700. prout *in lib.*50. *Decr. fol.*681.

42 Nota 2. Prætextu non solutionis decimarum, quartæ funeralis, vel emolumentorum funeris, non esse retardandam cadaveribus sepulturam; nulla enim ratio patitur, Christianorum cadavera, propter pecuniarium interesse, insepulta remanere, argum. *cap. Non æstimemus* 13. *quæst.* 2. *Passer. de Stat. Hom. quæst.*187. *art.*4. *insp.*3. *nu.*166. *& seqq. & Justin. in addit. ad Novar. in Sum. Bullar. fol.* 12. ubi refert, ita pluries decisum à *Sac. Cong. Episc.* & signanter in *Avellina* 43 16. *Octob.* 1641. Ita etiam resolvit *Sac. Congreg. Concil. in Anglonen.* 7. *Decembr.* 1634. *lib.* 15. *Decr. fol.* 130. *& in Novarien. Funerum* 15. *Martii* 1704. *ad* 5. *dub. ut in lib.* 54. *Decr. fol.*93. *& Card. de Luc. de Regul. disc.*166. *n.*12 ubi,

ubi, quòd adversum etiam est Gentilium, & Ethnicorum legibus. Imo si agatur de pauperum cadaveribus, illa absque ullo emolumento tenetur Parochi tradere sepulturæ, ut resolutum ab eadem Sac. Cong. in *Cassan.* 5. *Maji* 1617. testes sunt *Passer. & Justin. loc. suprà citato*.

44 Nota 3. ex Constit. S. Pii V. relata *à Novar. in Sum. Bull. comm.* 116. *num. unico*, defunctorum sepulturas non posse fieri super terram, sub qua tamen prohibitione non 45 comprehenduntur monumenta marmorea, quæ potiùs ornamentum afferunt Ecclesiis, *Nicol. in Floscul. verb. Sepultura, nu.* 2. *in fine*.

46 Nota 4. Non posse Parochos majora prætendere emolumenta pro sepultura extraneorum, & forensium, quàm sint soliti ex incolarum funeribus percipere, rationibus adductis, *à Justin. ubi supra vers. Pariter*, ubi registrat epistolas, id improbantes *Sac. Congreg. Episc.* sub *die* 12. 47 *Febr.* 1677. *in Frequentina*, *Barbos. de Jur. Eccles. lib.* 2. *cap.* 10. *num.* 83. *& de Paroch. p.* 3. *cap.* 26. *in fine*, *& Nicol. in Instit. Civilib. lib.* 4. *tit.* 15. *de Sepult. numer.* 22. qui ita decisum pluries referunt ab eadem *Sacra Congreg.*

48 An autem pro extractione, introductione, vel transitu cadaveris, exigi possit gabella, reprobatis contrarium sentientibus, negativam opinionem nervosè probat *Card. de Luc. de Regal. disc.* 166. occasione prætensionis, excitatæ pro cadavere Card. Giberti Borromei, qui obiit in Oppido Neptuni, & transportatus fuit ad Urbem, & in fine testatur, ita vivæ vocis oraculo decisum fuisse à *f. m. Alexand. VII.* occasione ejusdem prætensionis Doheriorum pro translatione cadaveris Infantis Margaritæ 49 de Sabaudia, quæ in Urbe piè decedens, Assisii sepulturam elegerat, quem, aliis adductis, sequitur *Add. ad Pamphil. dec.* 323. *num.* 9.

50 Nota 5. quòd non potest cadaver de una in aliam Ecclesiam transferri absque licentia Parochi Loci, unde fit translatio *Ugolin. de Potest. Episcop. capit.* 17. *num.* 3. *Barbos. de Paroch. part.* 3. *cap.* 26. *num.* 66. *& Rayn. tom.* 3. *cap.* 32. §. 4. *num.* 490. ubi, quòd ita resolvit *Sacr. Cong. Rit.* 18. *Aug.* 1629. *in Thelesina*, *&* 29. *Novemb.* 1631. *in Andrien.* & resolvit etiam *S. Cong. in Flor.* 27. *Jun.* 1641. *l.* 16. *Decr. fol.* 530.

51 Nota 6. non esse permittendum, ut in Ecclesia sepeliatur ille, qui ab imperitissima obstetrice baptizatus fuit in casu necessitatis cum sequentibus verbis, *Io ti battezzo Padre, Figliolo, e Spirito Santo*, Imò si de facto sepeliatur in loco sacro, exhumandum esset ejus cadaver, ut respondit *S. Cong. Conc. in Dub. baptismi* 20. *Decembris* 1692. *to.* 42. *Decr. fol.* 740. demandando ulteriùs, ut obstetrix moneri deberet.

52 Nota 7. emolumenta funeralis non facti, juxta personæ qualitatem, spectare integraliter ad Ecclesiam Parochialem, non autem pro medietate, vel alia portione ad eamdem Ecclesiam, & pro alia medietate, vel simili portione, ad illam, 53 ubi cadaver sepultum fuit, *Rota apud Pign. consf.* 145. *n.* 14. *t.* 9. in qua agebatur de cadavere R.P.D. Ritæ, sepulti in Ecclesia S. Augustini, & in *Rom. Funeral.* 15. *Junii* 1699. *coram Rev.* 54 *Molines*, in qua agebatur de cadavere Principis D. Flavii Ursini.

55 Nota 8. quòd decedente Canonico in domo propria, distincta à domibus canonicalibus, nulla facta electione sepulturæ, sepeliendus est in Cathedrali, quatenus ibidem adsit sepultura, non autem in Parochiali, in qua decessit, 56 soluta tamen Parocho quarta funerali, & eo requisito, asportandus est ad Cathedralem, ut resolvit *Sac. Cong. Conc. in Narnien. Jurium Parochialium* 26. *Septemb.* 1699. *ad* 2. 3. *&* 5. *dubia lib.* 49. *Decr. fol.* 253.

57 Nota 9. quòd decedente Cardinali in Urbe, non electa sepultura, aliqui Doctores credunt, sepliendum esse in Basilica Lateranensi, tamquam in Cathedrali. Alii verò cum majori fundamento asserunt, esse sepelliendum in Ecclesia sui Tituli, in qua, ex adductis per *Card. de Luc. de Jurisdict. disc.* 34. *num.* 8. *& seqq. & per Card.* 58 *de Albic. in discept. de Jurisdict. quam habent Cardinales in Ecclesiis suorum Titulorum*, impress. *post discurs.* 95. *ejusdem Card. de Luc. de Jurisdict.* Jurisdictionem quasi Episcopalem habet, *Samuel. de Sepult. tract.* 1. *contr.* 11. *conclus.* 5. *fol.* 261. & ita practicatum fuit de mense Februarii 1700. cum Cardinali Opitio Pallavicino, qui per modum 59 provisionis fuit sepultus in Ecclesia S. Martini ad Montes, cujus erat Titularis. Deinde verò acriter discussa causa in Sacra Rota, hæc fuit in eodem sensu, ut ex decisione per extensum impressa apud *D. Pitoni. tom.* 2. *fol.* 63.

Nota 10. in illis casibus, in quibus vocantur Confraternitates ad associanda cadavera, illorum Capellanos in- 60 dutos superpelliceo, & stola, incedere debere immediatè post Confratres, sive cadaver sepelliendum sit in Parochiali, sive etiam in eorum Ecclesiis, & Oratoriis, ut, moderando in hac parte decretum Eminentissimi Vicarii, resolvit *Sacr.* 61 *Cong. Conc. in Rom. Funerum* 20. *Novemb.* 1698. *lib.* 49. *Decr. fol.* 312. Decretum hoc Sac. Congreg. Concilii per extensum registratum fuit in novissima Compilatione *Statuti Cleri Urbis, fol.* 60. *& seqq.*

Nota 11. in exterioribus Ecclesiis Monialium nullatenus 62 permittendam esse sepulchrorum retentionem, etiamsi illæ Parochiales sint, juxta resolutiones antiquas, medias, & modernas Sacrarum Cong. quas referunt, & sequuntur *Nicol. in Floscul. Verb. Sepultura, num.* 5. *Pignatell. consult.* 175. *per totam to.* 4. *juxta Romanam impressionem*, *& consult.* 63. 63 *num.* 13. *tom.* 7. *Bertacchin. Vot. decis.* 189. *num.* 13. *& D. Monacell. in Formul. fol.* 250. *num.* 5.

Quod verum est, etiamsi adsit consuetudo immemora- 64 bilis in contrarium, ea ratione, quia decreta Sacrarum Cong. relata à dictis Authoribus, inficiunt quamcumque possessionem, impediuntque proindè initium cujuscumque consuetudinis, ut advertunt *Pignatell. dicta consf.* 175. *n.* 9. 65 *vers. Sed etiam tom.* 4. *& Monacell. fol.* 250. *sub num.* 5. ubi, quòd ita resolvit *Sac. Cong. Episcop. & Regul.* 18 *Maii* 1696. Et ita pariter resolvit eadem *S. Cong. in Comen.* 11. *Martii* 1706. *ad* 1. *dub.*

Nota 12. quòd, licèt quilibet adultus in particulari pos- 66 sit sibi sepulturam in quacumque Ecclesia eligere, non tamen permissum est integro alicui Castro, vel Terræ, talem sepulturæ electionem indefinitè facere pro seipsis, hæredibus, & successoribus quibuscumque, ut resolutum à *Sacr.* 67 *Cong. Episc. & Regul. in Camerinen.* 18. *Augusti* 1690. refert *Monacell. in Formular. fol.* 155. *num.* 28. & novissimè resolvit *eadem S. Cong. in d. Comen.* 11. *Martii* 1706. *ad relationem Em. & Rever. D. Card. Coloredi ad* 2. 3. *dubium*, ubi, quòd, nedum non substinetur pro hæredibus, & successoribus, sed 68 nec etiam pro ipsismet eligentibus. Non sic autem respectu Confratrum alicujus Societatis: Illi enim cùm facere dicantur unum corpus, & soliti sint sæpè se invicem congregare, 69 si capitulariter ad electionem sepulturæ deveniant, substinetur pro præsentibus tantùm electioni, non autem pro absentibus, ut resolvit *S. Cong. Conc. in Neap.* 16. *Maii* 1682. confirmata 19. *Decemb. ejusdem anni*, addita clausula *revocabiliter tamen*, ut videre est *in Lib.* 32. *Decr. fol.* 268. *& fol.* 263. quæ impressa fuit post ultimam Synodum Provincialem Neapolitan. & apud *Monacell. in Formul. fol.* 155. *num.* 28.

Nota 13. quòd ante Solis ortum, absque licentia Ordi- 70 narii, non possunt cadavera ad sepelliendum deferri, *ut resolvit S. Cong. Conc. in Novarien.* 15. *Martii* 1704. *ad* 4. *dubium, ut in Lib.* 54. *Decr. fol.* 93. In Urbe adest Statutum *Cleri, c.* 5. *de Ordin. proced.* idem demandans, absque licentia 71 in scriptis R. P. D. Vicesgerentis, quæ nemini denegatur, & pro illa antiquis temporibus solvebantur solùm Julii 20. progressu verò temporis excitata fuit prætensio juliorum 25. quos facilè fuit extorquere à consanguineis defuncti, sive 72 propter afflictionem, ob cadaveris præsentiam, sive propter tenuitatem summæ negligentibus propria Jura deducere; Nec defuerunt prætensiones scutorum trium; Cùmque de mense Maii 1703. occasione sepulturæ cadaveris D.G. In statuto cleri cum novissimis additionibus impressis anno 1707 fol. 43. reduta fuit hæc summa ad Julios Sexdecim dumtaxat; ecce illius verba -- *Hujusm. licentia deferendi cadavera de nocte a Cleri Camerario subscrbi etiam debeat, pro qua ei detur scutum unum aureum, & non amplius, non obstante qualibet consuetudine, vel usu in contrarium*, dicta summa fuisset prætensa, cum denegatione præcisa ejusdem licentiæ, nisi illa solveretur, ego probè scio, quod ad evitandum scandalum denegationis sepulturæ, soluta fuerunt, sed deindè, ha- 73 bito recursu ad Sanctissimum, & ab hoc, precibus remissis ad R. P. D. Vicesgerentem, restituti fuerunt dd. julii quinque in Sacristia Ecclesiæ San. Eustachii ab Archipræsbytero F. C. qui dicto anno erat Cleri Camerarius.

An autem sub pœna excommunicationis latæ sententiæ 74 possint Episcopi demandare, ut cadavera ante lapsum 24. horarum ab emissione spiritus, ad Ecclesiam ad sepeliendum non deferantur, negativè respondit *S. Cong. Conc. in Orten. Censurarum* 12. *Decembris* 1705. *ut in lib.* 55. *Decret. fol.* 436.

TITU-

TITULUS IX.

De Criminibus Fractæ Pacis, Cautionis de non offendendo, Fidei Capitanei, & Salvi conductus.

1 PAcis fractæ delictum crimen esse detestabile, enorme, & quodammodo tollens humanum commercium, & vinculum, quo humana societas continetur, distrumpens, ut observant *Decian. lib. 7. c. 30. nu. 1. & Rayn. tom. 1. cap. 8. §. 1. n. 3.* Estque delictum mixti fori, *Sperel. dec. 1. nu. 16. & Conciol. resol. Crim. Verb. Pax. resol. 1. nu. 1. & 2.* Definitur autem *Pax discordiæ finis, & perpetua, atque inviolabi-* 2 *lis concordia, in can. Si illic 23. qu. 4.* ubi subditur, quòd semel in abolitionem remissa offensa, & vindicta, non debet recidivo dolore, & odio iterari, & ad animum de novo reduci, & observat *Graffet. de Nec. prodit. §. 13. num. 13. & 14.* ubi eidem definitioni addendum asserit verbum *per pactum*, eò quia aliàs definitio non benè essentiam definiti ex- 3 primat, cùm possit discordiæ finis haberi etiam per mortem unius ex inimicis. Vel dici potest, *Pacem esse vinculum amicitiæ, & concordiæ*, juxta *Text.* in *cap. Novit. de Jud.* & advertunt *Monter. ad Stat. Crim. Bon. lib. 5. rub. 45. lit. B. Rinald. Coss. in tract. privat ar. pacification. c. 13. n. 293.* ubi adducit rationem, quare in pacificatione soleant, pacem ineuntes, manus tangere, quia scilicet manuum tactus perfectæ, veræque amicitiæ signum est. In *cap.* verò *9. n. 170.* observat, Pacem, seu *la remissione, altro non essere, che una finzione sopra l'ingiuria, introdotta dall' equità, per ritornare il fatto, che stato fatto non sia.* Cautio autem de non offendendo est quædam securitas, officio Judicis præstita à Partibus, ut scandalis, & futuris periculis obvietur, *Farin. q. 107. n. 89. & Guazz. de Pac. q. 3. per tot. & de Cantion. de non offend. q. 1.* pariter *per tot.*

4 Ad intelligentiam violationis Pacis, & Cautionis de non offendendo, sciendum est, quòd offensio nihil aliud est, quàm omne id, quod ad iracundiam provocat, quæ dividitur in offensam in personam, & in offensam personaliter, *Conciol. Verb. Pax. resol. 14. n. 4.*

5 Offensa in personam dicitur, quando corpus principaliter tangitur, & læditur, Vel quando etiam non principaliter læditur corpus, sed solùm res, corpori inseparabiliter cohærens, prout sunt ungues, pili, capilli, *Farin. q. 107. n. 147. & n. 149. Monter. ad Stat. Crim. Bon. lib. 5. rubr. 45. Verb. Vulneraverit, & Caball. Res. Cr. 152. per tot.*

6 An autem præstita per Patrem cautione de non offendendo, dicatur rupta; si filius in Religione professus offenderit eum, pro quo Pater cautionem præstiterat, negat *Urceol. consult. forens. 41. per tot.* referendo ita decisum, quem sequitur *Zaul. t. 1. lib. 4. rub. 54. n. 12.* ubi per totam rubricam latè discurrit de materia.

7 Offensio verò personaliter est, quando corpus non tangitur, nec læditur, sed aliæ res corpori separabiliter adhærentes, puta, si offendantur vestimenta, vel insultatio, aut aliqua alia extrinseca offensio facta sit, *Far. q. 107. n. 150. & Rayn. t. 1. c. 8. §. 1. n. 47. & seqq.*

8 His stantibus, si quæras, quando, & in quibus casibus, modis, & actibus offensivis, cautio de non offendendo, & pax ruptæ intelligantur, est distinguendum, nam, vel fuit promissum non offendere in personam, vel non offendere personaliter, vel non offendere simpliciter, & absolutè, sine aliquo adjuncto.

9 I. Casu, rupta dicitur cautio, seu pax, si offendatur principaliter corpus, vel res, corpori inseparabiliter cohærens, *Farin. quæst. 107. num. 151. & 166. & seq.* Sive hæc offensio fuerit notabilis, & magna, sive levis, & modica, Unde rupta dicitur etiam per pugnum, vel impulsum, aut cubitalem ictum, vulgo *Urtone*, dolosè, & malo animo factum, non autem inadvertenter, & per accidens, ut contingit inter personas in angusto loco deambulantes, *Far.* ubi proximè, *n. 218. & seqq.*

10 II. Casu, cautio, vel pax rupta dicetur etiam ex illa offensione, quæ non tangit corpus, & per alios actus, & insultationes extrinsecas, *Farin. ubi supra, num. 150. & 151.* Ideoque rupta dicitur ex solo insultu cum armis, vel sine, etiam si nulla intercesserit læsio, imo contactus corporis, vel ex insultu facto in domum insultati, animo offendendi, licèt offensio sequuta non fuerit, cum quo concordat *Stat. Urb. lib. 7. c. 27.* Vel ex insultu facto cum armis evaginatis, & 11 minis, quamvis nemo remanserit vulneratus; Vel ex sola projectione lapidis, vel teli, etiam si is, contra quem projecta fuerunt, liber evaserit; Vel ex consputatione in faciem, vel ex sola exoneratione sclopettæ, Vel ex insultu facto super vestibus, aliquem injuriosè apprehendendo per pallium, vel per togam, multoque magis illam scindendo, 12 vel remorando equitantem, capiendo scilicet frænum equi, juxta disposita in *Stat. Urb. lib. 2. cap. 17.* de quibus omnibus latè, *Farin. cit. qu. 107. à n. 158. & Conciol. Verb. Pax res. 14. num. 4.*

13 III. Casu est subdistinguendum, nam, vel fuit promissum universalibus verbis non offendere aliqua ratione, vel modo, seu causa, quomodocumque, qualitercumque, directè, vel indirectè &c. & fracta dicetur pax, sive offensio fiat in personam, sive personaliter, & personæ, sive etiam fiat consanguineis, vel familiaribus, mediante vindicta, quam vocant transversalem, & hoc attenta generalitate dictorum verborum. Vel sine aliqua expressione particulari, vel generali fuit promissum non offendere, & iterum est subdistinguendum. Nam, vel agitur de odio rationabili, quale verificatur in illo, qui simpliciter promittit non offendere per se tantùm, & tunc, offensione sequuta, intelligitur promissioni contraventum per quamcumque speciem offensionis factæ, sive in personam, sive personaliter; Vel agitur de odio irrationabili, prout quando quis promittit pro alio, vel pro aliis de sua domo, & cognatione, quòd aliquem non offendent, & sic agitur, quòd unus teneatur de delicto 14 alterius, & tunc ad hoc, ut dicatur contraventum ad effectum exigendi pœnam à non offendente, non sufficit qualiscumque offensio, sed necesse est, ut hæc fiat in personam, *Far. q. 108. n. 153.*

15 An autem dicatur rupta per offensionem factam à filio Religioso, quando Pater illam dedit indefinitè nomine filiorum. Respondeo negativè, quia intelligenda est respectu illorum filiorum, super quibus Pater imperium coercendi, & imperandi habet, ne malè agant, aut delinquant, 16 non verò extendenda est, ut comprehendat illum filium, quem in sua potestate non habet, qualis est Religiosus, cum aliis considerationibus latè expensis *ab Urceol. consult. for. 41. per tot.* & post ipsum *ab Anton. Merend. & Urceol.* sequitur *Zaul. tom. 1. lib. 4. rubr. 54. num. 12.* ubi *numer. 4. & seq.* adverterat, 17 cautionem de non offendendo extingui morte fidejussoris, pœnamque conventionalem in illa adjectam, nullatenus transire ad hæredes fidejubentis; etiam si in illa adsit illorum mentio in parte executiva pro observantia promissorum, referendo ita decisum anno 18 1688. die 23. Martii à Sacr. Consulta *in una Cremonen. Fidejussionis de non offendendo.* In uno dumtaxat casu hæredes fidejussoris cogi possunt ad solutionem ejusdem pœnæ conventionalis, quando scilicet in vita fidejussoris purificata fuit 19 conditio, seu verificata offensio, ut distinguendo observant *Far. q. 107. n. 358. & Massin. de Confisc. q. 15. n. 42. & seqq. juncto n. 59.* Cauti proindè Judices, statim sequuta morte fidejussoris, debent insistere pro nova fidejussione, *Zaul. ubi sup. n. 11.*

20 Pro intelligentia autem offensionis, quæ fieri dicitur per vindictam transversalem, præmittendum est, vindictam nihil aliud esse, quàm *una seconda ingiuria, procedente dal primo ingiuriato*, juxta præcisa verba *Rinald. Corsi nel Trattat. delle private Rappacificazioni, Corrigii impresso anno 1555. cap. 7. nu. 94.* num. autem 91. observaverat, *che la più grave ingiuria toglie via la minore*; Crimen hoc vindictæ transversalis enormissimum reputatur, & ferè duplex, non enim solùm delinquitur in eum, in cujus odium vindicta sumitur, sed etiam contra innocentem, omni culpa carentem, ut advertunt *Vic. ad Prag. Sard. lib. 2. tit. 25. c. 10. n. 2. & 3. & Rayn. tom. 1. cap. 8. §. 4. n. 1. & seqq.* ubi, 21 quòd antiqua Jura hoc crimen non cognoverunt, & *Clarus*, famosus Criminalista, nescivit quo nomine illud appellare.

22 Committitur hoc crimen, quando offenditur alia persona, quàm inimica, sive sit consanguineus, sive affinis, sive familiaris, sive administrator, sive quocumque alio titulo dependens à primo offendente, ut latè observat *Bonfin. ad Bannim. Gener. cap. 36. num. 1. & seqq.* ubi, quòd pax in hoc casu non dicitur rupta, si offensio in fratrem, vel propinquum sequuta sit ex alia causa novæ inimicitiæ, & non ex prima, quæ causam paci dedit, & *Rayn. tom. 1. cap. 8. §. 1. n. 3. & seqq.* ubi latè explicat Constit. Summ. Pontificum *Pau-* 23 *li II. Clem. VII. Pii IV. & S. Pii V.* rigorosas continentes pœnas contra Reos hujus criminis, de quo agunt etiam *Spad. cons. 101. lib. 1. Hercul. de Caut. cap. 52.* ubi, quòd vindicta transversalis, nedum verificatur respectu primi,

sed etiam secundi offensi, puta, quòd *Titius* offensus à *Cajo*, offendit *Sempronium* consanguineum *Caii*, & *Sempronius* offendit *Sejum* consanguineum *Titii*, & *Vulpell. de Pac. q.* 49. ubi, quòd vindicta transversalis, nec etiam à brutis animalibus perpetratur. Detestabilis hujus criminis casum refert *Pallavic. nella Difes. del Pontef. Rom. l.* 3. *c.* 6. *n.* 1. in Henrico VIII. Angliæ Rege his verbis: *Con detestabile vendetta transversale dopò aver dichiarato Reo di lesa maestà il Cardinal Polo &c. diè morte a trè suoi più congiunti di affezione, e di sangue, Zio, Fratello, e Madre.*

Modos autem, quibus pax fracta dicitur, latè enumerat *Card. de Albic. de Inconst. in Fid. par.* 2. *c.* 2. *à nu.* 60. *usque ad n.* 76. ad quem proinde in facti contingentia poterit haberi recursus, prout ad *Guazzin. de Treug. & Pac. Vulpell. de Pac. Fid. & Treug. Farin. quæst.* 107. & *Brugiot. Instit. Crim. lib.* 4. *tit.* 22. *Rinald. Cors. de Privat. pacificat. ferè per tot. Tractat. & Amen. de Delict. & Pœnit. tit.* 7. §. 7. *numer.* 4. & *seqq.*

Advertendum est hic, quòd pax non dicitur rupta ex offensione, sequuta ex nova causa, quia illa habet in se conditionem, *rebus in eodem statu manentibus*, *Bonfin. ad Bann. Gener. cap.* 33. *nu.* 4. *Crispold. cas. militar.* 27. *n.* 20. *Conciol. Verb. Pax, resol.* 2. *per tot. Panim. dec.* 22. *adnotat.* 5. *nu.* 19. *Sperell. dec. ult. n.* 41. referens ita decisum *ann.* 1662. *à Sac. Consulta in Senogallien.* & *Card. de Albic. de Inconst. in Fid. par.* 2. *c.* 2. *n.* 89. & *seqq.*

Ad hoc autem ut hæc procedant, nova causa non requiritur, ut sit justa, sed sufficit, quòd talis fuerit, ut verisimiter ille, qui re offendit, potuerit irasci, & ex iracundia ad re offensionem moveri, *Clar. in Prax. qu.* 47. *vers. Quæro nunc*, & *Amen. de Delict. & Pœn. tit.* 7. §. 7. *nu.* 14. Non tamen debet esse levis, vel evidenter injusta, ne sit in facultate cujuslibet, oriri facere novam causam ad effectum offendendi illum, cum quo pacem fecit, *Colleg. Macerat. inter cons. Crim. divers. lib.* 2. *cons.* 150. *Vulpell. de Pac. qu.* 48. *nu.* 2. & *Conciol. ubi suprà*, & *resol.* 3. *per tot.* ubi, quòd in dubio ad excludendum delictum fracturæ pacis, rupta præsumitur ex nova causa, præcipuè quando offensio facta fuit longo tempore post conclusam pacem, *ut in n.* 24. & *Card. de Albic. de Inconst. in Fid. par.* 2. *cap.* 2. *n.* 96. Quia verò in Statu Ecclesiastico ex placito *san. mem. Pii IV.* non poterat allegari pro excusatione fracturæ pacis hujusmodi nova causa, sed irremissibiliter procedendum erat ad pœnarum exequutionem *S. Pius V.* id tamquam rationi, & debito Juris contrarium abolevit per suam *Const.* 9. *in ordine Bull. nov. to.* 2. revocando dictam Constit. *Pii IV.* Nova autem causa tunc allegari potest, quando illa apparet ex venire, seu corpore Processus informativi, vel quando Reus se offert paratum illam probare, dependentem à necessaria defensione, ex animadversis per *Ray. t.* 1. *c.* 8. §. 3. *n.* 4. & *Amen. de Delict. & Pœn. tit.* 7. §. 7. *n.* 15. & 16. ubi *n.* 14. ostenderat differentiam inter Pacem, Treugam, & Promissionem de non offendendo, quòd scilicet Pax dicatur finis totalis, & perpetuus discordiæ, Treuga securitas præstita rebus, & personis ad tempus, discordia nondum terminata, Promissio verò de non offendendo, securitas præstita, modò rebus, modò personis arbitrio Judicis. Induciæ differunt à Treuga per hoc, quòd illæ sunt ad modicum tempus, Treuga verò in longum tempus extenditur, *Fagn. in c. Treugas, n.* 14. *de Treug. & Pac.* Non diceretur pariter fracta pax per adulterium, commissum cum uxore ejus, cum quo quis pacem inierat, quia libidinis potiùs gratia id egisse videtur, quàm ut marito injuriam inferret, *Rubin. dec.* 86. *per tot.* & *Ricc. collect. n.* 2706. *Vers. Amplia* 4.

Adverte 2. Quòd non valet pactum appositum in instrumento pacis, quod unus ex paciscentibus non possit venire, & stare in sua Civitate, quia homines sua Civitate privare, non ad privatas personas, sed ad merum Imperium spectat, *Conciol. Verb. Pax Resol.* 9. *per tot. Viv. opin.* 574. *per tot.* ubi, quòd ita fuit decisum in Sacr. Cons. Neapol. & *Rayn. tom.* 1. *cap.* 8. §. 2. *n.* 77. & latiùs *n.* 85. ubi reprobat *Amesc. de Potest. in seipsum, lib.* 2. *cap.* 18. *nu.* 19. & *seqq.* contrarium sentientem, & respondet omnibus rationibus, & congruentiis, ab ipso adductis; Limitat tamen hanc conclusionem in quatuor casibus. I. Quando Princeps pactum exilii approbaret. II. Quando Judex suum desuper interponeret decretum. III. Quando idem pactum esset ad breve tempus, puta, quia non excederet quinquennium, & IV. Quando initum esset cum forense: In isto enim exilium non est pœna corporalis, quia potest redire in suam Patriam, & penes suos consanguineos moram facere.

Adverte 3. Quòd, nisi sequuta sit ratificatio, tam ex parte offensorum, quàm offendentium, qui erant absentes tempore conclusæ pacis, hæc non dicitur rupta, quia nemo ex aliena promissione obligatur, *Muron. de Treug. & pac. qu.* 122. *num.* 1. *Vulpell. de Pac. quæst.* 61. *per tot.* & *Rayn. tom.* 1. *cap.* 8. §. 2. *per tot.* ubi dissidentes opiniones *Antonii Coccopani, cons. Crimin. divers. cons.* 93. *lib.* 2. & *Munter. ad Stat. Crim. Bon. lib.* 5. *rubr.* 45. *Verb. Homicidium*, benè conciliat, ut prima procedat, quando principalis paciscens, qui paci intervenit, offendit absentem, comprehensum in pace; Secunda verò, quando absens, comprehensus in pace, offendit alium absentem, in eadem pace comprehensum, ea ratione, quia principalis paciscens, qui paci intervenit, antequam sit certus de negativa ratificationis, non potest alium offendere, & durante potestate ratificandi, pax dicitur in implicito statu perfectionis, & obligationis: Non servans autem pacta pacis ex sua parte, non potest in illa se fundare, *Gozzad. cons.* 31. *n.* 3. & *seqq.* & *Rayn. ubi prox. num.* 33. & 34.

Adverte 4. Quòd contractus pacis non est de illis, qui necessariò requirunt scripturam, *Far. cons.* 81. *nu.* 1. & *seq. lib.* 1. *Vulpell. de Pac. q.* 66. *n.* 5. & proinde optimè per testes probari potest, *Guazz. de Pac. q.* 32. *n.* 1. & *seqq. par.* 1. *Crispold. cas. milit.* 27. *n.* 7. & *Panim. dec.* 22. *annot.* 5. *n.* 18. ubi, quòd concurrentibus adminiculis probari potest ex dicto unici Testis, deponentis de facto proprio.

Adverte 5. Quòd si statuto caveatur, ut non possit remitti occisor, nisi habita priùs pace ab hæredibus occisi, est intelligenda statutaria dispositio de hæredibus sanguinis, non autem de hæredibus bonorum, juxta theoricam *Bart. in leg. Si illius, qui patri* 12. *num.* 8. *ff. de Vulgar.* & *pupillar.* quam, aliis adductis, sequuntur *Conciol. Verb. Pax. resol.* 13. *per tot.* & *Bottigl. de Succes. cap.* 1. *theor.* 10. *n.* 8. Quibus autem competat jus pacem faciendi, latè explicat, *Conciol. ubi suprà, resolut.* 18. & *seqq.* ubi, quòd primo loco competit filiis, sive masculis, sive fœminis, & deinde aliis consanguineis occisi. Quibus tamen consanguineis præferenda sit uxor, ut in *resol.* 19. eo, quia ipsa dicatur una caro cum viro, & ideo in illa major concurrat affectio, & propter viri necem magis principaliter offensa dicatur, An autem requiratur consensus omnium filiorum, vel consanguineorum occisi, dicendum cum *Farin. quæst.* 14. *n.* 15. quem sequitur *Bonfin. ad Bann. Gener. cap.* 34. *num.* 12. sufficere consensum majoris partis, quia in qualibet materia habens pro se majorem partem dicitur habere consensum omnium, & factum à majori parte perinde habetur, ac si ab omnibus factum esset, ex adductis per de *Angel. in Opusc. de Patron. Suffrag.* quod est 3. post Tra. de *Impens. dotal. nu.* 16. & *seqq.* Quidquid dixerit *Clar. in Prax.* §. *fin. q.* 58. *n.* 34. & *Vulpel. de Pac. q.* 19. *num. final.* requirentes omnium omninò consensum.

Adverte 6. Quòd licèt nimis involuta sit inter Doctores quæstio illa, an Princeps possit facere gratiam alicui de delicto, non præcedente pace, & remissione offensi, in qua adducti per *Decian. lib.* 3. *cap.* 25. *num.* 90. censent, id indifferenter licere Principi, ob plenitudinem potestatis, eò quia non habet hominem, qui sua facta dijudicet. Alii autem id limitant, quando justa accedit causa, ut videre est apud *Revert. dec.* 236. *num.* 1. Alii demum, quando offendens paratus est dare congruam satisfactionem, quam offensus recusat, Vel quando offensus non degit in Regione offensoris, ex adductis per *Cyriac. controv.* 20. *num.* 3. & 4. *Thesaur. decis.* 21. *ante fin.* & *Set. de Offic. Locumten. cap.* 24. *num.* 11. vide *Cyriac. contr.* 343. *per tot.* Veritas tamen est, quòd etiam justa existante causa, ad id Principes non solent se extendere, ratione adducta per *Rayn. t.* 1. *c.* 8. §. 3. *n.* 171. quia scilicet nulla potest esse tam justa causa, præponderans quieti, quæ turbari potest ob scandala, & inconvenientia, quæ inter Partes non satisfactas oriri possunt, & *num.* 173. quòd ipse semper consuluit Cardinalibus Legatis, quibus tamquam Locumtenens inservivit, ut abstinerent à similibus gratiis, quando Partes non erant concordatæ, & *num.* 129. refert egregium factum *Sancti Pii V.* qui noluit remittere Hieronymum de Mathæis, nobilem Romanum, ex quo Partis remissionem non obtinuerat, quamvis se in bello Galliæ contra hæreticos mirabiliter gessisset; Minusque ad Urbem, in qua homicidium patrare fecerat, voluit sine pace remittere Joan. Brancadorum, nobilem Romanum, strenuum in bello Ducem, qui contra eosdem Hæreticos suis sumptibus Cohortem coadunare se obtulerat.

Licèt autem aliqui cum distinctione oppositas hujusmodi sententias conciliare studeant, ut scilicet affirmativa proce-

procedat cum temperamento reservationis exilii à Loco commissi delicti, donec pacem habuerint, sub pœna nullitatis gratiæ, juxta opinionem *Francisc. de Vic. ad Pragm. Sard. lib. 2. tit. 25. cap. 12. n. 19.* Vel cum *Matth. de Regim.* 51 *Regn. Valent. cap. 2. §. 1. nu. 105. & seqq.* ut opinio negativa procedat in delictis, & pœnis de Jure Divino, Naturali, vel Gentium, affirmativa in pœnis à Jure Civili inflictis, in quibus Princeps omnem habet potestatem, ego nihilominus non recederem à supradicta regula, ex rationibus adductis per *Rayn. ubi suprà*.

52 Adverte 7. Quòd Principes ex justa causa, puta ob Civitatis, & Reipublicæ tranquillitatem, cogere possunt Partes ad ineundam pacem, *Novell. ad Defens. Reor. cap. fin. num. 4. & Vulp. de Pac. quæst. 3. num. 1. & seqq.* ubi, quòd id non solent facere Principes præcisè, & mediante carceratione, sed ejiciendo taliter obstinatos à Civitate, quod firmat pariter *Guazz. de Pac. q. 7. nu. 10.* ubi, quòd ita vidit in Urbe practicari, ejiciendo ab illa Barones, qui deinde 53 tædio affecti ab exilio, pacem ipsam petierunt, & *Rayn. to. 1. c. 9. §. 3. n. 178.* ubi testatur de praxi Curiæ Legationis Bononiæ, in qua dicuntur Legati, *Facite pacem, vel egredimini à Legatione*.

54 Idemque practicare solent magna Tribunalia, etiam in litibus, seu causis civilibus, sine quibus, ut plurimùm vivi non solet, ut cecinit egregius Poeta dicens:

55 *Lis genuit legem, legum lis filia, vivi*
Non sine lite solet, nec sine lege potest.

ut videre est apud *Urceol. Transact. quæst. 64. nu. 9. & Card. de Luca, de Fideic. disc. 25. num. 6. & 7.* Præcipuè, quando lis est intricata, & diu litigatum fuit, juxta *annot. 3. Coccin.* & animadversa per *Bellet. disquis. Cler. par. 1. §. 16. de Discipl. Cler. num. 102. & Fenz. ad Stat. Urb. lib. 1. cap. 146. num. 16. Lotter. de Re Benef. lib. 7. quæst. 40. n. 91.* De Praxi Sacræ Congregationis Rituum, vide *Monacell. in formul. to. 2. tit. 13. form. 2. num. 7.* ubi... adde praxim *Sacræ Congregationis Episcoporum in Firmana 31. Augusti 1714.* Ponente Card. de Abdua, ibi: *Ad D. Ponentem pro Concordia*, & in alia Firmana, die 24. Novembris 1706. *Ponente Card. S. Clementis* rescribendo: *ad Eminentissimum Archiepiscopum in omnibus pro Concordia*, quæ cùm non fuisset conclusa, iterum die 24. Novembris anni 1708. rescripsit: *Eminentissime Ponenti pro omnimeda Concordia*. Rota verò solet aliquando extendere decisionem favore unius Partis, & respondere eodem tempore, quòd placeret Concordia, ut practicavit *coram Mantica, dec. 18. in fine*, & innumeras alias authoritates, & decisiones, relatas *in Rom. oncord. 15. Julii 1696. §. Expediti, & 22. Aprilis 1697. §. Gravamina, & seqq. coram Reverendiss. Molin.* Quod pluries in aliis 56 quoque controversiis, nulla edita decisione, demandavit, & signanter in *Rom. seu Januen. Heredit. 28. Junii 1677. coram Emer. jun.* in qua dictum fuit, *Fiat concordia omnino, & in Majoricen. Pension. 3. Julii 1686. coram Rondan.* in qua pariter rescriptum fuit, *Fiat omnino concordia, & in Bononien. Fideic. de Pepul. 16. Junii 1687. coram eod. Emer. jun.* in qua similiter rescriptum fuit, *Fiat concordia omnino*, Imo solet S. Rot. præscribere modum, quo fieri debeat concordia, ut practicavit in dicta *Majoricen. Pension. 22. Martii 1689. coram eod. Rondin.* rescribendo, *Fiat concordia juxta modum, in decisione exprimendum, & in Romana domus, seu Palatii super fructibus 22. Junii 1712. §. 1. coram Aldrovando* ibi: *Omnino fiat concordia, & Ansald. in addit. ad dec. 28. sub num. 9. ibi: Fiat omninò Concordia; Romana, seu Florentina Census 13. Aprilis 1714. coram Ansaldo, ad D. Ponentem pro Concordia: Eugubina fideicommissi 9. Martii 1714. Falconerio. Fiat Concordia, per D. Falconerium juxta mentem: Romana, seu Farfen. Census 15. Aprilis 1712. Lancetta.*

57 Quod verum intellige, quando Judex est in dubio circa bonum jus utriusque collitigantis, si enim sciret, unam Partem bonum jus fovere, illamque niteretur ad concordiam cum ejus damno reducere, tunc, graviter peccare, observat *Gob. consult. 42. in fine*.

58 Imò, quòd in hoc casu, nec etiam possit Judex prolationem sententiæ differre prætextu, & intentione Partes ad concordiam inducendi, observant *Langl. semest. lib. 5. cap. 4. fol. 231. lit. A. & Zaul. tom. 1. lib. 1. rub. 6. nu. 13.* & si ex 59 hac Principis coactione Partes ad transactionem devenirent, illa non relevaret, ut advertit *Urceol. de Transact. q. 64. n. 18.* Ita pariter debere facere bonos Advocatos, quan-60 tum in seipsis est, consulere Clientibus concordiam, probari potest ex illa aurea monitione *Soccin. sen.* ad suos Scholares, quæ legitur *in cap. 2. numer. 96. de Libell. oblat. Ursaya Institut. Crimin.* ibi: *Hoc ego in primis ex charitate vobis consulo, potissimum* 61 *cùm eritis Doctores, ut non solùm persuadeatis, verùm etiam impellatis, & adstringatis Partes ad compositionem, & concordiam*; effugiendo hoc modo, notam illam, quæ contrarium practicantibus attribuit *Joann. de Blanas, in §. Actionum Instit. de Action. in mater. peculat. in fin.* quòd scilicèt reperiantur aliqui Doctores, qui non curant de eis, quæ non faciunt 62 bursam hydropicam, ut observat *Anton. Corat. de Comm. opin. lib. 1. tit. 5. inspect. 8. nu. 63. & de Rub. in Disc. ad Juris utriusque Doctores* impresso *in princip. par. 7. rec. n. 207. & seqq.* ubi *n. 197.* ex *Platin. in Vita Pii II.* adverterterat, eundem Pontificem sæpè jocando dicere solitum esse, litigato- 63 res esse aves, forum aream, judicium rete, aucupes verò Causarum Patronos.

64 Ex quibus sequitur, præceptum Testatoris de non ineundo concordiam, vel de non transigendo, vel de non dividendo, & similia, uti contra bonos mores, & publicæ quie- 65 tis impeditiva, nullatenus obligare, & impunè sperni posse, ut notant *Soccin. jun. cons. 32. n. 13. lib. 3. Caccialup. de Transact. q. 22. Card. de Luc. de Testam. disc. 71. n. 6. & Rot. dec. 104. n. 18. & dec. 190. n. 27. par. 7. rec.*

66 Dixi, quòd *Principes possunt, & solent in certis casibus aliquos ab Urbe ejicere*, quod intellige de potestate œconomica, quam in Principe recognoscunt communiter Authores, relati per *Rayn. tom. 1. obser. Proem. §. 6. n. 21. & seqq. & Conciol. Verb. Exilium res. 9. per tot.* qua scilicet mediante, ubi delicta nequeunt judicialiter puniri, ob potentiam 67 delinquentis, timorem testium, vel ex alio capite, ex quo publica quies timetur turbari posse, tunc ex informata conscientia, & prout magis expedire noscit, providet, tamquam Pater, & Reipublicæ caput, ex ejus œconomica, & politica authoritate sine processu, & actibus judicialibus, ut observat *Fras. de Reg. Patr. Ind. c. 37. nu. 33. lib. 1. & cap. 38. per tot. eod. lib.* ubi *n. 6. & 7.* illam comparat potestati patrisfamilias respectu propriæ domus, *& Set. de Offic. Locumt. c. 18. n. 24.*

68 Uti pariter solent Principes hac œconomica potestate contra habentes artem aliquam, Reipublicæ perniciosissimam, & damnosissimam, quam scilicet exercendo, vel docendo, possunt familias depauperare, juxta casum, quem refert *Rayn. tom. 1. §. 6. proem. num. 98. & seqq.* disputatum 69 in Urbe anno 1685. de illo, qui habebat secretum delendi à qualibet carta, & quolibet papyro caracteres impressos; ita ut nullatenus cognosci posset id, quod ibidem scriptum erat, iterumque scribendi in eadem carta, & papyro, à qua, & à quo cum prædicto secreto deleti fuerunt caracte- 70 res, scilicet relegando illos in aliquo fortalitio, vel alio Loco, & removendo ab illis omnem modum exercendi, vel docendi idem secretum, ut probat idem *Rayn. ubi suprà, nu. 112.* Prorsus omisso barbaro illo medio abscindendi linguam, 71 & manus talibus hominibus, juxta exempla illa, quæ refert *Gregor. Tholosan. Syntagm. Jur. lib. 39. tom. 3. tit. de Extraordin. delict. cap. 1. num. 10. & seqq. & lib. 36. cap. 18. num. 4.*

72 Hæc potestas, nedum competit supremis Principibus, superiorem nimirum non recognoscentibus, sed etiam Legatis à Latere, Proregibus, Vicariis, seu Generalibus Locumten. & Præsidibus Provinciarum, ut observant adducti per *Rayn. in proem. §. 6. n. 3. & Conciol. Verb. Exilium, resol. 9. n. 3. & seqq.* ubi *n. 8.* quòd hæc potestas se extendit etiam ad exi- 73 lium, & relegationem, quia possunt supradicti, etiam ex sola suspicione turbationis quietis, tales homines ad confinia ponere, exiliare, & relegare.

74 Quando autem, quomodo, & contra quas personas hac facultate utendum sit, latè docet *Rayn. ubi suprà, num. 39. & seqq.* ubi, quòd moderatè, & cum maxima circumspectione ad praxim reducenda est, & quando urget causa gravis.

75 Gubernator verò Urbis est in pacifica possessione exercitii hujus facultatis ab immemorabili tempore, ut ex actibus ferè innumerabilibus, qui recognosci possunt in ejus Tribunali, absque eo quòd detur appellatio suspensiva, ex adductis per *Garzon. ad nov. Constit. Mediol. lib. 4. tit. 15. art. 15. n. 1. & seqq. & Rayn. tom. 3. cap. 28. §. 1. n. 88.*

76 Verùm de mense *Martii 1699.* eadem facultate in controversiam deducta, res delata fuit ad *f. m. Inn. XII.* qui, omnibus maturè consideratis, tandem jussit, nihil esse innovandum, sed liberè permittendum eidem Gubernatori exercitium talis facultatis, ut sequutum fuit in illo casu, qui causam dedit citato recursui, & in multis aliis sequentibus, & ita in casus contingentia practicatur ab Illustriss. & Rever. Domino Raynutio Pallavicino non ab Urbem tantùm

regendam, & gubernandam, seu Orbem nato, & planè digno, ut in eminentioribus Sedis Apostolicæ muneribus occupetur, de cujus gubernio verificantur ea, quæ de illo Mariani Perbenedicti, postea Cardinalis de Camerino, scripsit *Ambros. de Proces. informat. lib. 3. §. 1. num. 15.* nempè *Quo gubernio nullum fuit umquam ob rectè erga omnes administratam justitiam, facinerosorum hominum compressam, & coercitam audaciam, personarum acceptatione posthabita, cuicumque etiam minimo Jus suum ad saturitatem, deducendi, & probandi potestatem factam (pace aliorum dictum sit) aut justius, aut laudabilius, aut, quod quisque imitetur, dignius.* 77

78 Quæ omnia locum habent etiam, quando fabricatur Processus contra delinquentes: Si enim Judices timeant, ne testes subornentur à consanguineis, & familiaribus, vel ne illorum præsentia terreantur, poterunt eos ejicere ad tempus, necessarium pro d. examine testium, vel alia justa causa, *Capiblanc. de Baron. pragm. 5. numer. 79. à Pont. de Potest. Proreg. tit. 1. §. 3. 5. num. 2. & Rayn. tom. 1. observat. proem. §. 6. n. 52.* 79

Oeconomica hæc potestas præsupponit in Principe, vel ejus Ministris authoritatem, & jurisdictionem in illum, contra quem exercetur, ex quo fit, quòd nullatenus competat Principibus Sæcularibus adversus Clericos, vel Regulares, ex animadversis per *Card. Belarm. lib. 1. contr. tit. de Cler. c. 8. propos. 7. Thom. Boz. de Jur. Stat. lib. 2. c. 17. & lib. 4. per tot. Carer. in Prax. Crim. §. fin. q. 3. n. 2. Bernard. Laur. in tract. de Casib. in quib. Jud. secul. man. in pers. Cleric. fin. met. excom. impon. n. 5. Lel. de Zanc. de privileg. Eccles. priv. 47. n. 15. Laur. Ortiz. de Polit. & Imm. Eccles. part. 2. concl. 2.* & latissimè *Julius Cartarius in ejus Disputatione pro Ecclesiastica Immunitate, seu Opusc. de For. comp. per tot.* ubi optimis rationibus, & authoritatibus Sacræ Scripturæ, Conciliorum Generalium, Sacrorum Canonum, & SS. Patrum, id comprobat, respondendo omnibus contrariis, atque *à num.* 435. ostendit, nec etiam ratione turbatæ jurisdictionis laicæ posse Ecclesiasticas personas exilio, vel in pecunia mulctari, & *à n.* 447. probat, Principes, & Magistratus Sæculares, id attentantes, esse ipso facto excommunicatos, Quidquid dixerint Doctores illi, quos citat, sed non sequitur *Mart. de Jurisd. par. 4. cas. 101. num. 2. & Franciscus Marti, y Villamodar. in disc. Theolog. degali, & politico de Potestat. œconom. Secular. in Ecclesiast. seu Defensa della authoritad Real en las personas Ecclesiasticas del Principado de Cataluna* à Sacr. Indic. Congr. meritò proscripto. 80 81

82 Adverte 7. cum *Matt. de Regim. Regn. Val. cap. 4. §. 30. n. 34. & Castellin. in Not. ad Constit. Æmil. par. 4. obser. 9.* officia illa, quæ concernunt œconomicam Reipublicæ administrationem, concedendam esse Civibus, illa verò, quæ respiciunt justitiæ administrationem, committenda esse exteris: Quod limitat *Antonell. de Loc. legal. lib. 2. cap. 1. quæst. 1. n. 2.* in casu, quo Civis esset eminentissimæ scientiæ, & experimenti, quia, hoc concurrente, recedendum est à regulis Juris, quod ante ipsum adverterat, *Sbrozz. de Offic. Vic. lib. 1. q. 34.* asserens proinde, talem Civem posse esse Vicarium Episcopi. Circa hanc quæstionem vide *t. 3. par. 2. discep. 8.* in qua Sacra Congr. Episcoporum rescripsit ad mentem, quæ fuit ut Vicarius Civis posset continuare suum Officium. 83 84

85 Adverte 8. Quòd si Pars offensa, pluries requisita, non vult facere pacem, si elapsi sint multi anni, & nihilominus obstinato animo adhuc recuset, non potest ad id cogi per Judicem, quia licèt malè forsan faciat, utitur nihilominus jure suo, *Rayn. t. 1. obser. proem. §. 6. n. 160. & seqq.* Quod intellige quoad remissionem actionis injuriarum, quia quoad rancorem, & odium tenetur ad remissionem, *Ciarlin. contr. 224. n. 11. & seqq. Baron. de Effect. Inim. effect. 96. n. 3.* & latè *Card. de Albic. de Inconst. in Fid. par. 2. c. 2. à n. 28.* ubi, quòd si inimicus debito modo pacem petat, tenetur offensus illam in scriptis dare, & in suo casu agebatur de Superiore Religionis, cujus respectu probat, à fortiori verificari ea, quæ de quocumque alio consanguineo offensi tradunt Moralistæ, & Canonistæ, & ibidem respondet motivis, ab eodem Superiore Religionis indicatis Protectori, ex quibus credebat, non teneri ad pacem offensori dandam absq; congrua reintegratione, quem refert, & sequitur *Rayn. tom. 1. cap. 8. §. 3. num. 187.* ubi, quòd malè faciunt Parochi, denegando Sacramenta Parochianis, nolentibus dare pacem in scriptis inimicis, quia ad Sacramentorum receptionem sufficit, quòd quis remittat rancorem, & odium, quod advertit etiam *Ciarlin. d. controv. 244. nu. 11. & seqq.* Imò si Judices de facto compellant Partes ad faciendam pacem, hæc nullius est roboris, & Partes gravatæ dicuntur, *Novar. de Gravam. Vassal. par. 1. grav. 353. n. 1. & 2.* Si autem Partes, vel mediatores violentiam adhibeant pro obtinenda pace ab offensis, crimen læsæ Majestatis, & rebellionis committunt juxta *Constit. 13. Innoc. VIII.* ad totum Statum Ecclesiasticum extensam à *Clem. VII.* ut observant *Bajard. ad Clar. q. 59. n. 51. Bonfin. ad Bann. Gener. c. 35. num. 1. & seqq. & Rayn. t. 1. c. 8. §. 3. n. 183.* 86 87 88 89

90 Non sic autem practicatur, quando Pars, quæ furtum passa est, non vult dare consensum pro furis, à multo tempore in carceribus detenti, liberatione, & ex alia parte, iste pauper est, itaut restituere nequeat domino rem furatam, vel æquivalentem summam; Tunc enim, constito de paupertate, ut plurimum ex attestatione Advocati Pauperum in plena Visitatione, solet Congregatio Visitationis demandare furis relaxationem, cum decreto, quòd creditor habeat fidem de credito quousque ad meliorem deveniat fortunam, & hoc, ne reperiatur via in perpetuum detinendi in carceribus Reos pro debito, quod permittendum non esse, advertunt *Daval. in Direct. Judic. Eccles. p. 2. cap. 11. n. 19. & Rayn. t. 1. c. 2. §. 4. n. 46. & seqq.* ubi refert, ita pluries in Urbe decisum, & signanter cum quodam Hieronymo Baculo, & die 27. Septemb. 1686. cum Antonio Pampilo Mediolanen. pro furto in Domo D. Marchionis del Drago, ejus Domini. In his tamen casibus semper relaxari solent similes Rei, cum exilio à toto Statu Ecclesiastico, ut plurimùm sub pœna Triremium irremisibiliter exequenda, etiam pro prima vice, ut observat, & practicatum refert, *Rayn. ubi suprà.* 91 92 93

94 Adverte 9. Quòd ille, qui vocavit Adversarium ad pugnam pro certa die, & loco, si deinde constitutus in diverso loco, & non expectata certa die, eumdem Adversarium offendat, dicatur proditor, & *Mancator di Fede*, quia censetur interim implicitam fidem dedisse de non offendendo; Denuntiatio siquidem duelli habet vim securitatis fide publica concessæ, ut non liceat Adversarium insequi, nisi pro die, & loco constitutis, *Faut. à Longian. de Duell. lib. 3. c. 28. Grasset. de Nece Prodit. §. 10. n. 26. & c. 12. nu. 26. & seqq. & Rayn. t. 1. c. 8. §. 3. n. 135. & seqq.* ubi, quòd casus iste evenit tempore, quo erat Locumtenens Criminalis Legationis Romandiolæ. 95

96 Adverte 10. Quòd validum est præceptum, factum Partibus de non offendendo, & quòd interim ad evitanda scandala cautiones habeantur pro præstitis, itaut pœna exigi possit, *Hercul. de Caut. de non offend. c. 5. nu. 5. & seq. Vulpel. de Promiss. de non offend. q. 81. in fine, & Conciol. verb. Præceptum de non offend. resol. unica,* & latiùs *verb. Cautio de non offend. resol. 7.* ubi *n. 8.* quòd ad effectum exigendi pœnam, sat est, præceptum fuisse præsentatum domi, dummodo illud transmittens jurisdictionem habeat, & dummodò præcesserit justificatio causæ timoris offensionis, aliàs præceptum dicitur injustum, *Gaill. de Pac. publ. lib. 1. cap. 2. nu. 19. & seq.* 97

98 Adverte 11. Quòd Episcopus potest excommunicare Inimicos, si pertinaciter reconciliari recusent, ut aliis adductis, notat *Baron. de Effect. Inimic. effect. 64. n. 1. n. 3.* observans, Episcopum obligatum esse ad reconciliandos inimicos suæ Diœcesis, & pacem inter ipsos non procurando, peccare mortaliter.

99 Adverte 12. Quòd per pacem non censentur remissa damna, & interesse, nisi de istis facta sit expressa mentio, sicq; post pacem peti possunt, *Conciol. verb. Pax resolut. 23. n. 1. & seqq. & Gratian. discept. 518. n. 14.*

100 Adverte 13. Quòd in illis delictis, in quibus procedi potest ex officio, & absque Partis querela, pax, seu remissio offensi nihil operatur ad effectum diminutionis pœnæ, *Zaul. tom. 1. fol. 549. num. 3.* & ratio est, quia illa non præjudicat Fisco, agenti ad publicam vindictam, quæ privatorum pactis tolli nequit. Indeque legitur in Vita Sixti V. fuisse condemnatum, & meritò, ad Triremes dissolutum Juvenem, quandam honestam Puellam deosculantem per vim in publica via, licèt ad effectum illam ducendi in uxorem, & non obstante propinquorum ejusdem mulieris consensu, respondentis ei, qui pro gratia instabat, adducendo pro ratione, quia Partes sibi remiserant omnem injuriam, Partes non possunt remittere illam injuriam, quam passa est justitia, quæque exigit, ut ad Triremes mittatur, ut factum fuit. 101 102

103 Adverte demùm, quòd occidens eum, cum quo inita fuit pax, tamquam proditor non gaudet immunitate Ecclesiastica, ut benè probant *Giurb. cons. 60. num. 15. & seqq.*

Peregr.

Peregr. de Immu. cap.7. num.19. & 11. del Bene de Immun. cap. 16. dub.20. & Pignat. consult. 100. per tot. tom.1. ubi, *nu.* 16. quòd hoc non procedit in occidente inimicum sub cautione de non offendendo, quia hæc non tollit inimicitiam, sicut pax, sed solùm ponitur, illa mediante, vinculum inimico, ne delinquat sine illa pœna pecuniaria, *& Card. de Albic. de Inconst. in Fid. part.2. c.2. num. 117. & seqq.* ubi, quòd ita pluries resolvit S. Cong. super Controv. Jurisdict. proindeque nullatenus attendi merentur *Donat. Anton. de Marin quotid. res. cap.174. num.3. & Donat. de Asy. resol.* 149. *vers. Et procedit etiam*, contrarium existimantes.

104

Nota hìc, quòd Complices in homicidio proditorio gaudent Ecclesiastica Immunitate, ea ratione, quia sumus in odiosis, & Bulla loquens per hæc verba — *Qui proditoriè proximum suum occiderit*, non comprehendit Complices, Quidquid sit respectu assassinii &c. ut resolvit *S. Congreg. Immunitatis 2. Decembris 1705. in Mediolanen. Ponente Card. Scotto*. Conclusio mihi videtur nimis dura, sed ita lex scripta est.

105 Circa pœnas fractæ pacis, vel cautionis de non offendendo, distinguendum est, nam, vel agitur de cautione, & in obligatione de non offendendo fuit adjecta certa pœna conventionalis, & hæc (quæ ad hæredes quoque transit, licèt defunctus, qui offendit in vita, non fuerit conventus, nec citatus, ex allegatis per *Conciol. verba Pœna resol.2. & Rayn. tom.1. cap.8. §.3. num.157. & seqq.* ubi adducit illam rationem, quia statim ac facta fuit offensio, illicò commissa

106 fuit pœna) absque dubio exigenda erit, nec confundenda cum pœna principalis delicti, quæ ultra pœnam conventionalem regulabitur à qualitate injuriarum, percussionis, vulnerationis &c. quibus mediantibus violata fuit cautio, *Conciol. verb. Prax. resol.5. per totum* ubi, quòd ad hoc, ut possit exigi hæc pœna conventionalis à fidejussore, de fractura debet plenè, & concludenter constare per testes, citato fidejussore examinatos. Vel non est adjecta certa pœna, & tunc

107 ista erit arbitraria, & extendi poterit ex facti circumstantiis usque ad mortem, ut rejectis contrarium sentientibus, benè probat *Farinac. quæst. 107. part.1. art. 7. à num. 27.*

108 Vel agitur de fractione pacis, & tunc pœna erit ultimi supplicii, & confiscationis omnium bonorum *c.1. de Pac. tenen. in Usib. Feud.* Sive intervenerit publica persona ex Magistratu, sive non, & sive violatio pacis sequuta fuerit per vulnus, vel homicidium, sive quocumque alio modo, juxta statuta *in Bannim. Gener. Stat. Eccles. cap.33.* & animadversa ibidem per *Bonfin. num.2. & seqq. Farin. cit. quæst.107. à num.57. & Card. de Albic. de Inconst. in Fid. par.2. cap.2. nu.58.* ubi, quòd si hujusmodi Reus apprehendi non possit ejus effigies inverso capite, & pedibus exponitur cum inscri-

109 ptione nominis, cognominis, & Patriæ, quòdque id didicit Forolivii, cùm esset adolescens. Dummodo tamen, pacem frangens, non sit ebrius, quia cùm iste careat recto sensu, seu consensu, *D. Thom.2.2. quæst.150. art.1. in corp.* Imo pa-

110 rùm distet ab insano, seu furioso, ut notat *Crispol. cas. milit. 19. num.17. & 18. & Adden. ad dec.28. num.99. & dec. 153. par.3. rec.* nihil mirum, si offendendo eo, cum quo pacem fecerat, illam rumpere non dicatur, benè *Conciol. verb. Pax, resol.25. per tot.*

111 De Jure verò Canonico Clericus fractor pacis privatur beneficiis *c.1. in fine de Treug. & pac.* Necnon excommunicatur, *can. Illi qui 24. qu.3. Brugiot. Instit. Crim. lib.11. tit.22. num.34. & seqq.*

112 Omnes autem hæ pœnæ, tam de Jure Civili, quàm Canonico, locum habent, etiam si offensio sequuta sit extra territorium Judicis, coram quo fuit facta pax, quia dicta promissio sequitur personam, itaut ubicumque illa reperiatur, dicatur committi hoc delictum, *Conciol. verb. Pax. resol. 6. per tot. Caball. resol. crim. cent. 1. cas. 35. in princ. & Bonfin. ad Bann. Gener. cap. 34. num. 19.* ubi limitat in simplici offensione, absque cautione de non offendendo, quia offendens non potest conveniri à Judice personæ offensæ, sed Loci delicti, vel domicilii Rei.

113 Ad easdem tamen pœnas evitandas in dubio judicandum est, pacem non fuisse ruptam, quia licèt, antequam præstetur sit favorabilis, postquam est præstita, dicitur odiosa, & in dubio judicandum est, illi non fuisse contraventum, *Conciol. verb. Prax resol.21. num.1. & 2. & Guazz. de Pac. quæst. 33. num.15.*

114 Quia verò quandoque Partes nolunt ad pacem devenire, & cùm reperiantur carceribus mancipatæ, nequeunt præstare cautionem de non offendendo, tunc solet dari Fides, seu verbum de non offendendo, vel offendi faciendo, ne in carceribus marcescant, quæ in Curia *Fede di Capitano* vulgò nuncupatur, *Set. de Off. Locunt. c.15. num.15.*

115 Sciendum proinde, quòd hæc consistit in verbo, dato per Partem offensam alicui personæ illustri, vel Capitaneo, qui deinde Judici promittit, juxta formulam, quam ponit *Guazz. de Treug. §.2. quæst.2. nu.8.* necnon *Scannar. de visit. Carcer. fol.125. in append.* nempè — *Io NN. Nobile, Prencipe*

116 *&c. ovvero Io Capitano NN. do la mia parola, e fede à Monsig. Illustriss. Governatori di Roma, che Sempronio non offenderà, ne farà offendere Titio, e facendo il contrario, prometto farne quel risentimento, che si conviene all' honor mio, & in fede hò fatta la presente di mia propria mano, e sigillata col mio solito sigillo questo dì 27. Settembre 1700.* quo hæc scribimus, & quo *f. m. Innoc. XII.* animam Deo reddidit. Solet autem tale verbum dari personis divitibus, & nobilibus, ad hoc ut Partes à fractione fidei se abstineant, non solùm formidine pœnæ judicialis, sed etiam

117 propter honorem, & dignitatem personæ, tale verbum recipientis, ut de nobili Estensi loquitur *Bertaz. cons. 148. num. 8. lib.1.* & de alio illustri Comite *Gerard. Marzol. cons. 68.* & de utroque *Guazz. de Treug. §.1. quæst.3. per tot. & §.3. quæst.15. num.4. Rayn. tom.2. cap. 24. §.1. & seqq. num. 83. & 85.*

118 Eodem autem modo, quo diximus suprà, novam causam allegari posse ad excusationem fractionis pacis, allegari pariter potest, & suffragatur ad excusationem fractionis fidei, seu verbi *di Capitano*, ex regula illa, frangenti fidem fides frangatur eidem, de qua *Seraph. de Privil. Juram. priv. 74. num.150.* ut in terminis novæ causæ, originem habentis

119 à verbis, *Levatevi di qui, non mi state dietro*, & similibus consuluit *Marzol. cit. cons.68. n.11. 17. & seq.* & probat *Guazzin. de Treug. a.2. q.2.*

120 Similiter ad probandum hujusmodi fidem, seu verbum, non requiritur scriptura, sed aliis probationum speciebus demonstrari potest, ut diximus de pace, & in nostris terminis probat *Guazz. de Treg. §.2. qu.7. num.1.* ubi respondet praxi Curiæ Romanæ, quæ aliquando redigit in scriptis similem fidem, seu verbum, asserendo, id contingere ad effectum excarcerandi illum, pro quo datum fuit, ad hoc scilicet, ut Ju-

121 dici constet, data fuisse, non autem ad essentiam, seu necessariam probationem dicti verbi.

122 An autem ad hunc effectum standum sit dicto ejusdem personæ illustris, cui datum fuit verbum, & à quo recepta fuit fides, præcipuè, quia, ut plurimùm solet esse insignis, gravis, & nobilis, & quod magis est ab utraque parte approbata, negat *Guazzin. de Treug. §. 2. quæst. 7. à num. 2.* quia per

123 contraventionem censetur læsus, atque agitur de ejusdem laude, vel vituperio, & potest habere affectionem ad causam *ut in num.17.* & priùs diluerat omnia argumenta in contrarium *Menoch. de Arb. cas.98. num.6. & 7.* ubi dat illam rationem, quia in his circumstantiis concurrunt duo defectus, unus singularitatis, & alter affectionis.

124 Quoad pœnas hujus criminis plures sunt, & I. Quia apud graves viros ejus fama valdè læsa remanet, non enim pejus de homine dici potest, quàm quòd sit sine fide, *can. Innovamus 24. qu.4. Jul. Ferrett. de Re milit. tit. de Fid. servand. num.20.*

125 II. Quia incidit in pœnam infamiæ, *l. fin. Cod. de His quib. irrog. infam. & Ferrett. ubi prox. in 16. in fine, & num.24.* ubi, quòd nulla est major mortalium gloria, quàm fidem servare, nullaque major infamia, quàm fidem rumpere. III. Quia Reus hujus criminis punitur tanquam proditor, *Marzol. con.68. n.11.* ubi tamen hoc declarat procedere, quando fides data fuisset alicui.

126 Principi, Duci, vel Domino, non recognoscenti Superiorem. secus si recognosceret Superiorem, *& Marzol.* sequitur *Guazzin. de Treug. §.2. quæst.8. num.11.* IV. Quia ex *Bannim. Stat. Eccles.* relatis à *Guazzin. de Treug. §.2. qu.8. num.6. & 7.* frangens verbum, seu non servans fidem

127 incidit in pœnam mortis, & confiscationis bonorum, atque demolitionis domus, si fuerit captus, si autem fuerit contumax, debet fieri exequutio in effigie, & depingi cum propriis vestimentis, appensus cum uno pede, capite posteriori, atque, cum inscriptione nominis, cognominis, & Patriæ V. Quia si fuerit Clericus omnibus beneficiis privatur, *Moron. de Treug. & pac. quæst. 108. num.2. & Guazz. eod. tract. §.2. qu.8. num.9.* ubi *num.10. & seqq.* egregiè probat, quòd verba illa supra posita, *e facendo il contrario*

128 *prometto farne quel risentimento, che conviene all' honor mio*, non esse accipienda, ut de facto, & propria authoritate possit id facere Dux, Marchio, vel Capitaneus, cui fuit datum

159 maneret, atque non dicitur quis securè venire, quando securè recedere non potest, *Bart. in l. Ultimur, ff. de Sepult.*
160 *viol. & Pignat. consult. 67. à num. 39. tom. 5.* Verum tamen est, quòd ad omne dubium ampurandum, solet in illo exprimi etiam reditus, ut practicatum fuisse à PP. Tridentinis cum hæreticis Germaniæ, ostendit illius tenor registratus *post sess. 13. & 15.*

161 Nota 3. quòd si concedatur salvus conductus inquisito, ad hoc, ut liberè ad locum judicii accedere possit, ille comprehendit etiam loca intermedia, per quæ transire debet, quando ista sunt sub eadem ditione, salvum conductum concedentis, ut probat *Pignat. consil. 67. numer. 32. tom. 5.*

162 Nota 4. quòd salvus conductus, datus mercatoribus, vel aliis circa res, quas volunt in Civitatibus introducere, nullatenùs comprehendit illas, quæ furto sublatæ sunt, ut, contrariis respondendo, latè probat *Pignat. consul. 67. à num. 1. tom. 5.* Mercatoribus autem, moram facientibus in Portu Anconitano amplissimum concessit sal-
163 vum conductum *Clem. VIII. in Const. 26. Bull. nov. to. 3.* ut advertit *Rayn. tom. 3. cap. 33. §. 4. nu. 21. & supplet. 4.* ubi, quòd cùm id ignorasset, suus Cliens transmissus fuit ad Triremes, non sine magna ejus displicentia: Similem
164 salvum conductum pro Portu Civitatis Vetulæ concessit *f. m. Innoc. XII. ut in ejus Const. 77. num. 11.*

165 Nota 5. quòd ad hoc, ut Judex validè procedat contra Reum ex alio capite, quàm pro eo, pro quo fuit semel bannitus, debet illi salvum conductum offerre, aliàs nulliter procedit, *Oril. ad Campan. select. resol. 17. in princ. Vic. ad Pragm. Sard. tom. 2. tit. 26. num. 3. & Rayn. to. 3.*
166 *cap. 33. §. 4. num. 37. & supplet. 5. per tot.* Ratio est, quia non oblato à Judice salvo conductu pro alio crimine, Reus non tenetur comparere, ob timorem, ne arresteur, & puniatur pro dicto diverso crimine, *In Supplet.* verò *seq. quæ est 6.* agit de alia quæstione, acerrime disputata, unà cum Adjunctis, in Tribunali Gubernatoris Urbis, an salvus conductus offerendus sit etiam in casu, quo Judici innotescat mala qualitas inquisiti circa alia,
167 de quibus tamen Judex non inquirat, puta, quia interrogati testes de qualitate homicidæ, dicant, esse solitum pistolam portare, minas in agrorum Dominos effundere, uvas per vim asportare, &c. & testatur *die 9. Octob. 1692.* resolutum fuisse, quòd exceptio salvi conductus non oblati, nullatenus obstabat, quia in his circumstantiis, in quibus Judex non curat inquirere, & processum formare de dictis aliis delictis, Reus non habet motivum timendi, & quatenus id verificetur, tenetur ipse petere, non autem Judex spontè offerre salvum conductum.

168 Meritò autem in illis casibus, in quibus agitur de vitæ periculo, vel de rebus magna consideratione dignis, vel demùm de resolutionibus, quæ faciunt statum pro omnibus aliis casibus in futurum, solent Summi Pontifices dare in adjunctos alios Judices, vel Collegialis alicujus Tribunalis votum exquirere, quia Integrum est illud judicium, quod plurimorum sententiis confirmatur,
169 ut dicitur *in cap. Prudentiam, de Offic. Deleg.* ibique *Gloss. verb. Plurimorum*, Et faciliùs invenitur quod à pluribus quæritur, *can. De quibus*, ubi *Gloss. verb. Plu-*
170 *ribus, distinct. 20.* Atque per ampliores homines perfectissima veritas revelatur, *leg. Quæstionem 32. C. de Fideic.* Et facit spectabilis authoritas *Cassiodor. lib. 11. epist. 26.*
171 *fol. 576* ibi: *Dignus est meo judicio promoveri, qui à multis Præsulibus meritò approbari, uni enim acceptum fuisse interdum gratia est, multis placuisse Judicium*, quem sequuntur relati *à Perez. in Cod. lib. 10. tit. 65. num. 4. De Luc. de Regular. disc. 10. num. 9.* ubi egregiè *Fontanell. dec. 3. num. 13. & Pignat. consul. 54. num. 12. lib. 10. & Rota dec. 44. num. 2. cor. Mantic.*

172 Nota 6. capientes bannitos sub salvo conductu, non solùm non debere habere præmium oblatum à Curia, contra capientes bannitos, sed quatenùs acceperint, illud teneri restituere, & si scienter taliter assecuratum oc-
173 ciderint, posse etiam puniri, *Farin. qu. 103. num. 279. & seqq. Caball. resol. crimin. 151. num. 6. & Rayn. tom. 3. cap. 32. §. 13. num. 87. & seq.* ubi etiam, quòd haberet tale præmium, & gauderet indulto favore præsentantium
174 bannitos ille, qui cùm existeret carceratus, talem bannitum in carceribus caperet, & præsentaret, juxta curiosis-
175 simum casum, in Urbe sequutum non multis ab hinc annis, Quidam enim Reus manens in carceribus, vidit transire per viam hominem capitaliter bannitum, & vendentem fructus, quorum prætextu illum vocavit, & quando fructus ponderabat, illum cæpit, & consignavit Custodi carcerum eumdem præsentans ad sui liberationem, Quam principalem conclusionem admiserat etiam *Joan. Grand. de bell. exul. prædicam. quantit. quæst. 3. num. 1.* referens, ita pariter decisum in suo casu, quidquid in contrarium dicat *Joseph Ludov. dec. Lucens. 15. nu. 73.*

TITULUS X.

De Crim. Ludi, Riffæ, Barattariæ, Biscazzæ, Sponsionis, & Lotti.

1 Ludus, in genere sumptus, vocari potest operatio exterior, animi laxandi gratia facta, seu cum *Rayn. tom. 3. cap. 30. §. 1. num. 1.* quodvis ludicrum, ad animi recreationem fieri solitum, proposita quadam lucri spe, & damni periculo.

2 Ludus, enim, quatenus ludus est, secundùm *Cajetan. 2. 2. quæ. 168. art. 3. ad 5.* relatum *à Magg. de Sacr. Carem. disquis. 12. num. 9.* pensandus est ex fine, qui in quiete rationabilis motus consistit, quantò autem ma-
3 gis fortunæ commissus est, tantò cæteris paribus, accomodatior est quieti rationis, & quantò magis industriosus, tantò minùs quieti rationis convenit, indeque inferendo, quòd ludus latrunculorum, seu Scacchorum pes-
4 simus est in ordine ad proprium finem ludi, quamvis optimus sit ad fugandum otium, vel somnum, propter industriæ diligentiam magnam in illo requisitam. In specie autem definitur *contractus conditionalis, lucri gratia factus, quo ex eventu exposita acquiritur, vel amittitur pecunia*, ita *Nicol. in Flosc. verb. Ludus num. 1.* De ludis sollis fieri in toto Orbe, vide eruditum librum *Thomæ Hyde Oxonii* impressum anno 1694. ubi latissimè, & eruditissimè, cui titulus *Historia Heud. Lud.*

5 Non omnis ludus prohibitus est, ut observant *Mangil. de Evict. quæst. 191. num. 9. & Brugiot. Instit. Crim. lib. 2. tit. 26. num. 6. & seqq.* sed aliqui tantùm ex illis, nec Jure Gentium, vel Divino, quo potiùs videtur permissus, *Exod. 32. 6.* ibi *Surrexerunt ludere*, sed Civili
6 tantùm, vel Statutario; Minùsque principaliter, & per se, sed solùm consequutivè, & per accidens, quia scilicet ex illo proveniunt blasphemiæ, rixæ, & quandoque etiam homicidia, atque dissipatio proprii patrimonii, & alia detrimenta, juxta illud *Ovid. lib. 3. de Arte aman.*

Ira subit, deforme malum, lucrique cupido,
Jurgiaque, & rixa, sollicitusque dolor,

7 & illud:

Ira parat rixas, rixæ vertuntur in ensem.
Ensis dat vulnus, vulnera sæpè necem.

Interest autem Reip. ne quis sua re malè utatur, *Instit. de Iis, qui sunt sui, vel alieni Jur. in princ. Franc. de Protest. consid. 44. sub n. 1. Zuff. Inst. Crim. lib. 2. tit. 21. lit. T. Card. de Luc. in Prax. Crim. verb. Givoco, in princ. & Set. de Offic. Locumt. cap. 6. num. 1.*

8 Est igitur ludus licitus, seu virtutis ille, qui consistit in corporis exercitatione, etiamsi in eo pecunia lucretur, veluti, si certetur hasta, vel pila, currendo, saliendo, luctando, pugnando, & aliis similibus modis, de quibus *in leg. Solent, §. Senatus Consultum, ff. de Alear. usu, & Aleator, & leg. fin. ff. de Relig. & sumpt. fun. & Thomat. dec. 20. per tot.* ubi de ludo, *ut vulgò* dicitur *delle Boccie*, de quo
9 pariter *Rayn. tom. 1. ad cap. 1. §. 12. num. 6. & Novar. de Grav. Vassal. gravam 63. num. 25. par. 2.* ubi de ludo pilæ, magno flatu plenæ, seu Follis, vulgò *del Pallone, & de Angel. de Delict. par. 1. cap. 85. num. 4.* Ad quos ludos exercendos licitè legari potest, ut in *leg. Civitatibus 125. ff. de Legat. 1. & in leg. Cum Pater 79. §. final. ff. de Legat. 2.*

10 Virtutis pariter Ludus, & quidem, nedùm permissus, sed commendatione dignus est *il Giuoco d' Arme*, quem ingeniosè invenit *Horontius Fine*, seu *Brianville*, ludendo nimirùm cum Insigniis, seu Armis Gentilitiis omnium Principum Europæ, eodem tempore deveniendo in cognitionem, nedum eorumdem insignium, sed etiam geographiæ, historiæ, mutationum dominiorum, & aliorum memorabilium eventuum, qui in Mundi dominationibus acciderunt; Dum-
11 modò tamen serventur regulæ ejusdem ludi, in particulari libello contentæ; non autem utatur quis iisdem cartis, ad instar alearum lusoriarum, ut non rarò evenit in Collegiis, & Seminariis puerorum, qui ad decipiendos eorum magistros illis permittentes hujusmodi ingeniosum, & utilem ludum,

loco

loco servandi ejusdem ludi regulas, attendunt solùm figuram illam, quæ reperitur in una ex extremitatibus ejusdem correspondentem aleæ lusoriæ; In qua parte quantùm correctione, & severa magistrorum animadversione digni sunt illi, qui loquuntur, & sapiunt, ut parvuli, tantùm commiseratione digniores sunt alii, qui attenta eorum ætate, & bona educatione, evacuare debuissent ea, quæ erant parvuli;

12 Quorum respectu circumferri solent lepidum dictum cujusdam famosi ludi magistri in Civitate Narniæ ex Religione Scholarum Piarum, qui cùm probè nosceret, & videret duos discipulos ad invicem confabulati, cum libris apertis ante ipsos, ac si studerent, submissa voce dicentes: *Il maestro crede, che noi studiamo, e noi non studiamo*; Appositè fingendo alium librum legere, ante eosdem deambulans, submissa pariter voce dicebat: *Voi credete, che io me ne curi,*

13 *& io non me ne curo*, de quibus cùm Doctores creantur, utinam non verificarentur ea, quæ *ex Andr. Mend. lib. 1. select. quæst. de Accad. quæst. 15.* refert *Brancacc. de Jur. Doctor. c. 1. in fine* nempè

In Institutis comparo vos Brutis.
In Digestis nihil potestis.
In Codice scitis modicè
In Novellis comparamini Asellis,
Et tamen creamini Doctores,
O' tempora, ò mores!

14 Ad propositum verò observat *Barbos. ad Concil. sess. 5. de Reformat. cap. 1. num. 52.* hujusmodi Scholares otiosos, vel studia non frequentantes, non gaudere privilegiis scholasticorum, nec percipere posse fructus suorum beneficiorum,

15 quando ex causa studii sunt absentes, quod adverterant prius *Tiraquell. in tract. Cessan. Caus. par. 1. num. 213. & Sanctarell. var. resolut. qu. 3. n. 15.*

16 Solent etiam aliqui Scholares decipere eorum Lectores, accedendo ad publicas Universitates per aliqnot dies pro extorquenda ab illis attestatione circa studia, quæ, eadem attestatione obtenta, statim deserunt, vel in totum, vel in magna

17 parte, ut speculativè observat *Rayn. tom. 3. cap. 26. §. 11. nu. 1.* & practicè testari possum ego, ad quos Lectores spectat ferre testimonium de vita, & doctrina discipuli, ut notat *Gloss. in can. Omnis etas, verb. Magistrum 12. qu. 1.*

18 Nota 2. ut plurimùm in Urbe experientiam quotidianam comprobare, veram esse observationem *Gloss. in can. Prophetavit, verb. Non novi 1. quæst. 1.* quòd licèt Scholares diligant se in scholis, quando tamen sunt Prælati, vel divites fi-

19 unt, dicunt aliis, *Non novi vos, & Gloss.* sequuntur *Felin. in cap. Quoniam Abbas, num. 4. in fine de Offic. Delegat. & Nevizzan. in Sylv. nuptial. lib. 3. verb. Est nubendum, nu. 10. fol. 242.* ubi postquam plura dixerat de laudibus, & effectibus bonæ amicitiæ, cum *Barbat. in cap. 9. de Constit.*

20 dicit, id non procedere in amicitia Marchiana, ubi nullus reperitur amicus verus, Quòd tamen experientia comprobat falsissimum esse, Et ego inter veros amicos, quos in

21 Urbe habeo, primum occupat locum unus de dicta Natione, fidei sincerissimæ apud omnes, deque illorum amicorum numero, quos describit *Gloss. in leg. Lata §. 5. Amicos, verb. Rationibus, ff. de Verb. Signif.* quam refert *Alex. cons. 93. sub. num. 10. vers. Et potius lib. 6.*

22 Nota 3. legatum pro studio relictum non deberi ei, qui annum 25. excedit, *Gregor. Lopez. ad leg. Partit. 1. par. 2. tit. 7. leg. 4. num. 2. lit. I. Gonzal. ad Regul. 8. Cancell. gloss. 4. sub num. 35. & Rot. dec. 5. num. 5. & 6. apud Antonell. de Jur. Cleric.* Licèt enim nulla ætas ad discendum sera sit, &

23 Accursium in ætate annorum 28. Juris scientiam addiscere incæpisse, referat *Alexand. in leg. 1. Cod. Qui etat. vel profess. se excus. lib. 10.* Hujusmodi tamen rari casus, & per

24 speciem mirabilis, exempli, non sunt ad hunc effectum habendi in consideratione, ut eidem respondendo firmavit *Rot. in d. dec. 5. num. 7. apud Antonell. de Jur. Cleric.* Indeque lepidè scriptum reliquit *Bartol. in proem. Instit. num. 16. Si videas aliquem senem Institutarium, & au-*

25 *dientem prima rudimenta Institutionum, dicas ei, Amice tu eris Advocatus in alio Seculo*, quem refert, & sequitur *Narbon. de Ætat. ann. 25. quæst. 26. numero 3. in fine.*

26 Quæ conclusio limitationem patitur in casu, in quo legatum pro studio relictum sit pro aliquibus de certa, & determinata familia Testatoris, vel alterius disponentis, tunc enim, si de eadem familia reperiatur aliquis,

27 etiam major d. ætate annorum 25. ad illius consecutionem admittendus est, *Narbon. de Ætat. ann. 25. quæst. 26 num. 5.* & resolvit *Sacr. Congreg. Conc.* non sine tamen votorum magna scissura *in Rom. seu Nicoteren. legati 14. Februarii, & 5. Septembris 1699. ut in lib. 49. Decr. fol. 207. à terg.*

28 Quid autem dicendum, quando Testator mandat, aliquem succedere debere in ejus hæreditate, vel consequi legatum ab eo relictum, *doppo però averà studiato belle lettere, tutta la Filosofia, Legge Civile, e Canonica, in modo tale, che doppo sia già Dottore di legge, con aver prima studiato belle lettere, e Filosofia intieramente, e Legge*, an idem legatum debeatur eo ipso, quòd doceatur de

29 gradu Doctoratus in publica Universitate suscepto, *Sacr. Rot. affirmativè* respondit *in Rom. seu Sarzanen. Immissionis 24. Aprilis, & 4. Julii 1698. coram R. P. D. Priolo, & 15. Maii 1699. coram R. P. D. Lancetta*, ea ratione, quia adimpleto fine, media præsumuntur, vel non sit curan-

30 dum de modo, quoties effectus subsequitur, præcipuè quia Doctoratus in celebri Archigymnasio Urbis conferri non solet, nisi cum rigoroso examine, & præviis necessariis attestationibus, & approbationibus; Quidquid sit de aliquibus Italiæ Universitatibus, de quibus *Abb. in c. 1. num. 4. de Privil.* ait: *Sic videmus hodiè in Italia in Docto-*

31 *ratu, nam quia omnes passim ad illum promoventur, est contemptibilis longè ultra, quàm consuevit esse, & Abb.* sequitur *Muscatell. de Doctor. Author. & quiddit. par. 3. nu. 12.*

32 *post ejus Prax. fol. mihi 790.*

33 Verùm, quidquid sit de circumstantiis facti earumdem decisionum, quibus forsan innititur resolutio, ut pluries practicare solent magna Tribunalia, ex animadversis per *à Pont. dec. 34. in fine, Rovit. dec. 49. num. 13. & Card. de Luc. de Cens. discur. 24. num. 10. & 11.* ubi ad rem observat, periculosum esse cum solis decisionibus, vel Consi-

34 liis in similibus controversiis in judicando, & consulendo procedere, dum frequenter resolutiones prodeunt ex

35 ignotis motivis, sed quia non expedit ea patefacere, idcirco ad colorandas resolutiones aliquæ legales regulæ prudenter aptantur, concludendo proindè in similibus casibus totum tenorem decisionum, vel consiliorum præ oculis habendum esse, facta comparatione omnium circumstan-

36 tiarum, in utroque casu concurrentium, & viden. an congruant controversiæ, pro qua allegantur. Imò, quòd quan-

37 do allegantur consilia, nedum opus sit recognoscere, & videre decisionem, ut observavimus suprà, *lib. 2. tit. 10 nu. 248.* Sed ulteriùs, an eadem decisio approbata fuerit, itaut supervenisse dicatur res indicata illius Tribunalis, coram quo causa pendebat, notabiliter firmavit *Rota in Romana seu Fanen. Successionis 8. Februarii 1706. §. Quid dicendum, cor. R. P. D. Ansaldo.*

38 Quantum attinet ad Juris dispositionem, illæ non videntur tutæ, quia, quando Testator æquè sollicitus fuit de mediis, ac de extremo, ut in casu earumdem, probato extremo, nullatenùs media præsumuntur; ut in his ter-

39 minis firmavit *Rot. in dec. 804. nu. 5. part. 18. rec.* Et quoad probationem eorumdem mediorum ex attestationibus præcedentibus Doctoratum, id non verificatur: quia Philosophia non dicitur medium ad studia legalia, sed omnium aliarum scientiarum mater, & Princeps, & licèt appelletur

40 clavis, & preparatio ad majora studia *à Mare. Mant. in tract. de Concil. num. 102. Gam. de ver. & excell. legal. scienti, num. 45. Zevich. de Accadem. lib. 8. tit. de Doctor. num. 167. & Rot. in dec. 1027. §. Nec subsistit, coram Emer. jun. & in eadem causa in Civitatis Castellane manutentionis 3. Junii 1690. §. Cessavit cor. Ursino:* Major ta-

41 men pars Doctorum absque d. præparatione, & clavi Doctoratus lauream suscipit, nec ad d. effectum requiri solent attestationes circa eamdem Philosophiam, ut experientia est manifestum.

42 Nota 4. modos explicandi Textus ad obtinendam Laureum Doctoralem doceri *à Lampugn. post Inst. Civil. tit. Ratio studend. fol. 9.* his versibus:

Continua, præmitte, & divide, contrahe, finge,
Objice, confirma, solve, & lege, magna notato,
Extende, & stringe, & quod fert occasio deduc,
Hac faciens, ritè Textus, & Jura docebis

Nota 5. Quòd Lectorum filii præferendi sunt aliis in concursu ad Cathedram Patris, necnon gratis doctorandi sunt, *Corradin. de Prælat. quæst. 55.* per totum, egregiè *Bald. in l. Jubemus, C. de Advocat. divers. Judic.* Egregiè pariter in eadem *Gloss. v. Filios, & ver. sumptibus.*

43 Sunt etiam permissi illi ludi, qui non in exercitatione corporali, sed in mera fortuna, & sorte, vel in sorte, & ingenio simul, vel demum in solo ingenio, & industria consistunt, De ludo Scaccorum, vide Damiarium Lusitanum, inter quos principem obtinet locum ludus Scaccorum, de quibus

bus ludis, illorùmque permissione, *Farin. q.* 106. *nu.* 113. *& seqq.* & in specie de illo Scaccorum, de quo integrum tractatum edidit *Thomas Actius Prat. tom.* 3. *discept.* 1. *Thomat. dec.* 20. *n.* 13. ubi, quòd permissus est etiam clericis, *Cajetan. in* 2. 2. *D. Thom. quæst.* 178. *art.* 3. ait ibi: *absolutè loquendo, ludus Scaccorum pessimus est in ordine ad proprium finem ludi, quamvis optimus sit ad fugandum otium, vel somnum, propter industria diligentiam magnam in eo requisitam, Barb. de Paroch. par.* 1. *cap.* 6. *n.* 30. ubi, quòd iste ludus non multum convenit literatis hominibus, quia mentem, studiis fatigatam, potiùs novo meditationis labore, & applicatione aggravat, quàm quiete recreare

44 aptus sit, & *Dian. tom.* 6. *tract.* 4. *de Lud. resol.* 60. ubi, quòd qui promisit dare *scacco matto con Pedina*, non poterit præmium lucrari, si id faciat cum pedina, *fatta Regina*, quia aliter offendit, & incedit, etiamsi promissio facta sit cum certo pedite, qui deinde fiat Regina, ex eadem ratione, *Sanch. in Opusc. tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 8. *dub.* 14. *nu.* 16. *& Molfes. in Sum. tom.* 2. *tract.* 12. *cap.* 21. *n.* 47. *Galganett. in leg. In delictis*, §. *Si extraneus*, *ff. de Milit. Testam.* distinguit casum, in quo quis promittit dare Scaccomatto cum pedina in genere, vel cum certa pedina, puta Regis, Rocchi &c. asserens secundo casu posse vincere præmium, quia corpus certum non alteratur, licèt qualitas alteretur, quod videtur maturius considerandum, vide bonam *Glossam in auth. Interdicimus verb. ad tabulas, C. de Episcop. & Cleric.* nec non *Bartol. in l.* 63. §. *si ex Officio*, *ff. de legat.* 3. *& Graff. decis. aur. lib.* 2. *c.* 21. *n.* 12.

45 Inventionem hujus ludi, quid quid dicat *Thomas Hyde in Historia Schachiludii*, ubi totus est in demonstrando illum originem à Sinensibus, & orientalibus Nationibus habuisse Hebræis attribuunt, *Cresol. in Myst. lib.* 4. *cap.* 14. *& Magg. de Sacr. Carem. disquis.* 12. *n.* 8. id inferendo ex duobus illis verbis *scacco matto*, quod solemnis est usus, & finis ludi, Nam סכך *sakak* Hebræis idem est, ac sepire,

46 seu vallare, Unde סכך *sukkak*, vulgò, *scacco* idem est, ac clausus, seu circumdatus, מות *mut* autem idem ac mori unde מת *mat*, seu *mett*, sonat idem, ac mortuus, quia tunc dicitur terminatus ludus, quando talem *scacco matto* passus est Rex, hoc est taliter vallatus ab hostibus, ut ab uno ex inimicis offensus, non potuerit in tutum se ponere, neque se ipsum defendere, & proinde occisus remanserit. Appellatur etiam ludus latrunculorum, ex eo, quia tanta est

47 hujus ludi dulcedo, tantaque voluptas, atque jucunditas, præsertim si passiones plus justo in cupiditate victoriæ comitentur, ut si lusores sibi dominari, & inferre vim nesciant, dies, & noctes clam in angulis protrahant, itaut verè la-

48 trunculi, seu latrones esse videntur pretiosissimi temporis, ut advertit *Gabr. Biel. in* 4. *dist.* 15. *part.* 13. *artic.* 3. *dub.* 2. *& Silos. in Histor. Cleric. Regular. part.* 1. *lib.* 15. *fol.* 613. ubi, quòd iste ludus planè studium dici potest, eo quia id, quod curis gravioribus reliquum est, ludentes, certantesque illius calculis exhaurire videntur.

De Scaccorum ludo, ejusque nominibus apud omnes Mundi nationes, figuris &c. vide librum *Thomæ Hyde Oxonii* impressum anno 1694. cui titulus *Historia Schachiludii*, ubi latissimè, *& fol.* 182. scribit elenchum omnium Authorum, qui de eodem ludo scripserunt, qui fuerunt nu. 28. ibidem specificè nominati.

Circa finem ejusdem libri quinque paginis ante hæc de ludo Scaccorum ait: *Nemo in hoc ludo inclementior à duriori sorte ludi potest, nec nisi ex sua ipsius negligentia perdere, cùm omnia in eo mera conductus peritia consistent, & non sine deliberatione coram, & in aperto fiant.*

Paulò supra ex *Hieronymo Vida de Scaccorum ludo* refert sequentes versus:

Ludimus effigiem belli, simulataque veris
Prælia, Buxo acies fictas, & ludicra regna,
Ut gemini inter se Reges Albus nigerque
Pro laude oppositi certent bicoloribus armis.

49 Dummodò tamen non ludatur in Ecclesia, vel prope illam, seu propè monasteria, minusque tempore, quo Divina celebrantur Officia, argum. *Text. in cap. Deus, qui, de Vit. & honestat. Cleric. & in cap. Decet. de Immun. Eccl. in* 6. *Armendar. ad leg. Navar. lib.* 4. *tit.* 21. *leg.* 1. *de Lud. n.* 17. *& Rayn. t.* 3. *cap.* 30. §. 8. *n.* 4. Et quatenus clerici sint lusores, dummodò non ludant in publico, neque mixti cum laicis

50 *Barbos. de Paroch. par.* 1. *cap.* 6. *num.* 28. *& Bellet. disquis. cleric. tit. de discipl. Cler.* §. 24. *n.* 15. Dummodò inter lusores non adsit magna disparitas, itaut unus sit moraliter certus vincere alium, nam in isto casu dabitur etiam repetitio pecuniæ amissæ, & vincens saltem in foro conscientiæ illam restituere tenetur, *Far. d. q.* 109. *n.* 127. *& seqq.* Et demum

51 dummodò præmium ludi non excedat valorem unius solidi, pro quo solùm datur actio, *l. fin. C. de Relig. & sumpt. fun. Clar. in Prax.* §. *Ludus Vers. Scias*, *& Mangil. de Evict. q.* 191. *n.* 14. *Bertacc. Vot. dec.* 11. *n.* 8. *& per tot.* ubi, quòd non

52 datur actio pro majori summa, etiamsi agatur de ludis, in quibus ingenium prævalet, exemplificando in Ludis, *dell' Ombra, e di Picchetto*.

53 Contrarium tamen probat, *Castald. consult.* 30. *per tot.* ubi, quòd dispositio d. Textus ex consuetudine amplius locum non habet; Idemque priùs adverterat *Imol. in c. Clerici col.* 6. *de Vit. & honest. Cler.* cujus tamen opinionem periculosam asserit *Far. q.* 109. *n.* 134. *in med.*

54 Hæc tamen, quæ diximus de ludis licitis, non habent locum in carceratis, quibus omnes ludi prohibiti sunt, Tum quia præsumuntur personæ facinorosæ, Tum etiam ratione loci, tamquam sacri *Scan. de Vis. Carc. lib.* 1. §. 13. *c.* 4. *n.* 47.

55 Ludus illicitus ille est, qui in sola fortuna, & sorte consistit, vel qui mixturam habet fortunæ, & ingenii, propter quod ludus mixtus appellatur *à Farin. q.* 109. *n.* 13. *& Scacc. de Comm.* §. 1. *n.* 105. ubi *n.* 85. adverterat, ex hujusmodi illicitis ludis, ut plurimum illaqueari adolescentes à bonis moribus diverti, de divitibus fieri pauperes, de studiosis discolos, de catholicis blasphemos, sacrilegos, falsarios, & fures *Mangil. de Evict. q.* 191. *n.* 10. ubi *n.* 13. inter illicitos

56 ludos numerat illos, in quibus sanguis spargitur, vel strages sequi potest, quod admittit etiam *Cost. de Lud. ar.* 1. §. 3. *sub n.* 31. *&* 32. *Rayn. lib.* 3. *c.* 30. §. 1. *num.* 4. ubi *n.* 9. sequendo *Tap. de Jur. Regn. lib.* 5. *tit.* 47. *de Lud.* indicat 9. causas ejusdem prohibitionis, 17. crimina, & peccata, quæ ex ludo oriri possunt, quorum major pars continetur in sequentibus versibus, quos explicat *Hostiens. in Summ. tit. de Excess. Prælat. nu.* 5.

57 *Hæc cum taxillis ludendo crimina fiunt,*
Ecclesiæ spretus, usuraque, sive rapina,
Scandala, vel nugæ, blasphemia, seu faciendi
Furti doctrina, violentia, crimina falsi,
Et mortis causa, deceptio, perditioque
Temporis, & desiderium, corruptio, junges
Istis prædictis adulatio, vitaque turpis.

& meliùs *Prat. in addit. ad Paschal. de Patr. potest. cap.* 3. *part.* 1. ubi juxta Alphabeti literas mala ex ludo provenientia enumerat, nempe. A. Amissionem temporis. B. Blasphemias. C. Contumelias. D. Dissipationem substantiæ. E. Ecclesiæ contemptus. F. Furtum. G. Gulam. H. Homi-

58 cidium. I. Invidiam. K. Karistiam. L. Laudationem malam. M. Mendacium. N. Negligentiam. O. Odium. P. Participationem scelerum. Q. Quæstiones. R. Rapinam. S. Scandala. T. Tristitiam. V. Usuram. & X. Christianitatis vituperationem, & sequitur *de Angel. de Delict. par.* 1. *c.* 85. *n.* 3. ubi latissimè.

59 Ex his sequitur primò, Alearum ludum prohibitum, & punibilem esse, tam de Jure Canonico, quàm Civili *in c. Clerici il* 2. *de Vit. & honest. Cleric. & in l.* 1. *totoq. tit. ff. de Alear. usu & Aleat.* cum aliis apud *Pignat. consult.* 93. *per tot. tom.* 6. *Bertacch. vot. dec.* 11. *per tot.* eruditissimum, & doctissimum *Zaul. lib.* 1. *fol.* 630. *nu.* 8. *& seqq. & Rot. dec.* 95.

60 *n.* 1. *par.* 5. *rec. & dec.* 1334. *nu.* 6. *coram Emer. jun.* Propriè enim consistit in solis viribus fortunæ, & in fortuna, atque ingenio, ut observat *Farin. quæst.* 109. *numer.* 12. *&* 13. & constat experientia. Ab hac tamen regula *Card. de Luca*, *de Alien. disc.* 49. *num.* 1. sequendo *Hurtad. de Congr. lib.* 3.

61 *resol.* 4. *subres.* 2. *n.* 130. excipit illum Alearum ludum, qui *Ombre*, *seu huomo* vulgò nuncupatur, eo quia, cum supposito, quòd fœminæ ludant, una ex illis figuram faciat hominis, asserendo permissum esse, nedum laicis, & cleri-

62 cis, sed etiam ipsismet Religiosis claustralibus, quod admittit, *Zaul. lib.* 1. *fol.* 633. *n.* 37. ubi tamen id verum putat, quoties prædicti ad meram recreationem ludunt, & exponunt moderatam pecuniæ quantitatem, non principaliter propter ludum, sed pro solo stimulo ad benè ludendum *Bertacch. vot. dec.* 11. *n.* 5. *&* 6. *& Rot. dec.* 1334. *num.* 6. *cor. Emer. jun.*

63 Sequitur 2. quòd prohibitus sit etiam ludus taxillorum, de per se consideratus, & sine mixtura alterius ludi, in quo scilicet, quis ludit ad facienda plura puncta; Iste enim ludus dicitur meræ fortunæ, nullamque in se habet speciem virtutis, sed potiùs animæ vitium à Diabolo inventum, ad illaqueandas hominum conscientias, testibus *Farin.*

64 *quæst.* 109. *num.* 19. *&* 22. *& Prat. in addit. ad Pasch. de Patr.*

Ursaya Institut. Crimin. Z

Patr. potest. par. 1. *c.* 3. *Vers. Quæri*, ubi, quòd licèt *Macro.* relatus *à Socin. in cap. Inter dilectos, de Excess. Prælat.* afferat, authorem hujus ludi fuisse Palamedem in exercitu contra Trojanos, veriùs tamen est illius inventionem attribuendam esse Diabolo, quod admittit etiam *Magg. de Sacr. Cærem. disq.* 12. *n.* 3.

65 An autem inter ludentes ad Taxillos ad facienda plura puncta, posito, quòd duo projiciant æqualia puncta, reiteranda sit projectio inter omnes, vel solùm inter illos duos, qui puncta æqualia projecerunt, *Rot. coram Cerr. dec.* 26. *n.* 58. *& dec.* 106. *n.* 48. censuit, reiterationem faciendam esse

66 inter illos duos, non autem inter omnes; Ego verò magnam in hac parte habeo difficultatem; Si enim præmium propositum est pro eo, qui fecerit majora puncta, & attenta paritate, hoc non verificetur, semper verum erit quòd nemo vicit, si autem nemo vicit, in necessariam consequentiam sequitur, neminem perdidisse, & consequenter omnes alii lusores in nova projectione videntur admittendi; *Cohell. ad Bull. Bon. regim. cap.* 40. *sub n.* 76. ubi, quòd ita

67 servatur in Urbe, quem ultimo loco refert, & proindè sequi videtur, *Zaul. t.* 2. *lib.* 7. *rub.* 1. *n.* 24. Ita etiam quotidie practicatur in ludo illo, qui *Primiera* vocatur, si enim lusores sint ex. gr. quatuor, & duo ex illis habeant æqualia pun-

68 cta, puta 37. alii duo, etiamsi habeant minora puncta, adhuc non amittunt, sed iterum omnes ludere incipi-

69 unt. Dicitur autem iste ludus *Primiera*, eo quòd inter Alearum ludum primum occupat locum, juxta opinionem *Cardan. Oper. tom.* 1. *tit. de Lud. Alear. cap.* 1. relati *à Zaul. ubi sup. n.* 46.

70 Sequitur 3. quòd prohibitus pariter, & punibilis sit ludus ille, qui vulgo dicitur *al Tavoliere*, inter quos principatum tenet ille, qui vocatur *Sbaraglino*, qui prohibitus est, tam laicis, quàm clericis, *Auth. Interdicimus*, *Cod. de Episc. & Cler.* Hic namque ludus mixturam ingenii, & fortunæ habet respectu taxillorum, & industriosæ colloca-

71 tionis tabularum, ut observat *Farin. quæst.* 109. *num.* 11. 15. *&* 16. ubi *num.* 61. *& seqq.* quòd hæc multò magis procedunt, si in ludis prohibitis fraus aliqua, vel falsitas committatur, quia tunc ludens committit etiam crimen falsi, & furti, quod coerceri potest juxta facti, & personarum qualitatem, etiam pœna mortis, referendo casus, in quibus id fuit

72 practicatum, *Scannar. de Visit. Carc. lib.* 1. §. 13. *nu.* 15. ubi *nu.* 6. *ex Arist. lib.* 4. *Eth. cap.* 3. ad rem observaverat, hoc intercedere discrimen inter latrones, & lusores, quòd illi ab externis cum vitæ periculo, isti verò ab amicis absque omni formidine accipiant, quod est etiam de mente, *D. Th.* 2. 2. *q.* 68. *art.* 3.

73 Sequitur 4. quòd sit etiam prohibita *Riffa*, ea ratione, quia in mera pariter fortuna consistit, & perniciosa Reipublicæ reputatur, ut probat *Rayn. lib.* 3. *cap.* 30. §. 5. *num.* 1. *& seqq.* de qua ludi specie multa eruditè observat *Azev. Recopil. lib.* 8. *tit.* 7. *leg.* 12. *per tot.* Ego autem cum *Scacc. de Comm.* §. 1. *quæst.* 1. *num.* 110. nullam in hoc ludo agnosco

74 deformitatem, quando enim quis pecunia indiget, & vult rem suam vendere, nec aliter id potest assequi, quàm mediante *Riffa*, nulla in hoc contractu considerari potest Reipublicæ pernicies, sed dicitur potiùs indirecta venditio, omni Jure licita, ex iis quæ probant *Bonac. de Contract. t.* 2. *disp.* 3. *q.* 2. *punct.* 4. *n.* 26. ubi, quòd exponere hoc

75 modo res, perindè est, ac si venderentur illis, quibus sub sorte traduntur, *Martin. del Rio disquis. magic. lib.* 4. *c.* 4. *q.* 2. *concl.* 1. *& seq. & Molin. de Just. & Jur. disp.* 109. dummo-

76 dò cesset fraus, & non colligatur major pecuniæ quantitas, quàm res ipsa valeat, uti frequentiùs practicatur, quando res, quæ riffatur ad mulieres pertinet, quo casu solent, ut plurimum rem, & pretium obtinere à liberalitate, seu potiùs bonitate vincitoris.

77 In casu verò, quo fraus concurrat ad favorem unius, ad hoc, ut illi sors obveniat, tenetur author ejusdem fraudis restituere aliis id, quod exposuerunt, & idem dicendum est, quando excessivum constituerunt pretium, & hoc ex rationabili contribuentium voluntate, *Bonac. ubi supra vers. Dixi Molin. de Justit. & Jur. disp.* 509. *sub numer.* 2. *& Filliuc. tract.* 37. *cap.* 3. *nu.* 39. *&* 43. Quòd si ignoretur verus Dominus, restitutio facienda est pauperibus, *Dian. t.* 6. *tract.* 3. *resolut.* 125. *n.* 2. ubi impropriè contractum hunc vocat Lotto, seu Beneficiata. Quæ, ut videbimus infra à nu. 171. toto Cœlo distat à riffa, seu ludo permisso in Urbe *ex*

78 *Const.* 100. *Sixti V.* In qua §. 37. datur Thesaurario generali facultas publicè permittendi similes sortes, prævia æstimatione rerum sub sorte exponendarum, ac soluta R. Cameræ portione, eidem Thesaurario benè visa, & decima pro ipso, una cum expensis necessariis pro dicta occasione faciendis. Dixi *publicè* juxta casum in eadem Urbe sequutum de mense Septemb. 1703. de aliquibus bonis Francisci Alexandri Sensini, quia in Riffis privatis, quæ quotidie fiunt

79 inter Amicos, eadem facultas nullatenus requiri solet, ut experientia est manifestum.

80 Nedum autem ludis istis prohibitis permissum non est ludere in locis publicis, sed nec etiam in privatis, & in propriis domibus: Imò, non solùm non ludere, sed nec etiam societatem cum lusoribus inire, ut vulgò dicitur, *far a parte cap. Clerici il* 2. *de Vit. & honest. Cleric. & leg. fin.* §. *Commodis*, *ff. de Relig. & sumpt. fun.* cum aliis apud *Far. q.* 109. *n.* 37. In omnibus ludis attendenda est locor. consuetudo.

81 Quoad pœnas ludi reprobati de quibus latè *Pignatell. consult.* 9. *à num.* 17. *tom.* 6. dicimus, lusores repelli à testificando, *de Angel. de Delict. par.* 1. *cap.* 85. *num.* 13. dummodò non agatur de probando facto, sequuto in ludo, *Rayn. tom.* 3. *cap.* 30. §. 1. *num.* 53. *Sabell. in Summ. verb. Ludus num.* 4. *& Pignat. consult.* 93. *num.* 26. *tom.* 6. ubi eam addu-

82 cit rationem, quia lusor præsumitur criminosus, & blasphemator. Præterea laici extraordinaria pœna puniri possunt; quia, ut observat *Farin. quæst.* 109. *num.* 57. Jure Civili attento, nulla reperitur determinata pœna contra lusores; Non sic autem de Jure Canonico, secundùm quod laici lusores; si à ludo non desistant, excommunicari possunt, *canon. Episcopus, distinct.* 35. Clerici verò ultra eamdem pœnam, ut resolvit *Sacr. Congreg. Concil. in Civitatis Plebis* 30. *Novemb.* 1646. *lib.* 16. *Decr. fol.* 224. si in ludo perseverent, deponi possunt, *Farin. quæst.* 109. *num.* 95. Licèt *Diaz. in Prax. crim. cap.* 64. rectiùs arbitretur, pœnam clerici lusoris esse Judici Ecclesiastico arbitrariam, expli-

83 cando deinde motiva, ex quibus Judex suum arbitrium regulare debet, *Pignat. consul.* 93. *num.* 27. *& seqq. tom.* 7. ubi, quòd taliter sunt inhabiles ab obtinenda beneficia, ut collatio eis facta sit ipso jure nulla, & in suo casu probat, publicè ludentem aleis, vel taxillis, utpotè de crimine notatum,

84 non posse eligi Vicarium capitularem, *& Zaul. tom.* 1. *rub.* 42. *lib.* 4. *num.* 13. *&* 14. ubi, quòd clericus monitus, & non desistens à ludendo, nedum ab assecutione beneficii excluditur, sed privari potest obtento, & multa alia more solito nimis eruditè observat in hac materia, signanter verò *à num.* 46. *usque ad finem* enumerat casus illos, in quibus inter lusores locum habet contractus, qui vulgo dicitur *Partito*, explicando casus, & quantitatem, in qua istud verificetur, & *n.* 53. innumeros citat Authores, materiam ludi tractantes.

Nota hic, quòd Sarnensis Episcopus contra Clericos Lusores apposuerat pœnam suspensionis latæ sententiæ. Recurrentibus autem eisdem Clericis ad S. Cong. Conc. hoc die 21. Apr. 1703. rescripsit *Pœnam suspensionis latæ sententiæ mutandam in pecuniariam*.

85 In hujusmodi pœnis, Jure communi attento non solùm comprehenduntur ipsimet ludentes, sed etiam inspicientes, & multò magis, qui docent ludentes, seu, ut vulgò dicitur, *fanno il Ganzo*, ut de Jure Civili, quoad laicos est *Tex. in*

86 *Auth. Alearum, C. de Aleat.* & quoad Ecclesiasticos *in Auth. Interdicimus, C. de Episc. & Cler.* Dixi, *Jure communi attento*, quia vigore particularium Bannimentorum non comprehenduntur, nisi in istis fiat illorum particularis mentio, *Ray. t.* 3. *c.* 30. §. 1. *n.* 51.

87 Comprehenduntur pariter illi, qui per interpositam personam ludunt, quia eadem mala proveniunt ex ludo per interpositam personam, ac, per se ipsum exercito, *Bald. in Auth. Interdicimus num.* 1. *Codic. de Episcop. & Cleric. August. in addit. ad Angel. de Malefic. vers. Mettidor de Dadi num.* 11. *& Raynald. cit. cap.* 30. §. 1. *num.* 60. *& seqq.* ubi *num.* 63. *ex Aviles Pretorio cap.* 29. *in Gloss. Tableros nu.* 4. infert, quòd si quis juret, non ludere, & postea alteri det pecuniam ad ludendum, dicitur verè, & propriè perju-

88 rus. Quod firmavit etiam *Bald. loc. sup. cit. Dian.* tamen *to.* 6. *tract.* 4. *de Ludo resol.* 64. contrarium sustinet, ea ratione; quia verè non dicitur ludere, & cùm simus in materia pœnali, stricta facienda est interpretatio, juxta commune axioma, de quo *Barbos. axiom.* 166. *num.* 1. *& Priol. dec.* 83. *n.* 38.

89 Non comprehenduntur præterea in istis pœnis ludentes recreationis gratia, etiamsi ludus prohibitus sit, *Cajet.* 2. 2. *quæst.* 168. *artic.* 3. *ad* 3. *ante finem*, *Intrigl. singul.* 118. *lib.* 1. *Dian. loc. sup. cit. resol.* 7. 8. 9. ubi quòd prohibitiones ludi locum habent in foro fori contra illos, qui professionem ludendi exercent, inferendo exinde, quòd nec laici, nec clerici moderatè ludentes peccent mortaliter, quam-

vis

vis ratione circumstantiarum aliquando possit peccatum intervenire. Dixi *moderatè*, quia concurrente excessu, 90 tunc non verificatur animi recreatio, & relaxatio, sed potiùs oppressio, indeque dicebat egregiè, *D. Greg. Naz. orat. 6. pag. 140. Non interdictam volo animi relaxationem, sed immoderatam coerceo*. Atque peccare adolescentes illos, 91 præcipuè genii vivacioris, ac fervidioris naturæ, qui quasi ad ludendum nati, toti sunt in ludo, itaut vix, signo receptui dato, recedant, advertit *Magg. de Sacr. Ceremon. disqu. 12. sub n. 15.*

92 Demum non comprehenduntur ludentes eo fine, & conditione, ut ex pecuniis in ludo expositis, ematur aliquid, ut communiter vescatur juxta *Text. in l. Quod in convivio*, ibique *Gloss. verb. Permittitur, ff. de Alear. us. & Aleat. Caccialup. de Ludo n. 26. & Scacc. de Comm. §. 1. q. 1. n. 109.* ubi de ludo circa pretium unius hedi, vel paris caponum, & *Magn. de Evict. q. 191. n. 15.* ubi, quod est verum, etiamsi ludatur ludo prohibito.

93 An autem peccent, vel simoniam committant ludentes orationem Angelicam, Psalmum aliquem, vel quid simile spirituale, puta, quod qui amittit, illam, vel illum recitet, negat *Dian. tom. 6. tract. 4. de Lud. resol. 4.* dummodò reverenter recitetur, quia nulla irreverentia, nec spiritualium contrectatio in dicta recitatione considerari potest, *Nicol. in Flosc. Verb. Ludus n. 6.* Quidquid dicat, *Peyrin. de Offic. Prælat. Regul. q. 2. c. 3. nu. 103.* Cæterum die 18. Junii 1703. prohibita fuerunt quædam folia inscripta *Lotto Spirituale*, non propter suffragium, sed ob titulum profanum, teste *Matthauc. in offic. cur. Eccl. c. 26. n. ultimo vers. quoverò*.

94 Nota hìc I. quòd visus ludere ludo prohibito non potest puniri, nec processari, si de facto apprehensus non fuerit tempore, quo ludebat, *Ricc. dec. 6. num. 4. part. 4. Rayn. tom. 3. cap. 30. §. 1. num. 39. & seqq.* ubi, quòd hoc procedit in terminis Statuti, punientis eum, qui inventus est ludere, secus autem in terminis Bannimentorum, simpliciter prohibentium ludum, in quem sensum intelligi debere, 95 *Armend. ad leg. Navar. tom. 4. tit. 21. lib. 1. de Lud. num. 18. in fine*, indefinitè asserentem, eum, qui visus est ludere, puniri, & processari posse, etiam si in ludo inventus, & apprehensus non fuerit.

96 Nota 2. quòd non creditur birruariis, asserentibus invenisse aliquem ludere, *Mut. de Pragm. Sicil. tit. 53. de Pæn. ludent. num. 15.* Etiam si exhibeant aleas, vel taxillos, quia possunt illos supponere, *Rayn. tom. 3. cap. 30. §. 1. nu. 42. & seqq. Loccatell.* tamen *qu. judicial. inspect. 5. nu. 159.* contrarium substinet, quando exhibent aleas, vel taxillos. Sed non recedas ab opinione *Mutæ*, quia lictores, utpotè viles, & infames, regulariter non probant, *Granut. theor. 19. n. 4.* ubi hoc multipliciter limitat: Vide pariter in hac 97 parte, *Cortiad. dec. 21. n. 139.* circa inspectionem, quando, & qualis præstanda sit fides birruariis, & *Conciol. verb. Birruarius resolut. 3.* ubi, quòd quando agitur de pœna gravi, non creditur birruariis, asserentibus aliquem invenisse cum armis prohibitis, secus si ageretur de pœna levi, *& resolut. 14.* quòd non creditur pariter eisdem, si asserant in aliqua exequutione civili, vel criminali fuisse impeditos ab eo, contra quem illa fiebat, quia dicuntur deponere ad pro- 98 priam exonerationem, *& resolut. 5.* quòd in criminalibus tamquam personæ infames omninò à testificando repelluntur, *Panim. dec. 75. num. 30. & seqq.* ubi, quòd, cùm in his casibus habeantur loco accusatorum, vix sufficiunt illorum assertiones, & depositiones ad capiendam Informationem.

99 Nota 3. quòd si plures homines reperti sint in aliqua domo non ludentes, sed cum taxillis, vel chartis, projectis in terra, nemo puniri, vel condemnari potest, ratione incertitudinis, *Mut. ubi supra n. 4. & Ray. loc. cit. n. 52.*

100 Nota 4. quòd licèt Officialibus permissum indifferenter sit, domos illas privatorum ingredi, in quibus suspicantur maleficia committi, *Bart. in leg. Omnis num. 1. Cod. de Aqu. duct. lib. 10.* Quando nihilominus agitur de suspicione ludi, cum magna circumspectione procedere debent, quia non est birruariis permissum ad eorum libitum sub hoc prætexto domos privatorum adire, *Rayn. tom. 3. cap. 30. §. 1. num. 65.*

101 Nota 5. quòd non licet Principi licentiam dare, ut aliqua domus publicè prohibitis ludis sit exposita, & qui illam tenent mortaliter peccant, *Dian. tom. 6. tractat. 4. de Lud. resolut. 2. per tot.* ubi *resolut. 1. in fine*, quòd interrogatus à Duce Sabaudiæ, ita consuluit, & ita etiam consultus respondit alter doctus Religiosus ex Societate Jesu.

102 Hujusmodi autem personæ, domus ad hunc effectum retinentes, dicuntur barattariam, *seu Biscazza* exercere, & graviùs puniendi sunt, quàm ipsimet ludentes juxta *Constitut. 23. §. 13. Julii III.* & animadversa per *Farin. quæst. 109. num. 137. & Rayn. tom. 3. cap. 30. §. 1. num. 21. & seqq.* ubi *num. 30.* quòd non potest quis dici barattariam, & *Biscazza* tenere, nisi emolumenti, & lucri causa principaliter ludum retineat domi, & *n. 36.* quod hoc constabit ex eo, 103 si concurrat exorbitans solutio pro pretio alearum, & luminum, & *n. 37.* quòd sub hac prohibitione non comprehenduntur fœminæ, *Biscazza* tenentes, quæ extraordinaria pœna puniendæ sunt, ut observat *Scann. de Vis. Carc. lib. 1. §. 13. c. 4. n. 30.*

104 Alia datur barattaria, inter Navarchos solita exerceri, & verificatur tunc, quando concurrit machinatio, callidaque præordinatio ad casum, cum dolo, directo ad eumdem casum, ut advertit *Rot. in dec. 470. n. 7. coram Priolo, & dec. 64. la 1. n. 27. & 28. apud Card. de Albic. de Inconst. in Judic.* Exempla hujus barattariæ poni solent plura, & signan- 105 ter, quando Gubernator Navis, cum nave, & mercibus assecuratis, dolosè aufugit, præmeditato animo defraudandi, de quo loquuntur *Santern. de Assecur. part. 3. num. 68. Stracch. eodem tract. gloss. 31. sub num. 2. Joann. de Eccia in Labyr. comm. naval. cap. 4. num. 24. & 28. & Rota dec. 88. num. 3. & 4. post Zuff. de Legit. Process.* II. Quoties idem na- 106 vis Gubernator merces convertit in usum, à destinato diversum, ut advertit *Thor. in Compend. decis. part. 2. verb. Assecuratores il 1. vers. In casu verò nostro*. III. Quando data opera solitum iter mutavit ad merces subripiendas, 107 *Leonin. cons. 23. num. 6. & seqq. Merend. contr. Jur. lib. 23. cap. 50. num. 30. & Monach. decis. Florent. 1. per tot. &* IV. Quando ex industria habuit merces pro derelictis, earum- 108 que submersionem curavit, ut ad partis recuperationem proprio nomine admitteretur, de quo *Odd. cons. 31. nu. 15. & Stracch. de Assecur. gloss. 31. nu. 2. vers. finge etiam magistrum il 2.*

109 Barattaria hæc in omni assecuratione navium semper censetur exceptuata *R. P. D. Ansald. de Comm. & Mercat. disc. 70. n. 17. & Rot. dec. 99. n. 4. cor. Ubag.* Cumque maxi- 110 mum redoleat delictum, ad sui probationem concludentissimas exigit demonstrationes, & pernecesse concludentes, 111 *Rocc. respons. 34. tom. 1. & Rot. dec. 120. n. 9. par. 14. & dec. 420. n. 11. par. 16. & dec. 64. la 1. n. 27. apud de Albic. de Inconst. in Judic. & in Rom. Assecur. navis Madonna di buon Camino 18. Aprilis 1698. §. Neque, & per tot. cor. Ursin.* ubi respondetur conjecturis antecedentibus, concomitantibus, & subsequentibus, ex quibus illa prætendebatur induci, 112 *& in dec. 41. n. 1. & 2. coram R. P. D. Ansald.* ubi *num. 6. & 7.* advertit, ex hoc, quòd per multum temporis spatium non sit habita notitia de felici appulsu alicujus navis asse- 113 curatæ ad Portum destinatum, præsumi illius naufragium, ad similitudinem illius, quod de morte hominis observat *Rot. in dec. 280. n. 9. & 12. par. 17. & in Romana administrationis 26. Junii 1679. per totam cor. Berlemont*, ex quo naufragium, vel incendium navium dici quodammodò possit 114 illorum mors.

115 Nota 6. Quòd, quando quis excedit alium collusorem in peritia ludendi, & excessus est magnus, atque ignotus collusori, tunc tenetur in conscientia ad restitutionem illius, quod ludo fuit lucratus *Tolet. Instruct. Sacerdot. lib. 5. c. 27. in fine*, ubi, quòd nec etiam expectanda est Judicis senten- 116 tia, secus autem, si peritia non erat magna, vel illa probè nota erat ludenti, qui tamquam homo generosus, & liberalis velit illam jacturam cum delectatione ludi compensare, *Dian. ubi prox. resol. 36. 37. & 38.*

117 Nota 7. quòd videns chartas alterius collusoris, tunc solùm tenetur ad restitutionem, quando ita se ponit, data opera, ut illas videre possit, secus, si absque fraude ex sola negligentia alterius id sequatur, *Dian. ubi suprà, resolut. 48.*

118 Nota 8. Quòd qui cognoscit chartas à tergo, non tenetur ad restitutionem, quando illas data opera non signavit, sed uterque ex collusoribus potuit illas ex usu cognoscere, licèt alter diligentiùs signa aliqua observaverit, id enim industriæ, & attentioni attribuendum est, *Card. de Lug. de* 119 *Just. & Jur. tom. 2. disp. 31. sect. 2. §. 3. nu. 37.* Dixi, *quando illas data opera non signavit*, quia tunc posset etiam puniri criminaliter, ut latè probat *Cosp. nel Giudic. Crim. par. 3. c.* 120 *49. per tot.* ubi explicat multos modos chartas lusorias falsificandi, vel in eis faciendi aliqua signa, ex quibus possint cognosci ad tactum, & similia.

121 Nota 9. quòd non tenetur ludens restituere id, quod lucra-

lucratus est ex negligentia collusoris in non numerando propria puncta, quia licèt teneatur ludens alterum non defraudare, non tenetur tamen collusorem de sua negligentia, vel errore admonere *Alcozer. de Lud. c. 20. dub. 3. & Sansecz. Opusc. t. 1. c. 8. dub. 14. n. 2.*

122 Nota 10. quod sicuti ex ludo nulla datur actio ad consequendam pecuniam amissam, *leg. fin. Cod. de Relig. & sumpt. fun.* ita omnes contractus, & instrumenta occasione ludi celebrata, seu palliata, irrita prorsus sunt, & inania, *Rot. dec. 47. n. 2. & 3. coram Ludov. & dec. 95. per tot. par. 5. rec.* in qua ulteriùs *n. 4.* firmatur, quod datur repetitio pecuniarum

123 solutarum intra spatium 30. annorum, quam firmavit etiam *in dec. 283. n. 4. eadem par. 5. rec.*

124 Nota 11. quod vovens non ludere, intelligitur, id fecisse nomine proprio, Unde ludendo alieno nomine, & cum pecuniis alienis, non dicitur facere contra votum, *Sanch. in Summ. t. 1. lib. 3. c. 58. n. 6. & Dian. t. 6. tract. 4. resol. 65. n. 2.* ubi *n. 3.* quod vovens non ludere cum determinata per-

125 sona, si ludat cum aliis, potest pariter cum illa ludere, non *sitirando con quella*, ut vulgò dici solet.

126 Nota 12. quod qui vovit, se non ludere sub pœna, ut non possit in casu contraventionis dispensari ab Episcopo, quia illo non obstante, adhuc dispensare potest, ex quo hujusmodi votum non est de reservatis Summo Pontifici, & proinde vovens non potest auferre ab Episcopis hujusmodi jurisdictionem absolvendi, *Trullenck. in Decal. tom. 1. lib. 2. cap. 11. dub. 5. n. 2.*

Nota 13. non valere pactum, ut quis recedere non possit à ludo nisi post determinatum tempus, vel postquam totum amiserit, seu vicerit; hoc enim pacto non attento, semper, & quandocumque potest recedere, *Aviles Pretor. c. 29. gloss. juegos num. 9. & Raynald. tom. 3. c. 30. §. 7. n. 10.* ubi quod hæc conclusio facit contra illos, qui nullatenus contentiunt, adversarios recedere, ludo non finito.

127 Nota demum, quod si verberetur Dominus domus, in qua exercentur ludi prohibiti, vel furtum patiatur tempore ludi, nullam habet actionem, nec rei vindicationem, *lig. 1. §. Item notatam, ff. de Alear. usu, & Aleat. Basil. decis. 13. num. 47. & Paschal. de Patr. potest. par. 1. cap. 6. nu. 96.* ubi *num. 98.* vide *Jovium, de solemnit. in contractib. Minor. gloss. 16. §. 2. à num. 35.* quod hoc verum est de eo, qui publicè tenet domum, & aleas ad ludendum paratas, secus

128 verò, si recreationis gratia, & absque aliquo emolumento id in ejus domo permittat, quod observaverat pariter *August. in addit. ad Angel. de Malef. verb. Mettidor, de Dad. num. 8. Farin. quæst. 109. num. 5. Rayn. tom. 3. §. 30. §. 1. nu. 24.* ubi, quod id procedit, etiamsi extra locum ludi inju-

129 rietur, & verberetur, dummodò id sequatur ex causa ludi, & *Pignat. consultat. 93. n. 15. & seqq. tom. 6.* ubi, quod id est verum, sive inferens injuriam, aut damnum sit lusor, sive non.

130 Ludo valdè affinis est Sponsio, ut observat *Dec. t. 6. tr. 4. de Ludo res. 71. in princ.* Definitur autem *contractus, in quo duo de veritate, vel eventu alicujus rei contendentes, sibi vicissim aliquid spondent, ut id ejus sit, qui veritatem fuerit assequutus Fillinc. tract. 38. c. 2. in princ.*

131 Dicitur *contractus* loco generis, quia per illud convenit sponsio cum omnibus aliis contractibus, cujusque sint naturæ, & qualitatis.

132 Dicitur *de veritate, vel eventu alicujus rei*, quod intellige, sive de præterito, sive de præsenti, sive de futuro, quia de istis omnibus temporis circumstantiis fieri possunt sponsiones *Bertazz. cons. crim. 379. lib. 2.* ubi de sponsione circa veritatem nominis mulieris, quam unus vocabat Leliam, alter Graudeliam, & sequitur *Paschal. de Patr. potest. par. 1. c. 6. n. 93.*

133 Ad hoc autem, ut licita sit sponsio, tres conditiones debent concurrere. I. Cum æquali incertitudine æqualis res, quæ spondetur, II. Ut uterque ex spondentibus sit dubius de re, de qua contenditur, *Rot. cor. Millin. dec. 251. n. 17.* & III. Ut uterque in eodem sensu accipiat id, de quo certatur,

134 ea ratione, quia in hoc contractu unus affirmat id, quod alter negat; Propositiones autem contradictoriæ debent esse ejusdem de eodem, ut communiter docent *Summulistæ*, & observat *Fillincc. tr. 37. c. 2. n. 21.*

135 Ex defectu primæ conditionis sequitur, quod illicita sit sponsio, facta à Christiano cum hebræo de aliquid solvendo, *quando verrà il Messia*, Christianus enim fide Evangelica certus est, quod ille jam venit, *Gob. consul. 143. per tot.* ubi, quod ita fuit declaratum ab Inquisitore Mantuano: vide *Jov.*

136 *de solemn. in Contr. Minor. gloss. 16. §. 3. n. 63.* Quo verò ad secundam partem ejusdem conditionis, possunt spondentes illi renunciare, & unus plus, quàm alter spondere, dummodo id sine fraude, & dolo, atque voluntariè fiat, *Dian. t. 6. tr. 4. de Lud. res. 79.*

137 Ratione hujus incertitudinis eventus, *Sac. Rot.* post sextam Causæ propositionem in *dec. 81. apud Torr. de Pact. fut. succes.* validum declaravit contractum illum, quem in principio ejusdem decisionis novum donationis genus appellat, quo scilicet mediante, Dominus alicujus vineæ illam donet alicui, ea conditione, ut quousque vivat idem Dominus, teneatur donatarius, quolibet anno, emere omnes cados vini, qui in eadem vinea recolliguntur ad certam rationem & determinatam quantitatem, excedentem tamen justo pre-

138 tio, & mortuo donante statim fiat locus donationi, absque ulla alia solutione pretii, non obstante, quod possit dari casus, quod donatarius vineam bis solvat, ut de facto evenit in dicto casu, in quo licèt valor vineæ esset scut. 9000. donatarius spatio octo dumtaxat annorum solverat scut. 14580. itaut eidem nimium singularem favorem mediante concordia fecerit donans, sibi reassumendo vineam donatam, cum alia notabili pecuniarum quantitate, ut observat *Card. de Luca*, scribens pro donatario succumbente, *in disc. 61. sub num. 2. de Donat.* ubi hunc contractum vocat curiosissimam speciem donationis.

139 Non erit tamen illicita sponsio illa, quam quis separatim fecerit cum decem, concurrentibus ad consequutionem alicujus officii, quod illud non consequentur, Licèt enim idem spondens securus sit de victoria cum novem ex illis decem, quia unus solùm illud habere potest; Cum omnibus nihilominus sigillatim consideratis amittere potest, quod

140 sufficit ad licitè acquirendum præmium, cujus respectu tot censentur contractus sponsionis, quot sunt personæ, cum quibus sponsionem fecit, juxta opinionem, *Sanch. Opusc. tom. 1. lib. 1. cap. 8. dub. 16. num. 2.* ubi, quòd ita senserunt multi docti Recentiores. *Card. de Lug. de Just. & Jur. tom. 2. disp. 31. sect. 6. num. 86. & 87.* & latè *Pasqualig. quæst. mor. can. cent. 4. quæst. 384. per tot.* Verum tamen est, quod opi-

141 nio contraria suas habet validas, & stringentes rationes, de quibus *Villalob. in Summ. tom. 2. tract. 28. difficult. 6. nu. 3. Dian. tom. 6. tractat. 4. de Ludo, resolut. 77. & 78. & Caram. in nov. Matth. tom. 2. quæst. 4. per tot. fol. 1028.* ubi egregiè.

142 Quod si is, qui est certus de eventu, vel de veritate alicujus facti, se declaret cum illo, qui credit, oppositum esse verum, & nihilominus velit spondere, licita erit sponsio; *Nicol. in Flosc. verb. Sponsion. 1.* Scienti enim, & volenti non fit injuria, & dicitur donare velle id, quod in sponsionem fuit deductum, *Fillnc. tr. 34. c. 2. n. 23. & Dian. t. 6. tr. 4. de Lud. res. 74. n. 2.* ubi aliam adducit congruentiam, quia succumbens suæ temeritati id debet imputare, ex quo nulla intervenit fraus, & *res. 75.* ubi respondet contrariis &

143 *n. 2.* addit, quod quando potest constare alteri, quod ego certè scio id, de quo quæritur, non est necesse, ut illi contester, & me declarem, id certò scire, quod admittunt pariter *Alcozer. de Lud. c. 47. & Garz. de Contract. par. 2. cap. 18. fol. 549.*

144 Advertendum est hìc, quod sponsiones de rebus illicitis non valent, puta, quod quis alterum superabit in bibendo, & in comedendo, quia daretur occasio peccandi, *Fagn. in c. A crapula n. 15. de Vit. & honest. Cler. Fillinc. tr. 27. c. 2. n. 27. Gob. consult. 142. n. 14.* ubi, quod idem dicendum est

145 de sponsione circa ingravidationem fœminarum, ratione fraudis, quæ committi potest in partus suppositione, quod admittit etiam *Christ. dec. 200. n. 5.* vide *Juv. de Solemn. in contr. Minor. gloss. 16. §. 3. n. 63.*

146 Advertendum 2. quod si sponsio fiat de re licita, dabitur actio victori pro tota summa in sponsione deducta, etiamsi sit maximæ quantitatis, *Crivell. dec. 57. Thom. dec. 20. nu. 17. & Bertach. vot. dec. 11. n. 11.*

147 Advertendum 3. quod si duo spondeant, quod unus alium superabit in cursu, & deinde nolit currere, tenetur nihilominus iste solvere pretium sponsionis, quia eo ipso, quod per eum stat, nè currat, censetur impleta conditio, *Fillinc. ubi prox. nu. 28. Faust. in Specul. Confes. disp. 32. quæst. 35. & Card. de Lug. de Just. & Jur. tom. 2. disp. 31. sect. 6. nu. 89.* Si autem sponsio fiat inter plures, & duo eodem tempore perveniant ad metam, tunc ego in illam inclinarem opinionem,

148 ut omnes debeant iterum currere, ex ratione supra adducta *num. 65.* Cæterum non desunt asserentes, quod admittendi sint ad novum cursum illi duo dumtaxat, qui eodem tempore pervenerunt ad metam, ut videre est apud *Rub. de Testam. cap. 67. num. 10. & seq. Barr. de Succes. lib. 18. tit. 22. num. 2.* ubi refert etiam Authores, qui tenent locum esse gra-

se gratificationi *Rot. dec.37. num. 12. cor. Ottob. & dec.26. num.58. decis.106. num.48. cor. Cerr.* ubi, quòd si præmium est divisibile, æquis portionibus dividendum est inter
149 illos, qui eodem tempore metam attigerunt. Quas decisiones *Ottob. & Cerri* novissimè sequendo, *Sac. Rot. in Eugub. Canonic. 4. Maii 1699. coram R. P. D. Lancetta* censuit, quod electus in paritate votorum, dicatur habere Jus sufficiens, & privativum ad exclusionem aliorum, vel novæ electionis faciendæ, itaut, uno defuncto, vel aliàs legitimè impedito, necessariò sit præferendus superstes.

150 Advertendum 4. uti captiosam, & fraudolentam nullius esse roboris, & efficaciæ sponsionem, seu contractum illum, quo mediante quis vendit ex gr. equum, hac lege, ut emptor loco pecuniæ numeratæ sibi tradat tantam quantitatem frumenti, quantam conficiet unum granum multiplicatum per 32. vices, ut scilicet unum granum duplicetur, duplatum quadruplicetur, & sic usque ad 32. vices, eo quia, multiplicatione perfecta, in immensum cresceret dicta quantitas, ut, resolutum fuisse à Senatu Bruxeliensi, refert *Stokman dec. Brab.* 134. *nu.6. vers. Alterum*, & sequuntur *Urceol. de Transact. qu.28. num.32. & Rayn. tom.3. cap.30. §.7. num.8.* Cum quo contractu fraternizzat pactum illud inter Prothagoram & Evathlum ejus discipulum, qui cum eo convenit, magnam pecuniarum quantitatem ei dare, cùm hoc tamen, quod medietatem ejusdem dabat initio
151 studiorum, reliquam verò medietatem se obligavit solvere prima die, qua causam apud Judicem orasset, & vicisset; Cùm enim nollet deindè, postquam abundè in studiis profecerat, causam aliquam defendere, ne purificaretur conditio solvendi medietatem summæ conventæ, in judicium à Prothagora ejus magistro vocatus fuit, ac si securus esset de victoria, cum hoc dilemmate. Aut Judices contra me pronunciabunt, & teneberis ad solutionem, quia vicisti primam causam, aut verò sententia erit mihi favorabilis, & tunc vigore ejusdem sententiæ ad eamdem solutionem eris obligatus, Cui simili dilemmate respondit Evathlus, Aut Judices pro causa mea sentient, & nihil debebo, quia vici Aut contra me pronunciabunt, & nihil ex conventione
152 debebo; Judices autem, qui Prothagoræ instantiis annuere nolebant, abstinuerunt à prolatione sententiæ, ut referunt *Aul. Gell. noct. Atticar. lib. 5. cap. 10. Coler. de Process. Exeq. part.1. cap.5. sub. num.85. & Zacch. de Salar. qu. 74. in fin.*

153 Advertendum 5. Quòd si fiat sponsio circa obsidionem alicujus Civitatis, puta, quòd illa amittatur, si deditio ejusdem Civitatis fiat per viam capitulationum, dicitur adhuc factus locus stipulationi, quia istæ fieri solent ad evitandam militum stragem, semperque verum est, quod sequuta fuerit amissio *Card. de Luc. de Alien. disc.48. per totum* ubi de sponsione circa Civitatem Cretensem anno 1669. à Turcis obsessam, & captam. Si autem sponsio fiat quando Civitas jam erat in dominio obsidentis, licèt id esset ignotum
154 sponsoribus, illa non substinetur, quia in his terminis conventiones de præsenti, vel de futuro non comprehendunt facta præterita *Pasqual. qu. moral. 348. & Card. de Luc. de Alien. d. disc.48. num.7. 16 & seqq.* Et in proximis terminis *Franch. dec. 113.* ubi de sponsione, quod per totum mensem Janu. 1566. Card. Alexandrinus non crearetur Pontifex, cum tamen die 7. ejusdem mensis, & sic tempo-
155 re sponsionis, esset jam creatus, & *Magon. dec. Flor. 8. num.1.* ubi de sponsione circa creationem Cardinalium, quæ per horam dumtaxat antecedentem sequuta erat.

156 Advertendum 6. Quòd inita sponsione, quod aliquis obtinebit Officium, vel dignitatem, puta, quod erit Cardinalis si tempore creationis, factæ à Pontifice erat mortuus, non dicetur commissa stipulatio, ex defectu materiæ in stipulationem deductæ *Sempron. Ascia determin.115.* quem sequitur *Card. de Luc. de Alien. disc.48. num.20.* ingenuitate
157 commendabili referens suos primos progressus in Curia Cardinali Caracciolo, ut testatur *in Miscell. Eccles. disc.24 sub num.1.* Et in terminis sponsionis factæ, quod aliquis Cardinalis fieret Pontifex, quod si iste moriatur in Conclavi, non teneat sponsio, eo quia mutatus sit status conventionis ex superveniente morte Cardinalis *Joan. Bernad. Bomb. cons.41. n.6. & seq.* quem sequitur *Pasch. de Patr. post p.1. c.6. n.98. in fine.*

158 Advertendum 8. Sub gravissimis pœnis meritò à Summis Pontificibus *Pio IV. & Gregorio XIII.* prohibitas fuisse sponsiones, quæ fiunt circa mortem, vel vitam Romani Pontificis, & circa Cardinalium creationem, ut explicando easdem Constit. observant *Filiuc. tract. 27. cap.2. num. 29.*
159 *& seqq. Nicol. in Flosc. Verb. Sponsio Dian. to.6. tract.4 resol.73. Scacc. de Comm. §.1. qu.1. num.124. & Bonac. de Censur. disp. 2. qu. 3. punct.2. per tot.* ubi, *num.7.* quod, præcisis hujusmodi prohibitionibus, erant validæ, ex quo concurrebant in illis omnes sponsionum conditiones, quod patet etiam ex *dec.854. Seraph.* quæ in terminis sponsionis circa promotionem Cardinalium.

Advertendum 7. Quòd stricta facienda est interpretatio 160 in materia sponsionum, proindeque facta sponsione, si navis ad portum pervenerit, non dicetur purificata, si solùm signa portus tetigerit *Stracc. de Spons. p.4. qu.9. & Card. de Luc. de Alien. disc.48. n.4.*

Advertendum 9. validam esse sponsionem illam, in qua 161 Pater dat alicui mercatori scuta centum, cum pacto, quod si ejus filia vixerit, anno 13. ex. gr. vel 14. reddat ei scuta 300. pro dote, & si ante constitutum annum moriatur, totum 162 lucretur *Philiarc. de Offic. Sacerd. tom. 2. par. 2. & Dian. tom.6. tract. 4. de Lud. resol. 83.* ubi valdè miratus fuit, quosdam contractum hunc usurarium existimasse, & *resol. 84.* validam pariter existimavit sponsionem illam, qua quis accipit ex. gr. à Cajo scuta 100. eo pacto, ut teneatur reddere 200. si post duos, vel tres annos incolumis, & salvus redeat in Patriam a longo itinere, quod facere destinaverat, quod docet etiam *Azzor. Instit. mor. tom.3. lib.11. cap. 21. dub.1.*

Advertendum demum pro generali regula ad exclusio- 163 nem delictorum occasione ludi, & sponsionum eum *Dian. tom.6. tract.4. de Lud. resol.50. per tot. Dicast. de Just. & Jur. lib.2. tract.18. disp. 5. dub.3. num. 19. Molin. tom.2. tract.2. disput.517. num.3. Sanch. in Opusc. tom.1. lib.1. cap. 8. dub.12. nu.12. & 13. Hurtad. de Contr. disp.8. diffic.6. & Card. de Lug. de Just. & Jur. tom. 2. disput. 31. sect. 2. §. 3. num.34.* permissam esse inter ludendum fraudem illam, de- 164 ceptionem, vel simulationem, quæ ludi legibus accomodata est, ea ratione, quia hujusmodi simulationes, & deceptiones, quas ipsa natura ludi admittit, dicuntur potiùs artes ludi, & ludendi cautelæ, in quas eo ipso, quod ludentes incipiunt ludere, videntur consentire, vel expressè, si illas sciant, vel saltem tacitè, si nesciant, se conformantes consuetudini, & legibus lusorum, nisi aliud exprimant in contrarium.

Ex qua generali regula ferè omnia dubia in hac parte re- 165 solvi possunt, & signanter. I. Quòd qui potiores chartas habet, & securus proindè est de victoria, possit sponsionem augere, ut plus lucretur, & quidem etiam simulatè dicendo *transeat*, seu *passo*, ad effectum decipiendi socium, ut sic eum provocet ad augendam sponsionem, seu summam conventam, etiamsi fingat in principio se dubitare, an accepiet, vel non augmentum, à collusore expositum II. Quòd qui scit certò, se inferiores chartas habere, potest nihilominus simulare, & augere sponsionem, ut alter timeat, & recuset, atque ipsi relinquat, quod appositum erat. III. 166 Quòd potest tacere, licèt videat, quod Adversarius accipiat plures chartas, quàm deberet, propter quem excessum debet posteà succumbere in ludo. IV. Demum, quod potest quis numerare pauciora puncta, quàm sint illa, quæ habet, & postquam contrarius exhibuerit plura, potest ipse licitè exprimere, & ostendere, quæ in rei veritate habet, & sic lucrari; Cauti tamen lusores in hoc casu solent dicere, ut chartas projiciat, & cum aliis confundat, ad hoc ut ampliùs non sit locus ulteriori punctorum ostensioni, & exhibitioni;

Quid autem dicendum in casu, quo uno ex colludenti- 167 bus allegante, se habere *primiera*, alter chartas projiciat, & confundat cum aliis, detecto deindè mendacio illius, qui *primiera* dixit habere. Respondeo, quod, aut constat, dolo dixisse habere *primiera*, & tunc, ne dolus proprius ei patrocinetur, amittere debeat, etiamsi majora habeat puncta. Aut verò id sequutum fuit per errorem, & tunc secus dicen- 168 dum erit; In praxi tamen, remoto dolo, qui nunquàm præsumitur, æquiùs visum fuit *Zaul. tom.1. lib.4. rub.42. nu. 43.* quod inter contendentes fiat divisio juxta opinionem *Guttier. in Prax. crim. qu.92. n.79. in fine.*

Observa hìc vanitatem illorum, qui ad avertendam malam 169 fortunam à ludo, locum mutant; ac si aliquid commune haberet cum ludi sorte loci mutatio, quam vanam observantiam meritò improbant *Alcozer. de Lud. cap. 2. paulo post principium, & Moron. respons. mor. 95. num. 163.* advertens per hujusmodi mutationem loci incurri læ- 170 thale peccatum, si illum mutans, firmiter credat, se effectum assequuturum, veniale verò, si id solùm tenui credulitate speret.

Lotti quoque, ut vulgariter nuncupantur *di Venezia*, 171 *Genova*

Genova, *Napoli*, *Milano*, *Torino*, *&c.* inter ludos, licitos numerantur à *Steph. à Sanct. Gregor. de Precip. Jur. & Just. partib. lib.2. tit. de Contract. cap.76. num.3. Bonfin. ad Bannim. Gener. cap.11. num.1. in fine Scacc. de Commer. §.1. qu.1. num.2. & seqq. & Sabell. in Sum. Verb. Ludus num. 11. Card. de Luc. de Regal. disc. 30. num.11.* ubi quòd cum uno denario potest quisceutum, vel mille denarios lucrari & *Rot. decis.434. num.23. par.13 recent. & dec.160. num.16. apud Torr. de Pact. fut. success.* 172 ubi tamen, quòd adeò incerta est spes lucri, ut minima quantitas monetæ certæ, quæ in illa exponitur, æquivaleat maximæ incertæ speratæ quantitati, & me citato *Ausald. in addition. ad dec.95. à num.25.* usque ad finem. Verùm, quia innumera committi solent scelera pro indagandis illis nominibus, in quorum extractione determinata sunt certa præmia, multæ fuerunt in Urbe editæ rigorosissimæ prohibitiones, & edicta, 173 signanter autem illud *diei 2. Apr. 1660.* editum *ab R.P.D. Baranzono*, tunc Almæ Urbis Gubernatore, 174 cum approbatione *f.m. Alex.VII.* Aliud *f.m. Innoc. XI. anno 1681.* editum *ab R. P. D. Ginnetto*, tunc R. C. A. Thesaurario, & aliud ab eodem Summo Pontifice *san.m. Innoc. XI. 3. Septem.1685.* prævio voto Congregationis specialiter deputatæ, de quo *Zaul. tom.1. lib.4. rub.42. nu.16. & Set. de Offic. Locumt. cap.6. sub num. 13.* Idem autem Summus Pontifex Innocentius XI. solitus erat dicere — *Che le Comedie con Istrioni, e li Lotti, erano due trattenimenti perniciosissimi all'Anime, & alle Case private*, teste Tyberio Quadri in ejus examine pro Canonizatione super 50. *Interrog. Proc. fol.433. à te. & in Positione fol.111.* Aliud *san.mem. Innoc. XII.* sub die 24. *Martii 1696.* quod reperitur impressum 175 *in ult. Collect. Bullar. la 96. in ordine*; in quo, ultra pœnam amissionis præmii, scutorum 300. auri, & exilii, adest etiam illa Triremium, Et demum aliud Sanctiss. D. N. Clem. 176 XI. emanatum die 14. Novembris 1702. in quo ad faciliorem viam probationibus parandum, nedum promittitur impunitas revelanti lusores, sed etiam medietas pœnæ pecuniariæ, in eisdem Constitutionibus præscriptæ; Istis nihilominùs rigorosissimis prohibitionibus, & sanctissimis sanctionibus non obstantibus, adhuc quotidiè non desunt lusores, ita ut 177 de hoc ludo verificentur ea, quæ de Astrologia scripta reliquit *Tacitus lib.1. Histor.* relatus *à Caserr. in Synthem. vetust. fol.396. in compend. Chronolog. Ann. Christi 52.* & ab *Amen. de Delict. & Pœn. tit.6. §.5. num.14.* nempè *Genus hominum, &c. quod in Civitate nostra, & vetabitur semper, & retinebitur*, & ad rem *Porr. in Fascicul. rer. Crim. §. Ludus fol.47.* ubi quòd ideo non observantur similes prohibitiones, quia ab humilibus tantum personis exiguntur pœnæ, juxta illud:

Dat veniam corvis, vexat censura columbas.

178 Solent in hujusmodi ludo, ut plurimum initi inter lusores societates, quorum unus præponitur in administratione; cum proportionabili spe præmii, juxta casum disputarum in Rota per quatuor instantias sub tit. *Rom. Societ. Lotti*, in qua emanarunt *dec.58. & 368. par.15. & dec.269. par.16. dec.289. p.17. 28. Martii 1689. & 23. Jan. 1690. cor. Herv. & 27. Novemb. ejusdem anni cor. Reverendiss. Molines, & 20. Junii 1692. cor. Ursin.* in quibus firmatur, in his casibus tacitam societatem probari, etiam ex conjecturis, eo quia ratio- 179 ne magnæ incertitudinis victoriæ, illæ non solent fieri per scripturas, qua societate probata, pro illius exequutione dividendum sit inter socios præmium.

180 Quid autem dicendum sit in casu, in quo nomen alicujus extrahendi ponatur in listis inter impeditos, & deinde ex gratia, vel alio morivo reponatur in bussola, an scilicet restituenda sit lusoribus summa exposita, ex defectu intentionis ludentium, qui si scivissent, illum esse extrahibilem, poterant eum eligere, affirmat *Card. de Luc. de Alien. disc.47. per tot.* ubi *num.11.* quòd hoc fortiùs militabat in suo casu, quia ludentes potuerunt certiorari de dicta imbussolatione facienda, & à Præposito ludi neglectum fuit.

181 Idem dicendum in casu falsitatis, commissæ à ministris ludi, sive illa respiciat schedulas, sive nomina Patritiorum, utroque enim casu, nedum restituenda est lusoribus summa in ludo exposita, sed ulterius eis reficienda sunt damna, & interesse, ob dictam falsitatem passa, hoc est summa illa, 182 quam vincere potuissent, remota dicta falsitate *Azor. Inst. mor. p.3. lib.5. cap.25. in princ. Scacc. de Comm. & Camb. §.1 qu.1. sub num.123. vers. Amplia primò, & Rocc. Select. interpret. cap.188. per tot. num.1.* referens ita decisum, & sententiam transivisse in judicatum; In fine tamen testatur, contro- 183 versiam fuisse transactione sopitam: Principalem verò conclusionem probat à pari ex obligatione homicidæ, reficiendi hæredibus occisi integram illam quantitatem, quam occisus potuisset in vita lucrari, juxta *Text. in l. Qui nomine, ff. Ad* 184 *leg. Cornel. de fals.* & animadversa per *Plot. de in litem jur. §. 40. Romaguerr. in Adnot. ad Conciol. ad Statut. Eugub. tit.14. de Æstim. injur. num.6. & Put. dec.279. per tot. lib.3.* ubi de damnis, & interesse, reficiendis filiis Doctoris occisi, & 185 in eisdem terminis *Achill. de Graff. decis. unica de Injur. & damn. dat. alias decis.365.* Quæ tamen ratio adducta *per Rocc.* 186 *ubi supra* non videtur concludenter intentum probare, quia nulla adest proportio inter verisimilem illam, proximamque potentiam, & facilitatem acquirendi, & lucrandi respectu occisi, & inter aliam longè remotiorem, & inverisimilem vincendi inter lusores.

187 Incertitudo victoriæ in hoc Ludo talis, & tanta est, ut cum morali impossibilitate fraternizet, tam ab extrinseco, seu superficialiter illum considerando, quàm ab intrinseco, hoc est intimè illius naturam, & essentiam perscrutando.

188 Ab extrinseco quidem, à considerabili nimirum gabella, quam solvunt sæcularibus Principibus Præpositi, seu Affictuarii ejusdem ludi; *Card. de Luc. de Alien. & contr. prohib. disc. 47. num.14.* ubi, quòd ex hac sola consideratione communi judicio inæqualis reputatur, quia aliàs non expediret ingentem summam solvere pro habendo hoc jure privativo; Ab exorbitanti lucro illorum, qui in eodem ludo interesse habent seu partem capitalis exponunt, quorum pecuniæ ut plurimum reddunt eis 40. & 50. pro centenario, & decendio in toto an- 189 no; Absque eo, quòd (si fides danda est communi famæ) adsit memoria, aliquid sortis umquam fuisse ab eis amissum; Et demùm à congruo salario, assignato innumeris inferioribus ministris, accipientibus pecunias à lusoribus cum dependentia à ludi Præposito: Hujusmodi enim summæ, quæ in simul junctæ magnam constituunt pecuniarum quantitatem non aliunde desumuntur, quàm ex pecuniis in ludo expositis &, ut ita dicam, per antiparrem, attento quòd idem cautus ludi Præpositus, quando observat, nomen aliquod plus solito oneratum schedulis lusorum, contra bonam illam fi- 190 dem, publicè expositam in listis impressis, & divulgatis, recusat cum illo ludere, quod inæqualitatem, & injustitiam ludi, atque vincendi impossibilitatem manibus palpare facit.

Adversùs inæqualitatem hujus ludi concludenter demonstratam supra sequentia replicare voluit D. Joannes Dominicus Carlinus Januensis amicus meus, cum quo fui Commensalis apud Jo. Franciscum Duozzium anno 1683. „ Fateor monstruosam esse inæqualitatem istius ludi, nulla data „ proportione Ludentium cum ludi Præposito, maximè at- „ tento, quòd iste sæpissimè acceptare detrectat lusores su- „ per nominibus, super quibus jam fuerunt datæ Schedulæ ab „ aliis lusoribus, usque ad certam quantitatem, facta scilicet „ combinatione, ut quoties eligantur dicta nomina, ipse non „ incurrat sortis periculum, nec intrinseca responsiva ratio „ inveniri posse videtur. Attamen responderi potest, quòd „ ista inæqualitas est adeò nota, ut nec quidem lateat Pueros „ & mulierculas, saltem in hac nostra Regione, ac non obstan- „ te hac certissima cognitione, innumeri ludunt, ac commu- „ niter dicunt — *per lasciare una finestra aperta alla fortuna*: „ unde istud pecuniarum experimentum videtur cadere sub „ regulis donationis, ad instar illius, qui scienter indebitum „ solvit, ac proinde donare censetur ex notissimis. „

Quantum verò insubsistens sit hujusmodi replicatio ex eo evidenter desumitur, quòd vim facere videtur cuicumque sano intellectui consideratio illa, quòd infinitus ferè numerus lusorum, quorum major pars suis propriis labore, & industria tantùm vivunt, voluntariè donare velit ludi Præposito, quem vel non cognoscunt, & vix in Mundo adesse sciunt, partem illam propriæ substantiæ, quam in sudore vultus acquisiverunt, & quæ necessaria est pro ipsorum, eorumque Familiis manutentione; Proindèque congruentius dixisset tales personas ludendo *non lasciare una finestra aperta alla fortuna*, quæ nunquam per eamdem intravit, sed potiùs patentem, apertamque retinere portam profusioni propriarum substantiarum, quæ semper à domibus lusorum exierunt ut experientia notum est.

191 Ab intrinseca verò natura ejusdem ludi; Ad quod demonstrandum, præmittenda est regula ad cognoscendos ambos, & ternos ex nominibus listæ, quæ talis est: Ad inveniendos ambos ex. gr. in num.8. seu ad sciendum, quot ambi reperiantur in eodem num.8. multiplicatur idem num.8. per nu. uno minorem, & sic per 7. & deindè conflatum ex hac multiplicatione dividitur per medietatem, seu per duo, & quotiens, seu residuum erit numerus amborum; Sic 8. multiplicati per 7. faciunt 56. quorum medietas est 28. & proindè in num.8.

192 num.8. reperiuntur 28. ambi. Inventis ambis ex his inveniuntur terni hoc modo: Numerus amborum multiplicatur per numerum minorem in duobus primo numero & ex conflato ab hac multiplicatione desumitur tertia pars, seu dividitur per num.3. & resultans erit numerus ternorum; Sic Ambi prædicti 28. multiplicati per 6. faciunt num. 168. qui divisus per num.3. tertia pars erit 56. proindeque in num. 8. aderunt 28. ambi, & 56. terni, & sic in omnibus aliis numeris proportionabiliter operandum est.

193 Hac regula præmissa, & discurrendo de lista, seu extractione mensis Decembris 1701. Lotti Genuæ, in qua aderant nomina 103. ista continent ambos 5253. & ternos 176850. ex quibus non possunt verificari pro lusoribus, nisi decem ambi, & totidem terni; Ex dictis enim nominibus 103. quinque dumtaxat debent extrahi, qui possunt remanere electi; In numero autem 5. reperiuntur solùm decem ambi, & decem terni, ut est manifestum operanti cum dicta regula.

194 Ecce igitur, quòd evidens est moralis impossibilitas vincendi, inveniendo scilicet in numero adeò excessivo ternorum 176850. decem ternos, & totidem ambos ex dicto alio magna num. 5253. Itaut non abs re famosus nostræ ætatis Pictor G. delineando eumdem ludum in tela, pinxerit equum album cum pilis albis 182103. correspondentibus numero dd. amborum, & ternorum, & cum 20. solùm pilis nigris, correspondentibus ambis, &

195 ternis, qui possunt verificari, una cum homine cæco, procurante tangere dictos pilos nigros, & tunc solùm aliquid lucrante, quando eodem digito, & tempore tangit saltem duos ex dictis pilis nigris, quia tangendo unum nihil lucratur, & cum diversis digitis, seu bolleitinis plures tangendo, nec etiam aliquid vincit.

Patet etiam quòd est plusquam moraliter certus ludi Præpositus de victoria, quia procedendo cum d. lista anni 1701. potest vincere cum 98. nominibus, & sic cum ternis 152096. Amittere autem cum solis ternis decem seu cum quinque dumtaxat nominibus, ut patet operanti cum d. regula.

196 Nec juvat dicere, quòd dd. decem ambi, & totidem terni possunt replicari, nedùm à diversis, sed etiam ab eisdem lusoribus; Quia replicatio verificatur, non solùm in illis 5. qui de facto extrahuntur, sed etiam in omnibus aliis nominibus, in lista expositis, & consequenter ludi Præpositus semper est in eodem statu moraliter vincendi, quod ita clarè demonstratur; Solet taxari certa summa pro quolibet terno, & ambo, quæ in dicta extractione mensis Decemb. 1701. erat bai. 25. ad lucrum sc. 1000. cum uno terno, & bai. 33. ad lucrandum scut. 100. cum uno ambo: Si ponamus casum, quòd omnia nomina sint à lusoribus electa, & in ludum exposita cum ternis, Præpositus ludi habebit ab eisdem scut. 44312. 50 ex quibus non potest amittere nisi sc. 10000. pro decem

197 ternis, quæ possunt verificari; Si autem supponamus alium casum, quòd eadem nomina bis, ter, vel etiam centies exponantur in ludum, semper verificabitur excessivum lucrum, cum eadem proportione supra ostensa.

198 Hæc procedunt cum supposito, quòd omnia nomina sint æqualiter eligibilia. Quid autem dicendum in terminis Lotti Januæ, cujus respectu crescit in immensum exorbitantia, & inæqualitas, attentis impedimentis illorum, qui non possunt remanere electi; puta quia cùm habeant consanguineos in Camera, seu Consilio non possunt remanere nisi Gubernatores, vel quia cùm habeant consanguineos in Senatu, non possunt remanere electi, nisi tamquam Procuratores, ac è contra, quod denotari solet cum literis majusculis P. G. in margine nominum, & indicantibus, quòd ille, qui habet literam P. non potest remanere electus, nisi tamquam Procurator, & ille cum litera G. non nisi tamquam Gubernator.

199 Pro cujus meliori intelligentia præsupponendum est hic ex *Casareg. ad Stat. Jan. in Rubric. num.1. & seqq. & num.52.* Senatum Jannensem consistere in numero duodecim Excellentissimorum Senatorum, seu Gubernatorum, unacum Serenissimo Duce, & Collegium, seu Cameram in numero octo Excellentissimorum Procuratorum Ex ejusdem Reipublicæ legibus statutum reperitur, quòd, quando ex una familia adest unus in Senatu, electus Guber-

200 nator in antecedentibus extractionibus, tunc non potest in eo Senatu eodem tempore manere alter de eadem familia, & proinde omnibus illis, qui reperiuntur in listis, in his circumstantiis apponitur litera P. in margine, denotans, quòd ille, in cujus margine reperitur, non potest remanere electus, nisi tanquam Procurator, & sic de Colle-

201 gio, seu Camera, in qua nullus alius reperitur de eadem Familia, in quocumque gradu consanguinitatis; Non enim attenditur unus, vel alter gradus, sive proximus, sive remotus, sed sola identitas Familiæ, in quocumque repe-

202 riantur gradu conjuncti, etiam remotissimo; Eodem modo discurrendum est de Procuratoribus, quando enim in Collegio, seu Camera reperitur unus de familia, tunc non potest permanere alter ex eadem familia, & ad id significandum apponitur in margine eorumdem litera G. denotans, talem qualificatum non posse remanere electum, nisi tam-

203 quam Gubernatorem, & sic in Senatu, in quo nemo de eadem familia reperitur.

204 Hæc omnia adeò vera sunt, & tali religiositate observantur, quòd si, nec in Senatu, nec in Camera reperiatur aliquis de una familia, cujus tres sint, vel quatuor &c. descripti in eadem lista, & absque ulla litera in margine, & uti vulgò dicitur *politi*, tunc si primo loco ex gr. quan-

205 do fit extractio Gubernatorum, unus extrahatur, iste remanet Gubernator, subindè verò si 2. loco extrahatur alter, iste non potest remanere electus, ex eodem impe-

206 dimento existentiæ unius ex sua Familia in Senatu, & consequenter iste secundo loco extractus habetur perinde acsi esset impeditus à principio, & cum litera P. & idem dicendum de Procuratoribus, quia si in prima istorum extractione extrahatur unus ex una familia, tunc alii si extrahantur secundo loco, ex eadem ratione non possunt remanere electi Procuratores.

207 Officium, tam Gubernatorum, quàm Procuratorum durat, per duos annos, & omnibus sex mensibus desinunt esse tales tres Gubernatores, & duo Procuratores, & eliguntur alii, Itaut semper in eodem Senatu reperiantur no-

208 vem, & in Camera sex informatissimi, & tres in eodem Senatu, & duo in Camera, non tam benè instructi de rebus

209 publicis, eo quia ultimò loco fuerunt electi. In Camera tamen, seu Collegio possunt aliquando reperiri plures Procuratores, qui vocantur perpetui, ad differentiam illorum, qui extrahuntur bis in anno, & sunt illi, qui fuerunt

210 Duces; Post terminatum enim biennium, remanent Procuratores perpetui, & uti tales intervenire possunt, & solent in Camera, seu Collegio, *Casareg. ad Stat. Jan. in Rubric. num. 52.* In his autem terminis, consanguineis

211 istorum Procuratorum perpetuorum semper apponitur litera G. in margine, ad denotandum, quòd non possunt remanere electi, nisi tanquam Gubernatores in Senatu, non autem in Camera, ubi adest ille, qui fuit Dux, ip-

212 sorum consanguineus. Senatus præsidet felici gubernio Reipublicæ circa administrationem justitiæ, & statum belli, & pacis: Camera verò, seu Collegium rebus œconomicis.

213 Ex multis autem DD. de familia Spinula, qui reperiri solent descripti in fine listæ, observandum est diligenter, nam, aut omnes sunt absque impedimento, seu literis G. & P. & tunc duo solùm possunt remanere electi, unus scilicet in Senatu, seu tanquam Gubernator, alter verò in Camera, seu uti Procurator; Aut verò habent in margi-

214 ne easdem literas G. & P. & tunc unus dumtaxat ex illis poterit remanere electus, vel in Senatu, si habeant literas G. vel in Camera, si sint notati litera P. Quantas verò hujusmodi considerationes addant difficultates vincendi respectu lusorum, & utilitates respectu Præpositi ludi, vix concipi, & explicari potest, quia frequenter datur casus, quòd extrahantur nomina, à lusoribus electa, & tamen nullatenus vincunt, quia scilicet jam erat completus numerus illorum, qui poterant remanere Gubernatores, vel Procuratores. Ex. gr. in dicta Extractione mensis Decemb. 1701. electi fuerunt Gubernatores D. Ambrosius Doria, & Franciscus Pinellus. Ex reliquis igitur 13. nominibus, cum signo G. in margine, denotante illorum qualita-

215 tem Gubernatoriam, nullum omninò lucrum reportare potuerunt lusores; Et eodem modo, sed cum majori exorbitantia; attento excessivo num. 27. discurrendum est de Procuratoribus, & de 13. DD. Spinulis, ex quibus unus solùm poterat remanere electus. Itaut ex dictis 27. Procuratoribus, 15. Gubernatoribus, & 13. DD. Spinulis si demantur 5. dumtaxat eligibiles, numerus ineligibilium remanet 50. seu medietas listæ, cum quibus nominibus 50. lusores vincere nequaquam possent, etiamsi ludi Præpositus vellet, non est enim in illius facultate alterare leges, ad temporalis gubernii curam directas, cum quibus ludus regulatur; Du-

216 rus autem videtur sermo, quòd possit ludi Præpositus licitè vince-

vincere exposita pro electione illarum personarum, quæ secundùm ludi regulas ineligibiles sunt in omni casu, & tempore. Qui nullatenùs debilitatur à consideratione, quòd possunt vincere alii lusores, sub nominibus non impeditis, qui si primò extracti, potuissent remanere electi, nullatenus vicissent; Semper enim verum est, quòd hæc possibilitas vincendi verificari potest in solis quinque nominibus, & impossibilitas in quinquaginta, ex modò animadversis.

217 Absque, eo quod juvet replicare, licitum esse lusoribus ludere, etiam pro extrahendis, sive remaneant, sive non electi; Quia in istis terminis redeunt primæ considerationes, cum illa circumstantia, nimis aggravante conditionem ludentium, quod longè magis solvitur pro ambis, & ternis extrahendorum, quàm electorum. Quia pro extrahendis 218 licèt solvatur minus, hoc est medietas illius, quod solvitur pro eligendis, vis tamen stat in eo, quòd nomina mortuorum, impeditorum, & alia, simul juncta, sunt multò plura, itaut semper redeant primæ considerationes. Ex. gr. Si supponamus eadem nomina extrahenda esse 150. in istis adsunt ambi 11175. & terni 331300. ex quibus soli decem ambi, & totidem terni verificari possunt, ut supra, 219 itaut quocumque se vertant ludentes, undique appareat pessima illorum conditio, & effulgeat moralis certitudo victoriæ, respectu Præpositi ludi, ut patet consideranti, & observat egregiè *Caramuel. in Theol. fundam. tom.4. fol. 24.* ubi in margine *lit. C.* felicissimam vocat Januæ Civitatem, quæ centum, & ultra Cives habet, omnes 220 Senatoria dignitate, etiam per sortes, dignissimos, & latiùs *in Mathes. nov. tom.2. tit. de Concert. Cosmopolit.* (sub hoc ficto nomine Januenses intelligit, ut se declarat *in Theol. fundam. loco supra cit.*) *qu. 1. & seqq. à fol. 996. ubi art. 11. num.202. fol.1020.* respondet argumento, quòd illæ singulis annis fiant videntibus, applaudentibus, & in pactum suas pecunias mittentibus centenis, & centenis Theologis, & *fol. 1021.* advertit, ut plurimum falsò divulgari, quòd ludi Præpositus multa milia amiserit, ad hoc, ut minùs timeant lusores pro 221 sequentibus extractionibus, & alacriùs sub vana multorum millium spe pecunias certas in ludo exponant; Ad rem advertendo, bonum Judicem circa justitiam hujus contractus oportere esse, nedùm Theologum, & Juristam, sed etiam Mathematicum, aliàs vix posse illius inæqualitatem, & injustitiam cognoscere.

222 Minùs dicatur, quòd hæc non procedant in numero amborum, qui longè minor est, nempè 5253. Ista enim diminutio numeri abundantissimè compensatur cum majori summa, quæ exponi debet ad vincendum, nam ad lucrandum scuta 1000. cum terno sufficiunt bai. 25. sed cum ambo requiruntur sc. 3. 30. itaut combinatis combinandis, semper remaneant evidens demonstratio pessi- 223 mæ conditionis ludentium. Ponderando præsertim, quòd etiam respectu amborum militat consideratio illa Procuratorum, & Gubernatorum, ex qua ad commodum Præpositi ludi infertur diminutio numerorum eligibilium à 103. ad 53. ex supra animadversis.

224 Argumento fundato in magna inæqualitate unius aurei, qui exponitur in ludo, cum mille ferè aureis, quos potest vincere ludens, quod potest fulciri authoritate *Fattinell. resp.15. num.12. tom.2. Card. de Luc. de fideic. disc.205. num.11. Rot. in dec.160. num.16. apud Torr. de pact. fut. success.* quam refert *Card. de Luc. de Regalib. disc. 30. num. 11.* Respondet egregiè *Caram. in Mathes. tom. 2. qu.4. art.5. num.122. fol. 1036.* quòd cùm ex hue usque animadversis, victoria sit moraliter impossibilis, attenta natura ludi, & physicè impossibilissima ex animadversis supra *num. 190. in fine*, quoad præjudicium, & pericu- 225 lum Præpositi ludi, perindè est, ac si non mille aureos sed montes aureos polliceretur, illiusque potentia amittendi, quatenus denominari velit talis, dici poterit potentia possibilitatis, non autem futuritionis.

Est autem merus paralogismus discursus ille, qui decipit omnes Lusores, quòd quinque nomina extrahendorum sunt in Listis compositis ex 90. circiter nominibus & consequenter possunt ab illis divinari.

Ille enim procedit, quando omnia quinque nomina exponuntur in ludo ut dici solet per *Estratti*, quod non solet afferre magnam utilitatem; Secùs verò, quando ex illis componi debent ambi, & terni, quia tunc non sunt quinque inter 90. sed decem terni inter 117m. ternos, & decem ambi inter 6000. ambos. Quod sequenti exemplo ad hominem comprobatur. Vult quis divinari ex. gr. tres literas inter 24. Alphabeti, si id verum est inter 24. literas, ut sic, facile erit, si autem eædem literæ debent significare *grex, vim, vis, cum*, vel quid simile, tunc non erit divinari tres inter 24. sed inter 1291. Quod patet operanti cum regula tradita supra num.191.

226 Experientiæ demùm, seu rarissimo alicui casui victoriæ, in uno, vel altero lusore, responderi potest id, quod de bono Latrone scriptum reliquit *D. August.* relatus *à P. Segn. nel Crist. Istr. par.3. rag.1. nu.27.* nempè *Unus est nè desperes, solus est, nè præsumas*; Sunt enim adeò rari isti casus, & è contra tam frequens lucrum, & quidem excessivum Præpositi ludi, ut nullatenus colorari possit ab hujusmodi incertissimo eventu.

227 Ultrà quod eadem decantata victoria unius, vel alterius, lusoris in spatio forsan unius sæculi, in nihilo præjudicavit gabellæ, illiusque continuo augumento, loco habentium interesse in ludo, & salario ministrorum, itaut nihil aliud importaverit, quàm minus lucrum fructuum respectu habentium in illo interesse, quod in ludo Januæ ita regulatur; Componitur Lottus, vulgò *il Castelletto*, ex solidis 48. quodlibet autem solidum componitur ex duodecim denariis, & sic in totum ex den. 576. quibus correspondere debet expositio capit. scut. 300. pro quolibet denario, unde illius capit. in tot. consistit in sc.172800. mon. Rom.

228 Dixi supra num.189. *pro quolibet centenario, & decendio in toto anno*, quia pro dicto brevissimo tempore otiosæ remanent pecuniæ, habentium interesse in ludo, hoc est per quinque dies antè quamlibet extractionem; Illa enim terminata, quilibet ex eisdem interesse habentibus, ultra maximam fructuum accessionem, ut supra, reassumit suum capitale salvum, absque ullo scilicet periculo expositum, attenta diligentia illa, & maxima attentione Præpositi ludi, non ludendi cum illis nominibus, cum quibus, combinatione facta, potest esse sortis, gabellæ, & salarii ministro- 229 rum minimum periculum; Quo cessante quælibet sponsio nulla est, *Rot. dec.151. num. 18. & 19. cor. Millin.* & alibi passim. Et in præcisis terminis Lotti Januæ *Anton. Coton.* relatus *à Caram. in Theolog. fundam. tom.4. fol.25.* ubi, quòd inæqualitas ejusdem ludi compensanda est cum sortis periculo, sumendo scilicet sex, vel septem pro centenario 230 cum periculo, perdendi centum, ut practicari videmus in societatibus officiorum, de quibus in eorum *Tract. de Soc. Offic. Zacch. num.375. & seqq. Castr. cap.8. num.2. Card. de Luc. disc.12. num.14. & 15. Felic. de Soc. cap.34. nu.18. & Rot. dec.233. num.5. & 6. cor. Millin.*

231 Dixi pariter supra *num.* 217. quòd longè magis solvitur pro ambis, & ternis extrahendorum, quàm eligendorum, licèt pro electis solvantur bai. 25. pro lucrandis scutis mille, & pro extractis solvantur solùm 12. $\frac{1}{2}$ quod ita demonstratur.

232 In dicta lista mensis Decembris 1701. comprehensis omnibus nominibus, existentibus in bussola, tam scilicet vivis, quàm mortuis, impeditis, & absentibus, qui omnes considerantur à lusoribus, ludentibus pro simpliciter extractis, juxta ludi regulas, aderant inquam in d. lista impressa Januæ 233 per Jo. Baptistam Scionicum in Vico Cartariorum nomina 136. Ista secundùm regulam supra traditam num.191. continent ambos 9180. & ternos 410040. qui numerus amborum 234 superat alium nominum eligibilium in 3927. Numerus verò ternorum superat alium numerum nominum eligibilium supra declaratum, & consistentem in ternis 176850. in 233190. & sic ferè in duabus tertiis partibus, ut patet calculanti; Proindeque servando eamdem proportionem eligibilium, si pro scutis mille solvuntur bononeni 33. cum nominibus eli- 235 gibilibus, pro extractis deberent solvi circiter bononeni 13. & tamen cum solvatur medietas, in hac etiam parte supra excessum, consistentem in natura ludi, adest alter excessus in taxatione summæ, à lusoribus exponendæ.

236 Unde secundùm has considerationes longè facilis est, licèt ut supra ostensum moraliter impossibilis victoria in ludis Taurini, Mediolani, & similibus, & ratio est palpabilis; quia pro dd. ludis non exponuntur nisi nomina 90. in quibus procedendo cum d. regula supra explicata num.191. 237 adsunt solùm ambi 4005. & Terni 117480. Parùm autem laborandum est ad ostendendum, quòd decem ambi faciliùs inveniri possint in numero minori 4005. quàm in majori 9180 quodque decem terni faciliùs pariter inveniri possint in numero minori 117480. quàm in majori 410040. Verum tamen est, quòd ista major facilitas victoriæ in his casibus compensatur cum majori facilitate habendi summam, quam quis vin- 238 cit, quæ in rei veritate in Lotto Januæ mira promptitudine exi-

exigitur, etiamsi agatur de summa maxima, quòd in aliis Ludis non tam facilè forsan reducitur ad praxim.

239 Meritò proinde idem ludus Lotti rigorosè reperitur in Urbe prohibitus, & expediret forsan spirituales etiam addere pœnas, ut notat *Ansald. in addit. ad dec.95.n.45. & seqq.* ubi egregiè nedum attenta dicta inæqualitate, sed ad occurrendum præcipuè sortilegiis illis, quæ solent committere mulierculæ, in indagandis per somnia, & alia illicita media nominibus extrahendorum, ad hoc, ut id, *quod non valent Sacerdotes efficere per doctrinæ Sermonem, potestas hoc imperet per disciplinæ terrorem, ut dicitur in Can. Principes Sæculi 23. q. 5. Rot. dec. 203. n. 6. par. 18. rec.* quos amor Dei, & temporalia præjudicia à similibus sceleribus committendis non revocant, coerceat saltem spiritualium severitas, ad *Text. in c. Cùm in cunctis, §. Clerici, de Election.* & animad- 240 versa per Bonfin. ad *Bann. in gener. c. 11. n. 1. Cyriac. controv. 422. n. 1. & 2.* ubi, quòd experientia docet, hujusmodi ludum perniciosissimum esse Reipublicæ, multasque familias ad mendicitatem reducere, ex quo, dum sperant ex sortibus suis providere indigentiis, consumunt quod habent pro eo, quod sperant, & numquam capiunt, & interim uxores, 241 filii, & tota familia necessariis destituitur, & fame perit, & non minora peccata committuntur, & magna scandala ex ipso oriuntur, quem sequuntur *Ray. t. 3. c. 30. §. 5. nu. 4. & Leotar. de Usur. q. 13. n. 53.* ubi egregiè.

Ex hac autem spiritualium pœnarum additione optimus sperari potest effectus, eo modo, quem eventus docuit in sponsionibus circa electionem summorum Pontificum, & S. R. E. Cardinalium creationem, quæ extirpatæ fuerunt post pœnas spirituales, temporalibus additas adversùs spondentes *Ansald. in addi. ad dec. 95. à n. 45.* ubi egregiè, quòdque tale fuit ejus Votum in particulari Congregatione, in qua ipse interfuit.

242 Nec replicetur, hujusmodi inconvenientia, scandala, & sortilegia, non provenire ex ipsamet natura Lotti, sed ab extrinsecis operationibus, & pessima voluntate lusorum, ex qua nullatenus inferri possit ad illius prohibitionem, aliàs propter ebrietatem opotteret devastare vineas, ob incon- 243 venientia sicariorum cum gladiis, proscribere ferrum, & similia; Quia licèt ista inconvenientia non sint de intrinseca natura Lotti, eo modo, quo de illius intrinseca natura est maxima, & monstruosa inæqualitas inter lusores, & Præpositum ludi, sunt tamen illi adeò connexa, & unita, ut vix mente præscindi possint; Itaut applicetur doctrina *Angelici Doctoris 2. 2. q. 169. ar. 2. ad 4.* ubi, postquam explica- 244 verat differentiam illius artis, qua homines uti non possunt absque peccato, & alterius artis, cujus operibus homines possunt benè, & malè uti, asserens, primam non esse permittendam, secus verò secundam, egregiè ad nostrum in- 245 tentum concludit: *Si tamen operibus alicujus artis pluries aliqui malè uterentur, quamvis de se non sint illicita, sunt tamen per officium Principis à Civitate extirpanda, secundum documenta Platonis,* & cum effectu documentum hoc in ipsamet Civitate Januæ, & à sæcularibus Judicibus ad praxim redactum fuit, mediantibus prohibitionibus contra lusores, 246 teste doctissimo *Peyrin. Januen. t. 2. quæst. Regul. tit. de Offic. Prælat. Regular. q. 2. c. 3. n. 102.* ibi *Dixi numquam licuisse,* 247 *quia post decretum novissimum Serenissimorum Collegiorum sub die 22. Aprilis 1627. certissimum est, non posse, neque Clericos, neque Moniales, neque Regulares, neque Sæculares sub mortali tali ludo ludere, ob gravissima, & enormia scandala,* 248 *& delicta, quæ inde proveniebant, & est casus reservatus Illustrissimo Archiepiscopo:* Cùm enim hujusmodi enormia, & gravissima scandala, & delicta, adhuc non cessaverint, sed 249 in majori forsan numero, & cum magis aggravantibus qualitatibus committantur ab innumeris lusoribus, meritò aggravandæ sunt pœnæ, & si sæculare Collegium tale providum edidit decretum, & tunc temporis Archiepiscopus inter peccata sibi reservata, enumeravit hujusmodi ludum, si- 250 gnum evidens est, quòd verificetur in praxi gravis offensa Dei, & consequenter sufficiens materia pœnarum Ecclesiasticarum.

251 Potest ludus iste ad justitiam, & æqualitatem reduci, cum tribus illis conditionibus, explicatis à *Caram. in Mathes. q. 2. nu. 109. f. 1024.* quibus addi deberet quarta, obligatio nimirum Præpositi ludi ad nullum respuendum lusorem, sed cum quibuscumque nominibus quis velit suas pecunias in illo exponere, omnes indifferenter admittere, cum illa proportione, ut quando ex 5. capitibus est spes vincendi, & ex 20. est periculum amittendi, exponatur unum contra 20. 252 quinque contra 100. & sic de singulis, *Caram. in Theol. fundam. t. 4. f. 25. & Card. de Luc. de Usur. disc. 36. nu. 11.* ubi, quòd omnes Juristæ, & Morales in hoc concordant, ut pretium debeat esse periculo proportionatum.

253 Notandum est hìc circa stipendium ministrorum ludi, seu lotti permissi, illud posse licitè accipi ex pecuniis pro illis expositis, triplici tamen concurrente conditione, explicata per *Filliucc. tr. 37. c. 3. n. 44.* I. nempè, ut idem stipendium non sit excessivum; II. ut Ministri non sint plures, quàm necessarii; & III. ut non plùs temporis in eo negotio insumant, quàm necesse sit, *Dian. t. 6. tr. 3. resol. 125. per tot. & Martin. del Rio Disquis. magic. lib. 4. c. 4. q. 2. vers. 3. Ministri, & Molin. de Just. & Jur. disp. 109.*

254 Sors, quæ verificatur tunc, cùm aliquid fit, ut ejus eventu considerato, aliquid occultum innotescat, triplex est, divisoria scilicet, consultoria, & divinatoria, *D. Th. 2. 2. q. 95. ar. 8. in corp. & Moron. resp. 95. n. 17. & seqq.* Divisoria 255 verificatur cùm quæritur, quid alicui sit dandum, sive sit honor, sive dignitas, sive pœna, sive res, &c. Consultoria est illa, qua indagatur, quid agendum, vel non agendum sit à Deo, quæ, ut sit licita. I. Requiritur necessitas ex parte quærentis, juxta *Tex. in can. Non exemplo 26. q. 2.* II. Reverentia ejusdem erga Deum; & III. Quod id procedat ex Divina inspiratione, *Bordon. in Man. S. Offic. sect. 41. n. 21.* Divinatoria demum, quando homo utitur medio 256 improportionato ad aliquid sciendum, cùm enim tale medium non sit causa productionis cognitionis illius, quod quæritur, tacita semper in illo immiscetur dæmonis invocatio, & pactum, *Sanch. ad Præc. Decal. lib. 2. c. 38. n. 88. & Bordon. ubi sup. n. 3. & 4.*

257 Electio per sortem divisoriam in solis Ecclesiasticis beneficiis prohibita est, in aliis enim rebus, & negotiis indifferenter est permissa, ex animadversis per *Araux. dec. mor. tit. de Stat. Civ. disp. 3. ar. 4. n. 19. Zaul. lib. 1. rubr. 2. n. 40. & seqq. Filliucc. tr. 37. c. 3. n. 41.* ubi observat, in Urbe notorium haberi exemplum hujus electionis per sortem circa cellas Cardinalium pro Conclavi, & aliquando inter plures virgines, æqualiter habiles, pro consequutione dotis, *Mo-* 258 *ron. resp. 95. n. 181. Matt. de Cauf. Consist. sect. 19. n. 29. Passer. de Elect. c. 18. n. 6. & seqq. & Rot. in Majoric. Benef. 15. Jun. 1699. à §. Urgentius, coram R. P. D. Ansal.* ubi respondendo exemplo Divi Matthiæ, de quo in *Actib. Apost. c. 9.* 259 ait, eumdem Spiritum, qui ubi vult spirat, eodem modo, quo tunc Apostolos inspiraverat, hodie, ob frigescentem forte charitatem, insufflasse in corda Summorum Pontificum, ut damnarent hujusmodi electiones per sortes illamque sequitur *Ansald. in addit. ad dec. 195. n. 25. vers. Hanc decis.* Cui posset ulteriùs responderi cum *Passer. de Elect. c. 8. n. 6. Donat. Rer. Regul. t. 2. tr. 1. de Elect. q. 12. n. 2. de Nat. & form. Elect. del Bene, de Offic. Inquis. par. 8. dub. 225. sect. 7. à n. 9. & Sebast. Medic. in Summ. concord. Canon. Decr. caus. 26. q. 2. ar. 1.* id factum fuisse inspiratione Divina, & quidem rationabiliter, ut scilicet hoc modo etiam S. Mat- 260 thias esset à Christo electus, sicut & cæteri Apostoli. Quæ nedum procedunt in electionibus, sed in quibuscumque aliis actibus, puta collationibus, & præsentationibus ad benefi- 261 cia, & officia Ecclesiastica, *Jo. Cirier. de Primogen. lib. 1. q. 9. n. 7. Tambur. de Jur. Abbat. t. 1. disp. 8. q. 22. n. 9. Rota dec. 291. n. 26. cor. Duran. & in d. Majoricen. §. Palpabant.*

262 Quidquid motivaverit *in dec. 459. n. 24. p. 19. rec.* Verum tamen est, quòd id limitavit in Hispaniarum Regnis *in Albaracinen. 10. Maii 1700. §. Minusque cor. Rev. Molines*, quæ reperitur impressa apud *Piton. discept. Eccles. 4. à n. 124.* vigore specialis Constit. Leonis X. in qua in eisdem Regnis permissum est uti sorte in paritate votorum, circa electiones ad beneficia Ecclesiastica.

FINIS TERTII LIBRI.

INSTITUTIONUM CRIMINALIUM
ADVOCATI
DOMINICI URSAYÆ.
Liber Quartus.

TITULUS PRIMUS.
De Indiciis, & Præsumptionibus Criminum.

1 INdicium dictum est ab indicando, *leg. Quod vas*, §. *Qui furem*, *ff. de Furt. Brugiot. Inst. Crim. lib.* 4. *tit.* 2. *n.* 1. *&* *de Rosa*, *res. Crim.* 40. *n.*100. ubi *ex D. Joan. Chrysost. hom.* 2. *David.* vocat indicium, mutum quidem testem, sed omnibus vocem habentibus evidentio-
2 rem. Definitur autem, *Demonstrativum adminiculum ad veritatem ostendendam Angel. de Malef. Verb. Quod fama Menoch. de Præsumpt. lib.* 2. *præs.* 9. *n.* 20. *Ciazz. ad defens. Reor. discept.* 2. *n.* 4. *& seqq. & Zuff. Instit. Crim. lib.* 2. *tit.* 31. *lit. A.* Vel
3 *conjectura, ex probabilibus orta, quibus potest abesse veritas, sed non verisimilitudo, atque ita animum judicantis perstringit, ut cogat ejus conscientiam secundum eam credere, & judicare.* Per quas ultimas particulas comprehenditur in citata definitione, non solùm indicium indubitatum, sed etiam præsumptio Juris, & de Jure, ut advertit *Menoch.*
4 *de Præsumpt. lib.* 2. *præs.* 7. *num.* 6. Vel demum juxta *Amen. in prax. Crimin. tit.* 13. *de Indic. num.* 1. *Indicium est maleficiorum signum, ex quo Judex ad inquirendum, vel puniendum movetur.*

5 Prima Indiciorum divisio est, quòd aliud sit indicium indubitatum, & plenum, aliud verò dubitatum, & non plenum, seu semiplenum, *Bald. in leg. Ea quidem n.* 8. *Cod. de Accus. Jodoc. in Prax. c.* 36. *n.* 11. *Brug. Inst. Crim. lib.* 4. *tit.* 2. *lib.* 3. *& seqq. Basil. dec.* 1. *n.* 12. *& Majoran. in Opoprax. Crim. seu Sum. vel Epitom. pract. lib.* 2. *c.* 8. *n.* 4.

6 *Indicium indubitatum*, quod *Menoch. de Præs. lib.* 2. *præs.* 7. *n.* 7. necessarium vocat, Græci autem Tecmirios dicunt, ut observat *Zuff. Instit. Crim. lib.* 2. *tit.* 31. *lit. F.* illud est, quod est ita clarum, ut ejus contrarium credi minimè pos-
7 sit, quia rem taliter ponit ante oculos Judicis, ut ejus animum quodammodo arctet ad ita credendum, *Farin. quæst.* 36. *n.* 35. *& seqq. Grasset. de Nec. prodit.* §. 29. *n.* 207. *& seqq. Basil. dec.* 1. *n.* 22. *& Rayn. to.* 2. *cap.* 21. §. 4. *n.* 32. ubi diver-
8 sas hujusmodi indicii definitiones explicat, & inter se conciliat, & de materia latè agit. Inter alia exempla indicii indubitati, illud solet à DD. communiter afferri, de eo, qui fugiens, visus est exire de aliqua domo pallidus, & cum gladio sanguinolento, nam, si in dicta domo reperiatur aliquis homo occisus, præsumitur ex indicio indubitato, occisionem ab ipso perpetratam fuisse, eo quia in hoc casu concurrunt simul quatuor indicia. I. Est pallidítas, & trepidatio juxta *Text. in leg. De minore*, §. *Tormenta*, *&* §. *Plurimum*, *ff. de Quæst.* II. Est delatio gladii, cùm lex de portantibus armis malè præsumat, *leg.* 1. *Cod. Ut arm. usus insc. Princ. sit prohib. &* §. *fin. Auth. de Mand. Princ.* III. Est fuga deferentis arma, quæ fugientem reddit valdè suspectum de aliquo scelere commisso. IV. Est sanguis in gladio, qui post hominem vulneratum, vel occisum, solet remanere sanguinolentus; Unde ex his omnibus hoc indicium, non solùm dicitur indubitatum, sed etiam manifestum.

9 Benè verum est, quòd potest dari casus, quòd hujusmodi indicium veritati non cohæreat, & inter alia exempla, *Cason. de Indic. tract.* 11. *n.* 5. refert illud, de quodam amico, qui post mortem amici superveniens, & accipiens gladium sanguinolentum, quem occisor reliquerat, eumdem insequebatur; Aliud exemplum ponit *Far. q.* 52. *n.* 3. de quodam Ludi magistro Spoletano, invento in cubiculo sui domini, qui fuerat vulneratus, & occisus à fure, ingresso per caminum; Alia demum videri possunt apud *Menoch. de Arbitr. cas.* 270. *n.* 19. *Carol. Ant. de Luc. ad Franc. dec.* 372. *n.* 3. *& Ray. t.* 2. *c.* 21. §. 4. *&* 5. *n.* 47. *vers. Addo.*

10 Illud prætereà indicium indubitatum appellatur, quod à lege approbatum reperitur, juxta exemplum *Tex. in leg. Si quis ei*, *C. ad leg. Jul. de Adult.* de quo *Far. qu.* 36. *num.* 28. *& seqq.*

11 *Indicium dubitatum, seu semiplenum*, quòd Græci Simeiros appellant, ut observat *Zuff. Instit. Crim. lib.* 2. *tit.* 31. *lit. G.* est præsumptio, fortiter movens animum Judicis ad aliquid credendum, vel non; Non tamen taliter, ut illius animus quiescat, & ulterius investigare non curet.

12 Secunda Indiciorum divisio est, quod aliud sit proximum delicto, aliud remotum: *Indicium delicto proximum* dicitur illud, quod tangit negotium, & ipsum delictum, *Gazzon. de Indic. c.* 7. *n.* 47. Vel est illud, quod immediatè respicit veritatem rei, & delicti per sensum visus, & auditus, juxta subjectam materiam, ita *Ofasch. dec. Pedem.* 79. *n.* 15. Puta, inquiritur quis de homicidio, unicus testis deponit de visu, hujus dictum est indicium proximum; *Indi-*
13 *cium remotum* est illud, quod è contra non respicit immediatè veritatem delicti, sed tantùm illius circumstantias, veluti sunt fuga, fama, inimicitia præcedens, associatio cum aliquo, qui fuit occisus, *Ciazz. ad Defens. Reor. discep.* 2. *sub n.* 151. ubi ponit plusquam 150. alia exempla hujusmodi indiciorum remotorum.

14 *Præsumptio*, Theologicè sumpta, vitium est spei contrarium, quando scilicet, quis sperat aliquid contra vires proprias, vel contra Dei justitiam, *D. Th.* 2. 2. *q.* 111. *ar.* 1. Juridicè verò considerata, est quædam ratiocinatio, ex verisimili desumpta, *Brugiot. Inst. Crim. lib.* 4. *tit.* 2. *n.* 17. *& seqq.*
15 Ex illius enim natura ab inverisimili abhorret, semperque proximè veritati accedit, quæ verisimilitudo appellatur, *c. Constitutus*, §. *fin. de Testib. Far. q.* 36. *n.* 67. *& seqq.* Indeque illa præsumptio efficacior est, quæ verisimilior *leg.* 2. *Cod. ad leg. Corn. de Sicar.*

16 Principalis divisio præsumptionis, omnium consensu recepta est, quòd alia sit præsumptio Juris tantùm, alia Juris, & de Jure, alia non Juris, sed hominis, *Gloss. in c. Is qui fidem verb. Contra præsumptionem de Sponsal. Menoch. de Præsumpt. lib.* 1. *q.* 2. *n.* 3. *&* 11. *Passer. in Trib. Regul. quæst.* 18. *art.* 1. *n.* 4. *& Rayn. tom.* 1. *ad cap.* 7. *suppl.* 6. *n.* 167. *&* 168. *& Amen. in Prax. Crim. tit.* 13. *q.* 1. *n.* 28. *fol.* 497. latè *Bordon. in Manual. S. Offi. sect.* 59. *n.* 92. *& seqq.* ubi à *n.* 116. ponit plures conclusiones circa exclusionem præsumptionum, & probat, in multis casibus illas non attendi, vel excludi à vehementioribus.

17 *Præsumptio Juris tantùm* est, quando lex aliquid præsumit, & ulteriùs non procedit, aliquid statuendo, unde, alio in contrarium non adducto, pro veritate habetur *Alciat. de Præsump. par.* 3. *n.* 1. *& Gaudin. de Præsump. & Indic. n.* 8. Dixi, *alio in contrarium non adducto*, quia contra præ-
18 sumptionem Juris admittitur probatio in contrarium V. G. Præsumit lex, unumquemque bonum *c. Dudum de Præsum.* hoc autem verum est, nisi concludenter probetur malus, *Mascard. de Prob. lib.* 3. *q.* 102. *n.* 21. *& Menoch. de Præsump. lib.* 1. *q.* 4. *n.* 1. *&* 2.

Pro-

Prout etiam juxta *Gloss. in leg. Ex iis, ff. de Legib.* non procedit in fœminis, eo quia inter illas raræ reperiuntur bonæ, quam sequitur *Add. ad dec. 431. n. 43. & seqq. par. 4. tom. 2. rec.* ubi, quòd *Jodocus Damhoud. in tract. Loc. comm. litera M. ver. Mulier philosopha* testatur, se ad hoc, ut alliquid diceret in honorem fœminarum, revoluisse omnes Juris Civilis Textus, ad effectum reperiendi, si in eis fieret mentio de aliqua muliere bona, & incidisse in Textu, incipiente *Mulier bona, ff. de Jur. dot.* Verùm illum diligenter inspiciendo reperiit, verbum *bona* non esse casus nominativi, sed accusativi, dicendo *mulier bona sua omnia in dotem dedit*, & sic in toto corpore Juris Civilis mulierem bonam invenire non valuisse. Invenisset autem in Sacra Scriptura, & in Jure Canonico, si ulteriùs quæsivisset, ut videre est *in Eccles. cap. 26. n. 1. 3. 18. & 21. & cap. 36. nu. 26. & apud D. Paul. 1. ad Corinth. cap. 7. n. 14. & in can. Quod autem in fine 28. quæst. 1.* unde benè advertit *Nevizzan. in Sylv. nupt. lib. 4. sub num. 95.* mulieres multas habere prærogativas, quæ copiosiùs scriptæ reperirentur, si ipsæ scriberent, ut faciunt viri, ad quem effectum applicari potest lepidum dictum illius Philosophi, qui teste *de Rub. in addit. ad dec. 431. n. 54. par. 4. to. 2. rec.* observando in magna tabula depictos multos Leones, ab hominibus dilaceratos, prorupit in hæc verba:

Oh si Leones pingere scirent!

De quibus selectissimis, & laude dignissimis mulieribus, latè agit *Zaul. t. 1. lib. 1. rub. 16. n. 50. & seqq.* & latiùs *Petrus le Moyne in Libro, cui titulus la Galleria delle Donne forti, Mutinæ reimpresso anno 1701.* & priùs per Authorem Gallicè typis dato. Vide etiam *Chrystophorum Bronzini in tract. della Dignità, e nobiltà delle Donne* anno 1624. impresso Florentiis.

Præsumptio Juris, & de Jure est dispositio legis, aliquid præsumentis, & super præsumpto, tamquam super sibi noto, & comperto, aliquid statuentis, *Alciat. de Præsumpt. par. 2. n. 3. Menoch. eod. tract. lib. 1. quæst. 3. n. 17. & 18. & Passer. in Trib. Regul. quæst. 18. art. 1. n. 4.* Dicitur *Juris, & de Jure*, quia non solùm à lege fuit introducta, sed super ea lex firmum jus inducit, eamque pro veritate taliter habet, ut contra illam probationem in contrarium non admittat, ut observant *Alciat. de Præsum. par. 2. n. 4. & 9. Brugiot. Instit. Crim. lib. 4. tit. 2. nu. 23. & seqq. & Majoran. in Opoprax. Crim. lib. 2. c. 8. n. 19.* Hujus præsumptionis exempla videri possunt in corpore Juris Pontificii, *in c. Is, qui fidem, de Sponsal. in c. De illis, de Desponsat. impub. in c. Per tuas, de Condition. apposit. in cap. Significavit, de Eo, qui duxit in Matrim. &c. in cap. Insuper, Qui Matrim. accusar. poss.* In Jure autem Cæsareo *in leg. fin. Cod. Ad S. C. Macedon. in leg. fin. Cod. Arbitr. tutel. in leg. Antiqua, Cod. ad S. C. Vellejan. & in §. penult. Aut. Ut liceat Matr. & Aviæ*, & apud *Gaudin. de Præsumpt. & Indic. n. 8. & Menoch. lib. 1. de Præsump. q. 97. n. 2. & seqq.*

Præsumptio non Juris, sed hominis, est quidam conceptus, in mente causatus ab aliqua probabili conjectura, *Bald. in leg. Ea quidem n. 4. C. de Accus.* Illa enim propriè hominis præsumptio dicitur, quæ in Jure expressa non reperitur, sed in animo, & mente Judicis, ex variis argumentis, causatur, *Menoch. de Præsump. lib. 1. q. 5. n. 4. & seqq.* Ideoque dicitur posita in arbitrio Judicis.

Dividitur hæc hominis præsumptio in levem, gravem, seu vehementem, & violentam, seu violentissimam, *Amen. in Prax. Crim. tit. 3. qu. 5. n. 31. fol. 497. Levis hominis præsumptio* est illa, in qua parva adest conjectura mali, si malum præsumendum sit, & magna conjectura boni, puta, quia multa sunt signa boni, & parva mali, *Passe. in Trib. Regul. q. 18. art. 1. n. 7. Præsumptio gravis, seu vehemens* est applicatio animi boni viri ad verisimile eligendum, *Bald. in cit. leg. Ea quidem num. 4. C. de Accus. Præsumptio* demum *violenta*, quam aliqui DD. cum indicio indubitato confundunt, ea est, ex qua animus judicantis in contrarium persuaderi non potest, vel juxta *Alex. de Ale: in Summ. par. 3. q. 5. c. 7.* est, quando omnis conjectura apparet mali, nulla autem boni.

Suspicio est declinatio aliqua animi, potiùs ad unam partem, quàm ad alteram Passer. in Trib. Regul. q. 18. ar. 1. n. 17. Sumiturque in bonam, & in malam partem, & quando accipitur in malam partem, est opinio mali, ex levibus indiciis orta *D. Th. 2. 2. q. 60. ar. 3.* Dividitur suspicio, in levem, gravem, & violentam, unde quoad illam repetenda sunt ea, quæ *supra n. 28. & seqq.* de Præsumptione dicimus.

Adverte hic ex *D. Thom. 2. 2. qu. 60. art. 4. ad 3.* dupliciter posse aliquem suspicari de actionibus hominum, uno modo, quando debemus aliquibus malis, sive nostris, sive alienis, adhibere remedium, & tunc, ad hoc, ut securius remedium apponatur, expedit, quod suspicetur id, quod est deterius, ea ratione, quia remedium, quod habetur pro efficaci contra majus malum, multò magis erit efficax contra minus malum: Alio modo, quando definiendo, vel determinando, suspicamur, vel dubium habentus circa bonitatem, vel malitiam alicujus actionis, & tunc omnis sumenda est interpretatio in meliorem partem, *ut observavimus supra lib. 1. tit. 1. in fine.*

Conjectura est motus animi, ex probabilibus motivis ortus Passer. ubi supra *n. 23.* ubi, quòd confunditur cum Suspicione, & Præsumptione, ex quo solùm secundùm magis, & minus inter illas considerari potest aliqua levis differentia, & *Zuff. Inst. Crim. lib. 2. tit. 31. lit. M.*

Opinio verificatur tunc, quando intellectus inclinat in unam partem contradictionis, cum formidine alterius, ut concordantibus cumulatis notat *Fagn. in c. Ne innitaris n. 22. 78. 92. & seqq. de Constit.*

Fictio Juris est legis dispositio, quæ ad aliquem effectum mandat, ut præsumptio, aliquando fallax, accipiatur, ac si esset infallibilis, Passer. in Trib. Regul. q. 18. ar. 1. n. 21. ubi benè reprobat *Cyni* definitionem, asserentis, Juris fictionem esse *in re certa contrarii veritatis pro veritate assumptio*, quia lex non potest assumere falsum pro vero, sed solùm fallibile pro infallibili, nec simpliciter, sed in ordine ad certum effectum; Dividitur Fictio in inductivam, privativam, & extensivam, seu translativam I. Verificatur, quando lex fingit esse id, quod non est II. Quando è contra fingit esse id, quod est, non esse III. Demum, quando lex fingit, quod est uno modo, esse alio modo, *Far. q. 36. n. 145. & seqq.*

Verisimilitudo est aliquale simile, seu signum, demonstrativum veritatis, non autem ipsa veritas, quia nullum simile est idem, *Giazz. ad Defens. Reor. discep. 6. n. 1. & seqq. Barbos. axiom. 208. n. 1.*

Scrupulus est inanis appprehensio, ex levibus indiciis exorta Panim. dec. 119. n. 16. Omnino autem removenda, quando respicit existentiam peccatorum, quia tendit in animarum perniciem, & perditionem; Deposito scrupulo, non est malum operari, dummodò judicetur scrupulus, & uti talis contemnatur, *Bussemb. in Theol. moral. lib. 1. tr. 1. c. 3. Vers. Respondeo, Panim. dec. 119. nu. 16. & Jor. de Matrim. par. 12. q. 30. n. 17.*

Ex indiciis, non quibuscumque, sed indubitatis, Reus condemnari potest, quia indicia certa, & indubitata plenè, & sufficienter probant delictum, *leg. Sciant cuncti, Cod. de Probat. & leg. 2. C. Quor. appell.* Delicto autem probato condemnandus est Reus, *can. Nos in quemque 2. quæst. & leg. Si confessus, ff. de Custod. & exhibition. Reor. Rayn. to. 2. ad cap. 33. suppl. 3. n. 3.* Benè autem advertendum est in his terminis à Judicibus, & omnia attentè rimanda, ne eis eveniant ea, quæ de quodam magno Tribunali Lusitaniæ tempore *Urbani VIII.* narrant *Barbos. in cap. Afferte nu. 11. de Præsumpt. & Card. de Albic. de Inconst. in Fid. par. 1. cap. 15. num. 21. & cap. 34. num. 79.* de miserabili illo innocente, qui ex vehementibus indiciis, ob furtum Sacræ Pixidis, abscissis manibus, ad palam alligatus, vivus fuit concrematus, & tamen post quatuor annos ejus Innocentia liquidò apparuit, de eaque non sine admiratione, ut dicit *Barbos. ubi supra*, publicè confecta fuerunt instrumenta, tam à Judice Ecclesiastico, quàm Sæculari, & alios similes casus refert *Morl. in Emp. Jur. tit. 12. de Var. quæst. 1. par. 1. per tot.*

Procedit principalis conclusio eo fortius in delictis occultis, & difficilis probationis, in quibus ex indiciis indubitatis sufficienter convictus reputari debet Reus, *Far. q. 86. n. 29.* Delicta autem difficilis probationis ea sunt, quorum probatio à communiter accidentibus facilè haberi non solet, qualia sunt interna machinatio, fraus, simulatio, partus suppositio, incendium, damnum de nocte datum, & alia nocturna delicta, & similia, enumerata per *Far. & DD.* ab ipso relatos *in q. 18. n. 105.* Necnon in crimine assassinii, in quo ad condemnandum sufficiunt indicia indubitata, ex dispositione *Tex. in c. Pro humani, de Homic. in 6.* & benè probat *Conciol. Verb. Assassinus, ref. 6. per tot.* & Nos vidimus *sup. lib. 2. tit. 5. de Homic. n. 210.*

Ex multis capitibus oriuntur indicia, ad cognoscendum delicta; Principaliora autem, juxta methodum *Franc. Cason. in princ. sui tract. Malefic. præmedit.* deducuntur ex quatuor fontibus, nempè persona, causa, facto, & dicto, seu ex non facto, vel non dicto, & juxta tria tempora, nimirum ante, in, & post delictum. Pro faciliori verò eorum-

Ursaye Institut. Crimin. Aa 2 dem

dem notitia subnectimus aliqua exempla. Desumuntur autem.

49 I. Ex præparatione armorum, vel alterius instrumenti ad delinquendum, *c. Significasti, de Homic. Conciol. Resol. Crimin. Verb. Indicium res.* 15. *per tot.* Multòque magis si is, de quo suspicatur Judex, visus sit cum armis evaginatis, *Farin. q.* 51. *à n.* 69. *usque ad n.* 78.

50 II. Ex eo, quòd gladius repertus sit propè cadaver occisi, vagina autem penes Reum inquisitum, *Blanch. in leg. fin. n.* 295. *ff. de Quæst.*

51 III. Ex eo, quòd cadaver repertum sit propè domum alicujus, præsumitur enim homicidium à personis, ibidem existentibus, commissum, *leg.* 2. *ff. ad Syllan.* & vidimus supra *tit.* 5. *n.* 448. Benè verum est, quòd malitia hominum eò devenit, ut aliquando ista ab inimicis practicentur, ad inferenda præjudicia innocentibus, sicque cautus debet esse Judex in ponderatione hujusmodi indicii, ex animadversis per *Conciol. Verb. Homicidium resolut.* 14. *per tot.*

52 IV. Ex eo, quòd visus fuerit Reus exire ab aliqua domo pallidus, & cum gladio sanguinolento, In qua domo exindè repertus fuerit occisus, *Far. q.* 51. *n.* 50. cum aliis *supra num.* 3.

53 V. Ex eo, quòd cadaver occisi in conspectu Rei sanguinem emittit intra spatium septem horarum post occisionem, quòd indicium comprobatur ab experientia, & aliquas causas naturales adducunt, *Farin. quæst.* 51. *num.* 154. *& seqq. Marsil. Ficin. in Comment. Convin. Platon. de Annon. Orat.* 7. *cap.* 5. *& de Immortal. Anim. lib.* 16. *cap.* 9. *del Rio Disquis. magic. lib.* 1. *cap.* 3. *qu.* 4. *Kornmann. de Miracul. mortuor. par.* 9. *cap.* 23. *Zacch. qu. medicol. lib.* 5. *tit.* 2. *qu.* 8. *& Ptolem.* dum vixit in Romana Sapientia publicus Professor. *Instit. Crim. p.* 1. *lib.* 1. *tit.* 38. *n.* 12. *f.* 191. *impress. Romæ Typis Francisci de Lazzaris anno* 1691. ubi allegat innumeros concordantes, vide latè differentes de hoc Indicio *Pellegrin. in Practic. Crimin. tit. de Denunciat. part.* 5. *sect.* 1. *num.* 50. *fol.* 286. *Zerb. singul.* 132. *post Gemm. Episcop. & Dandin. de suspect. de hæres. cap.* 2. *sect.* 2. *subsect.* 5. §. 3. *numer.* 11. *fol.* 194.

54 VI. Ex conversatione cum facinorosis hominibus, non interpolatè, sed continuò, nam ex mala conversatione vitiosus quis efficitur, & præsumitur, juxta illud, *Cum perverso perverteris*, & sunt *Text. in cap. Innotuit de Elect. & in leg. Ediles, ff. de Edilit. edict.* atque advertunt *Prat. re-* 55 *spons. crim.* 6. *n.* 8. *& Bordon. in Manual. S. Offic. sect.* 59. *n.* 30. ubi, quòd hoc est verum non solùm de conversatione personali, sed etiam per epistolas, quod admittit, *Car. de Inq. p.* 2. *tit.* 2. *n.* 62. *& seqq.*

56 VII. Ex minis, nam sequuto delicto, contra eum præsumitur, qui minatus est, *leg. Quædam, & leg. fin. de Probat. Amen. in Prax. crim. tit.* 13. *de Indic. nu.* 11. Conditiones autem, quæ concomitari debent minas, ad hoc, ut hujusmodi indicium validum sit, enumerant *Far. q.* 50. *nu.* 9. *& seqq. & Conciol. verb. Indicium resol.* 14. *per tot. & alleg. for.* 93. *num.* 22. quòd scilicet minans sit persona potens, malæ vitæ, & solitus illas exequi; Quòd fuerint certæ, & directæ ad vindictam illicitam; Quòd illatæ fuerint ex intervallo, non autem incontinenti post acceptam injuriam; 57 Quòd delictum comminatum subsequutum fuerit paulò post minas illius; Quòd sit illud idem, in minis comminatum; Quòdque demum minatus non habeat alium inimicum, præter minantem. Deficientibus enim istis conditionibus, 58 verificatur ut plurimum illud celebris Poetæ: *Sæpè minus faciunt homines, qui magna minantur*, relatum à *Nevizzan. in Sylv. nupt. lib.* 4. *verb. Est nubendum numer.* 136. *fol.* 432.

59 VIII. Ex inimicitia, non levi, sed capitali; Lex enim de inimico capitali omne malum præsumit, *leg. Inimicitia, ff. de Iis, quib. ut indig.* cum aliis apud *Farin. qu.* 49. *nu.* 20. *& seqq.* ubi, quòd capitalis inimicitia oritur ex lite omnium bonorum, vel majoris partis: Ex accusatione criminali; 60 Ex injuria personali, seu verbali, valdè gravi; Ex minis capitalibus; Ex testimonio, contra aliquem in causa criminali prolato; Et ex retentione alienæ Uxoris inter Maritum & retinentem illam, & latè pariter *Conciol. verb. Inimicitia, res.* 1. *per tot.*

61 IX. Ex mendacio delinquentis, nam ex illo præsumitur dolus, *leg. Servus, §. Si persuaserit, & leg. Si quis, ff. de Dolo.* Dummodò mendacium sit concludenter probatum, & respiciat substantiam ipsius delicti.

62 X. Ex variatione Rei, nam Reus varius in suis dictis, culposus judicatur, *leg. De ætate, §.* 1. *ff. de Interrog. action.* Dummodò varietas respiciat substantiam delicti, & adminiculetur ab aliqua alia conjectura, *Far. q.* 52. *nu.* 59. *& seqq. Amen. in Prax. crim. tit.* 13. *de Indic.* §. 2. *n.* 14.

63 XI. Ex titubatione, & Vacillatione Rei; Vacillans autem dicitur ille Reus, qui dubitando, & tremendo loquitur, *Bart. in leg. De minore, §. Plurium num.* 2. *ff. de Quæst.* Difficile siquidem est malæ conscientiæ signa ex vultu non ostendere, juxta illud *Ovid.*

O quàm difficile est, crimen non pandere vultu.

64 Verum tamen est, quòd cum trepidatio, & pallor innocentibus pariter accidere soleant, ideo ad hoc, ut faciant indicium, debent esse aliis conjecturis adminiculatæ. E contra verò hilaritas vultus considerari solet pro magno innocentiæ indicio, quia difficile reputatur d. hilaritatem cum 65 conscientia criminosa unire, ut notat *Scannar. de Visit. Carc. fol.* 291. *n.* 19. *& seqq.* ubi, quòd tempore, quo erat Procurator Charitatis, ex tali hilaritate motus fuit ad perquirendum Processum cujusdam condemnati ad mortem, 66 cujus sententia exequi debebat post tres dies, & invenit ipsum esse innocentem, qualis repertus, fuit declaratus, & liber dimissus. Ad quod indicium, ex vultus hilaritate desumptus, reducitur aliud, quando prætensus reus Judicis non formidat aspectum, juxta observationem *S. Laurent. Justitian. de Cast. connub. fol.* 130. *col.* 3. *lin.* 40. his verbis: *Innocentiæ notissimum indicium est, Judicis non formidare aspectum.*

67 XII. Ex fuga prætensi Rei, §. *Igitur, Auth. de Exibend. & introduc. Reis*, cum aliis apud *Far. qu.* 38. *num.* 1. *& seqq.* ubi, quòd ad hoc, ut fuga validum constituat indicium, necesse est, ut illa sequatur ante formatam inquisitionem; Quòd sequatur propter conscientiam criminis, non autem propter timorem, & minas inimicorum; Quòd fuga sit 68 adminiculata ab aliqua alia conjectura; Quòd aufugiens perseveret in fuga; Quòdque demum nullo modo faciat copiam sui Curiæ criminali, quia si se præsentet Superiori, non intelligitur fugere, de quo indicio latè *Passer. in Trib. Reg. quæst.* 17. *à num.* 90. *Bordon. in Man. S. Offic. sect.* 59. *n.* 57. *& seqq. & Conciol. Resol. Crim. verbo Indicium, res.* 16. *per tot.*

69 E converso autem spontanea Rei constitutio in carceribus maximum reputatur innocentiæ signum, quia nemo tam fatuus, & insanus præsumendus est, qui, si innocens non esset, vellet se intra carceres includere, *Scannarol. de visit. carcer. fol.* 194. *n.* 43. *Far. q.* 48. *n.* 51. *& seqq. de Angel. de Confess. to.* 2. *qu.* 51. *nu.* 33. *& seqq. & Conciol. verb. Spontanea comparitio, resol. unica per totam*, ubi multipliciter id ampliat.

70 Adversùs tamen hoc adminiculum consideratione digna videntur ea, quæ scribit *Roland. cons.* 60. *num.* 37. *lib.* 2. advertens, aliquos etiam innocentes non se constituere, nè marcescant in carceribus odio inimicorum, eos persequentium, & propter egestatem, cùm non habeant pecunias, 71 quas oporter in carceribus consumere. Prout etiam præ oculis habendæ sunt aliæ circumstantiæ delictorum, & bonæ famæ se constituentis, quia aliquando, teste *Far. cons.* 55. *n.* 59. se constituunt veri delinquentes, sperantes, eorum delicta remanere occulta, ubi proinde ad rem advertit, 72 quòd exitus carcerum, non autem introitus innocentiam demonstrat.

73 XIII. Ex inculpatione vulnerati, præsertim existentis in mortis articulo, *Farin. qu.* 46. *num.* 1. *& seqq.* ubi *num.* 2. respondet *Textui*, qui videtur contrarius *in leg. Si quis in gravi, §. Si quis, ff. ad S. C. Syllan.* & testatur de praxi in Urbis Tribunalibus observata. Hujusmodi indicii ratio innititur præsumptioni illi, quòd, quando quis reperitur in 74 vitæ periculo, non præsumitur immemor æternæ salutis, & consequenter, quòd mentiri velit, juxta latè deducta per *Gurb. ad Consuet. Messan. cap.* 2. *gloss.* 7. *n.* 2. *& seqq.* Quod tamen non procedere in iis, quæ respiciunt tertii præjudicium, egregiè comprobat *R. P. D. m. Severolus*, qui piè obiit in urbe die 12. Decembris 1707. hora 15. (omni ævo 75 laudandus, & ad sydera extollendus, ob merita, virtutes, insignem eruditionem, Jurisprudentiæ plenissimam cognitionem, & incessantes labores, quibus Romanam illustrat Curiam, cuique multum me debere profiteor) *in ejus doctissimo Voto*, impresso post *dec.* 534. *n.* 24. *p.* 14. *rec.* & videbimus infra *tit.* 4. *n.* 69.

76 XIV. Ex rivalitate in amore *Conciol. verb. Indicium res.* 12. Dummodò amor sit reciprocus inter amasiam, & amasium, sitque notus Rivali; qui ulterius illum ægrè ferat, *Caren. de Offic. Inquis. par.* 3. *tit.* 10. *n.* 109. *& Vermigl. cons.* 76. *num.* 2.

Ex

77 Ex quo sequitur, quòd si amasius occidat rivalem, absque eo, quod priùs ostenderit, rivalitatem sibi displicere, tale homicidium dicatur proditorium, *Rayn. tom.1. cap.8. §.3. num.110.*

78 XV. Ex mala physionomia, juxta, illud *Ecclesi.19. 26. Ex visu cognoscitur vir, & ab occursu faciei cognoscitur sensatus*, & advertunt *Amen. in Prax. crim. §. 13. de Indic. num.5.* ubi tamen, quod est signum æquivocum, & fallax, quod probat ex aspectu Socratis, quem Physionomus prædiconem ex aspectu affirmavit, cùm tamen

79 esset castissimus, *Farinac. quæst. 52. num. 165. Crus. de Indic. par.1. cap.22. num.1. & seqq.* ubi, quòd è contra corporis pulchritudo ingens bonæ indolis, mentisque est præsumptio, *Tabor. de Tort. & Indic. art. 27. num. 8. Joseph Ricc. de publ. Indic. quæst.21. & Card. de Albic. de Inconst. in Fid. p.1. c.32. num.62.*

80 Imò pulchritudinis tanta vis est, ut omnium propè, quos habet spectatores, desiderium exeitet, voluntatem adjungat, amorem sibi conciliet, *Kormann. de Jur. Virginit. cap.99. & Barbos. de Potest. Epis. alleg.42. num.3. & seqq.* ubi, quòd in pulchro corpore pulchra residet

81 anima, quòdque species corporis simulacrum est mentis & figura probitatis, quod advertit etiam *Matth. de Fan. de Mod. Studen. cap.30.* E contra autem non potest facilè fieri, ut qui omnino deformis est, bonus sit,

82 juxta opinionem *Bobadil. in sua Politic. lib. 1. cap. 8.* Indeque *Martialis lib. 11. Epigramm. in Zoilum* ex corporis deformitate illum improbum opinabatur, remque mirandam subjungens, si fortasse bonus esset,

Crine ruber, niger ore, brevis pede, lumine læsus
Rem magnam præstas, Zoile, si bonus es.

83 In uxoribus autem deformitatem laudabilem esse; eo quòd difficile sit custodire, quam multi propter pulchritudinem amant, & aliquo modo expugnatur, quod undique incessitur, observat *Nevizzan. in Sylv. nupt. lib.2.*

84 *verb. Diviti non est nubendum num.86.* ubi, quòd turpes uxores sunt similes macellariorum tabulis, quæ diu, noctuque sine ulla custodia, absque ablationis periculo, remanent in Plateis, quodque, quando uxor est pulchra,

85 aufertur nomen domus marito, quia dicetur, eamus ad domum Dominæ Tenerinæ, non autem ad domum Domini Bonhomi ejus mariti: loquiturque in specie de illis, quæ dispaliatæ, & clamistratæ incedunt, *Num.* autem 94 *ex D. Hieronym.* observat, quod minori miseria deformis

86 habetur, quàm formosa servetur.

87 Ad hoc indicium, ex mala physonomia desumptum, reducitur aliud, innixum palliditati, & macilentiæ, ex animadversis *per Farin. quæst.116. num.170.* ubi monet,

88 cavendum esse à pallidis, macilentis, habentibus parvam barbam, & vocem fœmininam, quia ipse non semel, sed pluries ab hujus qualitatis hominibus fuit proditus: Ego autem cum *Rayn. tom.1. cap.2. §.5. in fine* crederem, id

89 non esse generaliter verum, sed neque etiam generaliter falsum.

90 XVI. Inter indicia reputari potest ex Judicis decreto obstinatio Rei, nolentis respondere ad interrogata: In his enim casibus ei solet præcipi, ut respondeat sub comminatione, quòd aliàs dicta ejus obstinatio computabitur inter indicia, quæ ex Processu contra ipsum resultant, ut advertunt *Guazzin. ad Defens. Reor. defens.20. cap.17. num.7. & Rayn. tom.1. ad cap.7. supplet. 11. num. 100. vers. Deindè*, ubi *num.98.* quòd iste casus ob scho-

91 lam ribaldorum nimis frequens est in carceribus Urbis, in quibus instruuntur carcerati à dd. scelestibus, & ribaldis, ut allegando Immunitatem Ecclesiasticam, seu se fuisse extractos ab Ecclesia, nihil aliud respondeant,

92 quàm *Chiesa Chiesa*, & quod magis est, etiam postquam Judex Ecclesiasticus, facto Processu, declaravit, illos non fuisse extractos ab Ecclesia.

93 XVII. Aliud refert indicium *Cosp. nel Giudic. Cri. ex Div. Ambros.* de cane illo, qui associabatur Dominum de sero, quando fuit occisus; De manè enim concurrentibus multis ad videndum cadaver, inter quos etiam unus ex occisoribus, canis adversùs eum morsibus, & latratibus nunquam destitit ab offendendo, ex quo Judex dubitare cœpit, illumque carceribus mancipare fecit in quibus à seipso delictum fassus fuit.

Aliud de alio Cane ferè mirabile refert *Julius Cæsar Scaliger*, relatus *in Athlante novo*, in descriptione Gastinensi, & Senon. *lit. mihi PPP.* quem omninò vide, quia Curiosissimum.

94 XVIII. Demum indicium desumitur ex depositione socii criminis contra alium nominatum, & inculpatum de illo, *Gloss. in leg. fin. verb. Conscientia Cod. de Accus. & Am. in Prax. crim. tit.13. de Indic. num. 4.* Dummodo nominationem sui socii criminis confirmet in tortura; Inculpatio sit associata aliis indiciis, & Reus fuerit interrogatus à Judice de sociis in genere, non autem in specie, & per interrogatoria suggestiva, quo casu Judex officio potiùs suggerentis, quàm interrogantis fungitur, quod improbat *Text. in leg.1. §. Qui quæstionem, ff. de Quæst.* Et hoc casu totus 95 processus est nullus, *Farin. qu.43. nu.132. Ciazz. ad Defens. Reor. defens.9. num.473. & seq.* ubi monet Judices ut à suggestionibus abstineant, ne proprias animas perdant & carceratos indebitè vexent, *& Cyriac. controv. 150. à num. 91.*

96 Quosvè simili exhortatione piè etiam monet *P. Franciscus Marchesius nelle Massim. di Pietà, p.1. discur.26. in fine, vers. Teofilato*, ubi id comprobat exemplo Jonæ, qui à Judicibus nullis dolosis suggestionibus fuit interrogatus, licèt periculum naufragii proximum, & evidens esset 97 sed purè, & candidè, cum illis verbis *Indica nobis cujus causa malum istud sit nobis? quod est opus tuum, quæ Terra tua, quò vadis, vel ex quo Populo es? Jon. 1. 7. & seqq.* de quo doctissimo, & piissimo Religioso mentionem cum laude facit, *Sac. Rot. in Rom. Pecun. super exhibitione 2. Junii* 98 *1698. §. Prout, cor. R. P. D. Muto*; ibi, *ob maximam æstimationem, qua idem præditus erat in rebus spiritualibus, & animarum directionem concernentibus*, cujus veritatis ego de facto proprio, per quatuor integra lustra, & usque ad ipsius obitum sequutum in Urbe die 15. Februarii 1697. possum esse testis: De eadem mentio pariter habetur *in decis.119. &* 99 *dec. 157. coram Emer. jun. Et in Romana Pecuniaria 26. Februarii 1717. §. Non attentis coram Ansaldo* ibi -- *P. Marchesii, viri omnium virtutum genere præclari*. In eadem verò decis. *Rom. Pecun. super Exhibitione 2. Junii 1698. §.1. in fine*, ex errore forsan Impressoris legitur, ex ejusdem Tribunalis benignitate concessam fuisse novam audientiam ad effectum parandi novas defensiones, dum articulorum ad- 100 missio à Signatura Justitiæ demandata fuit, Partibus acerrimè informantibus die 9. Junii 1695. Ponente R. P. D. Falconerio, mediante rescripto *Rota pro articulorum admissione*, ut est in Curia notorium, & advertit *Constant. ad Stat. Urb. lib.2. tit. de appell. annot. 52. art. 1. sect. 1. num. 19. fol. 376.* necnon *Fattinell. de Signatur. cap.7. num.24.* ubi, quòd 101 ita etiam rescripsit 27. Junii 1686. *Ponente R. P. D. Pallav. in Romana Prælationis Castri Porciliani, & in Treveren. Præpositura 26. Martii 1705. Ponente R.P.D. Barbadigo. Et in Salisburgen. Primogenituræ de Codron. 15. Julii 1715. Ponente R.P.D. Nigrono* per tres sententias rescribendo *Consilio de tribus, & mandet compulsari librum*.

102 Pro cujus suggestionis intelligentia sciendum est, quòd suggestio tunc verificatur, quando Judex Reum interrogat non in genere, sed in specie, & in circumstantiis, individualiter delictum tangentibus, juxta exemplum, *Scacc. de Judic. lib.1. c.86. num.8.* de Judice, qui statim, & in specie interrogat Cajum, si occiderit Sempronium, ense, tali die loco, modo &c. ipsum examinando super individualibus circumstantiis. Aliud exemplum poni potest in Notario, inter- 103 rogante graviter infirmum, an velit Sempronium hæredem suum instituere; Hoc enim est propriè nomen hæredis suggerere, quod ei permissum non est, sed petere in genere debet, quem velit sibi instituere hæredem, circa quæ vidend. *dec.1060. & 1101. & 1125. cor. Emer. jun.*

104 Suggestio autem duplex est, una aperta, & alia palliata; *Aperta*, est quando de suggestione apparet ex interrogatione Judicis, juxta exempla supra posita, & alia penes, *Conciol. verb. Confessio, resol. 11. num.4. Palliata* dicitur è contra 105 quando non apparet ex Judicis interrogatione, puta, quia reperiatur scriptum, *ad opportunam Domini interrogationem*, quæ tamen non reperiatur extensa in Processu, tunc enim ex hac reticentia præsumitur suggestio, quia solent improbi Judices examen dicto modo formare ad tegendas eorum suggestiones, & malitias, ut testantur *Ambros. de Proces. infor. lib.2. cap.6. nu.23. & seqq. Cartar. de Inter. Reor. lib.3. cap.3. num.22. & 23. & Conciol. verb. Confessio, resol.11. num.4. & 5.*

106 Subdividitur suggestio, tam aperta, quàm palliata, in illam; quæ fit in damnum Rei, & in favorem Fisci, ut in posito exemplo, & in illam, quæ fit in damnum Fisci, & in favorem Rei, quando scilicet, facta interrogatione, Judex prævenit Reum in respondendo, indicando ei modum evadendi periculum torturæ, vel supplicii, veluti si Judex interrogando Reum super homicidio, dicat ei: *Fecisti homicidium*

cidium ad tui defensionem? Cartar. de Interr. Reor. lib.2 cap.1. num.54.

TITULUS II.

De Probationibus Criminum.

1 PRobatio dicitur, quasi *proba actio*, capiendo tamen actionem, ut est facti, non Juris, ita ut idem sit, ac actus probus, *Abb. in Rubr. de Action. in princ. Masc.* 2 *de Probat. lib. 1. quæst. 3. num. 3.* ubi tamen, quod aliquando accipitur etiam, vel pro laudare, vel pro permittere, vel pro periculum facere, & tentare, vel demum pro persuadere, ut quis aliquid faciat.

3 Definitur *ostensio rei dubiæ, per legitimos modos, Judici facienda, in causis apud ipsum Judicem controversis, Brugiot. Instit. Crim. lib.4. tit.2. n.2. & seqq.*

4 Dicitur *ostensio* loco generis, Illa enim convenit omnibus modis, quibus aliquid demonstrari potest. Dicitur 5 *rei dubiæ*, ad ostendendum quòd probatio respicere debet ea, quæ dubia sunt, quia illa, quæ Judici aperta sunt, nulla indigent probatione, *Hostiens. in Sum. tit. de Probat. vers. Quid debeat, & Natt. cons. 633. num. 13. & seq.* ubi sequendo *Innoc. in cap.1. num.1. in fin. de Fid.* 6 *Instrum.* observat, probationem per instrumenta vocari posse miraculosam, quia creditur pelli animalis mortui.

7 Dicitur *per legitimos modos*, Multi siquidem sunt isti, ut infrà videbimus, sed debent esse legitimi, hoc est juxta legis normam fieri debent, nihil enim aliud significat verbum illud *legitimos*, quàm aliquid fieri juxta legis præ-8 scriptum; ut observant *Mascar. de Probat. lib. 1. quæst. 21. num.23. Grat. diction. 115. & Seraph. dec.290. nu.2* & admisit *Sac.Cong.Conc. in Lauden. Censurar. 4. Septem. 1700. lib.50. Decr. fol.680.*

9 Dicitur *Judici facienda*, Probatio enim non est Adversario, seu Parti, sed ipsimet Judici ostendenda *leg. In-*10 *ter stipulantem, §.1. ff. de Verb. oblig.* & est ratio, quia aliàs nunquam Adversariis satisfaceres, etiam si solem ipsum in manibus gereres, ut ex *Oldendorpio* tradit *Ma-*11 *scar. de Probat. lib. 1. quæst. 2. num.25.* Tandem dicitur *de causis controversis*, quia ea sola probanda sunt, quæ necessariò ad causam, apud ipsum Judicem agitatam, pertinet *l. Ad probationem, C. de Probat.*

12 Dividitur probatio in plenam, & semiplenam juxta *Text. in leg.3. §. Eodem*, ubi *Gloss. verb. Speciem, ff. de Testib.*

13 Plena probatio illa est, quæ tantam fidem facit, quanta ad causam terminandam sufficit; Semiplena autem, per quam rei gestæ fides aliqua fit Judici, non tamen tanta, ut jure eam sequi debeat in sententia ferenda, *Passer. in Trib. Regul. qu.11. art.1. num.3.*

14 Probatio plena multas sub se continet species, circa quas Doctores non concordant, aliqui enim credunt, illas esse duodecim, alii novem, & alii plures, vel pauciores. Nos cum *Masc. de Probat. lib.1. qu.4. num.16.* 15 dicimus, illas congruè ad novem reduci posse, quarum prima est illa, quæ per Aspectum, 2. per Sculptum, 3. per Testes, 4. per Notorium, 5. per Scripturam, 6. per Juramentum, 7. per Confessionem, 8. per Præsumptionem, & 9. demum per Famam; quæ sequentibus versibus continentur:

Aspectus, Sculptum, Testis, Notoria, Scriptum,
Jurans, Confessus, Præsumptio, Fama probavit.

16 Semiplenæ autem probationis quatuor sunt species 1. Dictum unius Testis, 2. Comparatio Jurium, 3. Privata Scriptura, & 4. Præsumptio non ita urgens, *Mascard. de Probat. lib.1. qu.4. n.17. & 18.*

17 Inter plenam, & semiplenam probationem aliam recognoscunt *Bordon. in Prax. cap.5. num. 81. Passer. in Trib. Regul. qu.29. art.1. num.14. & Rayn. tom.3. cap.4 §.12. sub num.43.* quam vocant mediam, & dicunt esse illam, quæ excedit semiplenam, sed ad plenam non per-18 tingit, seu est plusquam semiplena, & minor plena, quamvè ad pœnam extraordinariam imponendam volunt sufficere.

19 Ex his probationum speciebus, de quibus latissimè *Am. in Tr. de Del. & Pœn.* in quo post accuratam discussionem cujuslibet rituli criminis, subjungit, & explicat modos illud probandi, ad criminalem effectum duæ speciali consideratione dignæ sunt, spontanea nimirum delinquentis confessio & Testium idoneorum depositio.

20 Quoad spontaneam Rei confessionem, regula est, ut illa ad condemnandum sufficiat. In reum enim confessum nullæ aliæ sunt Judicis partes, quàm ad condemnandum *leg. Qui sententiam, C. de Pœn. & leg. 1. C de Confess. Rayn. tom.2. ad cap. 23. supplet. 3. num. 3.* Et ratio est, 21 quia nulla alia datur major probatio, quàm proprii oris confessio, *cap. Per tuas, de Probat. leg. Cum te, Cod. de Transact. & leg. Generaliter, Cod. de Non numer. pecun.* 22 Neque in hac spontanea confessione requiritur ratificatio, sed ipsa solùm superabundat, ex adductis per *Farinac. qu.81. nu.8. & seqq. & Zuff. Instit. Crim. lib.4. tit. 1. lit. I. & X.*

23 Tanti autem æstimari solet Rei confessio, ut convalidet Processum, aliàs nullum, *cap. 1. de Accus. in 6. Clar. qu.55.* ubi, quòd hanc sententiam tenere debemus tamquam canonizatam in Judiciis, & Scholis, quod confirmat *Cartar. de Exequut. Sent. cap.1. num.24. & cap. fin. num.215. & seq.*

24 Quia verò ex pluribus capitibus potest esse nullus Processus, ideò ex dicta confessione variæ nullitates sanantur & I. Confessio validat nullitatem, provenientem ex defectu capturæ, factæ sine Judicis mandato, *Farin. quæst.81. num.70. & 172.* II. Validat nullitatem Processus ex defe-25 ctu indiciorum, *cap.1. de Accus. in 6.* & ratio est convincentissima, nam si, ut videbimus infra, confessus condemnari poterit, etiam sine aliquo Processu, multò magis non concurrentibus indiciis, *Farin. qu.81. num. 13.* 26 III. Validat nullitatem Processus, resultantem ex præpostero ordine, Unde sufficiet confessio ad condemnationem, etiamsi emanaverit, non præcedente inquisitione, sed illa confessionem subsequente, *Farin. d. qu. 81. num. 79. & seqq.* IV. Validat totalem defectum inquisitionis, adeò ut sine ulla inquisitione, nec antecedente, 27 nec subsequente confessionem, possit Reus condemnari, *Farin. qu. 81. num. 82.* V. Demum validat omnes nullitates Processus, imò deficientiam cujuscumque Processus adeò ut possit Reus propter suam confessionem, tam in pœnam ordinariam, quàm extraordinariam, etiam sine aliquo Processu condemnari, *Anchar. in cap. Cùm super num.3. & 4. de Confess.* ubi reddit illam congruam 28 rationem, quia confessio notorium inducit: Notorium autem nullum requirit ordinem judiciarium, juxta *Tex. in cap. Vestra, & in cap. Tua nos, §. Nos igitur, de Cohabit. Cleric. & Mulier.* & latè *Fagn. in d. cap. Vestra*, & diximus suprà *lib.1. tit.4. n.26. & seq.*

29 Ad hoc autem, ut hujusmodi confessio idonea sit, plura requiruntur.

30 I. Est, quòd illa contineat veritatem, nam si constare poterit de ipsius falsitate, Reo minimè nocebit; Confessio enim de per se facere non potest de falso verum *Farinac. qu. 81. nu.21. & seqq. Caball. resol. crim. cas.151. num.2. Conciol. verb. Confessio resol.15. nu.3. & resol.19. nu.15. & Caren. de Inquis. par.2. tit.1. num.37.*

31 II. Quòd sit verisimilis, adeò ut factum criminosum ita accidere potuerit, prout fuit à Reo in confessione narratum, aliàs nihil operabitur, ut de sensu omnium Criminalistarum testatur Criminalista famosissimus *Farin. qu.81. nu.28.* & sequuntur *Conci. verb. Confessio resol.17. n.1. & Caren. de Offic. Inquis. par.3. tit.8. nu.50.*

32 III. Quòd sit verificata in omnibus circumstantiis, & qualitatibus ejus, & præsertim substantialibus, per Reum confessatis, nam confessio, taliter non verificata, ad condemnandum non sufficit, *Clar. in Prax. quæst.55. num.20. Conciol. verb. Confessio, resol.15. per tot. & Sperell. dec.108. num. 1.*

33 Unde si quis confessus est, se occidisse hominem, & in aliquo loco sepelivisse, non poterit ex hac sola confessione condemnari, nisi verificatum fuerit, quòd in eo loco adsint ossa occisi, *Paris. de Put. de Syndic. verb. Confessio num.5. & Matth. de Canoniz. Sanctor. qu.4. c.21. n.11.*

34 IV. Quòd confessio sit specifica, clara, certa, explicita, & expressa, non autem generica, & dubia. Nam alioquin Reo non præjudicabit; Proindèque non sufficit, quòd quis fateatur, se commisisse homicidium in genere, nisi etiam exprimat in cujus personam, in quo loco, quo tempore qualiter, & cum quibus armis, quæ sunt circumstantiæ infal-35 libiliter comitantes actum, *Farin. qu.81. nu.31. & seqq. Conciol. verb. Confessio, resol. 16. per tot. & Rayn. d. to.3. c.34. §. 12. num.27. & 28.*

36 V. Quòd in confessione delicti exprimatur causa, cur illud factum sit, de qua Judex diligenter debet interrogare Reum, ea ratione, quia sine causa quis nunquam præsumitur

tur deliquisse, *Farin. quaest.* 50. *num.* 3. *Guazzin. ad Defens. reor. defens.* 32. *per tot. & Conciol. verb. Confessio, resol.* 17 *n.* 3. & diximus suprà *lib.* 1. *tit.* 1. *in fine*.

37 VI. Quòd confessio non sit extrajudicialis, sed facta praesente Judice, imo isto pro Tribunali sedente, nam aliàs non sufficiet ad condemnandum in poenam ordinariam, sed extraordinariam tantùm, vel ad torturam, *Clar. in Prax.* §. *fin. quaest.* 55. *num.* 5. Quod est adeò verùm, ut

38 confessio facta, etiam coram Notario, in absentia Judicis, adhuc dicatur extrajudicialis, & non sufficiens ad condemnandum confitentem, *Blanc. de Indic. num.* 212. *Foller. in Prax. verb. Etsi confitebuntur num.* 8. *& seq. par.* 1. & latè *Conciol. Resolut. crimin. verb. Confessio resol.* 8. *per tot.*

39 VII. Quòd confessio sit acceptata per Partem, idest per Fiscum, seu per Judicem examinantem, semper enim in fine examinis Fiscus, si praesens est, sin autem Judex nomine Fisci, illam acceptat, quod notum, tritumque est etiam apud Notarios, ut observat *Farin. quaest.* 71. *num.* 323.

40 VIII. Quòd confessio non sit cum adjectione alicujus qualitatis, excusantis à delicto, veluti, si Reus fateatur, se extraxisse frumentum extra territorium, cum licentia tamen Superioris, quia tunc Reo non nocebit, *Farin. quaest.* 81. *nu.* 112. *&* 117.

41 An autem hujusmodi qualificata confessio per Fiscum scindi possit, & pro una sui parte acceptari, pro alia verò reprobari, est distinguendum. Nam, vel sermo est de delictis, quae sunt prohibita de sui natura, vel de Jure communi, & contra se praesumptionem Juris habent, Vel loquimur de non taliter prohibitis, & de his, quae contra se non habent Juris praesumptionem.

42 Si de primis, puta de homicidio, latrocinio, rapina, injuria &c. & regula est, quod confessio qualificata, super illis emanata, potest per Fiscum scindi, & pro parte acceptari, pro parte autem impugnari, ea ratione, quia in istis, & similibus delictis; semper praesumitur dolus, juxta originale dictum, *Bart. in leg. Aurelius* §. *Idem quaesivit. num.* 2. *ff. de Liber. legat.* quem sequuta est communis DD. schola, ut testantur *Caball. resol. crim. cas.* 254. *num.* 1. *centur.* 3. *Caren. de Inquis. par.* 3. *tit.* 8. *num.* 1. *&* 2. *Rota in Gerunden. Manutentionis* 4. *Martii* 1701. *in fine coram Priolo. Gomez. var. resol. tom.* 3. *cap.* 3. *num.* 26. *& Farin. quaest.* 81.

43 *num.* 119. *& duobus seqq.* ubi, quòd ab hac sententia, tamquam verissima, non est in judicando recedendum, Quòdque illa ampliatur pluribus modis, & I. Ut scindi possit, non solùm, quando qualitas tendit ad totalem excusationem,

44 sed etiam ad diminutionem delicti *ut in num.* 117. II. Quando qualitas adjicitur ex intervallo, ut *in num.* 122. *& seqq.* III. Quando à principio Reus negavit delictum, sed postea timore probationum illud confessus est cum abjectione qualitatis, ut *in num.* 127. *& seqq.* Et IV. Quando

45 constat aliundè de delicto, quàm ex Rei confessione, ut *in num.* 132. *& seqq.* quae omnia observant pariter *Boss. in Prax. tit. de Confess. n.* 24. *& Conciol. Resol. crim. verb. Confessio, resol.* 24. *per tot.* ubi innumeri allegantur concordantes.

46 Si verò loquimur de secundis, scilicèt de iis, quae non sunt in se prohibita, & quae contra se praesumptionem non habent & tunc concludendo dicimus, quod confessio qualificata non possit scindi, & pro parte acceptari, & pro parte impugnari, Unde, si quis confessus fuerit, se detulisse frumentum extra territorium, sed cum licentia Superioris, tunc, quia non sumus in delictis, prohibitis de sui natura, vel à Jure

47 communi, sed à praecepto Superioris, vel à Statuto, talis confessio non potest per Fiscum scindi, sed debet, vel tota acceptari, vel tota impugnari, *Farin. quaest.* 81. *nu.* 149. *cum seqq.* Idem quoque dicendum de testium depositionibus, quae cùm sint individuae, vel in totum approbari, vel in totum reprobari debent, *Vermigl. cons.* 15. *num.* 61. *Hodiern. ad Surd. dec.* 16. *n.* 1. *& Conciol. Resol. crim. verb. Testis quoad dicta resol.* 7. *per tot.*

48 Quid autem dicendum in casu, quo Reus torqueatur pro habenda veritate circa confessionem qualificatam; puta, quia fassus sit, commisisse homicidium ad sui defensionem, & persistat generaliter in sua negativa, an scilicet in totum sit absolvendus, vel potiùs ei dumtaxat minoranda poena.

49 Ante resolutionem hujus quaestionis, est praemittendum, quòd duo dantur modi terminandi Processus Reorum, qualificatè confessorum, quorum primus est illos condemnandi in poenam extraordinariam, secundus verò torquendi tortura moderata, ad habendam praecisam responsionem & permanendo in qualitate, condemnandi in aliquam poenam, minorem ea, quae imposita fuisset, si non fuisset deventum ad dictam torturam, ad habendam dictam praecisam responsionem.

50 Hoc praemisso, dico, quòd quatenus Judex eligat viam torturae, & Reus illam substineat, tunc non in totum, sed solùm est illi minoranda poena; Boni autem, & oculati Judices solent eligere dictam viam torturae, quia, ut ad rem advertit

51 *Scacc. de Sent. gloss.* 14. *qu.* 7. *num.* 116. possunt perdere parum, & lucrari multum, Licèt enim propter dictam torturam intrepidè superatam debeat Judex aliquid minuere de poena, posset tamen ex eadem tortura habere confessionem,

52 & plenam, atque certam cognitionem delicti, & consequenter posset imponere poenam ordinariam, *Rayn. to.* 3. *ad c.* 34. *suppl.* 6. *per tot. & signanter num.* 50. *& seqq.* ubi *nu.* 67. quod ita practicatum fuit anno 1695. in Tribunali A. C. & in Tribunali Gubernii annis retrò elapsis, ad habendam dictam praecisam responsionem, fuit etiam deventum ad tormentum vigiliae.

53 IX. Demum confessio non debet esse emanata per fictiones, & blandas Judicis artes, vel per promissionem impunitatis, Istae enim non sunt permissae Judicibus, ut observat *Cartar. de Interr. Reor. lib.* 2. *c.* 1. *num.* 19. Nisi id faciat Ju-

54 dex pro habenda à Reo tali medio veritate delicti, nam adsunt quaedam blandae artes, ad bonum finem laudabiliter directae, in quibus non iniquitas, sed publica utilitas versatur, & licitè adhibentur ad investigandam veritatem, de quarum genere sunt illae, quibus usus fuit *Salom. Reg.* 3. 3. relatus *in c. Afferte, de Praesum.* & observat *Ambrosin. de Proc. infor. lib.* 2. *c.* 2. *num.* 16.

55 Quid autem dicendum de confessione delictorum, reperta penes delinquentem in cartula, ad effectum confitendi, Dicas, quòd ex illa, nedum ad effectum infligendi poenas, sed nec etiam pro indiciis delictorum, uti possunt Judices

56 ea ratione, quia dicta confessio censetur facta Deo, & non homini, & consequenter non probat in foro exteriori, tanquam emanata in diverso judicio, *Ricc. dec.* 172. *per tot. par.* 1 ubi, quòd ita fuit resolutum in Curia Archiepiscopali Neapolitana.

57 Quo verò ad impunitatem, praemisso pariter, quòd hanc non potest Judex à seipso, sed cum Principis speciali facultate concedere, ut observant *Farin. qu.* 81. *num.* 277. *& seq. Monacell. in formul. tom.* 4. *fol.* 56. *nu.* 187. ubi quòd illam potest concedere Episcopus, *& Scannar. de Visit. Carcer. lib.* 2. §. 3. *c.* 3. *num.* 2. *& seqq. fol.* 252. ubi ponit formulam conces-

58 sionis impunitatis, illam latè glossando, & explicando, quam registravit etiam *Rayn. to.* 1. *cap.* 2. §. 4. *nu.* 66. distinguendum est, nam, vel de delicto jam constat per testes, vel per indicia indubitata, & tamen obstinatus Reus persistit in non confitendo illud, & tunc licitum est Judici uti cum ipso dicta cautela, & promissione impunitatis, *Chartar.* plures cumulans *de Interrog. Reor. lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 30. *&* 38.

59 Vel non constat adhuc de delicto, & Judex ea cautela, & promissione uti minimè potest, sed aliis justioribus modis delicti veritatem invenire debebit, *Clar. in Prax.* §. *fin. quaest.* 55. *num.* 8. Rationem adducit *Farin. quaest.* 8. *num.* 285. *& seqq.* quia scilicet haec promissio impunitatis Re-

60 um allicit ad mentiendum, ex quo, dummodo de manu Curiae immunes evadant, non curant contra se ipsos, vel contra alios mentiri, juxta plura exempla, per ipsum adducta.

61 Posito autem, quòd Judex impunitatem promiserit, circa illius observantiam est distinguendum, quòd scilicet, vel per testes, seu indicia indubitata constabat de delicto, quòd Reus sub data sibi spe, & promissione impunitatis confessus est, & tunc non tenetur Judex illam observare, ut probant *Magalot. de Salv. conduct. par.* 2. *verb. Verumtamen Farinac. quaest.* 81. *nu.* 277. *& seqq. & Cartar. de Interrog. Reis lib.* 2. *c.* 1. *num.* 39. *&* 44. Ratio est, quia in malè promissis non est servanda fides *cap. In malis de Reg. Jur. in* 6. Quando autem causa, & criminale Judici-

62 um est in terminis supra dictis, impunitas malè, & contra publicam utilitatem promittitur, ut observat *Boss. in Prax. tit. de Exam. Reor. num.* 16. *&* 18. Vel è contra non constabat de delicto confessato, minusque de illius circumstantiis, sed totum fecit confessio Rei, sub spe impunitatis emissa, & illam Judex servare debet, atque à condemnatione omninò abstinere, *Cartar. de Interrog. Reis lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 44. *Farin. quaest.* 81. *num.* 276. Turpe si-

63 quidem est fidem datam fallere, ejusque violatio Juri naturali opponitur, *Covar. var. resol. lib.* 1. *cap.* 2. *sub nu.* 16. *Cevall. opin. comm. contr. commun. quaest.* 292. *in fine, Oli-*

ban.

*ban. de Jur. Fisc. cap.*14. *num.* 75. & *Ambros. de Proc. infor. lib.*2. *cap.* 2. *num.* 19. & 20. ubi, quòd promissam impunitatem non servare, species proditionis est, à quo boni Judices, & Deum timentes, semper abstinent, quod observant pariter *Giurb. cons. crim.*22. *sub nu.* 3. & *Conciol. Resol. crim. verb. Impunitas, resol.* 1. *num.* 2. *Onat. de Contract. tom.*1. *tract.*5. *disp.*16. *num.*136. relatum à *Boscolo resp.* 2. *apud Tor. de Primog. Ital. num.* 4. ubi registravit Disticon illud Hispanum *y es derecho Comun, y ley espressa Guarda al ennemigo la promessa.*

64 Si autem quæras hic, an ex supplicatione pro gratia, Principi directa, censeatur supplicans fateri delictum: Respondeo negativè: Illa enim censetur porrecta potiùs ad iram Principis placandam, & ad cautelam, ut advertunt *Decian. lib.*1. *cap.*35. *n.*82. & aliis adducti, *Conciol. verb. Confessio, resolut.*9. *per tot.* Præcipuè, si supplicans protestetur, se id facere ad se eximendum à molestiis, ut ampliando observant *Farin. quæst.*5. *sub nu.*25. *Guaz. ad Defens. Reor. defens.*32. *nu.*1. *cap.* 15. & *Conciol. ubi supra num.*4. ubi *num.*4. eamdem conclusionem ampliat in casu, quo Princeps gratiam deneget, quia tenetur reum in eum statum reponere, in quo erat ante supplicationem, & narrata in ista tacitam habent conditionem, si gratia sequatur, quod priùs adverterat *Bajard. ad Clar. in Prax. qu.*49. *sub n.*68.

65 Ex eadem ratione transigens cum Fisco, vel cum illo componens, ad se eximendum, vel liberandum à molestiis Curiæ, non dicitur fateri delictum, pro quo transegit, vel composuit, *Osasch. dec.*138. *num.* 13. & *seqq.* & *Guazzin. ad Defens. Reor. defens.*32. *cap.*15. *nu.*3. & *Rot. cor. Manzan. dec.*148. *n.*9. Dixi *ad se eximendum vel liberandum à molestiis*, quia si hæ, vel similes non concurrant expressiones, & cautelæ, maxima induceretur præsumptio contra talem transigentem, qui certè suum non jactaret, & perderet cum Fisco, si esset innocens, & non dubitaret, posse severiùs puniri, Juris ordine servato.

66 Quantum attinet ad probationem per testes idoneos, de quibus *Gob. consult.*145. *num.*6. & *seqq.* hæc dupliciter fieri potest, ex traditis per *Ambros. de Proc. infor. lib.*2. *cap.*9. *num.* 21. Vel scilicet per viam ordinariam, hoc est per repetitionem testium, formiter examinatorum, vel per remedium extraordinarium, nempe per eorumdem testium examinatorum confrontationem, idest productionem eorum coram Reo, & ne facie adfaciem. Dixi *formiter examinatorum*, nam si isti examinati sint informiter, & Parte non citata, nullam fidem faciunt, latè *Conciol. Res. crim. verb. Testis, quoad examen res.*6. *per tot.* ubi multipliciter conclusionem ampliat, & limitat; Si enim eo modo examinati testes non probant in civilibus, multò minùs probare debent in criminalibus, in quibus agitur de majori, & aliquando irreparabili præjudicio, quia, ut observat *Farin. quæst.*72. *num.* 13. iste modus examinandi non continet in se aliquam formam judicii.

67 Ultra quod, ille, qui statuit aliquid, parte inaudita altera, æquum licèt statuerit, haud æquus fuit, ut ad rem scriptum reliquit *Senec. in Med. art.*2. *Scen.* 2. relatus à *Cohell. ad Bull. Bon. Reg. c.*31. *num.*15.

68 Indeque opus est in hoc casu, ut citata Parte formiter repetantur, & iteratò ser. ser. examinentur, *Bart. in leg. fin. in fin. ff. de Quæst. Chart. de Interrog. Reor. l.*3. *cap.*3. *num.* 60. & *seq.* & latè *Farin. quæst.*72. *nu.*87. & *seqq.* Quod juxta animadversa per *Ambr. de Proces. infor. lib.*3. *cap.*1. *num.*10. ita practicari solet.

69 Citatur Reus ad videndum repeti testes, & dandum interrogatoria, iisque per eumdem Reum datis, vel non, elapso termino præfixo, vocantur separatim singuli testes coram Judice, & Notario, & eis defertur juramentum veritatis dicendæ, quo præstito, interrogantur priùs testes juxta interrogatoria, à Reo data, & deinde super proprio examine aliàs per eosdem testes facto; Ubi autem illud confirmaverint, & ratificaverint, perfecta dicetur eorum repetitio, &

70 testes, qui, Parte non citata antea examinati, non præjudicabant Reo, nec probabant pro Fisco, incipiunt præjudicium Reo afferre, delictumque, de quo deposuerant probare.

71 Ex quibus patet, quòd testium repetitio nihil aliud sit, quàm eorumdem nova examinatio, quæ, ut rectè fiat, tria requiruntur. I. Quòd testes aliàs examinati, examinentur

72 de novo, cum omnibus illis circumstantiis, & qualitatibus, quæ requirerentur, si antea nunquam examinati fuissent; Unde, si testis repetitus talis sit conditionis, ut ei nulla habenda sit fides, nisi cum tortura, quales sunt testes infames, hoc casu non sufficit, quòd priùs quis fuerit cum juramento examinatus, & in tormentis positus, sed requiritur, quòd in repetitione, post novum juramentum, iterum ponatur in tortura, in qua in primo dicto permaneat *Clar. in Prax. qu.*45. *num.*12. & *Ambros. de Proc. infor. lib.*3. *c.*2. *nu.* 16. & 17.

73 II. Ut testes examinentur super iisdem, quia hæc repetitio fit in omnibus, & per omnia sub commemoratione primę depositionis, ad effectum videndi, an ea, quæ ab initio deposuerunt testes, sint vera, & pro veritate deposita, Unde, si illi iidem testes examinentur, non super eisdem, sed super aliis, de novo emergentibus articulis, etiam ad eamdem causam pertinentibus, hæc examinatio non erit repetitio, sicuti

74 nec erit, si sub eisdem fermè articulis, & sub eademmet interrogandi formula, examinentur non illi iidem testes, ab initio examinati, sed alii de novo reperti, & producti. III. Est, quòd examinentur super eisdem formiter repetitis, & perfectis, & vel per extensum, vel saltem in substantia, non

75 verò per simplicem, & meram relationem ad primum examen, aliàs frustatoria esset, juxta praxim, de qua *Ambros. de Proc. infor. lib.*3. *c.*2. *n.*2. & *seqq.*

76 Procedunt hæc, quando testes voluntariè se exposuerunt examini, cæterùm, si illi sint verisimiliter informati, atque examini se subjicere recusent, possunt per Fiscum cogi, etjam mediante carceratione, ad arbitrium Judicis, ut probant *Cavalcan. de Brach. Reg. part.*2. *num.*128. & *Sabell. in Sum. verb. Testimoni num.*25. *Scannar. de Visit. Carc. lib.*2. §.3. *cap.*2. *num.*1. & *seq.* & *Rayn. tom.*2. *cap.*18. §.7. *nu.* 24. & *seq.*

77 ubi, quòd testis, nolens deponere ea, quæ scit, nedum peccat mortaliter, sed potest etiam corporaliter puniri, ut plurimùm verò detineri solet in carceribus, donec, tædio affectus

78 veritatem fateatur, quod advertunt etiam *Nov. de Gravam. vassall. gravam.* 143. *num.*5. & 6. *par.*2. *Basil. dec.*34. *nu.*35. & *seq.*

79 Quando autem veritas sufficienter haberi potest à Sæcularibus, non sunt cogendi Regulares ad se subjiciendum examini, aliàs secùs, ut resolutum à Sac. Cong. Episc. in *Amerina* 11. *Aprilis* 1636. & *in Anconitana* 17. *Maii* 1652. testis est *Nicol. in Floscul. vers. Examen num.*14.

80 Adverte hic, quòd quando à Sum. Pontifice conceditur Prælato, habenti gubernium sæculare, facultas examinandi Clericos, & alias personas Ecclesiasticas, dicitur eidem concessa facultas illos cogendi ad subjiciendum se examini,

81 tam cum gravatoriis, quàm cum aliis remediis: Is enim, cui causa committitur, plenariam recipit potestatem, & sic et-

82 jam facultatem cogendi testes, verisimiliter informatos, ad subjiciendum se examini *Butr. in c.*1. *nu.*4. ibique *Imol. num.*1 *de Test. cogen. Farin. qu.*78. *num.*23. & *Rayn. tom.*3. *ad cap.*32 *supplet.*6. *per tot.* udi *num.*37. quod ita resolvit *Sacra Consulta die* 17. *Junii* 1692. quòdque illius resolutio approbata deindè

83 fuit à Summo Pontifice.

84 Quantùm attinet ad viam extraordinariam, seu ad testium confrontationem, hoc in arbitrio Judicis repositum est, vel scilicet illos formiter repetere, ut supra diximus, Vel coram Reo confrontare, prout sibi opportuniùs videtur *Farinac. qu.*72. *num.* 139. *Ambros.* verò *de Proc. inform. lib.*2. *cap.*9.

85 *num.*5. admonet Judices, ut potiùs curent testes coram Reo confrontare, & de facie ad faciem producere, quàm formiter repetere, & congruas hujus opinionis animadversiones ponit *Chartar. de Interrog. Reor. lib.*3. *cap.*1. *num.*38.

86 Circa modum, & praxim hujus confrontationis, videri possunt idem *Chartar. d. lib.*3. *c.*3. *num.*28. *Ambros. de Proc. infor. lib.*2. *c.*9. *nu.*1. & 8. & *Guazz. ad Defens. Reor. def.*20. *cap.*1. & *seqq.* & *Rayn. tom.*3. *ad cap.*33. *supplet.* 3. *nu.*16. ubi

87 quòd ad tollendam occasionem terroris, vel minarum in testibus, facta personarum, & hominum recognitione, confrontationes facere semper consuevit, vertentibus terga, & nullatenus se ipsos respicientibus Reis, & testibus.

88 Effectus confrontationis sunt, ut illa vim habeat citationis, cum præsentia Rei illam suppleat *Clar. in Prax. qu.* 45. *num.*14. & *Guazz. defens.*20. *cap.*1. *num.* 1. *Caball. resol. crimin. cas.*269. *num.* 15. & 16. *centur.*3. & *Conciol. verb. Confrontatio resol.*3. *num.*2. Utque vicem repetitionis obtineat, quando Reus est sagax, atque monitus à Judice ad dandum interrogatoria, illa non dedit, sed potiùs illis renunciavit, quo casu repetitio denegatur *Farin. qu.*72. *num.*144. & *seq.* ubi, quòd exorta dubitatione in Tribunali Auditoris Cameræ, fuerunt pro veritate consulti fermè om-

89 nes Urbis Criminalistæ, qui fuerunt in hoc sensu. Secus verò, si Reus est persona rudis, & interrogatoria non dedit,

sed

sed sibi facultatem reservavit illa dandi, seu testes repetendi cum interrogatoriis, ab ipso conficiendis, quia in istis circumstantiis, non esse ei ullo modo repetitionem denegandam probant, *Guazz. ad Defens. Reor. defens. 20. c. 21. per tot.* ubi, quòd cùm illa ipsi, tamquam Advocato Mariani Costæ, denegata fuisset in Tribunali A.C. multum exclamavit coram Summo Pont. Clement. VIII. dicendo, id fieri non posse, neque de jure, neque de consuetudine, ipse

90 tamen Summus Pontifex uno verbo illi respondit, quòd qualitas causæ ita exigebat, & *Conciol. Resol. crim. verb. Confrontatio resol. 4. per tot.*

91 Quia verò aliquando testes subornantur, ideo sciendum, subornationem definiri ab *Amen. de Delict. & Pœn. tit. 5. §. 8. n. 1. & seqq.* ut sit *mala alicujus ad malum persuasio*, cum qua concordat *Santor. de Pœn. c. 15. qu. 3. & Bict. in prax. Crim. quæst. 127. n. 18.* Subornans autem testem ad deponendum falsum, consummata falsitate, nedum tenetur eo-

92 dem crimine, quo Reus est testis, falsum deponens, ex adductis per *Giurb. cons. Crim. 64. n. 25. & Rayn. tom. 2. cap. 18. §. 19. n. 6.* Sed magis delinquere, & ad majorem pœnam obligatum agnoscit, *Caren. de Inquisit. par. 2. tit. 17. §. 15. n. 55. vers. Quintò.* Materialiter verò se habet, quòd testis su-

93 bornetur pecunia, muneribus, authoritate, potentia, minis, aut precibus, quia non spectatur modus, sed effectus; Eadem enim est falsitas, & delictum, quocumque ex his modis procuretur, *Farin. quæst. 67. n. 236. & Sgroy in Luc. Prelat. par. 4. cap. 13. n. 1.* Dixi *consumata falsitate*, quia, si

94 effectus non sequatur, subornans extraordinariè solùm puniendus est, ut latè probat *Rayn. tom. 2. cap. 18. supplet. 5. per tot.* ubi, quòd die 10. *Octobris* 1691. à Congr. Crimin. Emin. Urbis Vicarii condemnatus fuit quidam Joseph in pœnam relegationis per triennium in Civitate Tudertina, sub pœna reduplicationis in Civitate Vetula, in casu contraventionis, ex quo tentaverat extorquere attestationes,

95 quòd quidam Religiosus graduatus solitus esset accedere ad malum finem in domum cujusdam honestæ mulieris conjugatæ.

96 Nota hìc, quòd tentans subornare aliquos testes, tollat fidem aliis, ob præsumptam similem subornationem, & in odium procurantis eamdem subornationem, *Gratian. discept. for. c. 192. n. 3. & 7. & Rot. dec. 89. n. 7. & 8. cor. Priol. & dec. 514. num. 11. par. 18. rec. Capuana Jurispatronatus 30. Junii 1709. §. Fortius cor. Aldrovando, Mediolanen. Separationis Thori super remissoria 2. Julii 1704. §. Maximè quia coram Crispo.*

97 Nota 2. cautos debere esse Judices ad denegandum fidem illis testibus, adversùs quos affectatæ opponuntur exceptiones, præcipuè, quando data opera omnia fuerunt ex condicto disposita, juxta cautelam illam, quæ in Urbe jocosè tribuitur nostri Sæculi Vitruvio, de quo in *Summar. decis. 764. n. 5. par. 18. rec.* vide *dec. 310. nu. 3. coram Emer. jun.* ubi Rota ipsum vocat excellentem Peritum, sed ejus peritiam sequi noluit. De eadem tamen cautela, quam Dia-

98 bolicam vocat *Nevizzan. in Sylv. nupr. sub n. 78. fol. 595. in princ.* seriò mentionem faciunt, illamque reprobant *Bart. in leg. In criminibus, §. Cum quis, ff. de Quæst. Bald. in auth. Sed, & ipsis sub num. 5. Cod. de Testib. & Dec. consil. 163. num. 18.* Ea ratione, quia vix possunt reperiri testes, adversùs quos non inveniat apparentem exceptionem litigantium

99 subtilitas, ut observat *Rot. in dec. 456. num. 7. coram Emer. jun.* & experientia notum est, dum ut plurimum adversùs

100 innocentes testes, pro rei veritate aliquid deponentes, componuntur penè famosi Libelli, loco exceptionum, in Jure fundatarum.

TITULUS III.

De Carceribus, & Carceratis.

1 Carcer secundùm *Varron. de Lingua latin. lib. 4.* relatum à *Calvin. in Lexic. Jur. Verb. Carcer. & Brunnot. Instit. Crim. lib. 4. tit. 7. num. 20.* dicitur à coercendo, Sed rectiùs dici videtur à carendo, & Cœlo, seu claritate, itaut, idem sit carcer, ac locus carens cœlo, & jucundissimo aeris,

2 & Solis aspectu, *Bald. in tract. de Carcerib. c. 1. nu. 3. Petr. ad Rit. Magn. Cur. rit. 40. nu. 1.* illumque *Cassiodor. lib. 11. Var. Epist. 40.* concinnè descripsit, asserendo, esse cellam gemituum, tristitiæ domum, Plutonis hospitium, & locum, perpetua nocte cæcatum, *Rot. dec. 179. n. 9. par. 14. rec.* vocat Carcerem *Domum Diabolicam Scannarola*, *Farin.* verò *tit. de Carcerib. & Carcer. nu. 2.* illum vocat sepul-

3 turam vivorum, consumptionem bonorum, consolationem inimicorum, & experientiam amicorum, *& Farinac.* sequitur *Prat. respons. Crim. 32. n. 18. & seqq.* Definitur

4 autem à *Scannar. de Visit. Carc. §. 2. c. 1.* *locus, in quo noxii detinentur, vel ex quo exire prohibentur*, cum qua coincidit definitio, *Bald. in tract. de Carcerib. cap. 1. n. 2. & Tolosan. Syntag. Jur. lib. 2. cap. 33. n. 6. ut sit locus tutus, & horribilis, delinquentium, vel debitorum custodia deputatus, & Tholosanum* sequitur *Villos. de Fugitiv. c. 18. §. 1. n. 13.* cujus

5 definitionis verba adeò clara sunt, ut majori explicatione non indigeant, illa tamen illustrat *Bald. in tr. de Carcerib. c. 1. n. 3. & per tot.*

6 Ad tres effectus destinatur carcer. I. Ad detinendum homines, nè fugiant, vel cum aliis colloquantur. II. Ad illos disponendum, ut per torturam, vel tædium tamdem veritatem fateantur; Et III. Ad castigandum, seu loco pœnæ,

7 ut observant *Bellegrand. in Method. rer. crim. tract. 7. q. 2. n. 1. Parex. de Edit. Instrum. par. 2. tit. 8. resol. 2. nu. 7. & seqq. Bucearon. de Differen. inter Jus Civil. & Crim. differ. 148. n. 15. & seqq. & Peg. ad Ordin. Portug. lib. 1. tit. 33. §. ultim. glos. 13. cap. 2. per tot. tom. 3.* ubi enumerat omnia incommo-

8 da, & gravamina, quæ carcer solet inferre, de quibus etiam latè *Scannar. de Visit. Carcer. lib. 1. §. 2. c. 1. per tot.* ubi probat, carcerem in multis cum habitatione Diaboli convenire, illamque proinde Diaboli domum appellat ex *Tertull. lib. de Resur. Carn. c. 8.*

9 Nota hìc differentiam inter Jus Civile, & Canonicum, quia de Jure Civili carcer numquam datur ad pœnam, *leg. Aut damnum, §. Solent, ff. de Pœn. & leg. Credibili, Cod. eodem Strick de Jur. sens. cap. 1. de Object. Visus nu. 14.* Secus autem de Jure Canonico, juxta *Text. in cap. Delicti, de Appellat. & in cap. Tua, de Pœn. Fagn. in cap. Pervenit num. 25. de Adulter. & Stupr.* Rationem differentiæ assignat, *Pel-*

10 *legr. in Prax. Crim. par. 4. sect. 8. num. 34.* quia scilicet Judices Laici possunt delinquentibus pœnam mortis imponere, quod permissum non est neque practicatur ab Ecclesiasticis Judicibus, ut probant *Fagn. in c. Novimus, nu. 5. de Verb. signif.* ubi, quòd Ecclesia non potest, nec solet pœna graviorem perpetuo carceri imponere, *Sbrozz. de Offic. Vicar. lib. 1. q. 41. n. 4. & Rayn. s. 1. c. 1. §. 1. n. 76.*

11 Et ex hoc forsan motivo *sanct. memor. Urban. VIII.* carcerem illum constituit in Civitate Cornetana, quem *Ergastulum* vocant, ut legitur in Epistola ad Lectorem Opusculi, cui titulus *Poesie del Cardin. Barberini fol. mihi 67.* ad quem in pœnam transmittuntur illæ Ecclesiasticæ personæ, & ut plurimum Regulares, quæ, ita exigentibus propriis demeritis, secundùm Juris Civilis regulas, si Laicæ essent, gravi pœna plecti possent, juxta casum, relatum à *Ray. t. 1. ad c. 3. suppl. 2. num. 41.* Vel ad Triremes in perpetuum con-

12 demnari, ut advertit *Panim. dec. 16. n. 23.*

13 Superior Ergastuli solet esse unus ex Rev. Cam. Apostolicæ Clericis, qui cùm jurisdictionem non habeat in illos carceratos Religiosos, qui ibidem à Congregat. *SS.* Inquisitionis in pœnam transmittuntur, non potest contra illos aliquid demandare, durante tempore carcerationis, dum remanent semper subjecti eidem Tribunali, *Vic. ad Pragmat. Sardin. lib. 1. tit. 7. cap. 6. num. 11. & cap. 4. num. 19.* Cæterum, si iidem detenti in Ergastulo frangant cancellos, vel alio modo aufugere procurent, tunc, quia violatur ejus Jurisdictio, potest contra tales exemptos, attentantes carcerum fracturam, licitè procedere, ex animadversis in simili *per Capiblanc. de Baron. pragmat. 8. par. 1. num. 225.* & in nostris terminis per *Rayn. tom. 1. cap. 3. §. 2. nu. 39. & seq.* ubi, quòd pro veritate requisitus, quando erat Locumte-

14 nens Eminentissimi Vicarii, ita respondit, & suam opinionem benè comprobat, declarando *Guidon. Fulcon. in q. 3. impress. post Caren. de Offic. Inquisit. fol. 343. & Eymeric. in Director. Inquisit. quæst. 97.* qui in contrarium allegabantur.

15 Non solent autem Rei condemnari ad perpetuos carceres in Urbe, rationibus adductis à *Scannar. de Visit. Carc. lib. 1. cap. 2. num. 30.* nè scilicèt nimis restringatur habitatio pro aliis carceratis, tam civilibus, quàm criminalibus, & ne diminuantur aliorum pauperum carceratorum eleemosynæ, asserens, quod cùm de anno 1640. quidam

16 Sacerdos pro falsitate Reliquiarum, ad perpetuum carcerem fuisset in Urbe condemnatus à Judice Eminentissimi Vicarii, à Visitatione fuit eadem pœna in aliam commutata.

17 Pro faciliori autem dicendorum intelligentia aliqua breviter adnotavimus. I. Circa personam demandantem carcerationem. II. Circa justam causam, ad illam deveniendi. III. Circa personas, carceribus mancipandas. IV. Circa carnale com-

Ursaya Institut. Crimin. Bb

commercium cum mulieribus carceratis, V. Circa tempus. VI. Circa locum capturæ. VII. Circa custodiam, & exhibitionem carceratorum. VIII. Circa carcerum fracturam IX. Demum circa Commentariensem.

18 Quoad personam, demandantem carcerationem est distinguendum circa illam carcerationem, quæ fit authoritate Judicis, & sic de publico introducta, vel authoritate ejus, qui nullam prorsus habet Jurisdictionem, & sic authoritate, seu potiùs temeritate privata, juxta sensum *Rayn. tom. 1. cap. 3. §. 2. num. 144.* Nam primo casu, aut Judex habet

19 merum, & mixtum imperium, aut illud non habet; Si illud habet, & ex alia parte, est Judex competens illius, qui captus, & carceratus fuit, & carceratio erit valida; Si verò incompetens, invalida; Carceratio enim actus Jurisdictionis est DD. in *leg. Imperium, ff. De Jurisd. omn. Judic. Peschvitz de Repræsal. c. 7. n. 8. Decian. lib. 7. cap. 10. n. 23. Mascard. de Probat. concl. 947. n. 4. & Rot. dec. 103. n. 21. & dec. 254. num. 10. par. 19. rec.* Nisi tamen Judex incompetens

20 aliquem carcerari faceret, non, ut illius causam cognoscat, sed, ut captum ad competentem Judicem transmittat, quia tunc incompetentia Judicis non potest allegari. Si non habet merum, & mixtum imperium, nisi, ut supra aliquem carceraverit ad transmittendum illum ad proprium Judicem, carceratio erit indebita, & injusta, *Auth. de Defens. Civitat. in princ.* cum aliis apud *Farin. quæst. 27. nu. 3. & seqq.*

21 II. Casu est subdistinguendum, nam, vel loquimur de causis criminalibus, vel de civilibus. Si de criminalibus, & tunc, vel carceratio fit à persona privata ex causis à Jure permissis, vel ex causis à Jure non permissis.

22 Si ex causis à Jure permissis, vel ex causa correctionis, vel ex aliis causis. Si ex causa correctionis, quia carcerans, & carceratus se habent per modum superioris, & inferioris, carceratio licita est, & illam faciens, non dicitur privatum carcerem committere; Ex quo sequitur, quòd Pater causa correctionis potest filium, malè viventem, in privato carcere retinere, *leg. 3. ff. de Liber hom. exhib. Decian. lib. 7. c. 10. n. 5.*

23 Idemque facere possunt Maritus cum Uxore, non benè conversante, *can. Placuit 33. quæst. 2. Guazz. ad Defens. Reor. defens. 5. cap. 7. nu. 5. & 12.* ubi de Viro Uxorem ob zelotypiam in vinculis detinente. Dominus cum Servo inobediente, *leg. unic. Cod. de Emend. Serv.* Abbas cum Monacho contumace, *Decian. lib. 7. c. 10. nu. 9.*

24 Frater cum Sorore, *Andreol. controv. 299. per tot.* ubi de motivo, ne eadem Soror exiret è domo ad exponendum corpus suum libidini, Et Parentes, & consanguinei cum altero consanguineo furioso, *leg. Congruit, §. Furiosi, ff. de Offic. Præsid.*

25 Quæ omnia vera sunt, etiam si easdem personas in privato carcere ultra viginti horas detineant; Pater enim, Maritus, Abbas, & Dominus potestatem habent à Jure, non solùm incarcerandi, sed etiam illos carceratos detinendi, *Conciol. Resol. crim. Verb. Carcer. resol. 4. n. 5.*

26 Si non ex causa correctionis, sed ex aliis causis, licitis tamen, & à Jure permissis, tunc cuilibet privato, nullam superioritatem in alterum habenti, licitum est propria authoritate capere, & in privato carcere tenere. Quamvis enim regula sit, quòd sine Judicis speciali mandato non possit quis capi, aut carcerari, de qua in *leg. fin. C. de Exhib. Reis, & in leg. Neminem, Cod. de Cust. Reor.*

27 Fallit tamen in undecim casibus, & I. Si Maritus deprehendat adulterum in flagranti crimine cum sua Uxore, *leg. Capite 5. ff. ad leg. Jul. de Adult.* II. Si quis capiat monetarum falsatorem, *leg. 1. Cod. de fals. monet.* III. Si quis capiat latronem, & viarum grassatorem IV. Si quis capiat in-

28 cendiarium V. Si quis capiat violentum fœminarum raptorem, *leg. Raptores, §. Qui itaque, & §. Qui autem, Cod.*

29 *de Episc. & Cleric. leg. unic. Cod. de Rapt. Virgin.* VI. Si quis capiat militem stipendiatum, desertorem suæ militiæ, & à signis sui Ducis fuit aufugientem, *leg. 3. ff. de Re milit.*

30 *leg. 1. Cod. de Desert. lib. 12.* VII. Si quis capiat arborum, & vinearum incisorem, & devastatorem VIII. Si quis capiat furem, acclamante Populo, fugientem, *leg. Si quis, & leg. Interdum 58. §. Qui furem,* ibique *Glossa parva, ff. de Furt.* IX. Si quis capiat maleficum, & incantatorem, *leg. fin. de Malef. & Mathem.* X. Si quis capiat, & incarce-

31 ret bannitum; Si enim iste impunè occidi poterit, à fortiori in privato carcere teneri, *Boss. in Prax. Crim. tit. Bannit. quæ amittat num. 9. Clar. q. 28. n. 7. Farin. q. 27. n. 33. & 34. & Conciol. Verb. Carcer. resol. 4. num. 9.* Quidquid dixerit *Decian. lib. 7. cap. 10. n. 7.* XI. Demum, si quis capiat ali-

32 quem, in quocumque alio flagranti crimine repertum, *Far. q. 21. n. 137. & seqq. Antonell. de Temp. legal. lib. 4. cap. 53. num. 1. & seqq.* ubi, quòd id est verum, etiamsi delinquens sit Clericus, ad effectum tamen illum consignandi suo Superiori.

33 Procedunt hæc omnia, dummodò in dd. casibus ex citatis justis causis, carceratus detineatur usque ad horas 20. tantùm, & non ultra, post quod tempus ad competentem Judicem deferatur, nam si ultra horas 20. detentus sit, eo ipso incurritur pœna privati carceris, etiam si captura à principio licita fuerit, & à Jure permissa, *leg. 5. ff. Ad leg. Jul. de Adult.* & aliis adductis, *Boer. dec. 273. n. 4. Prat. responsf. crim. 7. n. 26. & Antonell. de Jur. Cleric. par. 1. lib. 1. cap. 3. num. 69.* ubi *num. 68.* quòd in casu, quo vir, vel al-

34 ter consanguineus inveniat, Clericum turpiter agentem cum Uxore, vel consanguinea, potest etiam illum absque censurarum incursu verberare, tum quia Ecclesia præsumit, quòd id sequatur potiùs ex vehementi passione, quàm suadente Diabolo: Tum etiam, quia afflicto non est addenda

35 alia afflictio, quod priùs observaverant *Nav. in Manual. c. 7. n. 84. & Molin. de Just. & Jur. t. 4. tract. 3. disp. 7. nu. 7. & disp. 55. n. 7.*

36 Si ex causis, à Jure non permissis, tunc procul dubio carceratio illicita est, & illam faciens, pœnam privati carceris incurrit, & insuper Reus læsæ Majestatis judicabitur, *leg. fin. Cod. de Exhib. Reis, & leg. Neminem, Cod. de Cust. Reor.* Nemini namque licet, quemquam sine Judicis authoritate capere, non solùm, quando quis ultra horas 20. in privato carcere detinetur, sed etiam si per horas 20. tantùm,

37 vel etiam spatio minori, Ea ratione, quia quando carceratio illicita est, & carcerans potestatem non habet carcerandi, multòque minùs retinendi, tunc statim ac quis capitur, pœna privati carceris incurritur, & crimen momento temporis consummitur, ac perficitur, juxta disposita in *Stat. Urbis lib. 2. cap. 59.* & tradita *per Boer. d. dec. 275. num. 4.*

38 Circa justam causam carcerationis, dicendum est, illam adesse, quando Judici constat de corpore delicti, atque adsunt etiam indicia legitima, ex inquisitione, accusatione, vel aliter resultantia, *Farin. q. 27. n. 37. Passer. in Trib. Regul. quæst. 21. n. 17. & Majoran. in Opoprax crim. lib. 1. cap. 7. n. 1.* Nec solent hodie ex consuetudine nostræ Italiæ Judices devenire ad capturam, nisi priùs examinentur testes de dd. indiciis contra Reum deponentes, *Clar. in Prax. q. 28. n. 2.*

39 Judicis autem arbitrio relinquitur judicandum, quæ, & qualia esse debeant hujusmodi legitima indicia, juxta *Tex. in leg. 1. ff. de Cust. & exhib. Reor.* cum aliis apud *Clar. cit. q. 28. per tot. & Gob. consul. 136. n. 16. & seqq.* Quod arbitrium non debet esse liberum, & absolutum, sed juxta delicti, & personarum qualitatem regulandum, ad quem effectum quatuor solent assignari regulæ, ad hoc, ut Judices in hac parte rectè, licitè, & validè procedant.

40 I. Quòd ex sola quærela Partis, in quocumque crimine, sive levi, sive gravi, numquam capturam decernat contra quærelatum, etiam quòd sit vilis conditionis, nisi, ultra quærelam, habeat etiam aliquam aliam præsumptionem, & suspicionem in actis, & solùm contrarium huic practicatur, quando accusans, vel quærelans summariè probaret, quærelatum, & accusatum esse suspectum de fuga, & de hoc præstaret cautionem, ut si dives esset, obligaret se ad reficienda damna, impensas, & interesse, in casu non verificatæ quærelæ, & accusationis, *Far. q. 27. n. 121. & seqq. & Passer. in Trib. Regul. q. 21. n. 19.*

41 II. Quòd in quocumque delicto, sive gravi, sive levi, & contra quascumque personas, capturam non decernat ex sola informatione extrajudiciali, & in scriptis non redacta, sed semper indicia, aut præsumptiones, & suspiciones, sive graves, sive leves, capturam præcedentes, redigi faciat ad scripturam, juxta communem praxim, easque in actis, & apud acta esse, procuret. Veruntamen est, quòd ex sola informatione extrajudiciali conceduntur aliquando mandata de capiendo, concurrentibus copulativè tribus circumstantiis, scilicet. Quòd delictum sit grave; Quòd ille, qui de eo imputatur, sit suspectus fuga; Et quòd Judex sit securus, quòd post capturam factam, venient testes ad se examinandum contra illum III. Quòd si deli-

42 ctum est leve, & tale, quòd ex eo non veniat imponenda pœna corporalis, non debeat devenire contra imputatum ad ejus capturam, etiam quòd urgeat suspicio fugæ, nisi præcedentibus indiciis, & illis quidem ad scripturam redactis IV. Denique, quòd si cum quærela concurrat etiam infirmitas Partis quærelantis, puta,

puta, quia jacet vulneratus in lecto, cum periculo mortis, tunc, si à Notario criminali visitatus, & examinatus dicat, se fuisse vulneratum, vel ab uno, vel à pluribus, sine dubio talis quærela contra nominatos sibi debeat sufficere ad capturam, contra eos decernendam, & ita communiter, & quotidie in Tribunalibus Urbis observatur, quia maximè præsumitur, quærelantem in his circumstantiis dicere veritatem, cùm infirmitas sit quædam tortura spiritualis, nec præsumatur, quem in eo statu constitutum, æternæ salutis immemorem esse, *ut vidimus sup. hoc eod. lib. tit.* 1.*n.*74. His cautelis, & monitionibus munitus, Judex capturam decernet, *Farin. d. quæst.* 27. *a n.* 127. *Guazz. ad Defens. Reor. defens.* 5. *cap.* 3. *n.* 23. *& Passer. in Trib. Regul. q.* 21. *n.* 19. Si autem agatur de Judicibus Ecclesiasticis, S. Cong. Episcop. non approbat, ut mittantur Clerici armati ad capiendos Reos, teste *Nicol. in Floscul. verb. Carcer. num.* 6. ubi id vocat rem pessimi exempli, & *num.* 16. admittit, quòd, quando carceratus nescit causam suæ carcerationis, præsumitur, illam sequutam fuisse in odium recursus ad Superiores habiti, referendo ita decisum 3. *Aprilis* 1646. *in Ostien.*

43

44

45

46 Quoad personas capturandas regula est, quòd omnes capi, & carcerari possunt, *Cavalcan. de Brach. Reg. part.* 2. *n.* 5. & *Pellegr. in Prax. Crim. sect.* 8. *nu.* 8. In multis tamen casibus, & circumstantiis, personarum captura redditur Injusta, Puta, si capiatur Clericus, contra quem, vel agitur pro delicto, vel pro debito. Si pro delicto, licèt contra Clericum de delicto suspectum magis moderatè procedendum sit, quàm contra Laicum, *Diaz. in Prax. c.* 13. Attamen, si sit de fuga suspectus, à suo Judice Ecclesiastico carcerari potest, *Farin. qu.* 27. *n.* 73. *& seqq.* Si pro debito, & tunc, vel est de fuga suspectus, vel non: Primo casu capi, & carcerari potest, donec solvat *Farin. qu.* 27. *num.* 71. Si non est suspectus de fuga, iterum est subdistinguendum, nam vel est constitutus in Sacris, vel Ecclesiæ per proprium ministerium inservit, & eo casu, si per tres sententias conformes ad solvendum debitum non fuit condemnatus, & ipse, in judicio conventus, debitum solvere non potest, in carcerem trudi minimè poterit. Cùmque habeat beneficium *c. Odoardus, de Solut.* absque eo, quòd bonis cedat, juratoria solùm obligatio ab illo exigitur de ære alieno solvendo, cùm ad pinguiorem fortunam pervenerit.

47

48

49 Quo privilegio frui non poterit Clericus, qui se obligavit in forma Cameræ, ut de magis communi, & veriori opinione testantur, *Farin. q.* 27. *nu.* 70. *& Thesaur. in For. Eccles. par.* 1. *c.* 11. *n.* 14. & sequitur *Rot. in dec.* 207. *nu.* 15. *par.* 15. *rec. Barb.* autem *in dict. cap. Odoardus* alias 19. ponit limitationes, in quibus Clericus beneficio ejusdem gaudere non debet, ad quem proinde in facti contingentia haberi poterit recursus, prout etiam ad *Fagn. & Gonz.* ibidem, necnon *Ciarlin. contr.* 101. *nu.* 17. *& seqq. & Genuens. in Prax. Cur. Arch. Neap. cap.* 3. *per tot.* An autem Eminentissimus Urbis Vicarius, absque speciali commissione Sanctissimi, admittere possit Clericos, in forma Cameræ obligatos, ad hujusmodi beneficium *Cap. Odoardus*, intricata fuit olim quæstio, & inter Doctores variæ fuerunt sententiæ, donec die 4. *Aprilis* 1698. *Sac. Congr. Concil. affirmativam approbavit opinionem*, ut videre est apud *Antonell. de Jurib. Cleric. inter resolutiones Sacr. Cong. f.* 21. *Sub titulo Rom. Cap. Odoardus*, quæ resolutio, cùm sit generalis pro omnibus casibus, tamquam lex servanda est, ut distinguendo observavimus *sup. lib.* 1. *tit.* 10. §. 4. *n.* 149. Verùm in illis casibus, in quibus Clericus Ecclesiasticum habet beneficium, praxis est, quòd sequestrantur ei fructus usque ad integram creditorum satisfactionem, reservata solùm eidem Clerico congrua portione pro alimentis, ne cogatur in Ordinis opprobrium mendicare.

50

51

52 Aut verò est constitutus in minoribus, nec inservit Ecclesiæ, & tunc indistinctè capi, & carcerari poterit, non obstante dicto beneficio *Cap. Odoardus*, quia istud concessum fuit Clericis, in Sacris constitutis, vel Ecclesiæ actualiter inservientibus, *Far. q.* 27. *à nu.* 65. *& Rota coram Cerr. dec.* 438. *n.* 9.

53 Verùm post hæc scripta *Sacr. Congr. Concil. in Rom. cap. Odoardus* 7. *Julii* 1703. contrariam amplexa fuit opinionem, Clericum scilicet primæ tonsuræ, nullum habentem Ecclesiasticum beneficium, neque addictum servitio alicujus Ecclesiæ de mandato sui Episcopi, cum habitu tamen, & tonsura incedentem, gaudere, nedum beneficio *dict. cap. Odoardus*, sed etiam alio, *Deducto ne egeat, ut in lib.* 53. *Decr. fol.* 298. Et proinde hodie secunda hæc opinio firmiter tenenda est, recedendo ab iis, quæ antea probaveram,

Ursaya Institut. Crimin.

Non enim erubescimus, si quid melius horum, quæ ipsi priùs diximus adinveniamus, hoc tenere, ac competentem prioribus imponere correctionem, ut ferè per hæc verba, ad alium quidem finem, sed casu præsenti accommodabilem, scripsit *Justinian. in auth. de Nupt. post princip.* Et de omnibus ferè Urbis Tribunalibus, quod à splendore veritatis capti, de facili opinionem mutant, testes sunt *R. P. D. Maser. de Æmil. morib. & leg. lib.* 1. *cap.* 33. *num.* 84. *& R. P. D. Severol. in discurs. impresso post Card. de Albic. de Inconst. in Judic. nu.* 90. & de Sacro, Supremoque Tribunali Rotæ observavimus supra *lib.* 2. *tit.* 10. *n.* 79. & addimus *dec. in Rom. seu Savonen. successionis* 8. *Februarii* 1706. §. *Igitur cor. R. P. D. Ansaldo*, ubi, quòd S. Rotæ Auditores facilè mutantur, quando veritas postea detegitur, *& in Urbinaten. eisdem die, & anno* §. 1. *cor. R. P. D. Scotto.*

Quid autem dicendum sit de Clerico conjugato, affirmat *Fagn. in d. c. n.* 22. referendo pariter, ita decisum à S. Cong. Verum, respondendo eidem *Fagnano*, contrarium probant *Card. de Luca, de Credit. disc.* 119. *n.* 19. *& Carol. Anton. de Luc. ad Grat. c.* 22. *n.* 6. *&* 7. ea ratione, quia hujusmodi Clerici figuram potiùs faciunt Laicorum, proindeque non intrat ratio, cui dictum privilegium innititur. *Rota in Camerinen. seu S. Severini Cap. Odoardus* 17. *Jun.* 1710. *per totam coram Molines* ubi aliæ subduntur limitationes. In concessione autem beneficii hujus *Cap. Odoardus* citandi sunt omnes Clerici creditores, si enim unus ex eis non citetur, eidem non officit judicium, & citationes, contra alios efformatum, & exequutæ, juxta *dec. Ricc.* 289. *par.* 2. ubi, quòd ita fuit resolutum.

54

Si autem quæras hic, an Clericus Conjugatus procedere validè possit contra Ecclesiasticas Personas, posito, quòd sibi detur facultas faciendi Processum contra Reum Ecclesiasticum. Respondeo negativè cum *Sacra Congregatione Immunitatis in Interamnen.* 20. *Decembris* 1702. *Ponente Bichio*, ea ratione, quia Clericus Conjugatus præter Privilegia Canonis, & fori, est incapax exercendi Jurisdictionem in Ecclesiasticos, cùm reputetur merus laicus *cap. unico, de Cleric. Conjug. in* 6. *Et in Montis falisci eisdem die, & anno, Ponente Maresusco*, in qua Clericus Conjugatus in specie deputatus fuerat ad capiendam Informationem contra Clericum, sed ei obstitit alia exceptio, quia erat bigamus, circa quam nullam habebat dispensationem.

Cæterum idem Clericus conjugatus gaudet exemptione pœnarum pro damnis datis, sicuti Clerici Cælibes *Sacra Congregatio Immunitatis in Neocastren.* 29. *Aprilis* 1704. *Ponente Card. Vallemano*, in qua circa exemptionem fori in Civilibus respondit *gaudere attenta consuetudine*. Qua proinde non concurrente ex eadem resolutione infertur non gaudere.

Nota hìc quòd filius Clerici Conjugati, natus sive ante, sive post Clericatum Patris, indistinctè gaudet fori privilegio juxta *Textum in l. omnes* ibique *Gloss. Cod. de Episc. Cleric. Graff. de effect. Cleric. effect.* 1. *n.* 189. *Pignatell. cons.* 99. *num.* 6. *in fin. tom.* 8. & resolvit *Sacra Congregatio Immunitatis in Ferentina* 17. *Martii* 1705. *Ponente de Totis.*

55 Est pariter nulla captura, si, inconsulto Principe, capturetur persona illustris, quæ nec etiam absque speciali Principis jussu processari potest, juxta Textum *in l. Quoties*, §. *Adeo, C. Ubi Senat.* & advertunt *Capoblanch. singul.* 148. *& Frecc. de Subfeud. tit. Quis dicatur Dux, Sanfelic. dec.* 62. *& Tap. dec.* 3.

56 Pro Statu autem Ecclesiastico adest *extravag. Cùm Matthæus inter Extravag. de Heretic.* Id literaliter determinans, quæ in viridi est observantia quoad Nuncios, & Gubernatores Prælatos, secus autem quoad Prætores, Gubernatores, Potestates, vel quocumque alio nomine nuncupatos, qui habent simplices literas patentales Sacræ Consultæ, ut pro indubitato admittunt, *Sperell. dec.* 160. *n.* 52. *& seqq. Pignatell. Consult.* 4. *nu.* 7. *tom.* 5. *& Rayn. tom.* 1. *ad cap.* 4. *supplet.* 2. *n.* 68. ubi refert, ita decisum *à S. Cong. Immunit.* 16. *Julii* 1689. Quòdque Cardinales Legati non solent dictos Prætores, inconsulta Sacra Consulta, carcerare, vel processare, sed solùm vocant illos ad Civitatem, in qua resident, non admittendo illos ad eorum præsentiam per aliquos dies, sed si iidem Prætores sint subjecti iisdem Legatis, & non Sacræ Consultæ, tunc possunt illos processare, & carcerare, sed circa hoc procedunt cum omni circumspectione.

57

58 II. Si agatur de carcerando infirmum, vel est sermo de causa civili, vel criminali; Si de civili, non est molestandus infirmus, imò Judices in hoc casu inhibitionem concedere solent, ne molestetur; Si verò de criminali, non est pariter

Bb 2

riter infirmo alia addenda afflictio, sed praxis est, ut Judex, mediantibus fidejussoribus, faciat se assecurare. Quòd si infirmus fidejussores non habeat, adhibendi sunt custodes, sumptibus ipsius infirmi, donec reconvalescat.

59 Quando verò agitur de jam carcerato, qui infirmetur in carceribus, tunc relaxantur cum cautione de se repræsentando, postquam convaluerint, si in carceribus non sit Infirmaria, quæ si in carceribus adsit, tunc prædicta non procedunt, sed in eadem curari debent, *Foller. in Prax. Crim. verb. Vel carcerentur num.* 28. & *Scannar. de Visit. Carc. fol.* 334. *n.* 5. & quotidie practicatur in Urbe, ubi duplex adest Infirmaria, una secreta pro carceratis ob gravia crimina, alia publica pro aliis carceratis, ex causis levioribus.

60 An autem, tamquam nulliter carceratus relaxandus sit ille, contra quem fuit exequutum mandatum, in cujus calce aderat *Ostendatur per tot dies ante*, absque eo, quòd di-61 cta ostensio præcesserit, Negat *Petr. ad Rit. Magn. Cur. Vicar. rit.* 134. *in fine*, ea ratione, quia exequutio, etiam nulliter facta, substinetur, quando veré debitor existit is, contra quem facta fuit, *& Petram* sequitur *Rayn. t.* 1. *ad cap.* 4. 62 *suppl.* 2. *n.* 63. ubi, quòd simile *Ostendatur* passim practicatur cum personis civilibus, honestis, & benè morigeratis, Præcipuè, si mandatum sit exequendum personaliter; Mihi autem principalis conclusio videtur dura, eo quia, non 63 facta ostensione per dies ante, à Judice determinatos, deficit istius voluntas pro exequutione; Et ratio rationis ea est, quia post dictam ostensionem, ut plurimum solent debitores solvere, proindeque ex hac consideratione, deficiente voluntate Judicis in exequendo, captus videtur sine decreto, & sic tamquam à persona privata, atque Exequutores vim inferre dicuntur, ex animadversis *per Basil. dec.* 10. *nu.* 6. *& seqq.* & ita in praxi sæpe audivi.

64 III. Si agatur de carceranda fœmina, circa quod distinguendum est, nam, vel illa est inhonesta, vel honesta; Si est inhonesta, & soluta, pro quacumque causa, tam civili, quàm criminali, & pro criminali, tam gravi, quàm levi, capi, & carcerari poterit, *Gloss. in leg. Consentaneum verb. Ad assignandum, C. Quom. & quand. Jud.* ubi, quòd 65 *Textus*, contrarium determinantes, intelligi debent de muliere honesta, non autem de illa, quæ turpiter vivit *D. Advoc. Aguirre, in Roman. Archigymnasio meus Collega, in suis elaboratissimis, & fundatissimis Institution. Civilib. lib.* 1. *tit.* 1. *n.* 29. Si verò non est soluta, opiniones Doctorum scissæ sunt in contrarias sententias, ut observat *Far. qu.* 27. *à n.* 55. Illæ tamen conciliari poterunt, nam, aut maritus, non est conscius, neque particeps meretricii, & tunc 66 non potest conjugata meretrix capi, vel carcerari, ob reverentiam, & honorem mariti; Si verò iste est conscius meretricii, & utique carcerari poterit, quia dicta causa reverentiæ, & honoris maritalis cessat.

67 Si mulier est honesta, & tunc, vel carcerari prætenditur pro causa civili, vel pro criminali. Si pro civili, carcerari numquam poterit, & quidem, non solùm pro debito pecuniario privatæ personæ, sed etiam pro debito publico, & fiscali. Imò, nec poterit compelli ad personaliter in judicio comparendum, *leg.* 1. *& Auth. Sed novo, Cod. de Of-*68 *fic. diver. Jud. & Auth. Hodiè, Cod. de Custod. Reor. Gizzarel. dec.* 54. *nu.* 13. *& seqq. & Zaul. tom.* 1. *lib.* 3. *rubr.* 13. *n.* 23. ubi *n.* 24. limitat conclusionem in muliere obligata, ratione administratæ cautelæ, nam tunc pro debito, ex illa resultante, carcerari potest, quod priùs adverterat, *Salgad. in Labyr. Cred. par.* 1. *cap.* 41. *nu.* 10. Si pro criminali, 69 vel citatur ad comparendum personaliter pro ferendo tantùm testimonio, & comparere debet, aliàs capi poterit, & coram Judice duci, ad se subjiciendum examini, *Gloss. in c.* 1. *de Test. cogen.* Vel convenitur pro proprio crimine, & vel hoc est grave, vel leve: Si leve, carcerari non poterit, sed præstita fidejussione de judicio sisti, vel, si fidejussorem non habebat, præstita juratoria cautione, audietur extra 70 carceres, *§. Necessarium, Auth. Ut null. Judic. & Auth. Hodie, C. de Custod. Reor.* Si grave, capi, & carcerari poterit *citat. Jurib.*

71 Benè verum est, quòd de Jure antiquo non detrudebatur in publicos carceres, sed in aliquod monasterium, vel aliis honestis mulieribus custodienda tradebatur, Hodiè tamen in publicis carceribus custodienda deponitur. Quod non passim, & indistinctè, sed inspecta qualitate persona-72 rum, delicti, & indiciorum servatur, in quo Judex valdè circumspectus, & cautus esse debet, quia si mulier est nobilis, non debet illam statim in carcerem conjicere, vel cum dedecore coram se duci facere, sed poterit ei dare pro carcere domum propriam, vel alterius nobilis, & honestæ matronæ, ut pluries practicatum refert, *Farin. quæst.* 27. *num.* 43. *& seqq.* Sive demum mulier honesta, sive inhonesta sit, ad evitanda scandala, non debet in carcerem 73 una cum viris conjici, sed in locum à virorum consortio, & carcere separatum, *leg. Quoniam, Cod. de Custod. Reor. & cit. §. Necessarium, Auth. Ut nulli Judic. Caball. resol. crim. cas.* 228. *n.* 25. *& Pellegr. in Prax. crim. sect.* 8. *n.* 9. *& nu.* 60. ubi, quòd ex identitate rationis idem servandum est in carceratis ephebis, & imberbibus, ut de facto in Urbe antea practicabatur in Carceribus novis, & hodie non ampliùs in 74 eisdem carceribus novis ducuntur, sed in aliis, à fundamentis erectis propè Portam Portuensem, seu Magnam Ripam Tyberis, appellatis, *Domus probationis*, in qua ponuntur etiam illi filii, qui nolunt eorum Parentibus obedire, ut plurimum illos puniendo, etiam in victu, dando eis solum panem, & aquam, & obligando illos ad laborandum à summo mane usque ad vesperam.

75 Adverte hìc, quòd, Jure communi attento, pro debito civili nobiles nequeunt carcerari, nè illorum ingenuitas carcere, tamquam specie servitutis, deformetur, ut advertunt *Villos. de Debit. suspect. & fugit. cap.* 29. *§.* 2. *nu.* 42. *Berlik conclus.* 75. *num.* 15. *par.* 1. ubi id ampliat etiam in Doctoribus, Clericis, Legatis, &c. *Baët. de Inop. debit. c.* 16. *per tot. Coler. de Decoct. debit. fiscal. tit.* 1. *q.* 8. *nu.* 1. *Castagn. de Benef. deduct. ne egeat q.* 8 *à nu.* 18. ubi, quòd hoc procedit 76 etiam in Equitibus Hierosolymitanis, de Alcantara, Sancti Stephani, &c. de quibus etiam *Scann. de Visit. Carcer. lib.* 3. *§.* 7. *c.* 6. *n.* 31. *f.* 498. *& Card. de Luc. de Credit. disc.* 118. *n.* 5. *& per tot.* ubi refert, ita judicatum in Curia Eminentiss. Vicarii.

77 Principalem verò conclusionem, quam solùm ex urbanitate veram admittit, *Ansald. de Comm. & Mercat. disc.* 77. *n.* 24. limita in casu dolosi debitoris, dolus enim operatur, ut dolosus nobilis carcerari possit, *Baët. de Inop. debit. c.* 16. *n.* 19. *& seq. Scannar. de Visit. Carcer. lib.* 3. *§.* 8. *& c.* 2. *n.* 78. *vers. Quasi tunc, & Eman. Pegas. Lusit. resolut. for. cap.* 3. *num.* 787.

An autem pro debito Civili frater carcerari possit ad instantiam Fratris, vide *Scannarol. de visit. Carcer. fol.* 474. *à num.* 1. *Ansald. de Commerc. & Mercatur. disc.* 38. *numer.* 42. inclinantes in opinionem negativam, quæ mihi etiam nimis æqua videtur, quam sequuta fuit *Rota in celebri decis.* 179. *per tot. par.* 14. *rec.* quæ in materia videtur magistralis.

Quid dicendum in casu, in quo Frater dives sit, & alter frater instet pro eum excommunicando, *Sacra Rota in dec.* 165. *num.* 17. *&* 18. *apud Zacch. de oblig. Camer.* censuit in his terminis fratrem excommunicari posse ad instantiam fratris, quæ mihi videtur dura, ex quo majus vinculum est excommunicatio, quæ ligat animam, quam carcer simplex, restringens corpus. Unde si non permittitur secundum, quod est minus contra fratrem, neque etiam videtur permittendum secundum, quod longè majus est; nihilominus eamdem decisionem sequitur *Adden. ad Galles. de obblig. Cam. seu Zacchias q.* 36. *à n.* 17.

78 Circa coitum cum muliere carcerata, distinguendi sunt octo casus. I. Est quando custos carcerum carnaliter cognoscit honestam mulierem carceratam, & tunc aggravanda est pœna delicti, ratione personæ delinquentis, & loci, nempe carceris, ultra pœnam, delicto correspondentem, puta pro stupro, adulterio, &c. *Far. q.* 31. *n.* 123. *& Mascatel. de Cognit. delict. rubr. de Adulter. Stupr. &c. tit. de Privileg. n.* 74. Et multò magis aggravanda erit, si inter-79 veniat vis, *Boer. dec.* 317. *n.* 9. Semper tamen citra mortem *Amen. de Delict. & Pœn. tit.* 9. *§.* 7. *nu.* 47. ubi, quòd pœna hujusmodi, ut plurimum esse solet triremium ad quinquennium, vel ad septennium, juxta animadversa per *Caball. cas.* 283. *num.* 8. *& Caren. de Inquis. par.* 1. *tit.* 15. *§.* 1. *n.* 911. *in fine*.

80 Nisi adsit particularis consuetudo, vel constitutio, sub pœna capitali, quia illa servanda esset, illiusque vigore pœna mortis imponenda, ut de Regno Franciæ testantur, *Joan. Fab. in §. Item lex Julia, num.* 6. *Institut. de Public. Judic. & Anton. Faber. in Cod. lib.* 9. *tit.* 9. *defin.* 2. & de aliis Regnis, *Amen. de Delict. & Pœn. tit.* 9. *§.* 7. *num.* 47.

81 Et nisi custos carcerum, in præmium consensus in copulam, eamdem mulierem à vinculis exemerit, quia tunc pariter pœna capitali plectendus esset, *Bald. in leg. ad commentariensem num.* 2. *& seqq. Cod. de Custod. Reor. & Berlicch. pract. concl. par.* 4. *concl.* 36. *n.* 30. ubi refert, ita judicatum.

II. Casus est, quando cognoscit commentariensis mulierem inho-

inhonestam carceratam, & tunc mitiori pœna puniendus est *Giurb. conf. crim.* 37. *num.*6. *Cabal. resol. crim.* 283. *num.*8. *Fragos. de Regim. Reip. Christ. par.*1. *lib.*5. *disp.* 13. *num.*408. Licèt in hoc pariter casu, custodem acerrimè puniendum esse, eodem modo, ac si mulierem honestam cognosceret, aliis adductis, meliùs sentiant *Pellegr. in Prax. crim. par.*4. *sect.*8. *nu.*61. ea ratione, quia semper verum est, quòd talis mulier carcerata manet sub Principis protectione *Barb. de Potest. Episc. per.*3. *alleg.*107. *num.*22. & *Zaul. tom.*1. *lib.*2. *rubr.* 13. *num.*5. III. Quando Officialis tentavit cognoscere mulierem honestam carceratam, sed non cognovit, & isto pariter casu pœna, quæ esset imponenda pro eodem delicto, extra carceres, aggravanda esset propter qualitatem carceris *Farin. qu.*31. *num.*123. IV. Quando custos tentavit cognoscere carnaliter mulierem inhonestam carceratam, sed non cognovit, & hoc casu ratione reverentiæ, debitæ carceribus, pro hujusmodi attentato aliqua pœna puniendus esset, nam ratione personæ nulla esset de Jure communi imponenda pœna, cùm enim supponamus, illam esse impudicam, non potest dici offensa ex sollicitatione ad turpia *Menoch. de Arbitr. cas.*292. *nu.*2. & *Paris. de Put. de Syndic. verb. Adulter. cap.*1. *num.*5. V. Quando Officialis facit carcerare, seu sine causa citare, aut per birruarios ad se ducere mulierem, ad effectum illam carnaliter cognoscendi, quam tamen reluctantem non cognovit, & hoc casu ratione duplicis violentiæ, quarum una consistit in adductione, facta per birruarios, seu citatione ad comparendum, & alia in attentato ad copulam, gravior debet esse pœna, & ut plurimum illa triremium *Muta dec.* 36. *num.* 21. VI. Quando carceratus cognoscit carceratam, & tunc, cessante violentia, arbitrio Judicis puniendus est, etiam si mulier sit meretrix vel uxor, seu ancilla commentariensis *Berlich. pract. concl. qu.*4. *concl.*36. *num.*32. *Bonacoss. commun. opinion. p.*1. *vers. Carceratus fol.*21. *à terg. Amen. de Delict. & Pœn. tit.*9. §.7. *nu.*47. VII. Casus est, quando custos carcerum intromittit in carceres aliquem, ad hoc, ut cognoscat mulierem carceratam, & tunc puniri debet de lenocinio & violatione custodiæ *Pegas. ad Ord. Portug. lib.* 1. *tit.* 33. §.4. *gloss.*6. *n.*3. & 4. & *Fragos. de Reg. Reip. Christ. par.*1. *lib.*5. *disp.*13. *nu.*408. VIII. demum casus est, quando is, qui non est custos, nec aliquod habet officium in carceribus, ad hoc, ut, virginem aliquam aut alienam uxorem corrumpat, ejus Patrem, Matrem, Fratrem, Sororem, Maritum, aliamque personam, sub cujus custodia illa reperitur, prætextu alicujus causæ civilis, vel criminalis, in carcerem detrudi procurat, & isto casu, sequuto stupro, vel adulterio, in Urbe, & Statu Ecclesiastico, intrat pœna ultimi supplicii, juxta *Const.*46. §.6 *Sixti V. in Bull. nov. tom.*2. quam anno 1682. renovavit *f. m. Innoc. XI.* ea adducta congrua ratione, *Cùm, & is quoque sua pravæ concupiscentiæ explendæ causa, publica legum, & Magistratuum potestate, impudenter abutatur, & sub calore judicii innocentes, atque incautos opprimat.* Ad materiam verò, Jure communi attento, videri possunt Doctores, quos refert *Mastril. dec.*191. *nu.* 15. & *seqq.* Non sequuto autem stupro, vel adulterio, intrat pœna gravis, regulanda à circumstantiis casus, etjam usque ad relegationem, ut in terminis illius, qui ad se vindicandum de uxore, nolente consentire suis impuris voluptatibus, carcerare fecit virum, testatur, & benè suam opinionem probat *Rayn. to.*1. *ad c.*4. *suppl.*1. *num.*14. & *seqq.*

82

83

84

85

86

87

88

89

90

91

92 Quoad tempus capturæ, distinguendum est, nam, vel est sermo de aliquem carcerando pro debito, vel pro delicto.

93 Si pro debito, est subdistinguendum, nam, vel debitor est de fuga suspectus, vel non: Si suspectus, quolibet tempore, tam nocturno, quàm diurno, & tam feriato, quàm non feriato, illa sequi poterit *Gloss. in l. fin. ver. Fidejussionis, C. de Fer. Caccialup. de Debitor. suspect. qu.*8. Si non est suspectus, tunc in diebus feriatis, sive in utilitatem hominum, scilicet tempore messium, vindemiarum, & feriarum, sive in honorem Dei, & Sanctorum, nemo carcerari poterit *l. fin. C. de Fer.* & statuit *B. Pius V. Const.*5. *to.*2. innovando dispositionem *l. fin.* quæ in desuetudinem abierat. Cum hac tamen differentia, quòd beneficio feriarum in honorem Dei, & Sanctorum non potest debitor renunciare, quod tamen est ei permissum quoad ferias, in utilitatem hominum inductas *Bald. de Carcer. c.*1. *n.*6. & 9.

94

95

Si pro crimine, vel hoc est grave, vel leve. Si grave, in quocumque die, & tempore sequi potest captura, nè delicta impunita remaneant *Bald. in leg. Provinciarum, Cod. de Fer.* Si leve, vel delinquens est suspectus de fuga, vel non; Si suspectus, poterit capi, etiam diebus feriatis, nam si debitor, de fuga suspectus, potest capi ex supra animadversis, multò magis delinquens, quia publica utilitas privatæ est anteponenda. Si non suspectus, & tunc carceratio non est licita, nam, ut inquit *Bald. de Carcer. cap.*1. *num.*9. si carcerati pro levi delicto, advenienti tempore Paschali relaxantur, mancipati carceribus non debent eodem tempore pro levi delicto.

96

97

Nota hìc, quòd longa carceratio in delictis non atrocibus pœnam, vel tollit, vel notabiliter diminuit, cùm enim illa pœnam in se contineat *Guazzin. ad Defens. Reor. defens.* 2. *cap.*2. *num.*18. æquum non est, ut Reus duplici puniatur pœna, *Conciol. verb. Carcer. resol.*3. *per tot.* & *Pelleg. in Prax. crim. par.*4. *sect.*8. *num.*39. ubi, quòd hoc non solùm est conforme Juri communi, sed etiam praxi Sacrar. Congregationum. Vide *Rayn. vot.*160. *num.*40. quod votum est in Causa nimis singulari, an gaudeat Immunitate Condemnatus ad mortem qui antequam ducatur ad supplicium pro sumenda Sacra Communione, ingrediatur Ecclesiam, sine aliqua præcedenti protestatione.

98

99

Circa locum capturæ, hæc sub duplici cadit inspectione, in quo scilicet loco illa sit facienda, & in quo retinenda persona jam capta.

100

Quantùm attinet ad primam, regula est, quòd captus in quo quis de Jure capi non poterat, relaxandus est, & captura injusta declaranda *Thes. dec.*95. *num.*2. *Scacc. de Judic. cap.*46. *num.*31. *Pellegr. in Prax. crim. sect.*8. *num.*22. & *Set. de Offic. Locumt. cap.*16. *nu.*5. ubi, quòd taliter relaxari debet carceratus nulliter captus, ut in locum tutum reducatur; Duplex autem est iste locus, Ecclesia scilicèt, & domus propria; Debitor enim, vel delinquens, si ad Ecclesiam confugiat, in ea capi, atque ab illa invitus extrahi non debet *can. Sicut antiquitus* 17. *quæst.*4. *per tot. Ambrosinus, Marius Italia,* & alii, qui integros de hac Immunitate Ecclesiarum edidere Tractatus. Non poterit pariter debitor pro debito civili capi in propria domo, quia hæc unicuique est tutissimum præsidium, & receptaculum, ut dicit *text. in leg. Plerique, ff. de in Jus voc.* & cum multis ampliationibus, & limitationibus observat *Gabriel. lib.*7. *Conclus. Crim. concl.*19. *per tot.* Praxis tamen hoc limitavit in casu exequutionis per vim, secus si inveniatur porta aperta *Conciol. verb. Captura resol.*1. *num.*5. *R. P. D. Maser. de Jur. Æmil. lib.*1. *c.*14. *nu.*5 & *Castellin. in Annot. ad Constit. Æmil. par.*4. *obser.*6. Imò solet pariter Judex licentiam concedere aperiendi portam per vim, citato priùs debitore ad tenendam illam apertam *Farin. qu.*28. *num.*88. *Zaul. to.*1. *fol.*245. *nu.*78. *Ridolph. in Prax. par.*1. *cap.*14. *num.*73. Dixi *pro debito civili*, nam pro causa criminali, quilibet etiam in domo propria capi potest *Gloss. in l. Nemo ff. de Regul. Jur.* Imò poterunt Exequutores, etiam absque speciali Judicis licentia, ut delinquentem, domi clausum capiant, ostia, & fenestras frangere *Jodoc. in Prax. capitul.*15. *num.*17. & 24.

101

102

103

104

105

Aliæ verò Personæ tunc solùm carcerari possunt pro debito, quando istud excedit summam sc. 8. 40. monetæ, juxta Reformationem Pauli V. impressam apud Ridolphin. In Prax.

Quod verum intellige, quando debitum in sua origine talem summam non excedit; Si enim quis debitum contraxerit in summa majori, & deinde tantam quantitatem persolverit, ut creditum non attingat amplius dictam summam sc. 8. 40. adhuc poterit carcerari, ut decrevit Cardinalis Corradinus ex oraculo Papæ tempore quo erat Auditor Clementis XI. sequentibus verbis:

PIETRO del Titolo di S. Giovanni ante Portam Latinam Prete Cardinale CORRADINI Pro Auditore della Santità di N. S.

Ordinando la Riforma della Santa memoria di Paolo Quinto, che per debito, che non eccede la somma di scudi otto, bajocchi quaranta non possa venirsi alla cattura personale, nè spedirsi il Mandato contro là persona, ma solamente contro li beni, si è riconosciuto in prattica, che molti Debitori di maggior somma pagano à conto in una ò più volte tanta rata di debito, quanta è necessaria, perche resti la residuale rata del loro debito sotto la somma,

ma, che da d. Riforma si richiede per potere ottenere il Mandato personale, per lo che molti poveri Creditori, anche Mercenarii non possono ottenere, se non doppo lunghe liti, e gravi dispendii la soddisfazione, anzi molti restano affatto disperati di poter essere soddisfatti, difendendo li Debitori le persone colla disposizione della Riforma, e le robbe con Inibizioni dotali, e con altri impedimenti; Perciò la S. sua che commisera infinitamente li Poveri, a quali, come creditori di somme piccole, suole sempre avvenire ciò, che è di sopra espresso, per togliere queste inconvenienze, che per lo più succede per malizia de Debitori, si è risoluta ordinare, come per il presente Editto ordina, che in avvenire tutti li Giudici, tanto ordinarii, che Delegati, e Deputati della Curia Romana, non ostante la disposizione della sudetta Riforma, debbano in tal caso rilassare li Mandati, anche personali, e che detti Mandati possano liberamente esseguirsi contro la Persona senza tema di nullità, derogando la Santità sua nel caso, e casi sudetti alla d. Riforma, & ad ogni altra Constituzione, e Legge, che facesse in contrario. Dato dalle Stanze della nostra Abitazione questo dì 7. Decembre 1712.

P. Cardinale Corradini Pro-Auditore di N. Signore.

Circa verò dubium illud, an authoritate privata, dolo, vel malis artibus Extractus ab Ecclesia, absque ulla participatione, scientia, vel consilio Curiæ Laicalis, si ab ista capiatur, sit remittendus Ecclesiæ. *Del Bene. de Immun. c. 16. dub. 25. sect. 5. num. 15. & Sanfelic. d. 286. per tot.* negativæ adhærent opinioni, & videtur in eamdem opinionem inclinasse *Sacram Congr. Immunit. in æsina 16. Januarii 1663.* in qua responsum fuit - *Oratores extractos gaudere &c.* voluerunt tamen EE. PP. quòd respectu dict. Joannis Extracti fraudolenter ab Ecclesia per hoc decretum non inducatur exemplum, ut Extracti ex fraude alicujus Personæ privatæ gaudeant Immunitate Ecclesiastica; Cujus opinionis illa adducitur ratio, quòd Curia Laica omnem exercere potest Jurisdictionem in Reos, inventos extra locum immunem absque fraude, vel ipsius dolo. Cæterum affirmativam opinionem latè tuentur *Gen. in Prax. cap. 17. num. 6. Ciarlin. contr. 163. num. 24. Capon. discept. 228. num. 24. Sperell. dec. 48. num. 61. & dec. 110. num. 2. Pignatel. consult. 110. per tot. tom. 1. & consult. 50. num. 3. to. 9. Panim. dec. 95. adnot. 1. & Baruf. resp. 63. num. 15.* quam sequuta fuit *S. Cong. Immun. in Camerinen. 30. Septembris 1704. Ponente Card. Vallemano* Secretario. Pro ratione adducta fuit illa animadversio, quòd in his terminis Reus est veluti res furtiva, invito Domino subtracta, quæ in quemcumque transeat semper transit cum suo onere, & affecta restitutioni, & Reus deceptus, sive à publica, sive à privata potestate, semper animo inhabitare dicitur in Ecclesia. Cæterum Clemens XI. anno 1716. omnem in hac parte difficultatem sustulit mediante decreto impresso *in tom. 2. mearum Discept. Eccles. par. 2. discept. 10. num. 56.*

Nota hic, quòd Confugiatus in Ecclesia non potest ibi compedibus, vel aliis vinculis alligatus detineri, & contrarium faciens Judex Ecclesiasticus excommunicationem incurrit *Sacr. Congreg. Immunit. in Anglonen. 5. Maii 1705. Ponente Maresusco, & Panim. decis. 84. numer. 36. & 42.*

106 Quantùm verò attinet ad secundam inspectionem, distinguendum est, nam, vel carcer datur loco custodiæ, vel in pœnam delicti.

107 Si loco custodiæ, captus deponi debet, & custodiri in tali loco, ut nullum patiatur præjudicium, quia carcer haberi solet, non ad puniendos, sed custodiendos homines *leg. Aut damnum §. Solent, ff. de Pœn. Conciol. verb. Carcer. res. 4. num. 2.*

108 Igitur captus poni non poterit in carcere obscuro, tetro, & subterraneo, veluti in foveis, & caveis, in quibus propter frigora, & humiditates, fœtidumque aerem, vitæ subeat periculum, sed in carcere claro, & illuminato, ad quem liberum Cœli lumen, & aer possint pertingere, ut observant *Fagn. in cap. Novimus nu. 10. & seq. de Verb. Signif.* ubi quòd ista facientes, reputantur homicidæ, & Officiales fiunt irregulares; Quodque idem dicendum est, si de victu quotidiano, vel aliis rebus necessariis, tantum detrahitur, ut verisimiliter carceratus debeat mori *& Strik. de Jur. sens. cap. 1. de Object. Visus num. 16. Zacch. quæst. Medic. leg. lib. 6 tit. 2. quæst. 8. num. 5. & 6. & Nicol. in Flosc. verb. Carcer. n. 1*

109 Quòd si nocturno tempore, ad tutiorem custodiam, in obscuro carcere claudi solent carcerati, orto jam sole, inde deduci, & ad carcerem illuminatum reduci debent *l. 1. Cod. de Cust. Reor.* Multòque minus debebit captus retineri in compedibus, vinculis, & manicis ferreis, quia ita carceratum tenere ligatum, non est simplicis custodiæ, sed pœnam importat, & tormentorum genus *Foller. in Prax. tit. de Carcer. num. 8.* Carcer namque per seipsum duntaxat consideratus 110 satis mala mansio est *leg. Item §. Quæstionis, ff. de Judic.* Estque locus horribilis, & immensorum cruciatuum *leg. Omnes, Cod. de Pœn.* tam propter privationem humanæ conversationis, quàm propter loci squallorem, atque immunditiam, quæ semper in carceribus esse solet, *leg. Si quis in culpa, Cod. de Custod. Reor.*

111 Quod tamen limitatur, si delictum sit nimis atrox, si Reus sit confessus, condemnatus, vel de delicto valdè inditiatus, & si adsit fugæ periculum, puta, quia locus carceris non est tutus, quia in istis circumstantiis potest aliquando Judex in cippis, compedibus, & manicis ferreis carceratum detinere *leg. 1. Cod. de Cust. Reor. & leg. Si confessus, ff. de Custod. & exibit. Reor.* & ita in Urbe practicari testatur *Farin. qu. 27. num. 102.*

112 Si autem in pœnam delicti, dicimus, quòd si, cognito delicto, Judex pro illius pœna damnat delinquentem ad carcerem, vel perpetuò, vel ad tempus, tunc licitum est ei de consuetudine, quæ etiam apud Nos viget, detrudere illum in carcerem tetrum, obscurum, & etiam subterraneum, & talem, ut, ibidem detentus, intra breve tempus sit verisimiliter 113 moriturus, ut quotidiè observari videmus in Urbe, quando relegantur delinquentes ad Arcem Ostiæ Tyberinę, ubi pauci sunt, qui propter illius aeris intemperiem, & insalubritatem, modico tempore vitam suam non finiant, & ad rem observat *Farin. qu. 17. à num. 88.*

114 Quoad Custodiam, & exhibitionem Reorum, distinguendum est, nam, vel Reus detinetur in carceribus secretis, & arctioribus, vel in laxioribus, & publicis, ut vulgò dicitur *alla larga*.

115 Si in carceribus arctioribus, Commentariensis, idest carcerum generalis Præpositus, de quo in *l. Ad Commentariensem, C. de Custod. Reor. Oter. de Official. quæst. 2. cap. 3 in princ. & Rayn. tom. 1. cap. 2. §. 2. num. 51. & seqq.* qui in Urbe Capitaneus carcerum nuncupatur, & cui illæ solent mediante publico instrumento affictus concedi, cujus copia est impressa penes *Scannar. de Visit. Carc. in append. fol.* 116 49. deber diligenter observare, nè aliquis carceratum alloquatur, neque ei epistolas, aut alias notitias mittat; Tenetur pariter in specie providere, nè aliquid ultra cibum, & potum ad eum transmittatur, ad quem effectum, si opus est, panem 117 & caseum frangere, & vas vino plenum inspicere debet, ad hoc, ut certificetur, non contineri in illis epistolas, bigliettta, limas ad compedes limandos, & similia *Abau. de Reatib. quæst. 13. num. 20. & seqq. Pegas. ad Ordin. Portug. lib. 1. tit. 33. §. 2. gloss. 4. num. 4. & Caren. de Inquis. par. 1. tit. 15. §. 1. num. 7.* Omni autem tempore diligenter cavere de- 118 bet, ne aliquid transmittatur in carcerem, ex quo carceratorum fuga, vel mors sequi possit, puta funis, ferrum, venenum &c. *Aretin. cons. 38. per tot. & Perez. ad Ordin. Castell. lib. 2. tit. 14. leg. 12. lit. A vers. Nota* Debet pari- 119 ter, tam de die, quàm de nocte, solitam facere carcerum visitationem *leg. Carceri, & leg. final. ff. de Custod. & exhib. Reor. Pegas. ad Ordin. Portug. lib. 1. tit. 33. §. 6. gloss. 8. num. 3. & Rayn. tom. 1. cap. 3. §. 2. num. 264. & seqq.* ubi quòd bis in die Commentariensis debet omnia loca carceris perquirere, & timari, nec non tangere, & percutere cum baculo parietes, & crates ferreas, ne frangan- 120 tur, & limentur. Ad has verò diligentias tenetur custos etiam si sub custodia retineat nobiles carceratos, quia amor libertatis omnibus hominibus connaturalis est, eique obsistere tenentur custodes *Leon. dec. 92. num. 3. tom. 2. Farin. quæst. 31. num. 146. & Rayn. tom. 1. cap. 2. §. 2. nu. 270. &* 121 *seqq.* ubi reprobat, & respectivè declarat *Angelum, Perez. & Lupum*, contrarium substinentes.

122 Si autem sequuta sit colloquutio cum carcerato, vel epistolæ transmissio, tunc est distinguendum, nam, vel illas detulit ipsemet commentariensis, vel aliquis alius Officialis, & de sua familia, sive per se, sive per alium, corruptus prece, benevolentia, præmio, aut spe præmii, & graviter Reus hujus criminis punitur in Urbe, & Statu Ecclesiastico, *ex Const. 65. B. Pii V.* per quam, ultra pœnas 123 à Jure, vel Statuto inflictas, alia addita fuit relegationis in perpetuum, vel ad tempus; Et, si qualitas facti id exegerit, etiam illa ultimi supplicii imponitur. Vel detulit illas alter dolo, & consensu custodis, vel cum illius culpa, seu negligentia, de qua custodes carcerum tenentur, ut advertunt *Peck. de Jur. Sistend. cap. 27. & Gabr. Berart. specul. Visit. cap. 20. de Comment. num. 11. & 25.* & procul 124 dubio

dubio punietur, quia in Commentariense negligentia habetur pro dolo *Sanfelic. dec.46. num.2. & Rayn. tom.1. cap. 3. §. 2. num. 255.* Non tamen pœna illa, supra expressa, sed mitiori *l. fin. ff. de Custod. & exhib. Reor.* Vel sine culpa, & negligentia, & tunc nullam custos merebitur pœnam.

125 Quid autem Juris circa punitionem istius extranei, qui cum consensu, vel cum culpa custodis, carceratum alloquitur, Respondeo, quòd vel colloquutio, & transmissio literarum nihil in se continent, quod merita causæ criminalis tangat, sed facta est, vel ad consolandum carceratum, 126 vel ad alium effectum, Fisco nullatenus præjudicialem, & nulla pœna puniri poterit; Vel continet aliquid Fisco præjudiciale, & tunc, vel adest specialis prohibitio, & intrabit pœna in Edicto prohibitorio contenta, *Cravet. cons.3. nu. 25. & Carpan. ad nov. Const. Mediol. tit. de conv. cum Bann. num. 68.* Vel non reperitur hæc specialis prohibitio, & tunc licèt talis alloquutio sit illicita, non tamen erit 127 punibilis, quia nulla lege sub pœna cavetur contrarium. Caveant tamen isti, nam sæpè carcerantur tanquam testes, verisimiliter informati de delicto *Locatell. qu. Judic. inspect. 4. n.290. Menoch. de Arbitr. cas.44. nu.9. & Rayn. to.1. cap.3. §.7. nu.27. & seqq.*

128 Eodem modo discurrendum est de transmissione in carceres ferri, funis, vel veneni, nam, si id sequutum fuerit cum dolo, malitia, vel culpa, & negligentia custodis, iste puniendus est, juxta qualitatem doli, vel negligentiæ, & ab officio removendus, *l. Carceris, ff. de Custod. & exhib. Reor.* Extraneus verò, qui id fecerit, si eo motivo, ut proprius consanguineus non suspendatur, ad evitandam familiæ ignominiam 129 puniri potest tanquam homicida, *Decian. lib.9. cap.2. num.34. Caball. resol. crim. cas.64. num. 1. cent. 2. & Pellegr. in Prax. Crim. par.4. sect.8. num.21.* Benè verum est, quòd 130 ob justum dolorem, & motivum evitandi infamiam, Judex consanguineum, taliter operantem, non pœna mortis, sed alia mitiori punire debet, *Boer. dec.216. num.3. & 4. & latè Amen. de Delict. & Pæn. tit.9. §.7. num. 42. & seqq.* ubi, quòd in delictis consideratur intentio, & factum, Unde quamvis aliquando interveniat factum criminosum, si finis, & intentio bona sit, demitur de ma-131 litia, & consequenter etiam de pœna. Si autem transmisit ferrum, vel limam, ad hoc, ut consanguineum, vel amicum à carceribus eximeret, effectu sequuto, incidit in crimen læsæ Majestatis in secundo capite, juxta ea, quæ diximus supra *lib.2. tit.1. num.131. & seqq.*

132 Si detinetur in carceribus laxioribus, vulgò *alla larga*, si in istis reperiatur ferrum, funis, venenum, aut quid simile, non erit id adscribendum culpæ custodis, qui, ut experientia notum est, non solet, nec tenetur perquirere amicos, familiares, & consanguineos, venientes ad exercenda opera misericordiæ, mediante visitatione carceratorum, in publicis carceribus detentorum.

133 Quoad fracturam carcerum, præmittendum est, hanc definiri ab *Amen. de Delict. & Pæn. tit.9. §.7. num. 1.* ut *sit exemptio dolosa hominis, detenti in fortiis publicæ potestatis*; Dicitur *exemptio*, sub qua, non solùm comprehenditur vis, sed etiam fraus, præstatio instrumentorum, ad fugam necessariorum, puta funis, scala &c. His enim casibus semper carcer violari dicitur, *Bertaz. cons. Crim. 35. num. 16. & seqq. & Caball. cas.8. num. 28.* Dicitur 134 *Dolosa* ad denotandum, quòd, non omnis exemptio carcerati punibilis est, sed solùm illa, quæ dolo malo committitur, unde carcerem violare non diceretur, qui ingruente incendio vicinarum ædium, cum evidenti periculo carceratorum, ostium carceris prosterneret, *Amen. de Delict. &* 135 *Pæn. tit.9. §.7. num.3.* ubi illam adducit rationem, quòd in his circumstantiis, non ad subtrahendum carceratum à Principis potestate, sed ad vitam carceratis conservandam carcer aperiretur, sicquè non fieret Principi injuria. Dicitur demum *hominis detenti in fortiis publicæ potestatis*, per quæ verba omnes comprehenduntur modi, in quibus potest cadere hoc crimen, sive scilicet eximatur carceratus è publico carcere, sive à Camera, vel loco à Jure, pro carcere destinato, in quibus terminis carceratus detineri dicitur vinculis aureis, non autem ferreis, sive demum è manibus familiæ Judicis, *Amen. de Delict. & Pæn. tit.9. §.7. num.3. & seqq.* ubi *num.34.* refert cu-136 riosam eximitionem carcerati, factam à mulieribus in Comitatu Alexandriæ, armatis ronchis, hastis, verubus, ligonibus, sarissis, falcibus, & aliis armis rusticanis, sub directione unius ex illis, quæ erat amasia carcerati, reque, ad Alexandriæ Judicem, seu Prætorem delata, attentis earum multitudine, (erat enim 40. circiter) sexu, & paupertate, nec etiam ad inquisitionem procedere voluit.

137 His præmissis, distinguendi sunt tres casus I. Quando fracturam sequuta fuit carceratorum fuga, II. Quando sine fuga carcer fractus fuit, & III. Quando adest fuga carceratorum sine fractura carcerum.

138 I. Casu fractor, & violator carcerum dicitur, non solùm ille, qui publicos carceres effregerit, sed etiam, qui cum fractura aufugerit ab aliquo cubiculo, sibi pro carcere à Judice assignato, *l. Milites, §. Ejus, ff. de Re milit.* Item, non solùm, qui effracto pariete, sed etiam, qui sine ulla fractura per januam, vel per fenestram aufugerit, dummodo fractis vinculis, vel compedibus, nihil enim interest, an quis parie-139 tibus, vel compedibus detineatur, *leg. Succurritur, & leg. seq. ff. Ex quib. caus. major. Foller. in Prax. par. 3. v. Et si confitebuntur num.47. Masc. de Probat. conclus.266. num. 15. & Conciol. verb. Carcer. resol.1. in fine*, Item, qui per muros, cum fune, vel alio instrumento transcenderit. Effra-140 ctor enim carcerum, & exiens per muros æquiparantur, *Farin. quæst.30. num. 83.* Item, qui aufugerit uno ex dictis modis, sive detineatur pro causa civili, sive pro criminali considieratur enim ad hunc effectum sola loci, & publici carceris violatio, non autem causa detentionis carceratorum. *Boss. in Prax. tit. de Effract. Carc. in princ. & Conciol. verb. Carcer. res.1. num.18.* Demum, sive carceratus sit 141 verè Reus, sive innocens *leg. In eos, ff. de Custod. Reor.* cum aliis apud *Farinac. quæst. 30. num. 35. & seqq.*

Nota hìc, quòd Carceratus aufugiens à Carceribus animo recurrendi ad Principem nullam incurrit pœnam, *Rot. in Comen. nullitatis Contractus 18. Junii 1706. §. Et ob id, coram Ansaldo.*

142 II. Casu, quando intervenit fractura sine fuga, puta, quia effracto carcere, & nondum perfecto negotio, fuerunt à custodibus discoperti, vel propter supervenientem aliquam difficultatem ausi non fuerunt aufugere, & licèt aliqui teneant, taliter attentantes fugam, puniendos esse tanquam carcerum effractores per *text. in leg. Qui sit*, ubi *Gloss. verb. Fugitivum, ff. de Edil. edict.* ubi, quòd fugitivus dicitur, qui unum pedem ad fugiendum movit; Alii tamen è contra rectiùs cen-143 sent contrarium, ut videre est apud *Clar. in Prax. quæst.21. num.7.* ubi, quòd ita servatur in praxi, aliàs nulla esset differentia inter effractores, cum fuga, & sine illa *Farinac. qu.30. num.25. & seqq.*

144 III. Casu, quando scilicet intervenit fuga carceratorum sine carcerum fractura, tunc eo modo evadentes dicuntur propriè fugitivi, *cit. leg. Qui sit, ff. de Edil. edict.* Non 145 autem effractores, quia ad hunc effectum requiritur, vel fractura vera, ut in *leg. 1. ff. de Effract. & Expilat.* vel saltem per æquipollens, ut transcendendo muros &c. Hujus generis sunt illi, qui fugiunt ex ostio aperto, vel ex negligentia, aut permissione custodis, vel fracto ab alio carcerato sine ipsius opera, & consilio, *Farinac. quæst.30. num.159. & 176. Amen. de Delict. & Pæn. tit.9. §.7. num.22.* ubi de car-146 ceratis aufugientibus, postquam unus ex illis per jocum pugillum cineris injecit in oculis custodis, tempore, quo iste in tergendis oculis à cinere injecto, occupabatur, *Rayn. tom.1. cap.3. §.2. num.224. & seqq.* ubi, quòd anno 1678. à carceribus novis Urbis aufugit quidam, qui nunquam se custodibus exhibuit videndum, & uno sero fecit sibi tondere barbam, & induit se veste talari, ac si esset Procurator ali-147 cujus carcerati, & intrepidè exivit. Similes casus referunt *Matth. de Re crim. contr.19. num.11. & 21. Gomez. var. resol. lib.3. cap.10. num.12. & Joann. Vuolck. Bechman. in Comm. Pandect. Theor. pract. tom.2. exercit. 8. ad lib.48. ad leg. Jul. Majest. num.79.* ubi, quòd *Hugo Grotius*, de 148 Juris prudentia benè meritus, anno 1621. liberatus fuit à carceribus Castri de Lovvestein, Mariæ Reigensberg ejus uxoris industria, illum reponentis intra arcam, in qua libri ferri solebant, quem modum latiùs explicavit, figurisque exornavit *Bizot. nell' Istoire metallique de la Republique d' Hol-149 lande fol. mihi 137. & fol.206.* de quo *Vossius de Latin. histor. lib. 3.* relatus à *Capher. in Synthem. vetustat. ad diem 28. Augusti* ait, *nihil nunc undique eruditius, vel Sol videt, vel solum sustinet.* Et celebris est etiam astutia illa alterius uxoris, quæ in Civitate Bononiæ accessit ad visitandum virum in carceribus, illumque suis vestibus indutum è carceribus abire permisit, ipsa remanen-150 te in carceribus, cui non solùm liber fuit permissus exitus, sed etiam præmiata, ut refert *Florian. de Sanct. Petr. in disp.2. post Lectur. Infort.* Vel denique fugitivus pariter dicitur, qui sub præcepto, vel arresto detinetur in aliquo loco, puta in Palatio, non autem effractor, *Farin. q.30. n.11.*

Quid

151 Quid autem dicendum circa carceratos ipsos aufugientes, cohærenter ad tres casus explicatos, dicimus, quòd, vel adest carcerum fractura cum fuga carceratorum, vel fractura sine fuga, vel fuga sine fractura.

Si carcerum fractura cum fuga, subdistinguendum est, vel carceratio est justa, vel injusta.

152 Si est injusta, nulla pœna tenetur carceratus aufugiendo præcipuè quando notoriè constat, de injustitia, *Guazz. ad Defens. Reor. defens.5. c.4. nu.11. Conciol. alleg. for.99. n.28. Maur. de Fidejus. par.1. sect.2.c.1.n.92.* ubi, quòd fugiens in hoc casu non tenetur ad pœnam fidejussionis præ-153 stitæ, & *Panim. d.49. num.1.* ubi, quòd in his circumstantiis carceratus non fugiendo peccaret, quòdque hæc opinio fulcitur exemplo Principis Apostolorum, qui per Angelum fuit liberatus à carceribus, in quibus injustissimè per Herodem detinebatur. Dixi, *quando notoriè constat de injustitia carcerationis*, ad removendum omne dubium, quia, quando injustitia non est adeò certa, ratione mali exempli, & contemptus Judicis, & justitiæ, haberet locum 154 opinio, *Caball. resol.Crim. cas.42. nu.1.* probantis, effractionem carcerum in his circumstantiis esse puniendum, prout conciliando has sententias observant *Petr. Muller. de Fugit. tit de Fug. arrestat. §.31. fol.95. & Rayn. t.1. ad c.3. §.2. à n.34.*

155 Non solùm autem notoriè, nulliter, & injustè carceratus impunè potest frangere carceres ad aufugiendum, sed etiam de facto resistere birruariis, illum carcerantibus; In circumstantiis enim carcerationis notoriè injustæ, ministri justitiæ censetur operati de facto, quibus proinde impunè resisti potest, *Jannin. de Citat. real. lib.1. c.1. num.580. & seqq. & Pellegr. in Prax. Crim. qu.4. nu.21.* ubi alios allegat concordantes; Imò in hoc casu, nedum licitum est aufugere à carceribus, si aliter periculum mortis ex injusta Judicis condemnatione evitari non possit, sed etiam impunè potest custodes vulnerare, & occidere, absque eo, quòd de vulne-156 re, homicidio, vel de fracto carcere teneatur, *leg.1. in fine, ff. de Bon. eor. qui ant. sent. mort. sibi consciv. Gramm.* 157 *cons. crim.51. n. Christian. Kremberk. de Necess. defens. quæst.5. & Panim. dec.49. n.2.* ubi innumeros allegat concordantes.

158 In illa verò nimium involuta generali quæstione, an impunè resisti possit Judici, vel Magistratui, demandanti injustam carcerationem, vel quid simile, itaut, vim vi repellendo, possit satellites vulnerari, effringi carceres &c. mihi arridet opinio *Basil. dec.10. à num.9. usque ad finem*, ubi, postquam latissimè enumeravit absurda; ex oppositis affirmativa & negativa opinione, derivantia, mediam probat sententiam, ut scilicet permissa sit defensio, quando vis, illata à 159 Magistratu, continet damnum irreparabile, secus verò si damnum contineat, aliis modis reparabile, quia tunc ad juris remedia erit recurrendum; Antecedenter autem probaverar *num.6. & seqq.* Exequutores, tanquam privatos homines, vim inferre, si mandata Superiorum exequantur extra tempus, in eisdem præfixum, & refert *d. num.8.* sola proinde pœna carcerationis punitos fuisse eos, qui satellitibus resistentiam fecerant in exequutione mandati, elapso termino ad illud exequendum.

160 Si carceratio est justa, aliqui, relati per *Farin. qu.30.n.7.* censent, esse pœnam capitis, vel confessati delicti; Verum tamen est, quòd ipse inclinat in pœnam mitiorem, & multos Authores pro hac parte citat *num.4.* & testatur, nunquam 161 se vidisse effractores carcerum, ad manus Curiæ perventos, ultimo supplicio traditos, sed extraordinaria pœna punitos, juxta facti, & personarum qualitates.

162 Posito autem, quòd justè carceratus aliquam habuerit causam fugiendi, tunc, vel hæc habebat tractum successivum, vel non, I. casu, puta, quia tractabatur nimis crudeliter tenebatur in cippis, & manicis ferreis, vel in aliquo loco subterraneo, seu, cùm esset fœmina, sollicitabatur ad turpia à custodibus, & tunc talis fuga erit omninò inculpabilis, præsertim, si carceratus ad Superiorem accesserit, *Farinac. quæst.30. num.171. & 190. & de Angel. de Delict. p.1. c.27. num.12. & 13.* II. Verò casu, quando scilicet agitur 163 de facto momentaneo, puta, quia in carceribus excitatum est incendium, vel exerescant aquæ &c. & tunc juxta opinionem *Farin. qu.30. num.104. 185. & seqq.* si legitima præcesserunt indicia, citandi dumtaxat erunt carcerati ad se excusandum à delictis, pro quibus detinebantur, & si 164 non compareant, erunt condemnandi in contumaciam ad pœnam delicto condignam, non autem pro fractura carcerum.

165 Si carceratus non habuit justam causam, vel, mutato consilio, revertitur ad carceres, & non obstante tali reversione, punietur quidem, sed pœna mitiori, *l. Quis sit, ff. de Edil. edict.* ubi adducitur illa congrua ratio, quia mediante reversione nocens esse non desit, *Giurb. cons. Crim.4. n.9. & Conciol. verb. Carcer. resol.1.n.15.* Vel ad carceres non revertitur 166 & interim à Curia de novo capitur, &, vel aufugit ex negligentia, vel permissione custodis, & punitur, non pœna ordinaria, & rigorosa, sed mitiori, arbitrio Judicis, vel ex propria arte, & industria, & habebit locum contra eum pœna mortis, de qua in *l.1.ff. de Effractor. & Expilator.* Quæ multò magis habebit locum, si custos fuerit vulneratus, vel occi-167 sus, *Farin.cit.q.30. n.203. & seq.* Dixi, *& à Curia interim de novo capitur*, nam si perseveret in fuga, tunc poterit Judex contra eum in contumaciam procedere, illumque condemnare in pœnam illius delicti, pro quo in carceribus detinebatur; Frangens enim carceres & aufugiens habetur pro confes-168 so, ut observant *Farin. qu.30. n.203. & seqq.* testans de praxi suo tempore observata *Boer. dec.215. n.9. Anton. de Ballstra. Crim. lib.3. cas.14. n.3. Caren. de Inquis. p.1. tit.17. nu.70. & seqq. & Conciol. verb. Carcer. resol.1. n.3.*

169 Si intervenit secundo modo carcerum fractura sine fuga, juxta casum *Text. in l. Eos, ff. de Custod. & exhib. Reor.* imponenda est à Judice pœna arbitraria, modò gravior, modò levior, juxta facti, & personarum qualitatem, ex animadversis per *Farin. quæst.30. nu.20. & seqq.*

170 Si intervenit tertio casu fuga sine fractura, idem dicendum est, quod diximus in secundo. Nam habebit locum sola pœna arbitraria, *Farin. q.30. n.162. & 163.* Ad incurrendam 171 enim pœnam ordinariam, sancitam *in leg. 1. ff. de Effractor.* omninò requiritur fractura, quæ delictum aggravat, & pœnam auget.

172 Quòd si fuga carcerati non sequatur ex carceribus, sed de manibus familiæ Judicis, tunc pariter distinguendum est, nam aut quis nondum actualiter captus est, sed familia ipsum persequitur, pedumque vi, & velocitate à persequentibus se subtrahit, & tunc nullam subire tenetur pœnam, quia fugere ab imminenti malo, seque ab illo præservare, impunibile est; Aut verò jam captus est, & impetu facto, se de manibus familiæ eximit, & tunc, juxta opinionem *Clar. in Prax. crim. qu.29. §. Quæro etiam*, mitiori pœna puniendus erit, quia de 173 manibus familiæ ita se eximere, & à carceribus fugere parificantur, Verùm secundùm *Amen. de Delict. & Pœn. tit.9. §.7. n.8.* nulla pœna puniri debet, & testatur, ita de consuetudine practicari; Sicuti enim ob naturalem defensionem sibi licitum est vi, & celeritate pedum uti, ne quis capiatur, ita etjam licitum erit vi totius corporis se excutere è manibus eo-174 rum, qui non perfectè apprehendisse videntur, dum ex eorum manibus quis elabitur. Dixi *impetu facto*, quod intellige, quando quis per vestes, aut etiam per crines apprehensus aufugiat, vel demum, si actualiter captus satellites capientes, subtus brachia portans, in Ecclesiam se recipiat, juxta casum novissimè in Urbe sequutum in Platea Agonali, à qua ad vicinam Ecclesiam S. Jacobi se recepit captus; Secus autem si 175 satellites percutiat, illisque minetur, aut armis resistat, tunc enim puniendus erit perinde, ac si è carceribus aufugisset, ut practicatum fuisse Mediolani in eo, qui ensem evaginaverat, & familiæ resistentiam fecerat, testes sunt *Boss. in Prax. tit. de Captur. numer.17. & seqq. Clar.* pariter *in Prax. quæst.29. §. Quæro etiam, & Amen. de Delict. & Pœn. tit.9. §.7. num.16.* & diximus supra *lib.2. tit.1. nu. 131. & seqq.*

176 Quo demum ad Commentariensem, seu carcerum custodem, iste tenetur de fuga, vel de morte carceratorum in pluribus casibus.

De fuga, quando carceratus aufugit dolo ipsius tunc enim puniri debet eadem pœna, qua puniendus erat carceratus, qui aufugit dolo ipsius, *leg. Ad Commentariensem, Cod. de Custod. Reor.* ubi *Gloss. verb. Qui fugerit*, cum aliis apud *Amen. de Delict. & Pœn. tit. 9. §.7. num.25.* 177 Posito autem, quòd fugiant è carceribus duo, ex quatuor correis, qui in contumaciam condemnentur in pœnam mortis, alii verò duo, præsentes in carceribus, ex defectu probationis condemnentur in pœnam extraordinariam, quæro. qua pœna condemnari debeat dolosus Commentariensis, ex cujus culpa sequuta fuit fuga. Respondeo, 178 condemnandum esse dumtaxat in illam pœnam, in qua condemnati fuissent, si non aufugissent è carceribus, ut notat *Bald. in leg. Ad commentariensem, numer. 1. Cod. de Custod. Reor.* & latiùs *Raynaudus tomo 1. cap. 3. §. 2. numer. 260.* ubi, quòd requisitus pro veritate ita respondit, & Sacr. Consulta ita resolvit anno 1679.

179 De culpa pariter tenetur, cum distinctione tamen, quando ista

dolosa est lata, levis, vel levissima, Si culpa est lata, idem dicendum, ac quando fugit ex ipsius dolo, quia iste culpæ æquiparatur, *Garinac. quæst. 31. num. 10. & seqq.* Si eadem culpa est levis, vel levissima, puniendus pariter erit, non tamen ita graviter, ac pro dolo, vel lata culpa, sed mitiùs, & saltem illa privationis ab officio, *Gloss. in dict. leg. Ad Commentariensem*, Licèt enim culpa levissima in omittendo non sit malum, criminaliter puniendum, speciale tamen est in carcerum custode, nam ipse pro custodia publi- 180 cum recipit stipendium, proindeque exactissimam præstare tenetur diligentiam, & deficiente in officio, etiam de culpa levissima obligatur, *leg. qui mercedem, ff. Locat.* cum aliis allegatis à *Ray. to. 1. c. 3. §. 2. nu. 254. & seqq. & Rota dec. 10. num. 22. & seqq. apud Pacion. de Locat.* juxta Venetam impressionem.

Licèt autem in dubio culpa non præsumatur, & alleganti incumbat onus illam probandi, *leg. Si quis fundum, §. Imperator* ibique *Gloss. verb. Probari, ff. Locat.* Hoc ta- 181 men fallit in custode carcerum, contra quem in dubio præsumitur, carceratum ex ejus culpa, & negligentia aufugisse, *leg. fin. ff. de Custod. & exhibit. Reor.* ubi *Gloss. verb. ad probandum*, cum aliis apud *Farin. qu. 31. à num. 18. Boss. in Prax. tit. de Carcer. n. 11. & Rayn. tom. 1. ad cap. 3. §. 2. n. 256.* Quæ præsumptio fortiùs locum habebit in casu, quo carceratus aufugerit ex ostio aperto, vel quando posuit carceratum, contra Judicis mandatum, in illo loco, à quo aufugit; Vel quando illum non tenuit in vinculis, in casu, 182 quo qualitas criminis vinculorum acerbitatem requirebat. Vel quando aufugit de die, ut observat *Farin. quæst. 31. num. 36.* concordantes cumulans. Si carceratus aufugit sine culpa, & dolo custodis, sed ex mero casu fortuito, omninò impunibilis est, juxta *Text. in leg. Milites, ff. de Custod. Reor.* ibi *Si verò fortuitò id amiserit, nihil in eum statuendum, & in leg. fin. ff. eod.*

183 Procedunt hæc omnia, non solùm, quando carcerati detinebantur pro causa criminali, sed etiam pro interesse civili, *Boss. in Prax. tit. de Effract. carcer. n. 1. Far. q. 30. n. 81. & Conciol. verb. Carcer. resol. 1. nu. 18.* Imò in hoc secundo casu tenebitur ulterius ad damna, & interesse, Parti reficienda, & sic ad debiti solutionem, *leg. fin. ff. de Custod. &* 184 *exhib. Reor.* Et tenebitur Commentariensis, non solùm de dolo, & culpa propria, sed etiam suorum famulorum, & substitutorum, ut dicitur in *cit. leg. fin.*

185 Quantùm attinet ad mortem carceratorum, nisi Commentariensis contrarium concludenter probaverit, in dubio contra eum præsumitur, & ejus culpæ adscribitur, *leg. fin. ff. de Custod. exhib. Reor.* ibi *Militis culpa adscribitur.* Ratio est, quia, qui tenetur ad custodiam, præter interitum rei, tenetur probare casum fortuitum ipsius interitus, 186 *Clar. in §. fin. qu. 46. n. 5.* ubi, quòd statim ac carceratus infirmatur, debet custos infirmitatem Judici denunciare. Dixi, quòd *in dubio præsumitur negligentia*, nam si diligentiam probaverit, tunc minimè ei imputabitur mors carcerati, *leg. Quemadmodum, §. Magistratus, ff. ad leg. Aquil. Boss. in Prax. tit. de Carcer. n. 3. Far. c. 31. nu. 44. & 45.* Verum tamen est, quòd in his casibus multum tribuendum sit arbitrio Judicis, qui considerare debebit locum, in quo carceratus se necavit, an sit carcer publicus, & ut vulgò 187 dicitur *alla Larga*, ubi custos prohibere non solet, neque potest conversationem amicorum, qui clam deferre possunt carcerato laqueum, ferrum, vel venenum, Vel, an sit carcer secretus, in quo majorem tenetur adhibere diligentiam, ut observat *Far. cit. q. 31. n. 46. & seqq. & vidimus supra n. 132.*

188 Nota hic, quòd Commentariensis, Jure civili attento, nequit pro mercede sibi debita carceratum detinere, *Laur. dec. Aven. 12. n. 5.* De consuetudine tamen contrarium practicari, advertit *Buccar. de Differ. inter Jus Civil. & Crimin. differ. 148. n. 12.* In Urbe autem id solùm practicatur pro alimentis, præstitis in secretis carceribus, vel Infirmaria, testibus *Scannar. de Visit. Cancer. lib. 1. §. 5. c. 3. sect. 3. n. 4. Ray. t. 1. c. 3. §. 2. n. 274. & Set. de Offi. Locumten. c. 6. n. 43.* ubi, quòd extra Urbem Birruarii pro mercede sibi debita faciunt retinere carceratos.

189 Nota 2. carceratis pro causa criminali subministranda esse alimenta à R. Camera, reservato eidem Jure recuperandi pretium, pro causa verò civili subministranda esse à Creditoribus, *Seta, de Offic. Locumten. cap. 6. numer. 51.* ubi, quòd taxanda sunt ad unum julium, vel plus, & minus arbitrio Judicis, reprobando *Card. de Luc. de Credit. disc. 153. per tot.* solidè probantem, in his casibus abolendam esse 190 dictam uniformem taxam unius Julii, & deberi ad præci- *Ursaya Institut. Crimin.*

sam necessitatem naturæ, & quidem, nedum ex optimis rationibus expensis *in n. 8. ejusdem discursus*, sed etiam ex resolutione *Congregationis Reformationis sub die 4. Januarii 1677.* cum successiva approbatione Summi Pontificis, in cujus proindè concursu attendenda non videntur ea, quæ scribit *Se. loc. cit.*

191 Nota 3. quòd absque Judicis licentia non potest custos carceratum excarcerare, etiamsi minùs legitimè ad capturam deventum sit; Ejus enim est relaxare carceratum, cujus est 192 capi facere, *Berart. in Specul. visit. cap. 20. num. 11. & Petr. ad Gramm. dec. 41. n. 14. & 15.* ubi, quòd Commentariensis, qui in suo casu contrarium practicavit, fuit privatus officio, & condemnatus ad exilium per quinquennium, *Ca-* 193 *piblanch. de Baron. t. 2. cap. 27. n. 6. & Zaul. t. 1. lib. 2. rub. 13. n. 9.*

194 Nota 4. carceratos non posse, neque debere puniri propter mala illa, quæ scribunt, vel dicunt de Judicibus, sed eorum afflictioni condonanda sunt, ut resolutum à S. Cong. Episc. in *Albinganen. 12. Maii 1604.* testatur *Nicol. in Flosc. verb. Carcer. n. 14.*

195 Nota 5. quòd carceratus pro causa criminali, & à carceribus ser. ser. dimissus, non potest statim pro causa civili iterum capi, sed saltem post unius horæ spatium, juxta *Reform. Pauli V. de Carcer. n. 16.* & observat *Set. de Offic. Locumt. c. 16. in fine.*

196 Nota 6. Cardinales, ratione eorum amplissimæ dignitatis, & præstantiæ, posse liberare carceratos, sibi obviam venientes, tempore quo ad carceres ducuntur, ut post turbam Doctorum, quos sequitur, observat *de Angel. de Delict. par. 1. cap. 42. num. 25.* Et in fortioribus terminis da- 197 mnati ad mortem advertunt *Catalan. de Indult. cap. 40. nu. 73. & seq. & Scialoy. de Forjudic. cap. 40. n. 6.* ubi, quòd eidem facienda erit gratia, si dum ad patibulum ducitur, Cardinalis ei ponat pileum in capite *Kornmann. de Virgin. Jur. cap. 55.* ubi alios citat. Quod non habere locum in Carcerato, vel damnato ob crimen falsi notabiliter advertunt *Capon. discept. 37. n. 31. Rayn. t. 2. cap. 18. n. 4. & Amen. de delict. & Pæn. tit. 6. de crim. fals. sub n. 7.* Circa quod tu Lector Cogita.

198 Nota 7. quòd in exequenda captura tenentur birruarii mandatum Judicis ostendere, aliàs impunè eis potest de facto resisti, cùm sine eodem mandato prorsus ignotæ sint illorum personæ, & officia, latè *Amay. in leg. 5. n. 1. & 2. C. de Jur. Fisc. lib. 10. & Zaul. t. 1. lib. 3. rubr. 13. n. 21.*

199 Nota 8. quòd birruarii non debent asperè se gerere cùm carceratis, puta eos cum acerbis funiculis, vel ferreis manicis taliter ligando, ut mala possint eis evenire, sed illos cum omni humanitate tractare, aliàs extraordinariè puniri possunt; juxta *Text. in leg. 2. Cod. de Custod. Reor.* & 200 observant *Bald. ibidem num. 3.* ubi illam adducit bonam, & congruam rationem, quòd isti modi asperi sunt pars tormentorum, & à tormentis non est incipiendum, *Azo. in Summ. Cod. de Custod. Reor. n. 5. & Rayn. to. 1. ad cap. 4. suplet. 2. n. 103. & seqq.* ubi, quòd hoc fortiùs militat in nobili- 201 bus, etiamsi reperiantur in fragranti, Probans num. anteced. 102. cum *Iband. de Bardaxi in Comment. For. Aragonen. tit. de For. compet. for. final. num. 1. fol. 307.* licitum esse eisdem birruariis capere, nedum personas plebejas, & rusticas, sed etiam nobiles in fragranti maleficio repertas, ab- 202 que ullo Judicis præventivo mandato.

203 Dixi *extraordinariè*, quia cùm excessus in his casibus respiciat solùm modum exercendi suum officium, non poterit puniri pœna ordinaria *legis Corn. de Sicar.* etiamsi sequatur mors carcerati, *Buccar. de Differ. inter. Jus civil. & crimin. differ. 124. num. 11.* ubi reprobat opinionem *Bajard. ad Clar. quæst. 56. vers. Quo verò ad magistrum num. 11.* & sententiam mortis ab eo latam contra birruarium, qui an- 204 no 1569. in Civitate Spoleti nobilem juvenem, ob delationem armorum captum, ut illum tutiùs ad carceres duceret, laqueo ad ejus collum posito suffocavit, & *Buccaron.* 205 sequitur *Rayn. tom. 1. c. 4. §. 1. num. 38.* ubi, quòd ex hac ratione excusavit à pœna ordinaria Antonium Ghirardum, Caporalem birruariorum, qui insecutus hominem ob delationem Archibusii fugientem, & ab aliis birruariis vulnera- 206 tum, cum alio Sclopi ictu in pectore occidit, juncta alia causa, minorante pœnam, hoc est iracundia, quia scilicet idem Reus occiderat canem, à birruariis contra eum ad ca- 207 piendum dimissum: Primi siquidem motus à pœna ordinaria eximere solent, juxta regulam, de qua *Zuff. de Legit. Process. q. 23. n. 21. & Oril. ad Campan. resol. 1. nu. 67. circa finem.*

208 Nota demum, quòd obligatio facta à carcerato favo-

re Baronis; vel officialis nulla est, etiamsi in libertate ponatur tempore ejusdem obligationis, juxta praxim in his circumstantiis ubique receptam, nulla habita ratione, an justè, vel injustè carceratus quis fuerit, *Gobat. consult. 137. num. 6. & 7. & num. 15. vers. Omissa*, & *Rot. dec. 506. per tot. coram Merlin.* Quidquid dicendum esset in terminis 209 obligationis ad favorem tertii, qui nec causam carcerationi dedit, nec dependentiam aliquam habet à Barone, vel ab Officiali ejusdem.

TITULUS IV.

De Quæstionibus, Tormentis, & Tortura.

1 Quæstio, Tormentum, & Tortura, synonyma sunt in Jure, & significant inquisitionem veritatis per corporis cruciatus, juxta *Text. in leg. 1. §. Item illud, ff. ad S. C. Syllan. & in leg. Item apud Labeonem, §. Quæstionem, ff. de Injur.* & animadversa per *Zuff. Instit. Crim. lib. 2. tit. 11. in princ.*

2 Non desunt verò DD. asserentes, periculosam esse inventionem torquendi, illam vocando potiùs explorationem patientiæ, quàm inquisitionem veritatis, ut videre est apud *Besold. in Thes. practic. adauct. litera P. §. undecimo folio 727.* Iste autem modus veritatem inquirendi per tormenta, & corporis cruciatus, non solùm ab antiquis, & ab Ethnicis Jurisprudentibus probatus fuit, sed etiam in Tribunalibus, & Curiis Christianorum, imò etiam Ecclesiasticorum usque ad hodiernum diem observatus, ut experientia notum est, & advertit *Brugiot. Institut. Crim. lib. 4. tit. 12. num. 1. & seqq.* & ante ipsum *Cornel. à Lapid. super Matth. cap. 5. num. 34.* ubi tamen observat, quòd antiquis temporibus Cives Romani ob eorum dignitatem non torquebantur.

3 Multiplex est Tortura, & Tormentorum species, quarum 23. enumerant, *Bellovis in Prax. Crim. tit. 22. cap. 6. de Tormen. Mill. in Prax. Crim. fol. 104. Chartar. in Prax. interrog. Reos lib. 4. cap. 1. Locatell. in prax. Crim. de Quæstion. Jud. inspect. 1. à n. 1. usque ad 36. Anton. Queved. de Tortur. par. 2. c. 1. Gaspar Manzius in Comm. ad crim. Sanction. Carolin. art. 58. n. 20. & seq. Trasmier. de Poligam. lib. 3. q. 7. n. 6. Zacch. q. Medicoleg. lib. 6. tit. 2. qu. 1. Carrer. in Prax. in princ. n. 180. & Ambros. in Proces. inform. in Schol. ad lib. 4. cap. 1. sub nu. 2.* ubi de pedum combustione, quodque eodem genere tormenti semel tantùm in foro Archiepiscopali tortus fuit quidam Presbyter Curatus Ecclesiæ majoris Mediolani, accusatus de stupro, & sodomia, cujus 4 pedes combusti fuerunt unctione lardi porcini, quem Archiepiscopus Vicecomes passus non est continuare in Rectoria, ea adducta optima ratione, quòd etiam si purgasset indicia per tormenta, attamen propter diffamationem in Ecclesia sua esset scandalosus.

5 Quam rationem præ oculis etiam habuit sa. m. *Inn. XI.* in privatione Episcopi N. contra quem aderant indicia perpetrati ab eo criminis, ut videri potest in Breve, quod per extensum refert *Rayn. t. 3. ad c. 32. sub nu. 276.* ibi *Ac considerantes scandala, & odia inde enata esse, ipsumque N. Episcopum proinde Ecclesiæ suæ, & regimini animarum, curæ suæ commissarum, de cætero utiliter præesse minimè posse.*

6 Nos relictis illis, quæ ob eorum nimiam crudelitatem ab omnibus rejiciuntur, nec non aliis, quæ vix in aliquibus Curiis Criminalibus in usu habentur, eas tormentorum species referemus, quæ in Urbe præsertim, & Statu Ecclesiastico recepta sunt, de quibus *Rayn. t. 3. ad c. 34. supplet. 4. n. 147. & seqq.* Quorum.

7 I. Vocatur *Tormentum Sibillorum*, vulgò *Ciuffoli*, quod verè inhumanum, & rigidum vocat *Ambrosin. de Process. 8 inform. lib. 4. ad cap. 1. Schol. num. 2. fol. 158.* quo utuntur Judices, vel in torquendis pueris, vel mulieribus, vel senibus, quibus ratione ætatis, sexus, & corporalis infirmitatis, applicari non possunt alia tormenta, *Set. de Offic. Locumt. cap. 22. numer. 12.* & tunc est, quando inter digitos manuum ponuntur eis quædam virgæ, & deinde cum funiculo ligantur digiti, & fortiter stringuntur, *Locatell. in Prax. Crim. inspect. 1. n. 7.*

9 II. Species torturæ est *Tormentum Taxillorum*, quod tunc est, quando Reus ponitur super quodam osse, vulgariter dicto *il Cavicchio del piede*, & deindè comprimitur 10 fortiter cum quodam ligno, vocato *Stanghetta*, à quo denominationem sumpsit hoc tormentum, quod *Stanghetta* 11 solet vocari, ut explicat *Locatell. in Prax. Crim. inspect. 1. num. 4.* nec potest per longius tempus, quàm ad summum duorum *Miserere* inferri, testibus *Guazzin. defens. 30. cap. 21. num. 11. & Sabell. in Prax. universal. verb. Tortura sub num. 36.*

12 Utuntur hoc tormento Judices in subsidium, quando scilicet Reus torquendus non habet, nisi unicam manum, vel laborat alia debilitate notabili, ita ut illud funis subire non possit, de quo tormento latè disserit, *Zacch. quæst. Medicolegal. lib. 6. tit. 2. q. 7.* ubi pariter de tormento *Ferulæ*, quod proprium puerorum esse ait *n. 6.*

13 III. Species torturæ est *Tormentum Funis*, quod vulgò dicitur *la Corda*, & quam tormentorum reginam vocat *Sabell. in Prax. univ. verb. Tortur. n. 36.* quamve hodie ubique 14 contemni à Reis observat *Rayn. t. 3. c. 34. §. 6. n. 6.* & tunc est quando Reus spoliatur in superioribus partibus corporis; 15 & manibus post terga revinctis, elevatur per funem à terra, & in alto, pendens à fune cum magno corporis cruciatu, & dolore, per aliquod tempus, vel modicum, vel longum, juxta arbitrium, & decretum Judicis, sustinetur, atque hoc 16 tormentum præ cæteris omnibus magis in usu est, fuit enim hoc tormenti genus approbatum in corpore Juris communis, & à legibus nostris introductum, ut patet ex *leg. Nullius C. ad leg. Jul. Majest.*

17 Habet hoc *Tormentum Funis* suos gradus, de quibus *Brugiot. Institut. Crimin. lib. 4. tit. 12. numer. 11. & seqq.* Non enim omnes Rei æqualiter, illo mediante, torquentur, sed modò graviùs, modò leviùs, juxta qualitatem delicti, & personarum, quos explicant *Zacch. qu. Medicoleg. lib. 6. tit. 2. q. 2. & seqq. & Sabell. in Prax. Crim. verb. Tortura n. 3.*

18 I. Gradus hujus torturæ est, quando Judex ad terrendum Reum, minatur ei torturam, & successivè mandat, ipsum spoliari, ligari, funi applicari, & in ordine poni, taliter, ut nihil aliud deficiat, quàm sola corporis in altum elevatio, atque hoc primo torturæ gradu utuntur Judices, quando indicia sunt levia, & talia, ut non sufficiant ad ple- 19 nam torturam, vel contra debiles, timidos, pusillanimes, & delicatos, qui ex hoc solùm sæpissimè fassi sunt delicta, testibus *Far. q. 38. n. 40. & seq. & Chartar. de Interrog. Reor. lib. 4. c. 1. n. 132.* Vel demum contra Moniales, ut decisum à *S. Cong. Episc. 1. Augusti 1620.* refert *Nicol. in Floscul. verb. Tortura.*

20 Bene verum est, quòd nimium oculati in hac parte debent esse Judices in fingendo, vel simulando similia tormenta, ne illis eveniat, quod de *S. Joanne Capistrano* refert *Locatell. in Prax. Crimin. inspect. 4. num. 81.* ubi, quòd cùm esset Judex Criminalis Magnæ Curiæ Vicariæ Neapolis, voluit fingere, quòd non solùm Patri, sed etiam Filio 21 veniret caput amputandum, cùm tamen filius innocens esset, verùm abscisso à cervice Patris capite, tantus timor invasit filium præsentem, ut illicò decesserit, quod adeò grave conscientiæ ejusdem Sancti visum fuit, ut statim officium renunciaverit, quod referunt etiam *Marsil. in leg. de minore numer. 20. ff. de Quæst. Cartar. in prax. interrogandi Reos lib. 2. c. 1. n. 52. f. 10. & Boss. in Prax. Crimin. tit. de Exam. Reor. n. 4.*

22 II. Gradus hujus torturæ est, quando Reus funi alligatus, in altum elevatur, & ibidem detinetur modico tempore, puta recitando unum *Pater noster*, vel ad summum unum *Miserere*, absque tamen ulla corporis quassatione; Isto autem torturæ gradu uti possunt Judices, quando habent Reum magis suspectum, quàm in casu primi gradus, 23 & indicia sunt quidem plenè probata, sed non ita proxima, ut ad graviorem torturam possit deveniri, *Chartar. de Interrog. Reor. lib. 4. c. 1. n. 132.*

24 III. Gradus hujus torturæ est, quando Reus detinetur elevatus a terra per spatium duorum *Miserere*, vel etiam aliquantulum plus, sed iterum absque quassatione corporis, & ad hoc solet Judex devenire, quando indicia sunt plena, plenèque probata, sed delictum non est atrox, Vel si atrox est, Reus tamen est nobilis, & honestæ familiæ, bonæque conditionis, & famæ *Loccat. in Prax. Crim. d. inspect. 2. n. 30. & 80.*

25 IV. Gradus torturæ est, quando Reus diutiùs tenetur elevatus in tortura funis, puta per tertiam partem, medietatem, vel duas tertias partes horæ, vel etiam per integram horam, superadditis uno, vel pluribus ictibus, seu quassationibus corporis, *Carpzov. in Prax. Crimin. part. 3. qu. 117. n. 3. & seqq. & Set. de Offit. Locumt. cap. 14. num. 7.* 26 Non posse autem spatium unius horæ, excedere, determinavit *Paulus V. in Constit. 71. §. 10. de Judic. Crim. num. 31.* & observant *Far. qu. 38. n. 17. à 54. & Chart. in Prax. interr. Reos lib. 4. cap. 1. num. 113. & seq.* Ad quem effectum debere

Ju-

Judices uti horologio pulveris, vel Clepsydræ, advertunt *Scialoy in Prax. torquend. Reos cap.* 8. *numer.* 9. *& Conciol. verb. Tortura resol.* 16. *num.* 1. ubi *num.* 2. quòd hoc procedit in tormento funis, secus autem in illo Vigiliæ, quod affirmant etiam *Chartar. de Interrog. Reis lib.* 4. *c.* 2. *n.* 7. *&* 8. ubi, quòd in hoc tormento Reus detineri etiam potest usque ad 40. horas, si crimen sit atrocissimum, & *Farin. quæst.* 38. *num.* 17. Et quòd Campanella, Dominicanæ Familiæ Religiosus, illam per spatium horarum 35. Neapoli substinuerit testes, sunt *Caferr. in Synth. vetustat. ad diem* 24. *Novembris*, *& Leo Allat. in Apibus Urbanis*.

Circa verò funis tormentum, nota hìc *ex Fagn. in cap. Insinuante num.* 34. *Qui cler. vel vovent.* quòd malè facit Judex, quando Reo, torturando per horam, ex. gr. dividit tempus, illum interpolatè torquendo, licèt per integram horam: Atrociùs enim cruciatur Reus ex tortura unius horæ continuæ, quàm dimidiæ repetitæ, cum aliquo temporis intervallo. Priùs autem adverterat, bannitum, qui plura banna habet, puta, unum in 50. libris, & aliud in aliis 50. libris, non posse impunè offendi, licèt adsit statutum, mandans, ut bannitus in centum libris possit impunè offendi, quia aliud est quinquaginta, & quinquaginta, & aliud centum.

V. Et ultimus gradus est, quando Reus tormentum funis parvipendere videtur, & in ea suspensus, pertinaciter negat, atque Judex ultra ictus, & quassationes corporis, quæ adhibentur in præcedenti 4. gradu, mandat, in ejus pedibus ligari, vel compedes ferreos, vel aliud simile pondus, vel etiam, ut in ejus dorso infundatur aqua frigida, ut his modis tormentum funis majorem, atque intolerabilem afferat dolorem: Vel etiam mandat, Reum de tortura deponi, & sic depositum in sede lignea collocari, & ibidem sinit eum aliquantulum stare, donec torturæ calor remittatur, & Reus tortus refrigeretur, & deindè mandat, iterum relevari, quo casu, ita refrigeratus, novum atque, intolerabilem sentit cruciatum, rationibus, quæ videri possunt, *apud Zacch. quæst. Medicol. lib.* 6. *tit.* 2. *qu.* 3. *num.* 10.

Hic autem quintus adeò exquisitus torturæ modus, & gradus, qui sævissimus est, & per quem corpus immenso dolore dilaniatur, membra dissolvuntur, & quandoque avelluntur à toto corpore, adeò ut Reus tortus magis mortem desideret, quàm talem crudelem torturam sustinere, non debet à Judicibus adhiberi, nisi ultra requisita in præcedenti 4. gradu, agatur de criminibus, non solùm atrocibus, sed atrocissimis, & sævissimis, puta hæresi, læsa majestate, eversione Status, aut altera simili Reipublicæ proditione, homicidio proditorio, parricidio, publicis latrociniis, viarum grassationibus, aliisque similibus, ut observant *Locatell. in Prax. Crimin. inspect.* 2. *nu.* 3. *&* 10. *& Chartar. de Inter. Reor. lib.* 4. *cap.* 1. *num.* 132. Causas autem, ex quibus Reus hoc funis tormento non possit subiicere, enumerant *Zacch. quæstion. Medicoleg. lib.* 6. *tit.* 2. *qu.* 4. *per tot. & Sabell. in Prax. universal. verb. Tortura n.* 35.

IV. species torturæ est *Tormentum Vigiliæ*, cujus se authorem, & inventorem profitetur, *Marsil. in leg.* 1. *num.* 26. *Vers. Nam ponitur, ff. de Quæst.* & advertunt etiam *Girland. de Quæst. q.* 2. *num.* 1. *versic. Et ille, & Scann. de Visit. Carc. lib.* 2. *c.* 4. *n.* 2. ubi, quòd alii afferunt, illud inventum priùs fuisse tempore *B. Pii V. à Hieronymo Menghino*, Judice criminali R. P. D. Baldi Ferratini, tunc Gubernatoris, quas contrarias opiniones conciliando *nu.* 6. in fine dicit, hoc tormenti genus esse antiquius *Marsilio, & Menghino*, & vocari Equuleum, de quo mentionem faciunt *S. Cyprian. in lib. de Laud. Martyr. & D. August. Epist.* 59. *ad Marcell. Farin. quæst.* 38. *num.* 71. Benè verum esse, quòd sub nomine diverso Vigiliæ, renovatum postea fuit Bononiæ à *Marsilio, & à Menghino* demum in Urbe introductum. Quidquid autem aliàs observatum fuerit, hodie *Vigilia* Reis infertur modo quodam severissimo; Adest enim quoddam scamnum, quod appellatur *Capra*, seu *Equulus*, vulgò *Cavalletto*, cujus summitas non est plena, sed in medio altior, & in dicti scamni acuta summitate collocatur Reus, spoliatus, nudus, & undique ligatus manibus, & pedibus, ne in terram cadere possit, manibus ad terga revictis, prout practicatur in tormento funis, imò ipsi funi, super dictum scamnum existenti, applicatis, non aliter, quàm si torqueri deberet per funem, atque ibidem detinetur Reus quinque, octo, & etiam decem horis, & quandoque, etiam plus, Judicis arbitrio, adeò ut eodem tempore vigiliæ simul, & funis tormentum substineat; Imò quatuor etiam eodem tempore cruciatus substinere poterit, nisi Chirurgus sit nimis attentus, nempe funis, vigiliæ, equulei, & extensionis, ut pro veritate requisitus, testatus fuit *Antonius Gallina*, olim carcerum Chirurgus, in attestatione impressa post *Scann. de Visit. Carc. in Append. fol.* 46. ubi *fol.* 45. impressa est pariter figura hujus sævissimi tormenti, quo in atrocissimis uti solent Judices, veluti in famosis banditis, grassatoribus, proditoribus, assassinis &c. & quando indicia sunt urgentissima, *Farinac. quæst.* 38. *num.* 70. *&* 71. Licèt autem hoc tormenti genus propter suam atrocitatem, & sævitiam, tempore *Gregorii XIII.* prohibitum fuerit, ut testatur *Locatell. in Prax. Crimin. d. inspect.* 21. *num.* 43. Hodie tamen in executionem *Constit.* 71. *Pauli V.* §. 10. *de Judic. Crimin. num.* 30. in atrocissimis in usu est apud Judices Criminales, & ita servatur, præcedentibus indiciis urgentissimis, testibus *Locatell. in Prax. Crimin. inspect.* 1. *num.* 43. *& Chartar. in Prax. interrog. Reos lib.* 4. *cap.* 2. *num.* 8. Imò, quòd possit etiam infligi Clericis, & Regularibus, inquisitis de homicidio, probant *Rayn. tom.* 1. *cap.* 2. §. 1. *num.* 76. *& seqq.* ubi ad hoc comprobandum refert per extensum epistolam *D. August. ad Marcell. Tribunum, & Nicol. in Floscul. verb. Tortura*, ubi, quòd ita resolvit Sac. Cong. 16. *Martii* 1629. Regulariter autem hujusmodi tormento potest Reus Ecclesiasticus subiici, quando agitur de criminibus, in quibus intrat degradatio, & traditio Curiæ sæculari, *Rayn. tom.* 1. *cap.* 2. §. 1. *n.* 77. Laicus verò quando agitur de criminibus, pro quibus Rei condemnari possunt ad pœnam mortis temporalis *Campan. Select. resol.* 2. *n.* 28. *& Ciazz. ad Defens. Reor. discep.* 99. *n.* 5.

Advertendum est hìc circa omnia hæc tormentorum genera, quòd ante actum torturæ, debet Judex facere decretum de torquendo Reum, & expresśè pronunciare, & decernere, *Maur. Burg. de mod. proceden. ex abrupt. quæst.* 100. *num.* 102. *Caren. de Offic. Inquis. par.* 3. *cap.* 10. *numer.* 160. *& Guazzin. ad Defens. Reor. defens.* 30. *cap.* 1. *& cap.* 4. *nu.* 15. ubi, quòd ita semper sancivit, & à bonis Judicibus practicari vidit, cujus decreti exempla videri possunt apud *Ambrosin. de Proces. inform. lib.* 4. *c.* 21. *& Scialoy. in Prax. torquend. Reos cap.* 7. *numer.* 8. in quo decreto apponi solet clausula. *cùm veritas aliter haberi non possit*, eo quia torturæ remedium est subsidiarium, & tunc adhibetur, quando veritas facti aliter haberi non potest. quæ omnia debet in actis registrare facere, ne alias in syndicatu teneatur de illis reddere rationem, ut advertit *Chartar. de Inter. Reor. lib.* 4. *cap.* 1. *nu.* 66. *&* 67. Quæ locum habent, quando præcedunt indicia patrati criminis, quia sine illis numquam Judex devenire potest ad torturam, etiamsi amplissimis munitus sit facultatibus, ut, exemplificando in Gubernatore Urbis, observat *Novarr. in Summ. Bull. Comm.* 125. *per tot.* ubi, quòd licèt aliqui Judices, in defectu legitimorum indiciorum, in decreto apponi soleant clausulam, *ac etiam in vim facultatum*, malè faciunt, quia illa non se extendunt ad Reum subiiciendum torturæ sine sufficientibus indiciis.

Adverte 2. Quòd in tortura danda pluribus Reis, incipiendum est ab eo, à quo verisimilius est, quod veritas habeatur, *leg. Unius, ff. de Quæst. Guazzin. ad Defens. Reor. defens.* 30. *cap.* 19. *per tot.* unde priùs incipiendum est à timidioribus, & debilioribus, & sic priùs à fœmina, quàm à masculo, priùs à filio, quàm à Patre, priùs ab Uxore, quàm à viro, & sic de aliis *Scialoy. in Prax. torqu. Reos cap.* 9. *num.* 1. *& seq. & Conciol. res. Crim. verb. Tortura resol.* 13. *n.* 1. *& Rayn. tom.* 1. *cap.* 2. §. 1. *nu.* 44. Cæteris autem paribus, tortura priùs incipienda est ab eo, qui est malæ conditionis, & famæ, & qui est magis indiciatus, & suspectus *Chartar. in Prax. inter. Reos lib.* 4. *cap.* 1. *nu.* 209. *& seq. & Caball. resol. Crim. cas.* 192. *nu.* 14. *cent.* 2.

Adverte 3. Quòd in diebus, in honorem Dei feriatis, non potest inferri tortura, etiamsi adsint legitima indicia *Clar. in Prax.* §. *fin. qu.* 64. *vers. Quæro, an tortura*, ubi, quòd ita faciunt boni Judices, & Deum timentes *Scialoy. in Prax. Torquend. Reos cap.* 8. *num.* 24. *& Danz. in Pugn. Doctor. tom.* 2. *de Offic. deleg. cap.* 3. *n.* 2. Nisi agatur de criminibus enormibus, & atrocissimis, quo casu etiam sententia capitalis exequutioni demandari potest die in honorem Dei feriato *Caball. resol. Crim. cas.* 227. *num.* 28. *& seq. cent.* 3. *Conciol. res. Crim. verb. Tortura resol.* 21. *num.* 4. *&* 5. *Scialoy. in Prax. for judic. cap.* 26. *num.* 14. *& Rayn. t.* 1. *c.* 1. §. 9. *n.* 43. Pro quo adest rotundus *Text. in leg. Provinciarum* 9. *C. de Fer.* ubi, quòd nec etiam in his casibus excipiendus est venerabilis dies Paschatis, *& Nedizzan. in Sylv. nuptial. lib.* 1.

lib. 1. *verb. Non est nubendum num.* 71. *fol.* 55. ubi, quòd D. 52 Piccinus, Locumtenens Januæ pro Duce Mediolani, faciebant sibi conscientiam, quòd non fecerat suspendi unum malefactorem in die Paschatis. Allos autem actus judiciarios, qui die in honorem Dei, vel Sanctorum feriato, 53 validè fieri possunt, enumerat, *Gloss. in c. fin. verb. Pietas, de Feriis*, & continentur in sequentibus versibus:

Hæc faciunt causas fieri tractare diebus.
Pax, scelus admissum, manumissio, res peritura,
Terminus expirans, mora testis, abire volentis,
Cùmque potestatis Patriæ Jus filius exit.

54 quos benè explicat *Rayn. tom.* 1. *cap.* 1. §. 9. *à num.* 52. Quo verò ad actus extrajudiciales, isti validè possunt fieri dd. 55 diebus, ut loquendo de electione, quæ facta fuerat in majori Hebdomada, observat *Pignatell. consult.* 16. *nu.* 12. *tom.* 10.

56 Adverte 4. Quòd tortura non est inferenda, nisi post octo, vel saltem septem horas à sumpto cibo, &, aliter faciendo, Judex tenebitur rationem reddere in syndicatu, & hoc ob accidentia, & passiones, quæ aliàs evenire possunt Reis, *Far. q.* 38. *n.* 32. *Ambrosin. de Process. inform. lib.* 5. *c.* 1. *n.* 30. *Conciol. verb. Tortura res.* 16. *n.* 5. *& Scialoy in Prax. torquend. Reos c.* 8. *n.* 1. *&* 16.

57 Adverte 5. Quòd pro habenda veritate circa mortem animalium, puta, equi, bovis &c. non potest deveniri ad torturam, ut reprobato, *Plot. de in Lit. jur.* §. 54. observant *Joseph. Ludov. Comm. epin.* 45. *Far. qu.* 42. *n.* 28. & *Ray. t.* 2. *c.* 15. §. 4. 5. *&* 6. *n.* 75. *& seqq.* Imò, si agitur de occisione 58 animalium parvi pretii, nec etiam formatur processus, sed occidens punitur, vel objurgatione, vel mulcta, vel carcere, ut, loquendo de Cane, notat *Rayn. t.* 2. *c.* 15. *supplet.* 2. *per tot.* & generaliter *Joann. Thom. de Nox. Animal. c.* 28. *n.* 59 3. Et ratio est, quia pro delicto levi numquam devenitur ad torturam, ne modus probandi delictum habeat plus acerbitatis, quàm ipsa pœna personalis, nevè medium sit acrius, quàm finis, ut tradunt *Carpzov. in Prax. crim. par.* 3. *quæst.* 119. *& Zaul. tom.* 1. *lib.* 4. *rub.* 39. *nu.* 10. *fol.* 520. ubi alii citantur.

60 Adverte 6. Quòd multæ dantur personæ, quæ, vel ob corporis infirmitates, vel nobilitatem, vel ob alias causas, nequeunt torqueri, circa quas videndi *Conciol.* qui illas enumerat, *resolut.* 1. *verb. Tort. per tot. Majoran. in Opopax. crim. lib.* 2. *cap.* 9. *num.* 41. *& seqq. Horat. Grac. in libro*, cui titulus *Il Medico Fiscale sect.* 4. *c.* 2. *Francisc. Carasc. in tract. de Nobilib. non torquend. Zacch. qu. Medico legal. quæst.* 7. *lib.* 6. *tit.* 2. *& Rayn. tom.* 3. *cap.* 34. §. 12. *nu.* 12. ubi *n.* 128. quòd tortura aliquibus Reis tortis profuit quoad 61 recuperationem sanitatis, & duo affert exempla illorum, qui à podagra inveterata liberati fuerunt, quæ referunt etiam *Fabr. Observ. Chirug. cent. observ.* 79. *& Besold. in Thesaur. pract. adauct. lib.* 1. §. 11. *fol.* 727. Benè tamen cum *Gloss. marginali in* §. *Licet verb. Egentes litera H. Instit. Quibus ex caus. man. non licet*, subdit loco citato, *Rayn. Ab hoc prodesse libera nos Domine*, quòd in terminis privilegiorum, competentium infirmis, refert etiam *de Graff. de Effectib. Cleric. effect.* 1. *n.* 1172. ut vidimus supra *lib.* 1. *tit.* 10. §. 3. *num.* 4.

62 Quòd Cardinales torqueri non possint, videtur admittere, *Card. Pallavicinus nell' Istor. del Concil. lib.* 14. *cap.* 13. *num.* 15. loquens de Cardinali Caraffa, qui, cùm negasset crimina sibi objecta, non fuit torturæ damnatus *perche alcuni Cardinali rappresentarono, che alla dignità di quell' Ordine non conveniva una tal sorte di trattamento*, Et de Episcopis, quòd, attenta eorum dignitate, pariter torqueri non 63 debeant, *Farin. qu.* 41. *n.* 92. *& Rayn. tom.* 3. *cap.* 31. *suppl.* 1. *num.* 2. *& seqq.* ubi *n.* 5. quòd mirandum propterea sit de ca-64 sibus relatis *ab Illesc. in Vita Leonis X. à Platina, in Vita Urbani VI. à Blondo Histor. decad.* 2. *lib. X. fol.* 385. *à Teodor. Hier. lib.* 1. *de Schism. & à Rousal. in Histor. Jurisd. Pontif. lib.* 4 *c.* 7. §. 19. *f.* 490.

65 Hoc tamen, quod diximus de Nobilibus, intellige circa crimina ordinaria, quia, si agatur de atrocissimis, nobilitas non suffragatur, *Peschuvitz in disc. de Jur. & Privil. nobil.* impresso *post Tr. de Repræsal. num.* 40. *Matth. Stephan. de Nobil. cap.* 6. *num.* 42. in quibus terminis non desunt casus torturæ illatæ, nedum viris, in suprema dignitate constitutis, sed etiam Regibus, & Reginis, ut observat *Rayn.* 66 *tom.* 1. *ad c.* 4. *supplet.* 2. *num.* 17. ubi de Regina Aragoniæ, *& in tom.* 3. *ad cap.* 31. *supplet.* 1. *per tot. & Mut. ad Cap. Regn. Cicil. lib.* 6. *c.* 34. *n.* 55. *& seqq.* Generaliter autem tra-67 ctantes de Tormentis videndi, *Farin. qu.* 36. *& seqq. Bocer. de Tortur. Quevedas, de Tortur. Scialoya de Tortur. Reor. Zanger. de Tortur. Reor. Peregrin. cons.* 2. *Basilic. dec.* 8. *Caren. de Sanct. Offic. par.* 3. *tit.* 90. *Conciol. resol. crim. verb. Tortura Manzius ad Constit. crim. Carolin. art.* 45. *& seqq. Sabell. in Summ.* §. *Tortura*, *& Ray. t.* 3. *c.* 34. §. 12.

Adverte 7. Quòd si damnatus ad mortem, dum sua peccata confitetur, disculpat illos, quos in tormentis, tamquam socios criminis, inculpaverat, tunc, aut inculpatio priùs facta, est nuda, & simplex, nullisque aliis indiciis, & conjecturis est munita, & hoc casu exculpatio subsequens in mortis periculo emissa, omnem vim inculpationis de medio tollit; Aut verò inculpatio, primumque dictum adminiculatur aliis indiciis, & conjecturis, & tunc exculpatio tollit quidem inculpationem, sed non indicia, & conjecturas, *Farin. qu.* 46. *nu.* 73. *& seqq. Mastrill. dec.* 19. *per tot. & Basil. dec.* 34. *n.* 8. ubi præmiserat, quòd, licèt moriens non præsumatur immemor æternæ salutis non tamen omnis moriens præsumitur, *S. Joannes Baptista*, & concordant *Rub. de Valid. legat. cap.* 17. *n.* 67. *&* 68. *R. P. D. Ansald. de Comm. & Mercat. disc.* 50. *n.* 32. *& Rot. dec.* 535. *nu.* 26. *par.* 14. *rec.* Quòd præcipuè verum asserit *Menoch. de Præsumpt. lib.* 5. *præs.* 5. *n.* 19. quando agitur de Tertii præjudicio. (68, 69)

Declaratur hoc dictum à *Cardinali de Luc. de legat. disc.* 27. *n.* 11. quem vide etiam *Rotam in Romana Pecuniaria* 12. *Martii* 1700. §. *Et demum coram Olmo*, ubi quòd præsumptio quòd quis in mortis articulo constitutus, non præsumatur immemor æternæ salutis, admittitur solùm, ubi agitur de ipsius Morientis, ejusque hæredum præjudicio, secus verò in Tertii præjudicium, innumeros citans Concordantes. Cæterum quòd Scribentis mors addat fidem Scripturæ ab ipso factæ in vita, notant adducti *in dec.* 294. *num.* 8. *quæst.* 14. *& dec.* 314. *num.* 6. *& dec.* 391. *num.* 7. *qu.* 17. *ut & in Messana Imm.* 4. *Julii* 1698. §. *Ponderando cor. Molines.*

70 Adverte 8. Quòd si condemnatus ad torturam dentibus sibi linguam abscindat, ne delictum fateatur, tunc solùm habetur pro confesso, quando in maleficio fuit deprehensus, aliàs secus, & Fisco incumbit onus probandi, id fecisse ad tacendum delictum *Caball. de Res. crim. Cas.* 213. ubi in hunc sensum intelligendos asserit *Bonifac. de Vitalin. Malefic. tit. de Inquis. & Carr. in Prax. crimin. in materia torturæ*, §. *Tertium Indicium n.* 43. affirmativam sententiam indefinitè defendentes, & Caballium sequitur *Basilic. dec.* 45. *num.* 13. ubi, quòd iste casus evenit Matriti anno 1637. 71 in Didaco Durado, inquisito de nece cujusdam Sacerdotis, eo quòd uxorem acribus verbis de parum honestis moribus reprehenderat, refertque fuisse per decennium ad remigandum damnatus *Tertullian.* autem in *Apolog. c.* 50. re-72 fert similem casum cujusdam meretricis, quæ sibi linguam abscidit, *ut expueret, & vocem, ne confiteri posset, si etiam victa voluisset.*

73 Si autem talis Reus scribere sciat, tunc tamdiù tormentaretur, donec manu sua scribat, se scelus illud commisisse, de quo probationes habentur, & talis confessio valeret, ut practicatum fuisse cum quodam Patruo, qui ne detegeret necem sui nepotis, ad hoc, ut illius hæreditatem consequeretur, linguam sibi absciderat, referunt *Balthass. de Angel. ad Foller. verb. Et comparent ante contumaciam n.* 8. *& Rayn. t.* 1. *ad c.* 7. *suppl.* 11. *n.* 123. *& seqq.* ubi, quòd, si Reus nesciat scribere, cogitur respondere per signa, juxta praxim examinandi mutos, vel Reos, loquentes idiomate Judici incognito, quam docet *Chartar. de Execut. sent. capt. bannit. c.* 2. *n.* 43. *& seqq.*

74 Adverte 9. Quòd Reus sufficienter tortus, & in negati-75 va persistens, adeò superlativè purgare dicitur suam innocentiam, ut debeat reputari, & existimari melior, quàm ante accusationem habebatur, *Gramm. dec.* 96. *n.* 3. *Farin. q.* 40. *n.* 1. *Carol. Anton. de Luc. ad Franch. dec.* 538. *n.* 3. *& Jacob de Belvis. in Prax. crimin. tit. de Quæst. num.* 102. ibi *Beatus est ille, qui se continere potest in tormentis, quoniam absolvetur, & melior quàm ante accusationem reputabitur, cùm prospere se expurgaverit à sibi impositis.* Ego autem sub-76 jungerem id, quod in simili dicebat, *Graffet. de Effectib. Cleric. effect.* 1. *n.* 1172. nempè *A tali beatitudine libera nos Domine.*

77 Dixi *sufficienter tortus*, quia oculati Judices, quando observant Rei pertinaciam in confitendo, & ex alia parte non levia habent indicia de ejusdem delicto, numquam solent ei dare integram torturam, ad hoc, ut possint illum ex-78 traordinariè condemnare, ut observat *Rayn. tom.* 3. *cap.* 34. §. 12. *num.* 74. ubi, quòd hanc conclusionem omnes admittunt *Num.* verò antecedenti *ex Laur. Matth. de Re crim.* con-

controv.26. enumeravit quatuor casus, in quibus Reus, etiamsi sufficienter tortus sit, in pœnam ordinariam condemnari possit, non obstante negativa: I. Nempè, quando Reus, processatus de pluribus criminibus, torquetur super uno, cum protestatione quoad reliqua, plenè probata. II. Quando post torturam, etiam pro eodem crimine superveniunt novæ probationes, ex quibus Fiscus prætendit Reum condemnare III. Quando Reus convictus torquetur cum protestatione ad sciendum complices: IV. Quando idem Reus, plenè convictus, torquetur ad hoc, ut fateatur & tanquam confessus nequeat appellare.

Adverte ultimò, utentes sortilegio taciturnitatis, nè fateantur in Tortura, puniendos esse, ut reprobato *Imol. consf.103. per tot.* benè probat *Rayn. tom.3. c.34. §.12. num.142. & seqq.* & ante eum adverterant *Clar. in §. Hæresis in fin. & Caball. resolut. crim.223. num.71.* Imò malè facerent Advocati, dicendo Clientulis carceratis, qui timent torqueri *meliùs est semel in tortura pendere, quàm semper in furca stare Paris de Put. de Syndic. verb. Tortura gravior, & Besold. in Thesaur. pract. ad auct. lit. P. §. 11. fol. 726.* ubi, quòd quidam Mediolanensis in tortura dixit: *Io stimo meglio l' esser tormentato mille volte nelle braccia, che una volta nella gola.* Alter verò Reus, respondens Judici, quando erat in tortura, *meglio è esser martire, che confessore,* seriò interrogatus, quid vellet significare? non minùs astutè, quam acutè dixit: *Intendo, che è meglio esser martire in sostener la verità, che confessare la bugia,* referente *Ambrosin. de Process. informat. in Schol. lib.2. fol. mihi 234.*

TITULUS V.

De Pœnis.

Neque domum, neque Rempublicam stare posse, si in ea, rectè factis præmia extent ulla, nec supplicia peccatis, scriptum ad rem reliquit *Cicer. lib.3. de Natur. Deor.* & observant *Valent. con.82. n.41. lib.1. Solorzan. de Parricid. crim. lib.1. c.1.* impresso post *Tract. de Jure Indiar. tom.1. Sousa in Armonia Politic. p.3. §.4. de Justit. distrib. & Card. de Luc.* de Republica literaria optimè meritus, *in tractat. inscripto* il Prencipe *cap.21. num.15 & seqq.* ibi *In senso commune de Savii, le basi fondamentali della Politica, e del buon governo, sono il premio de' buoni, & il castigo de' tristi, non essendo altro la dominazione del Prencipato, che un' opinione, & un concetto, il quale è figliuolo del timore, più che dell' amore, e conviene di mantenerlo per mezzo del severo castigo de' malfattori, che si suol dare nell forma più publica, e più solenne, più per atterire il Popolo, e ritirarlo da' delitti futuri, che per rimedio de' già commessi, i quali perciò non si ritrattano. Sicche il timore si deve imprimere più come rimedio preservativo, che come curativo.* Quod ante eum adverterat Seneca *de Ira lib.1. c.16. ante finem ex Platone* dicens: *Nemo prudens punit, quia peccatum est, sed ne peccetur, præterita enim revocari non possunt futura vero prohibentur,* & observet *Ripoll. in addit. ad Peg. pract. crim. tit.17. de Process. Regal. nu.5. fol.444.* Mediante autem pœna, non solùm transgressores puniuntur, sed ex eorum punitione lætantur boni, & mali pœnarum formidine timidiores ad delinquendum redduntur, juxta *Text. in leg.1 ff. de Just. & Jur.* & advertit *Card. de Luc. nel Prencipe c.21. nu.13. in fine, & seqq. & Cobell. ad Bull. Bon. regim. cap.34. art.27. nu.14.* loquens de Secretariis montium, illorumque Juvenibus, exercentibus Proxenetarum officium, non obstantibus diversis Summorum Pontificum sanctionibus, ibidem indicatis.

Justum præterea est, ut quem timor Dei à peccatis non revocat, saltem coerceat severitas disciplinæ, *Cap. Cùm in cunctis, §. Clerici, de Elect.* Nec Princeps uti debet lenitate contra delinquentes, sed potiùs severitate, per lenitatem enim Rex contemnitur, lex despicitur, & grex inficitur; E contra verò per severitatem Rex honoratur, lex servatur, & grex salvatur, ut observant *Luc. de Penn. in leg.3. Cod. de his, qui ex public. collect. lib.10. & Caball. Resol. Crimin.99. nu.102.* Acerbitas enim ulciscendi maleficiis benè, & cautè vivendi disciplina est, ut ex *Sexto Cecilio* observat *Gell. noct. Attic. lib.20. c.1. circa finem*, quem referunt *Solorzan. de Parricid. lib.1. cap.2. col.2. Lagun. de Fructib. p.1. cap.21. n.160. & Carpzov. in Pract. Crim. p.2. qu.77. n.20.* Et quamvis, teste *Hippolyt. à Collib. in Aulico Politic. prop.35.* quem refert *Matth. de Regim. Regn. Valent. cap.8. §.10. n.27.* tria sint vincula, quæ homines à malis perpetrandis deterrent, religio nimirum, pudor, & pœna, secundùm humanam imbecillitatem pœna firmius judicatur remedium, ut observat *Zaul. lib.4. rub.1. nu.5.* In hujusmodi autem pœnarum exercitio observare debet bonus Judex ea, quæ scripsit *D. August. Epist. 159. ad Marcellin.* registrata *in can. Circumcelliones 23. quæst.5.* ibi *Imple Christiane Judex pii Patris officium, sic succensere iniquitati memineris, ut non in peccatorum atrocitatibus exerceas ulciscendi libidinem, sed peccatorum vulneribus curandi adhibeas voluntatem.* Et infra *Noli ergo atrocius vindicare, quod leviùs inquirendi, quàm puniendi major necessitas est & D. Greg. Magn. epist.42. ad Petr. Diacon. indict.9. l.2.* relatus ab *R. P. D. Fattinell. de Signat. c.10.* ibi *Vide, ut omnia absque imminutione custodias, quia de his, quæ tibi pro servanda Justitia scribo, ego absolvor, & tu, si negligis obligaris Terribilem Judicem considera venientem, & de adventu illius nunc tua conscientia contremiscat, nè tunc sine causa jam timeat, cùm coram illo Cœlum, & Terra tremuerit. Audisti quod volo, vide quid agas.* Et præ oculis etiam habere vulgatum illud *Taciti* in vita Agricolæ *Parvis peccatis veniam, magnis severitatem accomodare, nec pœna semper, sed sæpius pœnitentia contentum esse:* Anteaque præmiserat, oculatos Judices omnia scire, sed non omnia prosequi debere. Signanter verò bonus Judex nunquam tempore iræ ad pœnas devenire debet, quia, ut benè advertit *Senec. de Ira lib.2. cap.29. Multos absolvemus si cœperimus antea judicare, quàm irasci,* & meliùs *de Clement. lib.1. cap.13. in fine* ibi *Propè enim est, ut libenter damnet qui citò, & propè ut iniquè puniat, qui nimis,* quod latè explicat *P. Segner. nel Christ. instr. p.1. ragion.20. per tot. & signanter num.8. e nella Pred.6. n.5. ante fin.* ubi ad rem advertit, *che il castigo è il custode principale di tutte le leggi, e l'esattore dell' ossequio, il tutore dell' innocenza, e la base del Principato, e siccome il rilassare molte volte la pena, è pietà di cuore clemente; così rilassarla sempre, saria debolezza di animo effeminato.*

Duplex autem cùm sit Forum, Ecclesiasticum unum, & aliud Sæculare, in duplici pariter differentia sunt pœnæ, aliæ nimirum spirituales, aliæ verò temporales, seu corporales. De pœnis spiritualibus; de quibus plenissimum edidit Tractatum *Thesaurus*, & latè tractant *Moralistæ*, aliæ retinent generale nomen pœnæ, aliæ verò vocantur *Censuræ*.

Definiri verò potest *Censura, pœna spiritualis medicinalis, privans usu aliquorum spiritualium bonorum, per Ecclesiasticam potestatem imposita taliter ut per eamdem ordinariè absolvi possit Joann. de Lign. de Cens. Eccles. cap.1. Bonac. de Censur. disp.1. quæst.1. punct.1. & Via in Summ. Jur. Can. lib.3. tit.41. in princ.*

Dicitur *Pœna spiritualis* loco generis; Convenit enim cum aliis pœnis spiritualibus, quæ censuræ non sunt, puta cum degradatione, depositione, privatione beneficiorum &c.

Dicitur *medicinalis* ad hoc, ut denotetur præcipua Ecclesiæ intentio in ferendo censuras, non ut principaliter Christifidelem puniat, & spirituali incommodo afficiat, sed ut per irrogationem talis pœnæ eum resipiscere faciat à culpa, & à sua contumacia ad obedientiam Ecclesiæ reducat *cap. Cùm medicinalis, de Sent. Excom. in 6. Bart. in leg.2. num.7. ff. de Publ. Jud.* & patet ex verbis illis *Apostoli 1. ad Corinth. 5. 7. Judicavi eum, qui sic operatus est &c. tradere Sathanæ in interitum carnis, ut spiritus salvus sit in die Domini Nostri Jesu Christi.* Dicitur etiam *medicinalis* ad ostendendum, ad illius fulminationem non esse deveniendum animo sævientis, sed medentis, ut dicitur *in can. Odio, dist.86.* & concordat *D. Leo Magn. epist. 67.* relatus à *Covarr. in cap. Alma Mater p.1. §.9. num. 1. de Sent. excom.* ibi *Nec ad indignantis fiat hoc arbitrium Sacerdotis, quod in magni reatus ultionem invitus, & dolens quodammodo debet esse animus vindicantis.* Ratione adducta *in sess. 25. de Regular. cap. 3. Concil. Trident.* quia scilicet excommunicationis gladius Ecclesiasticæ disciplinæ nervus, sobriè magnaque cum circumspectione, & in subsidium duntaxat est exercendus, & sequitur *Rota in Giennien. Juris mutandi 3. Aprilis 1699. Nec juvit coram R. P. D. Ansaldo* postea impressa inter suas *la 82. num.3.* ubi, quòd excommunicatio est subsidiarium telum, quo Ecclesia, tanquam benigna Mater omni alio medicamine desperato, ferit inobedientes.

Dicitur *privans usu aliquorum bonorum spiritualium*, Nam eo ipso, quòd est pœna spiritualis, necesse est, ut consistat in privatione morali, & aliquem privet spiritualibus bonis.

Dicitur *per Ecclesiasticam potestatem imposita.* Cùm enim censura pœna spiritualis sit, pendeatque à clavium pote-

potestate, non potest, nisi ab habente jurisdictionem Ecclesiasticam imponi, & fulminari, *Via in Summ. Jur. Canon. lib.3. tit.44. in princ.*

22 Dicitur demum, *& per eamdem ordinariè absolvi possit*, Nam, quòd censuræ ligamen talis sit naturæ, ut per eamdem potestatem dissolvi possit, à qua fuit impositum patet ex verbis Christi Domini *Matth. 16. 19. Et tibi dabo claves Regni Cælorum, & quodcumque solveris super Terram, erit solutum, & in Cælis.*

23 Triplex est Censura: Una dicitur Excommunicatio, altera Suspensio, & Tertia Interdictum *c.Quærentis, de Verb. signif.*

24 Excommunicatio *est censura Ecclesiastica, separans aliquem Christifidelem ab Ecclesiastica communione caeterorum Fidelium Suarez. de Censura. disputatione 8. sectione 1. num. 1.*

25 Dicitur *separans ab Ecclesiastica communione fidelium* ad cujus intelligentiam præmittendum est, quòd Christifideles sunt mysticum corpus sub uno capite, qui in Cœlis est Christus Dominus, in Terris autem est Summus Pontifex, illius Vicarius, juxta ea, quæ diximus supra *lib.1. tit.7. num.6.*

26 Triplex autem est hujusmodi communio. I. Interior & spiritualis, per quam scilicet Fideles communicant inter se in una Fide, in Gratia, & Charitate. II. Est communicatio exterior, partim spiritualis, partim verò temporalis, seu civilis, qua videmus, quòd Christifideles orant simul, intersunt Divinis Officiis, conversantur simul, & super variis rebus, ad naturalem vitam per-

27 tinentibus, negotiantur. III. Demum communicatio est mixta, partim scilicet interior, & partim exterior. Juvantur siquidem Christifideles per orationes publicas, factas nomine Ecclesiæ, eisque prosunt suffragia in administratione, & susceptione Sacramentorum, in quibus fructus interior est; Meritò igitur potest Ecclesia, quæ horum bonorum spiritualium domina, & dispensatrix est propter rationabiles causas, aliquem illorum participatione privare.

28 Cùm igitur hujusmodi bonis privari non possint Locustæ, mures, & similia animalia, vineas, & campos devastantia, hinc benè probat *Raynaud. tomo 2. ad cap. 15. supplet. 1. per totum* non posse excommunicari, vel anathematizari, sed contra ipsa, vel recurrendum esse

29 ad implorationem Divini auxilii, & Sanctorum Intercessionem juxta casum relatum *à P. Agresta in Vita S. Joannis Theresti libr. 3. capitul. 11. per totum* ubi, quòd ex ejusdem Sancti Intercessione, seu ad expositionem illius Reliquiarum, *si osservorno immantinente di quell'animaletti vocari, come precettati da potestà dominante, altri morire, altri far partenza da seminati, e precipitarsi*

30 *ne fiumi, altri andar raminghi per paesi infruttiferi, & altri pochi finalmente rimasti pascolar nelle sponde delle biade l'erbe inutili, senza far danno d'un granello, in maniera, che in brevissimo spatio si è perduta totalmente la specie de Grilli in quelle bande*; Vel contra eosdem

31 Grillos, seu locustas, procedendum esse de facto, ut practicatum fuit in Urbe *annis 1653. 1687. & 1690.* registrando ibidem Edicta, ad hunc effectum publicata de ordine Summorum Pontificum. Ad materiam verò videri poterunt *Tristan. dec. 70. Cortiad. decis. 230. tom.4. Francis. Paulin. in lib. miscellanearum curiosarum Medicophysico Germaniæ decuria 2. anno Quinto 1686. in appendic. pagion. 78. & seqq. Cened. practic. quæstio. Canon. quæst. 19. & Petrus Antonius de Cavurri, & Eguia in Didascal. veter. & nov. Juris. pruden. part. 2. capit. 23.* latè discurrentes, tam super ethymologia horum ani-

32 malium, quàm super modo ea exterminandi, remissione pensionum, ob damna ab eis illata, & obligationem, quam habent Ecclesiastici concurrendi ad expensas, quæ fiunt pro dd. animalium exterminatione; Latissimè verò

33 circa eamdem remissionem mercedis rudis ex causa locustarum, murium, & inundationis Tyberis, discurrit *Rot. in decis. 1. & 2. apud Pacion. de Locat. juxta Venetam impressionem*, in substantia concludens, non esse retar-

34 dandam executionem obligationis Cameralis, emissæ à Conductore, eo quia probationes damnorum, ex dd. motivis passorum, non erant claræ, & incontinenti justificatæ, ex quo testes de illis deponentes, vel erant inter

35 se contrarii, vel non concordabant circa tempora, & partes Tenutæ, in quibus, prætendebat conductor, intolerabilia passum fuisse damna; In dicta verò 2. dec. §. *Ab hoc*, ultrò admisit conclusionem, quòd non obstan-

te expressa renunciatione defalchi, adhuc conductor pe- 36 tere possit restaurum, quando in totum, vel in parte perit substantia rei locatæ, & damnum, ab ipso passum, est prorsus insolitum, & intolerabile, itaut potiùs diei possit provenisse ex ira Dei, punientis genus humanum quam ex natura actus, quod priùs adverterant *Ioa. Ba-* 37 *ptist. Cost. cons. 30. numero 12. Pacion. de Locat. cap.49 numero 74. & Rot. decis. 139. per totum coram Millin.* & latè *Rocc. select. disp. c.120. per tot.* & signanter *nu. 23. & 24.*

38 Dantur pariter in his circumstantiis casus insoliti, magis insoliti, & omnem humanam considerationem excedentes, ut sunt illi, qui intra lapsum, spatiumque unius sæculi una vice contigerunt *Corn. cons. 23. numer.3. lib. 2. & cons.12. lib.4. Mart. Medic. exam. 12. num.42. & Rocc. d. cap. 120. num. 23.* Renunciationes igitur defal- 39 chi comprehendunt quidem casus illos, qui prævideri potuerunt, quive sunt proximi naturæ actus gesti, nunquam autem magis, & maximè insolitos, ut advertunt citati Authores.

40 Duplex est excommunicatio. Una major, & alia minor. Major est, quæ privat omnibus dictis bonis, & ob majora fertur delicta; Minor verò, quæ privat tantùm participatione passiva Sacramentorum *cap. penultim. de Sent. Excomm. & Corvin. in Inst. Can. lib.3. tit.43. in princip.*

41 Possunt excommunicari majori excommunicatione omnes illi, qui jurisdictionem habent in foro externo, etiam si sint Universitates, & Collegia. Excommunicari verò soli homines viatores, rationis usum habentes, baptizati, & subditi illius Ecclesiastici Præsulis, per quem 42 fertur excommunicatio, *Corvin. in Institution. Canonistæ libro 4. titulus 43. versum. Qui ut majorem, & sequentibus.*

Nota hic, quòd vicarius Episcopi suffraganei non potest declarare excommunicatum vicarium sui Metropolitani, *Pignatell. consultat. 33. per totum tom.1. & Sacr. Congregatio Immunit. 13. Januarii 1705. Ponente Card. Scotto in una Tessarien.*

43 Effectus excommunicationis majoris ritè, & rectè latæ, multi sunt, & pro illorum pleniori notitia adeundi sunt *Moralistæ, & Canonistæ*, quos refert, & sequitur *Gaspar. in lib.4. Instit. Canon. per tot.* Nos verò aliquos principaliores ex illis indicantes, dicimus, quòd I. Est privatio societatis civilis *can. Omnis 24. quæstion. 1.* II. Privatio communicationis judicialis, & forensis *cap. Ad* 44 *probandum, de Sent. & re judic. & cap. Intelleximus, de Judic.* III. Privatio participationis Ecclesiastici patrimonii *cap. Postulasti, de Cleric. excomm. ministr.* IV. Privatio participationis Dignitatum, Officiorum, omnisque alterius administrationis, per quam, tam Ecclesia Dei, quàm civilis Respublica regitur, & gubernatur *c. Cum dilectus, de Consuet.* V. Privatio celebrationis, & participationis Divinorum Officiorum *cap. Alma Mater, §. Audivimus, de Senten. Excommun. in 6.* VI. Privatio, tam activa, quàm passiva participationis Sacramentorum *cap. Cùm illarum, de Sent. Excommun.* VII. Privatio participationis Sacrificiorum *cap. Illud, de Cleric. excomm. ministr.* VIII. Privatio participationis suffragiorum, quæ publicè, nomine Ecclesiæ, ab ejus ministris pro Christifidelibus afferuntur *cap. Sacris, de Sent. excomm.* IX. demum privatio participationis Ecclesiasticæ sepulturæ *clem.1. de Sepult.*

45 Minoris excommunicationis effectus plures pariter sunt, ex principalioribus verò. Prima Est privatio participationis passivæ Sacramentorum. II. Privatio vocis passivæ respectu Dignitatum, & beneficiorum Ecclesiasticorum. III. Obligatio sub pœna peccati mortalis ad non recipiendum Sacramenta, & ad non consentiendum in suam electionem *cap. Si celebrat. de Cler. excomm. ministr.*

46 Dixi *ritè, & rectè latæ*, quia si excommunicatio injusta, & invalida sit, nullum producit effectum *Avil. de Censur. par.2. cap.6. disput.1. dub.1. Via in Summ. Jur. Can. lib.3. tit.44. vers. Subdividitur*, & latissimè *Redoer. in addition. ad de Marin. alleg. 114. per totum* ubi *nu. 6.* refert, & sequitur *Div. August.* dicentem *Spiritus Sanctus, per quem omnes ligamur, & solvimur, non regulat vincula excommunicationum juxta hominum, sed secundùm Dei judicium, scrutans merita uniuscujusque ex operibus eorum, & Sperel. dec.42. num.12.* ubi, quòd excommunicatio nulla, & injusta, nullum operatur effe-

ctum

ctum, nec quoad Deum, nec quoad Ecclesiam. Quæ tamen vera sunt in casu, quo nullitas, & injustitia ex-
48 communicationis sint notoriæ, aliàs secus; Ferè siquidem omnes excommunicati prætendunt, se fuisse nulliter, vel injustè censuris innodatos, juxta frequentes casus, qui in Tribunalibus disputantur; Prout etiam procedunt, quando injustitia, & evidens nullitas debitis modis, & formis, adducuntur, nè, & si injustè quis ligatus sit, ex ipsa tumida reprehensionis superbia, culpa, quæ non erat, fiat, juxta dictum *S. Greg. homil. 20. in Evang.*

49 Nota hìc, quòd major Pœnitentiarius *ex Constit. 12. numero 16. san. mem. Innoc. XII.* facultatem habet absolvendi quoscumque excommunicatos, Romam adeuntes, ad effectum tamen consequendi dumtaxat indulgentias, itaut statim ac easdem indulgentias consecuti fuerunt, iisdem, quibus antea censuris constricti erant, remaneant ligati.

50 Nota 2. sub excommunicationis pœna prohiberi posse ab Episcopis, ne mulieres incedant discopertæ brachiis, vel pectore nudatæ, quia sunt incitamenta ad libidinem, & peccata, ut, re maturè perpensa, in Urbe mandavit sa. mem. Innoc. XI. cujus Edictum referunt, & exornant *P. Maraccius in Libercul. cui titulus Remedio per curare la vanità feminile Franc. de Re moral. consult. 37. & Rayn tom. 3. cap. 27. §. 3. num. 1.*

51 Nota 3. non incidere in excommunicationem Bullæ in Cœna Domini, bellica instrumenta deferentem Turcis, ad se redimendum ab illorum servitute, dummodò redemptio aliàs sequi non possit, & modica interveniat dd. instrumentorum bellicorum delatio, ut resolvit *Sacra Congregat. Concil. in Jadren. Visit. Sacr. Lim. 1. Decembris 1696.*

52 Nota 4. quòd petens absolvi à censuris, non fatetur se excommunicatum, quia potest id petere ad cautelam *Ridolphin. in Prax. part. 1. capitul. 14. nu. 303.*

53 Nota 5. quòd absolutus cum reincidentia elapso tempore, per quod fuit absolutus, absque alia declaratione remanet ipso jure, & prout erat antea excommunicatus *Dec. cons. 145. per totum & Ridolphin. in Prax. par. 1. cap. 14. num. 299.*

54 Absolutio autem cum reincidentia de facili concedi solet, signanter verò, quando petitur ab Ordinariis Locorum, vel aliis informatio, cùm, vel sine transmissione Processus: II. quando ille, qui recurrit, dat fumum boni Juris: III. quando Ordinarius excommunicavit in
55 causa propria, dummodò non tractetur de Decimis: IV. quando Confratres excommunicati ob non exhibitionem Librorum eorum Confraternitatis, afferunt, illos non habere: V. in honorem alicujus magnæ festivitatis
56 præsertim Resurrectionis, & Nativitatis Dom. Nost. Jes. Christ. VI. demum ob quamcumque aliam justam causam, arbitrio prudentis Judicis ponderandam, ut, refe-
57 rendo plures resolutiones Sacrarum Congregationum, advertit *Pignatell. consultation. 59. numer. 51. & seqq. tomo 2.*

58 Nota 6. quòd, quando agitur de delicto gravi, & circumstantiis aggravantibus commisso, Reus citatus ad dicendum causam, quare non debeat declarari excommunicatus, tenetur personaliter comparere, & non ad-
59 mittitur, neque auditur illius Procurator, ut, re maturè perpensa, & Partibus acriter informantibus, resolvit *Sacr. Congregat. Immunitat. 20. Januarii 1693.* in qua, ita pro veritate consultus, respondit D. Canonicus Raynaldus, cujus discursum impressit *R. P. D. Zaul. tom. 1*
60 *lib. 4. rubr. 2. per tot. folio 444.* In quo omnes expenduntur Authores, de materia tractantes, illorumque rationes, & argumenta, & novissimè *Baruf. resp. 125. per totum.*

Nota 7. nullam incurrere excommunicationem illum, qui non accedit ad Episc. Palatium, ut obtemperet Domino temporali id prohibenti *Sacra Congregatio Immunitatis in Venusina 3. Decembris 1705.* ea ratione, quia est materia facultativa accedere, vel non accedere ad dictum Palatium, neque proindè dici potest, quòd denegentur Episcopo obsequia, de quibus loquitur *Textus, in cap. fin. de Immunit. Eccles. in 6. & in Bull. Cœna §. 15. & 16.*

Nota 8. quòd licèt mortuus declarari possit excommunicatus, excommunicatione lata à Jure, non autem ab homine, latè *Gonzal. in cap. Si quis Episcopus nu. 8. de Hæretic.* Si tamen ante mortem pœnitentiæ signa dederit adhuc declarari non debet excommunicatus, *Seacc. de Censur. capit. 5. section. 1. ante numer. 11. Marant. resp. 48. per totum tom. 4.* quos sequuta fuit *Sacra Congregat. Immunitat. in Bitetten. 17. Martii 1705. Ponente Card. Vallemano.*

Nota 9. quòd à Censuris latis à Vicario Generali Episcopi, appellans ad Cardinalem Legatum incurrit excommunicationem, ut resolvit *Sacra Congregatio Immunitat. in Bononien. 17. Martii 1705. Ponente Card. Vallemano*, ea ratione, quia licèt sit Persona Ecclesiastica facit figuram Tribunalis Laici.

Nota 10. quòd terminus trium horarum, vel similis nimis brevis, practicari non debet, nisi in casibus urgentis necessitatis, aliàs Censuræ, sub dicto termino latæ sunt nullæ, ut practicàvit *Sacra Congregatio Immunitatis in Nullius, seu Cotronen. 7. Julii 1705. Ponente Gomez*, ubi de termino trium horarum, *& in Signina 5. Maii 1705. Ponente Card. Scotto*, ubi de termino unius horæ ad materiam vide *Textum in cap. Constitit, de Senten. excommun. in 6.*

Nota 11. quòd in casu evidentis nullitatis censurarum Sacra Congregatio Immunitatis solet rescribere ut reficiantur damna, & expensæ nulliter excommunicato, ut practicavit in *Spoletana 11. Augusti 1705. Ponente Maresfusco*, rescribendo *Censuras non substineri, & Episcopus procedat contra Priorem Maurum, & quos de jure adrefectionem expensarum, & damnorum.*

61 Suspensio *est censura Ecclesiastica, qua Ecclesiastica persona privatur usu Ordinis, & Officiis. Fagnan. in cap. Dilectus, num. 31. de Sent. excomm.* Suspensio siquidem non privat suspensum officio, & beneficio radicaliter, ita ut suspensus amittat titulum, possessionem, & jurisdictionem, sed solo exercitio officii. Quamvis autem ex-
62 communicatio major, etiam ipsa privet usu activo officii & beneficii, non proindè confunduntur, nam Excommunicatio privat usu officii, & beneficii, quatenus est quædam communicatio formalis, seu quoddam bonum commune, in quo participare possunt omnes Christifideles; Suspensio autem privat eodem usu, quatenus est quoddam exercitium, & functio officii, & beneficii.

63 Suspensionis censuram ferre possunt omnes, & soli illi, qui possunt excommunicare *Navar. in Summ. capit. 27. num. 159.* Atque debet suspendens, sive sit persona particularis, sive Collegium, & Universitas, ex personis Ecclesiasticis constans, habere Jurisdictionem in foro exteriori Ecclesiæ, quia suspendere est actus clavium in foro externo.

64 Affici possunt suspensionis censura soli Clerici, etiam si prima dumtaxat initiati sint tonsura. Prout etiam Universitas, Capitulum, Collegium, ea ratione, quia ista, prout sunt corpus fictum, sunt capacia officii, & jurisdictionis.

65 Quando suspensio fertur ab homine, non requiruntur determinata verba, sed sat est, quòd ex istis sufficienter exprimatur suspendentis intentio. Si tamen non specificetur officium, vel beneficium, sed simpliciter dicatur, *Noveris te esse suspensum*, &c. tunc suspensus privatur omni usu, tam beneficii, quàm officii, quia suspensio, absolutè prolata, est genus, habens sub se omnes species suspensionis.

66 Interdictum *est censura Ecclesiastica, qua prohibetur*
67 *usus aliquorum Divinorum, quatenus Divina sunt, & pertinentia ad cultum Dei.* Dicitur *quatenus Divina sunt*, &c. ut ostendatur differentia specifica Interdicti ab Excommunicatione, & a Suspensione; Nam licèt, etiam excommunicatio privet Divinis Officiis, Sacramentis &c. atque Suspensio privet usu activo Divinorum, sub diversa tamen formalitate id facit Interdictum, ac faciant Excommunicatio, & Suspensio, nam Excommunicatio privat bonis prædictis, quatenùs sunt quædam communicatio cum aliis Christifidelibus; Suspensio quatenùs sunt usus
68 activus potestatis spiritualis, Interdictum verò, quatenùs sunt quædam Divina, & ad cultum Dei pertinentia.

69 Duplex est Interdictum, locale scilicet, & personale, quòd si simul sit locale, & personale, tunc vocatur mixtum. *Via in Summ. Jur. Can. lib. 3. titul. 45. Vers. Locale, & seq.* Interdictum locale consistit in hoc, quòd per ipsum directè prohibeatur, celebratio Divinorum in loco, indirectè autem afficiuntur etiam personæ, quæ in loco interdicto non possunt Divina celebrare.

70 Interdictum personale consistit in hoc, quòd directè, & im-

& immediatè prohibentur Personæ interdictæ celebrare Divina Officia, & cætera Sacra peragere.

71 Interdictum locale subdividitur in Generale, & Speciale. Generale consistit in hoc, quòd locus aliquis universalis, puta, Civitas, Oppidum &c. interdicatur. Speciale verò, quòd interdicatur Locus particularis, seu una, vel plures Ecclesiæ ejusdem Civitatis *Suar. de Censur. dispu. 32. sect.2. Pagn. in capitul. Responsio, num. 42. de Sent. excomm.* ubi, quòd pro peccatis Regis interdicitur Regnum, Civitas pro peccatis Episcopi, & Monasterium pro peccatis Abbatis *N. autem* 48. refert notorium ca- 72 sum hujus Interdicti suo tempore in Republica Lucana, cujus Civitates, Status, & Dominium, interdicta fuerunt, eo quia de aliquorum Officialium ordine, qui fuerunt nominatim excommunicati, carcerati fuerunt nonnulli familiares Cardinalis Episcopi, reperti cum armis, & duo Fratres ejusdem Cardinalis, cum læsione Ecclesiasticæ Immunitatis.

73 Interdictum personale pari modo subdividitur in Generale, & Speciale. Generale consistit in hoc, quòd primò & per se interdicitur aliquod corpus politicum, puta, unus Populus, unum Collegium &c. & tunc in consequentiam sunt interdictæ singulæ personæ talis Populi, vel Collegii.

74 Speciale consistit in hoc, quòd interdicatur Persona particularis, & certa, puta, Titius, vel indeterminata, ut si dicatur, ille, qui commiserit tale delictum.

75 Effectus principales Interdicti tres sunt. I. Privatio aliquorum Sacramentorum. II. Privatio Divinorum Officiorum. Et III. Privatio Ecclesiasticæ Sepulturæ, de quibus late *Canonistæ, & Moralistæ.*

76 Depositio *est perpetua remotio, & exclusio ab administratione Altaris, Diaz. in Prax. Crimin. can. capitul. 127. Piasec. in Prax. part.2. capitul. 4. numer. 93. & 94 & Grass. de Effect. Cleric. effect. 1. à numer.* 814. cujus formulam refert *Ambros. de Immunitat. capitul. 17. numer.* 33. nempè *Quia nobis evidenter, & legitimè constat, te tale crimen commisisse, quod non solum grave est, verùm etiam damnabile, ideò te solemniter ab omni privilegio, & Ordine Clericali duximus deponendum.*

77 Degradatio duplex est, una scilicet verbalis, & alia actualis *Barbos. de Potest. Episcop. part.3. alleg.* 110. *nu.1. & seqq. Degradatio verbalis* confunditur cum depositione 78 nam verbaliter degradatus idem est, ac propriè depositus *cap. Degradatio, de Pæn. in 6. Farinac. quæst. 19. num.* 49.

79 Atque hæc verbalis degradatio, seu depositio, non nisi pro maximo crimine imponenda est *Ambros. de Immunitatis cap.27. num.* 34. & semper culpam mortalem prærequirit *Via in Summ. Jur. Can. lib. 1. tit. 43. ante fin. Fermosin.* 80 *alleg. Fiscal. 51. numer.25. & 26. & Rayn. tom.1. ad cap. 3. supplet.3. in fine*, ubi, quòd ad verbalem degradationem deveniri solent Judices ob adulterium, concubinatum notorium, diuque continuatum, simoniam notoriam, stuprum, furtum, perjurium, & homicidium.

81 Nota hic, quòd eo ipso, quòd Religiosi à suis Superioribus condemnantur ad triremes, dicuntur verbaliter degradati, & licèt reputentur de Hierarchia Ecclesiastica *Thomund. decis. 207. & Fragos. de Regim. Reipub. Christ. par.1. lib.2. disputat. 4. num.* 367. possunt à Ministris, & 82 Officialibus triremium verberari, absque ullo censurarum incursu, ob tacitam permissionem Superiorum Ecclesiasticorum, cùm enim de eorumdem mandato condemnentur censentur eodem tempore ab eisdem damnati ad supplicium Ministrorum triremium, ideòque isti punientes, & 83 verberantes illos, id agunt tamquam exequutores eorumdem Superiorum Ecclesiasticorum *Rayn. tom. 1. ad cap. 3. supplet. 3. numer. 13. & 14.* & ubi nervosè probat, quòd si aufugiant à triremibus, & capiantur à birruariis Judicis Ecclesiastici, ab isto cognoscendus est articulus fugæ, non autem à Judice triremium, referendo, ita decisum, *nu.*27 84 & *num.* 20. observat, quòd quando reconsignantur Officialibus triremium remiges, qui aufugerunt ad locum immunem, praxis est, ut injungatur eisdem præceptum sub pœna excommunicationis, ne illos ob fugam directè, vel indirectè malè tractent.

85 *Actualis Degradatio* est illa, quæ fit post sententiam, & degradationem verbalem, quando scilicèt insignia Ordinum Clerico solemniter detrahuntur, & paulatim exuitur omnibus Ecclesiasticis Ordinibus, auferendo ab ipso vestes sui Ordinis proprias, & singula vasa sacra, quæ ad talem Ordinem exercendum pertinent, cum illis verbis, quæ leguntur *in Pontificali Romano folio* 190. *Authoritate Dei* 86 *Omnipotentis, Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, & nostra, tibi auferimus habitum Clericalem, deponimus, & degradamus, & spoliamus, & exuimus te omni Ordine, & beneficio, & privilegio Clericali*, circa quam formulam plura considerant *Cortiad. decision. 34. ferè per totum & Raynaudus tomo 1. capitulo 7. §. 1. numero 225. & sequentibus.*

87 Hæc actualis degradatio dicitur exequutio degradationis verbalis à *Sylv. in Summ. Verb. Degradatio, numer.*1 & per illam Clericus degradatus statim subjicitur jurisdictioni Judicis sæcularis, & a Curia sæculari, absque alia traditione, per Ecclesiasticum Judicem facienda, puniri potest *Claricor. in Prax. quæstio. 36. numer. 35. & Scacc. de Judic. lib.1. cap.21. num.73. & seqq.*

88 Casus autem, in quibus ad illam deveniri potest, enumerat *Fagn. in cap. Cùm non ab homine, num.68. & seqq. de Judic.* I. nempè in crimine Hæresis *ex cap. Excommunicamus, de Hæretic.* II. In crimine falsificationis literarum Apostolicarum *ex c. Ad falsariorum, de Crimin. fals.* III. In crimine conspirationis contra proprium Episcopum, *ex can. Si quis Sacerdotem 11. quæst.1.* IV. In crimine Assassinii ex *cap. Pro humani, de Homicid. in 6.* V. Quando Clericus est incorrigibilis ex *cap. Cùm non ab homine, de Judic.* VI. In crimine sodomiæ ex *Const. 72. B. Pii V.* VII. & VIII. Quando ad Ordinem Presbyteratus non pro- 89 motus, Missam celebrat, vel Sacramentalem audit confessionem, ex *Const.*81. Clem. VIII. IX. demum in crimine falsificationis monetæ, ex *Const.75. Urb.VIII.* & latius *Vener. in Ex. Episc. lib.8. capitul. 18. numer. 35. Panim. decis.92. adnot.3. per totum Barbos. alleg.* 110. *per totum & Cocc. dec.* 351. *numer.* 7. Quibus potest addi X. in crimine furti Sanctissimæ Eucharistiæ, seu Sacræ Pixidis ex *Const. san. memor. Innocent. XI.* relata supra *libr. 3. titul. 4. numer.* 68. & 88. Quam comprehendere etiam Clericos Regulares, benè probat *Pignatell. consultat.* 124. *tomo* 9.

90 *Detrusio in Monasterium*, secundùm antiquos canones pœna erat consequutiva ad depositionem, nam Episcopus Clerico, per ipsum deposito, assignabat arctum Monasterium, ad pœnitentiam agendam, & futuræ ejus emendationi providendum, ut in *can. Sacerdos, & sequentib. 16. quæst.1.*

91 Hodiè verò hoc in usu non est, dum Judices Ecclesiastici rarò ad pœnam depositionis deveniunt, & rarissimè ad detrusionem in Monasterium, quia omnia monasteria sunt ab Episcoporum Jurisdictione exempta, & proindè Ecclesiasticis Judicibus non competit facultas illa assignandi Clericis depositis. Dixi *rarissimè*, quia in aliquo parti- 92 culari casu, etiam hodiè practicatur, ut testatur *Raynaud. tom.3. ad cap.3. supplet. 7. num.* 197. ubi, quòd die 4. Januarii 1695. quidam Episcopus hac pœna condemnatus 93 fuit à Congregatione particulari quatuor S. R. E. Cardinalium, ibidem descriptorum.

94 Loco igitur hujusmodi detrusionis in Monasterium successit perpetuus carcer, ut videre est *in cap. Quamvis, de Pæn. in 6.* Licèt enim, Jure Civili attento, carcer ad continendos, & custodiendos homines, non autem ad puniendum illos destinatus sit, ut vidimus *supra tit. 3. num.4.* De Jure tamen Pontificio, carcer etiam ad pœnam dari potest ut ibidem demonstravimus.

95 *Privatio beneficiorum*, quæ, non nisi pro gravi crimine & in casibus in Jure expressis, practicatur, ut observat *Fagn. in cap. Dilectus il 1. num. 20. de Rescript.* & firmavit *Rot. in dec.735. num.2. coram. Cerr. & dec.* 253. *num.* 15. *part. 19. rec.* Est autem pœna valdè rationabilis. Cùm enim Ecclesiastica beneficia sint honestorum Ecclesiæ ministrorum stipendia *cap. Cùm secundum, de Præbend.* meritò Clerici criminosi per sacros Canones beneficiis Ecclesiasticis privantur.

96 Dupliciter contingere potest privatio beneficiorum. Ipso scilicet Jure, & facto hominis *Rebuff. in Prax. benefic. par.3. tit.1. in princ. Ipso Jure*, quando scilicet Jus statuit, ob aliquod crimen beneficium Ecclesiasticum esse amittendum, ad quem effectum necesse est, ut id specialiter exprimatur. *Facto* verò *hominis*, quando, post com- 97 missum delictum, Judex per sententiam privat delinquentem beneficio, quod obtinebat *Cerr. decis.735. num.4. & per totum.*

98 Ex hoc autem, quòd Sacerdos, seu Clericus, habens beneficium Ecclesiasticum, condemnetur ad perpetuos carceres, non potest dici privatus eodem beneficio, & ratio

est,

est, quia pœna perpetui carceris non est determinata à Jure pro certo crimine, inducente eamdem privationem, sed imponitur à Judice pro qualitate, & circumstantiis facti, & personarum, & consequenter non potest operari eumdem effectum privationis; Ultra quod pœna carceris dicitur potiùs pœnitentiæ injunctio, quàm judiciariæ pœnæ impositio, *Rayn. tom. 1. ad cap. 10. supplet. 2. nu. 1. & seqq.* ubi *ex Put. dec. 30. lib. 1.* probat, nec etiam eamdem privationem beneficiorum inducere condemnationem ad triremes.

Nota hic, quòd à Dataria non conferuntur Beneficia Condemnatis in Contumaciam, nisi elapso anno à die Sententiæ, ut testando de illius praxi aliis adductis notat *Raynald. t. 3. c. 34. supplet. 1. n. 3.*

99 Quid dicendum in illis casibus, in quibus Beneficiatus per sententiam privari potest beneficiis, quæ obtinet, an scilicet ante probationem delictorum, propter quæ venit privandus, illa impetrari possint à Dataria, impetratione a Practicis appellata, *In forma Juris*, committendo nimirum Exequutori, ut prævia declaratione delictorum, seu illorum probatione, delinquentem privet beneficiis, illaque conferat Impetranti; Dubium hoc pro veritate requisitus, suo more doctissimè tractat *D. meus Advocatus Pitonius*, in omnibus quidem materiis maximè exercitatus, nimiumque eruditus, sed in beneficialibus præcipuè nemini secundus, cujus responsum tale est.

N. N. Decanatus.

Supponitur in facto, quòd Decanus libellum famosum publicaverit in Civitate Viennæ contra Celsissimum Episcopum N. N. qui, ut certioraretur de delicto, misit Notarium cum testibus, ut ab eodem Decano exposceret, an ipse fuisset author prænarrati libelli; Verùm Decanus post audientiam, sæpè denegatam d. Notario, tamdem, arrepto sclopo, contra illum triginta pallas plumbeas, & tenues exploserit, eumque in manibus, pedibus, & in inferiori corpore reliquerit vulneratum, propter quod fuit carceribus mancipatus, prout hodie in illis detinetur.

Quæritur in sensu veritatis, an ex causa relatorum criminum Decanatus possit impetrari in Dataria Apostolica, & affirmativè respondendum videtur.

Agitur enim de crimine commisso contra proprium Episcopum, etiam in temporalibus Principem Supremum, & habentem Jura meri, & mixti Imperii, quo casu incursum fuit delictum læsæ Majestatis, tum propter famosum libellum, contra suum Principem publicatum; Tum etiam propter vulneratum ejus Ministrum in actu officii, ut optimè probat *D. meus Advocatus Ursaya in suis elaboratissimis Institut. Criminal. lib. 2. tit. 1. numer. 36. & 50.* (In hac 2. Impressione *num. 93. & seqq. & num. 138. & seqq.*) Quo casu indubitatum est, propter crimen læsæ Majestatis, induci pœnam privationis Beneficiorum ipso jure, ut tradunt *Rebuff. in Prax. benefic. tit. de mod. amitten. Benefic. nu. 32. & in tract. de Pacific. de possessor. nu. 202. ante fin. Gonzal. ad regul. 8. gloss. 15. n. 72. Lotter. de Re benefic. lib. 3. qu. 30. n. 71. & 140. & Marescott. var. res. lib. 2. cap. 35. n. 51.*

Et quatenus etiam non ageretur de crimine læsæ Majestatis, sufficeret, quòd ageretur de delictis, propter quæ Decanus privandus veniret Beneficiis, & Dignitatibus, nam in Jure habemus, quòd Calumniator personæ Ecclesiasticæ puniri debet privatione officii, & dignitatis, &, verberibus publicè castigatus, in exilium deportari juxta *text. in cap. 1. de Calumniator.* ibi; *Quia ergò tanta nequitia malum sine digna non debet ultione transire: Jubemus eumdem Hilarium prius Subdiaconatus (quo indignus fungitur) privari officio, & verberibus publicè castigatum, in exilium deportari* & tradit *Far. de Var. & divers. crim. qu. 105. n. 58. Boss. in tit. de Injur. n. 30.*

Addito delicto vulnerationis Notarii, in actu officii, quod induxit irregularitatem, propter quam per sententiam venit irregularis Beneficio privandus, *Garz. de Benefic. par. 11. cap. 10. num. 47. Tondut. de Pens. cap. 68. n. 15.* Maximè si vulneratio intulerit læsionem enormem, ob quam inducitur pœna privationis, ad *tex. in Can. Si Evangelica, dist. 55. Gloss. in cap. 2. in verb. Si non emendaverit in fin. de Cleric. percussor.*

His tamen non obstantibus, difficultas occurrit super asserto crimine læsæ Majestatis, quia Reus majestatis contra Principem sæcularem non incurrit hanc pœnam privationis beneficiorum ipso Jure, ut firmat *Lotther. de Re benefic. lib. 3. quæst. 30. num. 155. & seqq.* Et ulteriùs, quia jactans contumelias, & probra in Principis personam, non fit Reus criminis læsæ Majestatis, sed maledicti, ut post *Aldobrand. cons. 122. n. 1. & seqq. lib. 2.* probat *Lotther. d. lib. 3. q. 30. n. 85.*

Rursus neque videtur, ex prædictis delictis Decanum esse privandum, licèt enim ex famoso libello, ac etiam detractione contra pias Personas, contracta fuerit irregularitas ex infamia Juris *Bassæus in verb. Irregularitas 10. nu. 5. à Spiritu Sancto in Direct. confess. tom. 1. tractat. 13. disputat. 2. sect. 21. num. 310. & 312.* Necnon ex vulneratione supradicti Ministri incursa fuerit alia irregularitas ex infamia facti *à Spiritu Sancto, ubi proximè num. 313. in fine*, & propter irregularitatem possit quis privari beneficiis per sententiam Judicis, ut tradunt *Card. de Luca de Benefic. dis. 74. n. 11. Rot. dec. 83. n. 23. par. 7. rec. & coram Bunrat. dec. 306. n. 7.*

Nihilominus, excepto homicidio, infamiam, quæ oritur ex aliis delictis, non inducere irregularitatem veram, & propriam, tenet *Garz. de Benefic. par. 7. cap. 8. nu. 64. & seqq. & par. 11. cap. 3. n. 117. & seqq.*

Seclusa autem irregularitate, utrumque delictum in sui qualitate consideratum, non videtur inducere privationem beneficiorum; nam Judex non potest imponere pœnam privationis Beneficiorum, nisi in casibus in Jure expressis, ut inquit *Rebuff. in Prax. benefic. tit. de mod. amitten. benef. n. 62.* & firmavit *Rot. in dec. 735. num. 3. & per tot. coram Cerro.*

Crimen autem famosi libelli non inducit hanc pœnam, nam *tex. in cap. 1. de Calumniat.* loquitur de accusante judicialiter innocentem, & de Jure habemus, pro conviciis, & famosis libellis, non esse impositam pœnam privationis beneficiorum, sed solùm suspensionis ab officio, & beneficio, *ut in cap. 1. de Maledic.* vel excommunicationis per triennium, & detrusionis in Monasterium, ut *in Concilio Aurelian. 5. can. 24.* quod refert *Gonzal. in cap. 1. de Maledic. n. 4.*

Sic etiam vulneranti Ministrum publicum in actu officii, non reperitur adscripta in Jure hæc pœna privationis beneficiorum.

Ex quibus, licèt non adeò planum videatur negotium, non tamen omittendum puto, quia vulneratio publici Ministri in actu officii pertinet ad crimen læsæ Majestatis in secundo capite *D. Ursaya, ubi supra num. 36.* (In hac 2. Impressione *numer. 93. & seqq.*) & ex eo, licèt quis non privetur Beneficiis ipso Jure, privandus tamen est per sententiam *D. Ursaya, ubi supra num. 73.* per text. *in Can. Si quis Laicus 22. quæst. 5.* (In hac 2. Impressione *num. 175.*)

Accedit delictum famosi libelli, quòd si consideratur unitum cum vulneratione Ministri prædicti, videtur posse procedi ad pœnam privationis Decanatus, eo quia dignus non videtur retinere Beneficia Cathedralis ille, qui Episcopi personam priùs scriptis infamatoriis offendit, & postea ejus officialem vulneravit in actu publici ministerii, ut probat rectè *tex. in Clem. prima, §. A feudis, de pœnis, Lotter. de Re benefic. lib. 3. q. 30. n. 112.* & comprobat *Gloss. in can. De forma in verb. Dignus 22. q. 3. Rebuff. ubi supra n. 56. & 61.*

Ulteriùs ratione hujus magnæ irregularitatis ex duplici delicto, videtur adesse sufficiens causa imponendi privationem Decanatus, agitur enim de magnis delictis *Rebuff. ubi supra num. 61.* ubi, quòd pro quocumque gravi delicto imponi potest pœna privationis beneficii, & est *text. in can. Inventum 16. quæst. 7.* ibi *Ecclesiam, quam si justè adeptus fueris, hanc non nisi gravi culpa coram Episcopo Canonica securitate amittas* ubi *Gloss. in verb. Nisi gravi.*

Et sicuti in delictis levioribus, ac sint illa, de quibus agitur, potest imponi pœna privationis, ut in Concubinatu, & aliis, de quibus *Rebuff. ubi supra n. 55. & seqq.* ita & fortiùs in delictis gravioribus, cùm etiam in pœnalibus fiat extensio de similibus ad similia, seu ex identitate rationis, *Panorm. in cap. fin. numer. 5. de Cleric. non resident. & in cap. coram n. 4. de Elect.*

Cæterum, sine alio discursu, in ordine ad famosos libellos, extat hodie Bulla B. Pii V. imponens pœnam ultimi supplicii, & confiscationis Bonorum, ut in *Constit. 147. Bull. nov. tom. 2.* & de Jure etiam est, ut pœna ultimi supplicii imponatur, ex adductis per *D. meum Advocatum Ursaya Institut. Crimin.*

Ursaya in suis Institut. Criminal. lib. 2. tit. 9. numer. 41. (In hac 2. Impressione *numer.* 103. *& seqq.*) Unde in delicto, pœnam mortis habente, intrat privatio Beneficiorum *Rebuff. ubi supra num.* 60. Requiritur tamen, ut qualitas famosi libelli concludatur cum illis quinque requisitis, quæ doctè enumerantur per eumdem *D. Ursaya, ubi proximè num.* 36. *cum quatuor seqq.* (In hac 2. Impressione) *à n.* 85. *usque ad n.* 97. ubi materiam hanc magistraliter illustrat, atque explanat.

Ideò in contingentia facti, ubi jam Capitulum habet litem cum Decano, expediens existimarem tentare hanc impetrationem; Licèt enim delicta nondum sint probata per sententiam condemnatoriam, tamen potest fieri impetratio, ea etiam non expectata, ut per *Ros. de Exequt. litter. Apostol. part.* 1. *cap.* 6. *numer.* 334. *vers. Licèt tamen.*

Et consequenter, licèt nondum Decanus sit convictus, & condemnatus de suppositis delictis, tamen potest obtineri in Dataria impetratio, quæ vocatur *In forma Juris*, quia nempe committitur Executori, in Litteris Apostolicis deputando, ut prævia declaratione delictorum, seu illis coram ipso probatis, privet delinquentem Decanatu, illumque conferat Impetranti, juxta praxim, relatam à *Lotter. de Re benefic. lib.* 2. *qu.* 50. *num.* 108. *& seqq. Paris. de Resignat. lib.* 3. *q.* 16. *n.* 57. *& seqq. Gomez ad Regul. de subrogan. q.* 7. *n.* 6.

Poterit igitur tentari impetratio, & porrigi supplicatio, in qua exponi debebit utrumque caput delicti in specie, & cum circumstantiis præcisis, exprimendo nomen, gradum, & nobilitatem Possessoris, & quanto tempore Decanatum possederit, juxta ordinata in prima parte regulæ de Annali, licèt de stilo huic parti perpetuò soleat derogari, teste *Lotter. de Re benef. lib.* 2. *qu.* 52. *num.* 31. & exponendo, quòd ex prædictis delictis privatus remansit, vel privandus venit Decanatu, seu aliàs juxta formulam benè per Practicos extendendam. Et ita si salvo &c.

Franciscus Maria Pitonius Advocatus.

100 Deveniendo modò ad *pœnas corporales* definitur illa à *Gloss. in Rub. ff. de Pœn. Scannar. de Visit. Carcer. lib.* 1. *cap.* 1. §. 12. *n.* 2. *fol.* 248. *& Cobell. ad Bull. bon. regim. c.* 14. *n.* 1. ut sit *Delicti, vel delictorum satisfactio, à lege imposita à Rayn.* verò *t.* 1. §. 1. *Proem. n.* 9. ut sit *vinculum ad terrendum homines in delinquendo.*

101 Dividuntur pœnæ corporales in capitales, & non capitales, *Brugiot. Instit. Crim. lib.* 4. *tit.* 16. *n.* 11. *& seqq.* Pœnæ capitales sunt tres, ultimum scilicet supplicium, quæ vocatur maxima, damnatio in metallum, quæ dicitur media, & deportatio, quæ appellatur minima *leg. Capitalium, & leg. Rei capitalis, ff. de Pœn. & leg. Licet, ff. de Verb. Signific. Carpzov. pract. Crim. par.* 3. *q.* 133. *nu.* 26. *Buccaron. de Differ. inter Jus Civil. & Crim. differ.* 154. *n.* 6. *& Ray. Observ. Crim. t.* 1. *c.* 1. §. 14. *n.* 32.

102 Pœna ultimi supplicii consistit in separatione animæ à corpore, *l. Ultimum, ff. de Pœn.* Dicitur autem supplicium ultimum, quia non potest dari magis ultimum, quam mors, meritò proinde ultimum terribilium vocata, quia post illud ultimum, non potest alia pœna inveniri. Dicitur etiam supplicium amarissimum in §. *Illud, Auth. Ut Jud. sine*

103 *quoque suffr.* Severissimum *in leg. Nemo,* §. *final. Cod. de Summ. Trinit. & Fid. Cathol.* Gravissimum *in leg.* 1. *Cod. de Seditios.* Novissimum *in* §. *Novissimus pridem in princip. Auth. Scenic. non solum si fidejussor. &c.* & Capitale *in leg. Præsenti, Cod. de His, qui ad Eccles. confug.* Imò quandoque appellatur supplicium, sine aliquo addito; Per antonomasiam enim intelligitur pœna

104 mortis, ut in *leg. Qui cum nacu,* §. *Is demum, ff. de Bon. libert. & in leg. Frater, ff. ad leg. Pomp. de Parric.* Aliquando vocatur pœna gladii, seu ferri, ut in *leg. penult. Cod. de His qui accusar. non poss. & in leg. Quisquis, C. ad leg. Jul. Majest.* Et demum aliquando capitis, ut in *leg. Relegatis, ff. de Pœn. & in leg. Sacrularii,* §. *Sunt quidam, ff. de Extraord. Crimin.*

105 Pœnam hanc ultimi supplicii, seu mortis naturalis, in tres dividit species, *Caren. de Offic. Inquis. par.* 3. *titul.* 13. *n.* 1. *& seqq.* In quarum prima ponit illam, quæ sequitur ex concrematione, ab excoriatione, ex sectione per serram, ex dissectione in partes, ex objectione bestiis ad dilanian-

106 dum, ex reptatione, & laceratione per spinas, & tribulos, ex perpetuis vigiliis, ex lapidatione, & ex inedia. In 2. ponit illam, quæ sequitur ex furca, & ex præcipitatione. In 3. ponit illam, quæ sequitur ex capitis amputatione, & ex sanguinis per venas paulatim, & non copiosè, facta

107 emissione, & ad rem tamen advertendo *ex Tholosan. lib.* 31. *Syntagm. Jur. c.* 10. aliquas ex his speciebus pœnarum, in desuetudinem abiisse.

108 Casus verò omnes pœnarum capitalium, in legibus præscriptarum, usque ad numerum 58. diligenter enumerant, & Textus, in quibus inflictæ sunt, citant *Joann. Milleus in Prax. Crimin. tit. Tractatus pœnarum mortis, folio mihi* 157. *& seqq. & Guillelmus Bont. in speciali tractatu,* cui titulus est *Casus, in quibus pœna mortis specificè est à lege imposita,* impresso *post tract. crimin. divers. folio mihi* 444. Quorum aliquos enumerat etiam *Clar. in Prax. lib.* 5. §. *fin. q.* 68. *per tot.*

109 Nota hic, quòd damnatus ad mortem laquei, si, laqueo rupto, in Terram ceciderit, liberandus est, quia in dubio præsumitur, miraculosè id evenisse, præcipuè, si idem damnatus protestatus fuerit de sua innocentia, *Luc. de Penn. in leg.* 1. *colum.* 7. *vers. Sed pone, Cod. de Desert. & occul. lib.* 12. *& Tiraquell. de Pœn. temper. caus.* 64. *seu ultima per tot.* Quem casum evenisse Cardinali Caraffæ, de ordine Pii IV. in Arce Sancti Angeli strangulato, refert

110 *Card. Pallavicinus in Histor. Concil. lib.* 14. *cap.* 15. *numer.* 15. ibi *Finalmente offertosi con divozione, & fortezza al supplizio fu strangolato, ma il primo laccio rompendosi, gli perdonò crudelmente la morte, che stentatamente gli diede il secondo, & Rayn. tom.* 1. *cap.* 4. §. 4. *numer.* 7. *vers.*

111 *Dicit* 2. ubi, quòd anno 1685. ad Urbem vocatus fuit quidam Officialis, qui in Gubernio Frusinonis jusserat reduci ad furcas, & suspendi quemdam, qui fracto laqueo in terram vivus ceciderat, & refert similem casum evenisse Faventiæ, & Reum liberatum fuisse à Cardinali

112 Donghio, qui licèt deinde per aliquot annos maxima exemplaritate vitam duxerit, tamdem, reversus ad antiqua facinora, suspensus in eadem Civitate fuit de ordine Cardinalis Bandinelli, successoris in Legatione. Plures

113 alios similes casus referunt ex Medicis *Schench. observ.* 71. *per tot. & Rejes Franch. in Elis. Jun. q. camp. qu.* 79. *num.* 10. *& seqq.* & ex Canonistis *Matr. de Canonizat. Sanctor. part.* 3. *cap.* 10. *n.* 7. & novissimè, de mense scilicet Aprilis 1703. similis casus evenit Leodii in persona Secretarii Baronis *de*

114 *Trogne,* qui post decem horas à reviviscentia obiit, de mandato tamen illorum, ad quos spectabat, iterum debebat suspendi.

115 Nota 2. quòd si condemnatus nolit se disponere ad Christianè moriendum, sed mori velit desperatus, & impœnitens, adhuc ducitur ad patibulum, & suspenditur *Mus. ad Pragmatic. tit.* 52. *de Condemnat. ad mort. num.* 15. *& Rayn. tom.* 1. *cap.* 4. *nu.* 7. *vers. Dicit quarto,* Verum tamen est,

116 quòd omnes solent adhiberi diligentiæ, antequam id ad praxim reducatur, quia rarò id evenit, ex quo, quando condemnati observant, quòd, eodem prætextu non obstante, ad executionem deveniunt Justitiæ ministri, ut plurimum ad benè moriendum se disponunt. & *De Angel. ubi proximè,* ubi quòd non debet fieri exequtio, nisi consulto Principe.

117 Nota 3. damnatis ad mortem ministrandam esse Eucharistiam, neque posse induci contrariam consuetudinem, & proinde teneri Judicem ad concedendum eis tempus, ut possint illam sumere *Suar. in Euch. disc. disp.* 69. *sect.* 3. *in fine Mart. de Jurisdict. par.* 2. *c.* 47. *n.* 4. *Dicastill. de Sacram. tract.* 4. *tit. de Euchar. disp.* 10. *dub.* 2. *nu.* 26. *& seqq. & Pignat. consult.* 27. *n.* 29. *& seqq. t.* 6.

118 Etiamsi illicò, post illius sumptionem, ad patibulum sint ducendi, illatio enim mortis in his terminis dicitur actus justitiæ vindicativæ, nec proinde aliqua considerari potest irreverentia erga augustissimum hoc Sacramentum. *De Angel. de Confess. lib.* 3. *quæst.* 25. *numer.* 6. *& seq.* ubi *numer.* 9. quòd non procedit circa Sacramentum extremæ Unctionis.

119 An autem Cadavera damnatorum concedi possint Medicis, & Chirurghis ad faciendam anathomiam, affirmat *Godefr. Abau. de Reatib. qu.* 29. *n.* 53. ubi, quòd anno 1550. Carolus V. super hoc celebrem consuluit Universitatem, à qua affirmativum habuit responsum, & indicavimus supra *lib.* 3. *tit.* 8. *num.* 19. *Pignatell. consult.* 130. *per tot. tom.* 1. ubi quòd *Bartol. in leg. final. ff. de Cadaver. punit. & Anan. in c.* 2. *de Furt.* hanc quæstionem reliquerunt indecisam.

120 Rationes autem, seu veriùs congruentiæ principalis conclusionis, plures sunt, signanter verò, quia talis anathomica demonstratio multum conducit ad medicæ artis perfe-

perfectam cognitionem, quam habere Anathomicos Reipublicæ interest, imò quòd humani corporis cognitio, anathomica sectione comparata, non solùm Medicis, verùm etiam Theologis, Philosophis, Jureconsultis, Historicis, Poetis, atque omnibus iis, qui eruditionis, ac 122 prudentiæ laudes affectant, nedum perutilis, sed etiam necessaria sit, notabiliter advertit *ex Medicis Zacut. de Medic. Princ. hist. lib. 6. q. 6.* & ex Canonistis *Matt. de Canoniz. Sanct. p. 3. c. 18. sect. 1. n. 21.*

123 Dixi *cadavera damnatorum*, quia si agatur de aliis cadaveribus non damnatorum, id permittendum non est: Ista enim non debent percuti, lacerari, & spoliari, 124 sed maxima veneratione sepeliri, ut latè probant *Borgnin. d. 18. num. 1. & per tot. par. 5. & Panim. dec. 5. adnot. 3. num. 64.*

125 Prout etiam non procedit conclusio in illis cadaveribus punitorum, quæ jam ad Ecclesiam delata fuerunt, & sepulturæ tradita, non enim possunt ampliùs ab eadem amoveri, & abduci, absque Superioris Ecclesiastici licentia, & permissione, & contrarium faciens, punien-126 dus esset uti sacrilegus, & perindè ac si sacras reliquias abduceret, & auferret, quia sacrilegium non solùm committitur, si auferatur res sacra de sacro, quàm si non sacra de sacro, ut vidimus *supra lib. 3. tit. 4. numer. 60. & seqq.* Prout ex hac & aliis rationibus benè id probant, *Borgnin. d. dec. 18. num. 5. par. 5. & Panim. dec. 5. adnot. 3. n. 65. & 66.*

127 Ad rem autem advertit in hac parte *Michael Lyser. de Anathom. administ. seu in Cultr. anathom. art. 1. proem. in fin. inter. Tract. Biblioth. Anathom. novissimè impress. tom. 2. fol. mihi* 1143. tale cadaver, debere esse hominis sani, celeri corda perempti, juvenis, proceri, torosi, & 128 nullatenus pinguis, quæ omnia negari nequit multum conducere ad perfectam anathomiæ cognitionem, quando cadaver, talibus qualitatibus prædictum, haberi potest, sed vis in eo residere videtur, quod aliquando ex eorumdem damnatorum defectu, opus habent Anathomici recurrere ad cadavera illorum, qui integros trans-129 segerunt menses in Hospitalibus, ut multoties in Romana Sapientia, ubi singulis annis ex Kalendarii præscripto fieri solet, id evenisse probè recordor, fuique oculatus testis.

130 In quibus casibus debent Scholares, anathomiæ intervenientes, eleemosynas facere pro salute animæ illius, cujus cadaver anathomatizatur, ut practicari Perusiæ testatur, *Guazzin. ad Defens. Reor. defens. 38. cap. 8. in fin.* Et vidi ego practicari in Urbe, præcipuè in postremis die-131 bus, destinatis ostensionibus partium, generationi dicatarum, in quibus multò plures solent intervenire Scholares, aliique Curiosi.

132 *Pœna damnationis in metallum, seu in opus metalli*, antiquitus multùm erat in usu, & proinde frequentissimè de ea fit mentio in corpore Juris, per quam, licèt Rei vitam non amitterent, amittebant tamen libertatem, & Civitatem, juxta *Text. in l. Aut damnum, ff. de Pœn.* cum aliis apud *Alciat. lib. 1. Parergon. cap. 39.* Hodie 133 tamen illius loco pœna triremium subrogata est, vulgò *Galera*, in quibus Rei catenis asperis, & durissimis vinciuntur, & ad opus remigandi damnantur, *Clar. in Prax. quæst. 67. & 70. Peschuitz. in Disc. de Jur. & Privil. nobil. num. 41. Rayn. tom. 2. ad cap. 19. §. 4. num. 8.* ubi, quòd hæc pœna 134 puniri debet recurrens ad patrocinium Potentis, ut Adversarius importunis ejusdem intercessionibus opprimatur, & liti cedat. *De Ros. in Prax. Crim. cap. ult. num. 7. Basil. dec. 45. num. 49. Panim. dec. 68. num. 11. Thes. dec. Pedem. 12. sub num. 3. & Sabell. in Prax. univ. verb. Galera num. 4. & 5.* ubi *nu. 8.* enumerat omnes morbos, excusantes Reum à subeunda hac pœna, quos explicat *Zacch. quæst. Medic.* 135 *legal. lib. 6. tit. 2. quæst. 8. num. 7.* & latiùs *Scannar. de Visit. Carc. f. 338. §. 31. per tot.* ubi *n. 5.* quòd hæc pœna non solet esse minor septennio in Statu Ecclesiastico, quia minori tempore Navium Capitanei non possunt resarcire damnum, & sumptus, quos ferre debent pro vehendis, advehendis, & instruendis condemnatis, & *num. 8.* quòd repetiuntur 136 aliqui condemnati ita miseriarum, & laborum usu indurati, ut illis pœna hæc, quæ aliis gravissima reputatur, levis videatur, itaut, finito tempore, adhuc voluntariè in illis permaneant, & *num. 11.* ex Plutarcho de Attala refert numquam voluisse transire flumen, asserendo, aerem pro avibus, aquam pro piscibus, terram autem pro hominibus à Deo creatam, & latissimè *Lazarus Bozil. de Re naval. & Antonius de Guevar de Mun. laborib. & privil. Trirem.* Modernus autem *Sel. de Offic. Locumten. cap. 10. in fine* supponit, illam non posse esse minorem quinquen-137 nio ex enciclyca Epistola Sacræ Consultæ sub die 23. Januarii 1610. Cum quo dicto Attalæ concordant Hispanicum illud assatum, de quo *Franciosin. in Vocab. Hispan. verb. Con* 138 *manco spesa*, hoc est *Offreciendosele à uno un viage, aconsejavanle, que fuesse por la mar, que iria mas presto, y à menos costa, Respondio, no quiero ir en bestia, que se govierna por el ravo, y no se puede el homare apear della, quando quiere.* Et aliud Catonis, asserentis, se trium rerum per totam vitam pœnituisse, 1. si quid arcanum mulieri credidisset, 2. 139 si per aquam trajecisset, dum poterat per terram proficisci; & 3. si aliquam diem per incuriam sine studio consumpsisset, testibus *Plutarcho in ejus vita, Oinotim. in Institut. tit. de verb. oblig. §. Loca num. 5. & Nicol. in Floscul. verb. Pœnitentia n. 8.*

140 An autem ad remigandum damnati amittant ea, quæ Juris Gentium sunt, testamentique factionem, & similia, Respondeo negativè, quia nullatenus efficiuntur servi pœnæ, ut benè observant *Farin. qu. 102. num. 159. Peregr. de Jur. Fisc. lib. 3. tit. 4. num. 2.* & latè *Conciol. res. Crim. verb. Damnatus ad remigandum resol. 2. per tot.* ubi *n. 4.* quòd hæc eo magis procedunt, quando agitur de condemnatione ad tempus, non autem in perpetuum.

141 Non posse verò, nec debere ad Triremes damnari nobiles, nec ad tempus, nec in perpetuum, advertunt *Peschuitz. in Disc. de Jur. & Privil. nobil.* impres. *post tract. de Represal. num. 41. in fine, & Covarr. var. resol. lib. 2. cap. 9. nu. 3. & seqq.*

142 Quòd si quæras hic, an pœna Triremium irroget infamiam; distinguendi sunt duo casus. Primus est in condemnato ad triremes in absentia, & iste non fit infamis, quia præsumitur potiùs damnatus ob contumaciam, quàm ob delictum *Bart. in leg. Illus fustium num. 8. ff. de His qui notant. infam. Campan. in Diversf. Jur. Can. rubr. 11. cap. 18. num. 7. & Ant. Matth. de Crimin. tit. de Pœn. cap. 3.* qui 143 idem firmant, etam si agatur de condemnatione ob crimen, infamiam irrogante, quidquid dixerit *Nell. de Bannit. 1. par. 1. temp. q. 49.*

144 Secundus verò est in condemnato in præsentia, seu existente in carceribus, & in suis defensionibus audito, & est subdistinguendum, Aut enim fuit condemnatus ex delicto, de sui natura infamiam irrogante, & tunc fit infamis, *leg. 1. & leg. Furti, ff. de His, qui not. infam.* & advertit *Campanil. in Diversf. Jur. Can. rub. 11. cap. 18. n. 8. & 9.* Aut verò fuit condemnatus ob delictum, quod de sui natura non infamat, & nullatenus fit infamis; Genus 145 enim pœnæ non irrogat infamiam, nisi causa, infamiam gignens, præcesserit, *leg. Illus fustium, ff. de His, qui not. infam.* ubi observat *Baldus*, quòd infamem non facit pœna, sed causa *Harprect. in §. Injuria numer. 220. in fine Instit. de Injur. & Rayn. tom. 1. cap. 8. §. 1. num. 45. vers. Tertius*, vide *Amayden. de Styl. Datar. lib. 1. cap. 16. §. 6. num. 7. fol. 295.* Nisi taliter condemnatus actualiter remiga-146 verit; Tunc enim fieret infamis, non ex genere pœnæ, nec ex sententia, sed ex facto, juxta opinionem *Bart. in l. Illus fustium n. 9. ff. de His, qui not. infam. Nicol. in Flosc. verb. Irregularitas n. 31.* quàm *Bart.* opinionem anno 1635. approbavit *f. m. Urban. VIII.* demandando, ut super irregularitate contracta ex pœna triremium, si actu remiges fuerunt condemnati, solus Papa dispensare possit, ut referunt 147 *Thes. de Pœn. Eccles. par. 2. verb. Missa c. 5. sub num. 4. Corrad. in Addit. ad suum tract. de Dispens. nu. 55.* ubi registratur per extensum d. Decretum, *Squillant. de Privil. Episcop. p. 2. cap. 22. n. 34. & Rayn. tom. 5. cap. 8. §. 1. num. 45. vers. Quartus, & vers. & hodie*, ubi, quòd, attenta eadem Pontificia declaratione, in præsenti hoc est indubitatum. Quidquid dicat *Dian. r. 5. tract. 5. resol. 55.* asserens, 148 contrariam opinionem esse æquè probabilem, ex quo, attenta eadem declaratione Summi Pontificis, non probabile, sed temerarium videtur contrarium asserere, Dixi *actualiter remigaverit*; Ad dictum enim effectum actualis remigatio est omninò necessaria, nec attenderetur, quòd quis ad triremes fuerit transmissus, si remo non fuerit addictus, seu alligatus, dum enim deficit executio pœnæ, deest per consequens qualitas, infamiam inducens, *Rayn. tom. 1. cap. 8. §. 1. numer. 45. versic. Quin-*149 *tus*, quem sequitur *Monacell. in Formul. folio 83. numer. 5. & seqq. tom. 1. & tract. 3. fol. 16. num. 161.* & resolvit *Sacr. Cong. Conc. in Comen. 14. Martii 1671. ut in lib. 27. Decr. f. 54.* Verùm in alia *Panormitana 4. Febr. 1702.* gratiam de-150 negavit . . .

Nota hic, quòd Religiosi subditi carcerari possunt ab eorum superioribus, etiam in locis immunibus, aliàs puniri nullatenus possent, ut notat *Fagnan. in cap. Inter alia de Immun. Eccles.* & resolvit *S. Cong. Imm. in Aversana* 13. *Febr.* 1706. *Ponente Maresusco.*

151 Adverte hic, quòd Generalis, seu Zelosus Minimorum facultatem habet à Clemente VIII. sibi concessam, & per extensum registratam *à Novar. in Summ. Bullar. comment.* 112. *in princip.* transmittendi ad triremes, justitia id exigente, suos subditos, absque aliqua alterius Judicis Ecclesiastici sententia, vel condemnatione, quam

152 facultatem, vigore communicationis privilegiorum, competere omnibus aliis Superioribus Religionum, observant *Novar. ubi supra numer.* 3. *Sanchez ad Præcept. Decalog. lib.* 6. *cap.* 8. *numer.* 16. *& cap.* 9. *numer.* 58. *Vivald. in Candelabr. aur. tit. de Deposit. & Degrad. num.* 38. *& Mirand. in Manual. Prælat. quæst.* 52. *artic.* 8. Mi-

153 nistri verò, & officiales triremium, eosdem Religiosos verberantes, nullatenus incurrunt excommunicationem, ex rationibus, quas adducunt *Aldret. de Religios. discipl. lib.* 2. *cap.* 27. *num.* 16. *& Molin. de Just. & Jur. tom.* 6. *tract.* 2. *disput.* 7. *numer.* 4. Quod intellige durante tem-

154 pore condemnationis; Illo enim completo, non ampliùs permissum est, illos impunè verberare, etiamsi in eisdem triremibus permaneant, & ratio est, quia non sunt ampliùs legibus triremium subditi, *Novar. in Summ. Bull. d. comm.* 112. *num.* 6.

155 *Pœna* demum *deportationis*, quæ pariter antiquitus nimis frequens erat, consistebat in amissione Civitatis, retentis vita, & libertate *l. Relegatus, & leg. inter pœnas, ff. de Interd. & Releg. & §. Cum autem, Instit. Quib. mod. Jus patr. potest. solvit*. Hodie tamen in illius locum successit bannum, seu exilium, ut testatur *Far. q.* 19. *num.* 15. *& 16. & Clar. in Prax. q.* 67. *n.* 9.

156 *Exilium*, de quo integrum edidit tractatum *Nicolaus Antonins*, nihil aliud est, quàm simplex ejectio à Civitate *Capyc. Latr. consultat.* 53. *numer.* 22. *& Rayn. tom.* 1.

157 *ad cap.* 8. *supplet.* 3. *num.* 13. *& seqq.* quæ in præsentes dicitur exilium, in absentes verò bannum, secundùm communem loquendi usum, de quo *Scann. de Visit. Carc. lib.* 1. *cap.* 3. *num.* 15. *fol.* 154. *num.* 19. Quod subditis solet imponi, vel ab Urbe solùm, vel ab Urbe, & decem milliaribus, vel ab Urbe, & districtu, Exteris verò ab Urbe, & toto Statu Ecclesiastico, & aliquando ad tempus determinatum, aliquando verò ad beneplacitum *Caravit. pragm.* 4. *tit. de Falsit. num.* 168. ubi ponit quinque genera exilii,

158 de quibus pariter *Capyc. Latr. & Rayn. locis supra citatis*; In Urbe nulla frequentior pœna est illa exilii, in qua Gubernator habet in suis facultatibus, ut possit quemcumque maluerit, etiam sine Processu, hac pœna mulctare *Scann. de Visit. Carc. lib.* 1. *c.* 3. *nu.* 32. *fol.* 115. latè enumerans hujus pœnæ incommoda, & ærumnas.

159 Nota hìc, quòd exiliato, vel relegato tenetur Judex terminum ad colligendas sarcinulas concedere, qui est unius mensis, vel saltem 20. dierum, quibus durantibus publicè ejus facta procurare per Civitatem potest, ex adductis *per Giurb. cons.* 47. *n.* 28. *& seqq. Guazz. ad Defensor. Reor. defens.* 12. *c. fin. n.* 58. *& Conciol. res. crim. verb. Exilium resol.* 8. *per tot.*

160 Pœnæ non capitales plures pariter sunt, &, de illis dici potest cum *Virgilio*:

Non mihi si lingua centum sint, oraque centum,
Ferrea vox, omnes scelerum comprehendere formas,
Omnia pœnarum percurrere nomina possem.

Principaliores tamen, magisque in usu restringuntur ad novem quarum.

161 I. Vocatur *Relegatio*, quæ confunditur cum *Exilio*, seu *Banno*, de quo supra, cum hac sola differentia, quòd capitalis vocatur, quando est perpetua, non capitalis verò, quando est ad tempus, quòdque relegatio restricta est ad certam Civitatem, vel locum, exilium autem non sic.

162 Inter capitales quoque pœnas annumerari potest pœna immutationis, de qua fit mentio *in cap. Accusatus, §. fin. de Heretic. in* 6. quæ practicari solet cum Monialibus, ob delicta carnis consumata, & scandalosa, claudendo nimirùm illas intra Cellam, muro obstructa porta, & relicta tan-

163 tùm parva fenestra ad recipiendum lumen, & altera, per quam ei subministrari possint necessaria ad victum, ut observat *Nicol. in Floscul. verb. Pœna num.* 2. ubi, quòd clavis hujusmodi parvæ fenestræ debet esse penes Abbatissam quæ numquam, vel admodum raro, licentiam dabit monialibus alloquendi muratam: Quando verò agi-

164 tur de delicto, ex quo omnium sibi conciliaverit odium, puta, quia una ex eisdem veneno occidere alias procuraverit, juxta casum, in Urbe sequutum anno 1705. tunc ultra, alias graves pœnas, delicto correspondentes, transmitti solet ad aliud Monasterium, ut practicatum fuit in dicto casu, illam transmittendo extra Urbem, ubi de præsenti reperitur: Quod est adeò verum, ut si ab eis-

165 dem Monialibus scandalosè à Monasterio Monialis aliqua per vim ejiciatur, & dimittatur, juxta casum, sequutum in Monasterio S. Margharitæ Lugani Comen. Diœcesis, die 9. Octobris 1702. adhuc suprema Tribunalia, non de facili, nec tam citò solent permittere regressum ad antiquum Monasterium, ad evitanda inconvenientia majora, ut practicavit Sac. Congreg. Episcop. & Regul in dicta causa Comen, circa punitionem eorumdem Monialium, rescribendo die 18. Maii 1705. *Detur Episcopo facultas absolvendi cunctas, impositis pœnitentiis salutaribus, cum jejunio in die Jovis, & recitatione Psalmorum Pœnitentialium in Choro bis in hebdomada: Quodquè Moniales, principales delinquentes, detrudantur in carcerem formalem per duos menses, & priventur voce activa, & passiva ad tempus, arbitrio Sacræ Congregat.* Quo verò ad regressum ad Monasterium, circa quem acerrimè ab utraque Parte scriptum fuit, rescribendo *Dilata* Neque usque ad præsens causa in eadem Sacra Congregatio iterum re proposita fuit. Sed quia, ut plurimum, similes casus solent provenire ab inquieta, & fastidiosa natura unius, vel alterius monialis, applicari eisdem potest celebre dictum, *Cassiod. lib.* 1. *variar. epist.* 1. ibi; *Cogi enim debet ut sit quietus, qui suo vitio renuit esse pacificus.*

Cæterum quòd Moniali aufugienti ab aliquo Monasterio, ob vitæ periculum, indulgendum sit, ut aliud Monasterium ingrediatur, soluta dote primo, observat *Pignatell. consil.* 119. *tomo* 1. referens ita decisum in *Messanen.* 29. *Aprilis* 1603. *& in Cæsaraugustana transitus* 1639.

166 II. Est pœna *amputationis alicujus membri*, quæ hodiè sæpè in usu est, præcipuè in delictis atrocibus, vel quando agitur de falsitate, ut abscindendo manus notario, falsum instrumentum conficienti, nares Præfecto militum, castra deserenti, de qua *Farinac. quæst.* 19. *numer.* 26. Si autem sententia non specificet manum, & notarius unam habeat aridam, aliam verò validam, dic,

167 quòd illa exequenda est in manu minus potenti, & arida, ut benè probat *Paul. Ghirland. de Relaxat. Carcer. quæst.* 4. *per totum*. Quando verò hujusmodi pœna impo-

168 sita est à Statuto, & Reus caret illo membro, puta, manu dextera, cujus amputationem mandat Statutum in casu falsitatis, tunc non potest Judex aliam manum abscindere facere, sed in aliam pœnam tenetur illam statutariam commutare *Paul. Ghirland.* ubi proximè *n.* 2.

169 Solent etiam mariti hac pœna punire uxores adulteras, ad hoc, ut, ob talem deformitatem, amasii eas relinquant, juxta animadversa per *Nevizzan. in Sylvest. nuptial. lib.* 2. *verb. Diviti non est nubendum sub numer.* 86. *folio* 204. ubi, quòd id practicavit cum sua uxore nobilis de Diœcesi Taurinen. quodque audivit, ita frequentari in Flandria.

170 Quia verò communiter uxor reputari solet privatio libertatis in viris, placet hìc afferre opinionem Sinensium, qui nimis amantes sunt ejusdem libertatis, Interrogati enim quare uxores ducant? respondere solent,

171 *che ben discusso questo punto, hanno finalmente conchiuso, che specolativamente una Donna in casa, è per verità un grande imbroglio, ma che poi trovano in prattica, non esser cosa del tutto contraria alla loro felicità*, teste *P. Carolo le Gobien nell' Istoria dell' Editto dell' Imperator della Cina in Pref. folio* 8. *vers. Con tutta però*, quibus

172 me subscribo, hoc unum addens, quòd incommoda illa, quæ annexa sunt matrimonii oneribus, attribuenda sunt humanarum rerum conditioni, in quibus, ut ad rem scripsit, *Angel. in leg.* 1. *numer.* 2. *ff. de Appellat.*

173 non est invenire pannum, qui non habeat suum reversum, quem ad effectum respondendi simili objectioni, refert, & sequitur *Nevizzan. in Sylvest. nuptial. folio* 297. *numer.* 2. A quo dissentire non videtur, *Susarion. apud. Strob.* dicens Καὶ γὰρ τὸ γῆμαι, καὶ τὸ μὴ γῆμαι κακόν, hoc est, *Che aver moglie, e non averla è male*, vide *Fontanell. de Pact. nuptial. clausul.* 6. *gloss.* 2. *parte* 3. *à numer.* 2. Vide etiam Uxoris definitionem ex

Platone,

Platone, seu *Simonide*, vel alio &c. refert *Borsal. de Bol. libr. 1. capitul. 8. numer.* 26. cujus verba registravit *Barbos. vot. decis.* 19. *sub numer.* 41. his verbis – *Uxor est viri naufragium, domus tempestas, quietis impedimentum, vitæ captivitas, quotidianum damnum, voluntaria pugna, sumptuosum bellum, exornata Scylla, Animal malitiosum & necessarium malum* – Cujus definitionis duo tantùm posteriora verba forsan vera possunt esse in aliquo particulari casu alia ineptiæ potiùs reputandæ.

Nimis curiosum verè & scandalosum modum ducendi uxorem in Regno Congi positum in illa parte Africæ, quæ Confinem habet Æthiopiam, refert *Pat. Joannes Franciscus Romanus Capuccinus* in Libro, cui titulus *Breve relazione del Successo della Missione nel Regno del Congo* impresso anno 1648. in Typographia Sacræ Congregationis de Propaganda Fide, *cap. 9. di alcune Usanze molto dannevoli, che ritengono li naturali di Congo fol. mihi* 77. sequent. verbis.

„ Una di dette male usanze, che sono in quel Popoli, è, che quando vogliono accasare, pigliano le Moglie à prova. Và un giovane dimanda la Figlia al Padre, & alla Madre con pretesto di volerla pigliar per Moglie, e dargli la Dote, che gli conviene, essendo che trà essi è questo costume, che il Marito dà la Dote alla Moglie, e non il Padre, e la Madre, essi gli la consegnano molto di buona voglia, & il Giovane se la conduce à Casa sua, e doppo averla tenuta due, o tre anni, se gli piace, e si confà con il suo umore, si accasa con essa, quando che nò, la rimanda à casa di suo Padre, e la medesima libertà hà la Donna con quello, che la piglia, che se non li gusta d' accasarsi con esso lui se ne può ritornare à suo piacere alla Casa paterna. Questa usanza si perniciosa è difficilissima à levarsi, perchè dicono essi: Hò io da obbligarmi à stare tutto il tempo della vita mia con Donna, che non conosca qual sia, e di che condizione? E' vero, che io mi posso informare, e da Parenti, e da altre Persone, che conoscono la giovane, mà essi mi possono ingannare, dicendomi una cosa per un' altra, à fine che la prenda per Moglie, e per tanto senza tal esperienza più tosto non voglio accasarmi, che ponermi à rischio di aver un continuo Inferno in mia vita. Da questa usanza si perniciosa ne siegue, che la Giovane in tal modo ripudiata ordinariamente non trova più chi la voglia prender per moglie, e li figli nati da essa vanno come bastardi dispersi quà e là senza veruna educazione, di più ne siegue, che stanno gl' anni, e gl' anni in Stato di Concubinato, poichè il Marito, dovendo dar la dote alla Moglie, non si può indurre à questo passo, mà và sempre procrastinando di anno in anno, & à perseverare in quel cattivo Stato tal volta 25. e 30. anni.

174 III. Est pœna *Fustigationis*, de qua *in leg. Ictus fustium, ff. de His, qui not. infam. & in leg. Fustibus, Cod. Ex quib. caus. infam. irrogat.* de qua *Farinacius quæst.* 19. *numer.* 29. & *Gaudin. in Prax. tit. de Pœn. Reor. quæst.* 16. Et pœna gravis est propter infamiam,
175 quam irrogat, ex quo, non nisi pro turpibus, & infamatoriis delictis soleat irrogari furibus, incisoribus bursarum, truffatoribus, falsis testibus, & similibus vilibus personis; teste *Scann. de Visit. Carcer. folio* 150. *numero* 12.

176 IV. Est pœna *Berlinæ*, seu, ut alii dicunt, *Catenæ infamis*, in qua repetenda sunt ea, quæ modò diximus de Fustigatione, cum qua illam conjungunt *Farinac. & Gaudin. locis proxime citatis*, pariterque infamiam irrogat *Scannarol. de Visitat. Carcer. lib. 1. capit. 7. num. 7. folio* 179.

177 V. Est pœna *Mitræ*, cum qua Reus mitratus producitur in publicum dum fustigatur, idque pro majori ignominia, & ad hanc quoque pertinent ea, quæ diximus de *Fustigatione, & Berlina*.

178 Uti solent Judices hujusmodi pœnæ genere cum lenonibus, ut observant *Vulpin. de Delict. Carn. quæst.* 144. *per totum Peguer. decis. Crimin.* 14. & *Sabell. in Prax. univers. §. Ruffiani, num.* 1.

Hac pœna puniti fuerunt publicè per urbem die 26. Septembris 1711. L. J. Vir, & J. B. ejus uxor ob lenocinium ejusdem Mariti cum sua Uxore.

179 VI. Est pœna *Torturæ*, seu *Ictuum funis*, non quidem ad eruendam veritatem, de qua supra *titul. 4. numer.* 13. sed in pœnam delictorum illata, quæ multum in usu est, & sæpissimè in publico loco, etiam pro levibus delictis, illo torquentur viles personæ, puta pro ludo, & pro delatione armorum, & similibus.

180 Sub cujus pœnæ comminatione solet Sacra Visita excarcerare viles homines, crapulis, & commessationibus deditos, cum rescripto scilicet, ne accedant ad Tabernas, sub pœna trium ictuum funis, ut testantur *Scann. de Visitat. Carcer. libr. 1. §. 13. capitul. 7. numer.* 25. & *Zaul. tomo 1. libr. 4. rubric. 30. numer. 19. folio* 553. ubi *numer. 16. cum Cardin. Pallavicin. nell' Istoria del Concil. libr. 9. capitul. 9. numero* 6. præmiserat, quin-
181 que esse origines, & fontes paupertatis, cioè *il lusso, la crapola, il misfatto, la pigrizia, & il disastro*, Quòdque *frà poveri à gran pena si trovarà uno per dieci, la cui povertà non sia proceduta ò da colpa di lui, ò degli Antenati*.

182 VII. Est pœna *Stigmatis*, seu *Bullationis*, qua antiquitus bullabantur Rei in facie, juxta animadversa per *Petr. Osterman. ad leg. Stigmata Cod. de Fabricens. lib. 12 sect. 4. & 5. Longlen. Semestr. lib. 10. capitul. 2. Solorz. de Jur. Indic. part. 2. libr. 1. capitul. 14. numer. 10. & Pancirol. var. lection. libr. 3. capitul.* 241. Sed hæc sublata fuit per Constantinum Imperatorem in *leg. Si quis in metallum, Cod. de Pœn. Nicol. in Floscul. Verb. Pœna, num.* 1. Ea ratione, quia facies hominis ad Dei si-
183 militudinem efformata est; ideòque fœdari non debet *Farinac. quæstion. 18. numer. 97. & seqq. Basil. decis. 44 numer. 16. & seqq.* ubi, quòd proinde inferens vulnus in facie pœna etiam mortis puniri potest. Ad materiam vide *Felin.* egregiè discurrentem *in cap. Cum non liceat numer. 2. de Præscript. & Raynaud. tom. 1. capitul. 10. §. 1. & 2. numer. 9. & 10.* ubi, quòd non est permissum Judicibus pro quacumque pœna Mundi, faciem hominis cicatricibus deformare, & *tom. 2. capitul. 14. numero 212. & seqq. & Scannar. de Visit. Carcer. fol. 150 numer. 7. & seqq.* Imò hoc est adeò verum, ut communiter observent Doctores, non valere Statuta, disponentia ut pro delictis Reus signetur in facie, relati à
184 *Solorzan. in discurs. politic. sobres los Gitanos in recopilat. divers. tract. Mut. ad capit. Regn. tomo 2. capitul. 62. numer. 41. & Raynaud. tom. 3. capitul. 14. numero 15. & seqq. Scappa* nihilominus *de Jur. non script. lib. 5 capitul. 201. numer. 10. & 11. Thor. in compend. decis. part. 1. verb. Truffator, folio 559. & Raynaud. tomo 1. capitul. 5. §. 4. numer.* 12. referunt à Michaele Angelo Sorbelongo Auditore Turroni Bononiæ, ad praxim re-
185 ductam fuisse hanc pœnam bullationis in fronte, contra quemdam Alchimistam truffatorem, ex eo, quia, membris debilitatus, ad Triremes transmitti non poterat, pœna ordinaria non intrabat, & pecuniaria, attenta ipsius paupertate, erat impracticabilis, quod ipsemet Reus
186 quasi per jactantiam fatebatur, asserendo *Donari no haggio, impendere no me ponno, e pe Galera no so buono*. Imo *P. Philippuccius de Cult. Confusis in prælud. art. 2. ante fin. fol.* 69. observat, apud Thracios, Sarmatas, &
187 Dracos stigmata vultui inurere nobilitatis fuisse insignia.

188 Ex eo autem, quòd ratio principalis conclusionis fundetur in eo, quòd facies hominis, tamquam ad Dei imaginem efformata, fœdari non debeat, *post Afflict. in Constit. Regn. Constit. Legum asperitatem rubric. 52. libr. 3. num. 8.* infert *Bajard. ad Clar. in Prax. quæst. 70. nu. 1. & 2.* contrarium practicari posse in mulieribus, quia
189 mulier ad Dei imaginem efformata non sit, quod tamen mihi durum nimis videtur, & aliis cogitandum relinquo.

190 VIII. Est *pœna pecuniaria*, quæ in Foro nimis in usu est, illamque infligere solent Judices ad eorum arbitrium pro criminibus extraordinariis, vel quando ex causa recedunt ab ordinaria pœna delicti, regulando pecuniarum summam à delictorum, & delinquentium qualitate *Clar. in Prax. quæst. 8. num. 1. & Farinaccius quæstion. 19. numero* 51.

191 De Stylo autem Sacræ Consultæ, in Statu Ecclesiastico contra Reos contumaces hujusmodi pœnæ pecuniariæ non exiguntur, testibus *Conciol. verb. Pœna resol. 3. per totum Massin. de Confiscat. bonor. quæst. 22. num. 23. Zaul. lib. 4. rubr. 19. num.* 12. ubi, quòd ita pariter observatur Perusiæ, quodque *Gilian. ad Stat. Perus. §. Pœna, num. 3. & seqq.* registravit quatuor responsa celeberrimo-

rimorum Juris Consultorum, eumdem stylum Sacr. Consultæ comprobantium, & novissimè *Set. de Offic. Locumt. capitul. 20. numer. 1. & Castellin. in Adnotat. ad Constitut. Emil. par. 4. observ. 9. in fine*. In illis verò Ditionibus, in quibus exiguntur, non debentur illi Domino, qui in Principatu successit, sed ei, cujus tempore fuit commissum delictum, *Tiraquell. de Retractat. convent. §. 5. gloss. 4. numero. 18. Guazzin. de Confisc. bonor. conclus. 21. numer. 51. Conc. resol. Crimin. verb. Pœna resol. 7. per totum & Mastrill. decis. 12. num. 1. & seqq.* & ratio est, quia statim sequuto delicto, fuit Jus quæsitum primo Domino, Quidquid dicat *Antonel.* & alii per ipsum citati *de Tempor. legal. lib. 1. cap. 64. numer. 37.* quos reprobat *Conciol. verb. Pœna resol. 7. num. 2. Rocca* tamen *select. interpr. cap. 87. numer. 16. & seqq.* vocat satis probabilem opinionem contrariam, & illam adducit rationem, quòd ante condemnationem, eædem pœnæ numerentur inter fructus pendentes, non adhuc perceptos. Prout etiam illæ debentur Domino immediato de aliqua Jurisdictione, vel Feudo, cum mero & mixto Imperio investito, non autem Fisco Domini mediati, & Principis superioris, ea ratione, quia hujusmodi pœnæ dicuntur fructus Feudi, & Jurisdictionis latè *Gob. consult. 191.* ubi refert ita decisum anno 1681 à Camera Augustissimi Imperatoris Leopoldi I. & *Zaul. lib. 4. rub. 15. in fine*.

Nota hic, non posse Episcopos sibi applicare pœnas pecuniarias, sed illæ in pios usus erogandæ sunt, præcipuè, quando agitur de pœnis per sententiam inflictis, & hoc ad tollendam omnem suspicionem pravi quæstus & avaritiæ, ex adductis per *Fagn.* materiam latissimè enucleantem in *cap. Presbyteri, num. 4. de Pæn. Pignat. consul. 15. numer. 15. & seqq. tom. 8. & Rot. decis. 741. numer. 5. part. 18. rec.* & resolvit *Sacr. Congreg. Concil. in Lavellen.* 14. *Junii* 1642. *lib.* 17. *Decr. fol.* 55. & *in Valven.* 13. *Augusti* 1650. *lib.* 19. *fol.* 725. Et post hæc scripta latè probat *Monacell. in Formular. fol. 24. nu. 1. & seq.* asserens, *num. 3.* Episcopos, ista non servantes, immunes non esse à culpa mortali, quia contemnunt Sacros Canones. Solet nihilominus Sac. Cong. Concil. ad quam recurrere debent Episcopi pro gratia applicationis, illas ad tempus permittere eisdem Episcopis, quando de paupertate Mensæ constat, vel prò suæ, & familiæ necessitate, vel pro Episcopalis Palatii refectione, & similibus, ut pluriès referendo decisum, observat *Zaul. tom. 1. lib. 4. rubr. 20. num. 17.* & resolvit *in Narnien.* 6. *Februar.* 1700. ut in *Lib. 50. decr. fol. 5.* & priùs *in Ravellen.* 13. *Januarii* 1646. *Lib. 18. Decr. fol. 17.* & *in Civitatis Ducalis* 27. *Maii* 1656. *lib. 19. decr. folio 659.* Si autem eædem mulctæ non fuerint per Episcopos in vita applicatæ, non possunt ad minorem summam reduci per Vicarium capitularem, ut respondit eadem *S. Congr. in Ripana* 18. *Aprilis* 1654. *lib. 19. decr. fol.* 336.

Nota 2. ad pœnarum inflictionem non posse quemlibet Judicem devenire, sed eum, qui Jurisdictionem habet in Reum, Indeque *Sacr. Congregat. Concil. in Vintimilen. Matrim.* 23. *Aprilis* 1700. *lib. 50. Decr. fol.* 184 nullum declaravit Matrimonium, contractum, in executionem quidem apocæ sponsalium, ab uno ex Sponsis subscriptæ, sed non sine violentiis, & mediantibus operationibus Judicis Laici, ex defectu Jurisdictionis, eidem non competentis circa eà, quæ matrimonium respiciunt. Quando verò Judex Laicus non se ingerit directè circa contractum Matrimonii, sed procedit contra sponsum, qui sponsam per vim deosculatus fuit, vel ob aliud delictum, tunc si Reus Matrimonium contrahit, validum erit, quia non dicitur illud contraxisse ex metu sibi illato ab incompetente Judice, sed ad minuendam pœnam ex contractu Matrimonii, ut novissimè resolvit eadem *Sacr. Congreg. Concil. in Lycien. Matrim.* 4. *Maii* 1701. Præcipuè, quando Judex Laicus Superiorem habet ad quem, omisso Matrimonii contractu, sponsus recurrere potest, quatenus se gravatum sentiat, ut observavit *Rota in Neapolitana Matrim.* 20. *Aprilis* 1683. *Etenim vers. Et Proregem adire poterat coram Guazardo.* in qua præmiserat, Parentes mittere filios in domos, & studia Advocatorum, & Curialium *per studiare, e non per far l' amore.*

TITULUS VI.

De Confiscatione.

INter pœnas non capitales, nec corporis afflictivas, numeratur *Bonorum confiscatio*, quæ ut observant *Clar. in Prax. quæst. 78. & Zuff. Institut. Crimin. lib. 4. tit. 9. in princ.* dupliciter in Jure imposita reperitur, primò scilicet generaliter, & in omni casu, in quo quis puniebatur pœna mortis, *ut in leg. 1. ff. de Bon. damnat.* Secundò verò, non generaliter, nec in consequentiam, sed specialiter, & expressè, in determinatis casibus, ex firmatis per *Rot. in decis. 798. numer. 5. coram Cerrul.* quam sequitur *Castellin. ad Constit. Æmil. par. 4. observ. 11. in fin.* Hodiè verò Jure novissimo, de quo *in Auth. Bona damnatorum, C. de Bon. proscript.* minimè confiscantur bona delinquentium; Verum tamen est, quòd in praxi dantur aliqui casus, in quibus, non obstante citata *Auth. Bona damnatorum*, Fisco applicantur, de quibus *Farinacius quæst. 25. num. 10. & seqq.* ubi, quòd, inter alios casus, ita servatur in crimine hæresis, in delictis læsæ Majestatis, & quando in Statuto, vel alia Constitutione, ita disponitur.

Pro majori autem notitia hujusmodi pœnæ, sciendum est, illam definiri *auctionem universalem omnium bonorum vel alicujus quota ad Fiscum Guazzin. de Confisc. bonorum concl. 1. num. 1. & Bruziot. Instit. Crimin. lib. 4. titul. 18. num. 7.* Ita ut idem sit dicere confiscatio, ac applicatio, ut observat *Cassan. ad Consuet. Burg. rubr. 2. de Confisc. num. 2.*

Fiscus, quem saccum malè ablatorum vocat *de Rubeis in disc. ad scient. Amat. in princ. par. 4. tom. 3. recen. num. 412.* dicitur bursa publica, in qua pecunia publica reponitur, illumque describit *Guazz. de Confisc. concl. 1. num. 3.* ut sit vir parum placidus, omnibus invisus, Deo odiosus, & nihil in se æquitatis habens, *Bajard.* verò *ad Clar. quæst. 3. num. 4.* asserit, Fiscum nihil aliud esse, quàm subditorum calamitatem, & latè *Peregr. de Jur. Fisc. tit. de Fisc. numer. 1.* ubi, quòd primo loco Fiscus erat bursa, seu crumena publica, deindè transivit in saccum, & tandem in domum, seu Cameram, indeque appellatur Camera *Bald.* demum in *l. fin. ff. de Hered. & action. vend. & in cons. 313. vers. Si res corporalis lib. 1.* quem sequuntur *Acost. de Privil. credit. reg. 2. ampliat. 7. num. 3. & 4. Abav. de Reatib. quæst. 5. num. 26.* ait Fiscum dici quasi fixum, quia scilicet semper durat, & non inconguè dici potest derivare à visco, ob difficultatem recuperandi bona confiscata, juxta illud:

Ut visco capiuntur aves (Fiscus quasi viscus
Dicitur) à Fisco sic capiuntur opes.

Ouven. Epigr. lib. unic. epigr. 239. fol. 101.

Dividitur confiscatio in illam, quæ dicitur ordinaria seu à lege expressa, vel in consequentiam pœnæ mortis naturalis, & in extraordinariam, seu præter legem, quæ scilicet non reperitur expressa, neque in corpore Juris, neque in aliquo Statuto, seu Constitutione *Corrad. in Prax. lib. 1. de Bonor. public. tit. 9. num. 1. & Guazz. de Confisc. conclus. 2. per tot.*

Ex duplici motivo inventa fuit confiscatio ad sensum *Bajard. ad Clar. quæst. 78. num. 2. & Gomez. ad leg. 40. Taur. num. 91.* quos refert, & sequitur *Guazzin. de Confisc. concl. 3.* Ut scilicet Curia supportare posset expensas Processus, qui fit contra delinquentem, & ad hoc, ut homines remissiùs se habeant in committendis delictis, eo quia propter divitias audaciores, & potentiores efficiebantur.

Suos habet gradus confiscatio, & sunt *Adnotatio bonorum, Descriptio, Publicatio & Incorporatio.*

Adnotatio fit ad modum inventarii, & est quædam præparatio ad confiscationem, ad hoc inventa, nè Fiscus defraudetur, atque perfectè sciat quantitatem, & qualitatem bonorum delinquentis, sive hæc mobilia, sive immobilia sint, & sive consistant in Juribus, sive in actionibus, ut observant *Peregr. de Jur. Fisc. lib. 5. titul. 1. num. 196. Guazzin. de Confiscat. conclus. 3. numer. 1. & seqq. & Castellin. ad Constitut. Æmil. part. 4. allegat. 11. in princip.*

Descri-

14 *Descriptio* est quasi publicatio, seu inchoativa incorporatio in patrimonio Fisci, illaque mediante, Fiscus depingere facit sua arma in domibus, & possessionibus delinquentium, juxta *Text. in leg. Facultas, Codic. de Jur. Fisc. libr.* 10. & animadversa per *Cassan. ad Consuet. Burgund. rubr.* 2. *de Confisc. nu.* 12.

15 *Publicatio bonorum* confunditur cum ipsa confiscatione, & confusè, atque implicitè denominatur à Criminalistis, modò una, modò altera denominatione, aliqualem verò differentiam inter ipsas considerant *Cassan. ubi proxim. numero* 13. *& Carpan. ad Constitut. Mediolan. titul. de Bonorum Confiscat. cap. Omnium numero* 602. *&* 688.

16 *Incorporatio* demum est quædam facti exequutio, & declaratio, quòd bona ad Fiscum pertineant, fitque vel per descriptionem bonorum ab habente authoritatem, juxta opinionem *Bart. in leg.* 1. §. *Eligitur, ff. de Ventr. in possess. mittend. & in leg. fin. Cod. de Bon. vacantib. lib.* 10. atque observat *Carpan. ubi prox. numer.* 664.

17 Vel per affixionem armorum Principis in parietibus delinquentium *Martin. Laudens. de Fisc. quæstion.* 247. *& Guazzin. de Confisc. concl.* 7. *per totum*. Vel demum per actualem bonorum possessionem, & descriptionem in libris fiscalibus *Rota in Faventin. Successión. super Confiscation.* 11. *Martii* 1689. §. *Eò magis cor. Card. Caccia*.

18 Non potest autem, Jure communi attento, hæc incorporatio fieri, nisi post sententiam declaratoriam *Boss. in Prax. titul. de Sent. numer.* 49. *& Guazzin. de Confiscat. conclus.* 8. Imò post illam expectari debet lapsus anni, intra quem, si compareat Reus, & ostendat suam innocentiam, virtus ejusdem sententiæ prorsus evanescit

19 *Guazzin. de Confisc. concl.* 13. *limit.* 63. *in princ.* ubi, quòd hoc de consuetudine non servatur, quod etiam, illam improbando, & vocando merum abusum, & corruptelam, observant *Farinacius quæst.* 11. *numer.* 88. *& Conciol. verb. Confiscatio, resolut.* 3. *per totum*. Sequuta verò incorporatione, non potest ampliùs Reus uti bonis, & rebus, Fisco incorporatis, sed pleno Jure ad eumdem Fiscum pertinent *Guazzin. de Confiscat. concl.* 9. *per totum* ubi *in sequentibus conclusionibus* latè expli-

20 cat casus, in quibus confiscatio bonorum fieri potest, & personas illas, quæ ad confiscandum potestatem habent.

21 Quid autem dicendum, si sententia, in qua confiscatio demandatur, sit evidenter nulla, illiusque vigore per aliquod temporis spatium nullatenus apprehensa bonorum possessio, an scilicet post annum, vel longius tempus, possint hæredes delinquentis illius exequutionem, & incorporationem bonorum impedire, absque commissione illa, per rescriptum Principis obtinenda, quam

22 Criminalistæ vocant *Commissionem admissionis ad novas defensiones*, quæ concedi non solet, nisi prævia cognitione nullitatum, vel injustitiæ. Difficultatem facientibus in Urbe, & Statu Ecclesiastico *Constit.* 52. *Pii IV. &* 9. *Beati Pii V. in Bullar. nov. tom.* 2. in quibus disponitur, quòd, non comparente intra annum Reo, sententia contumacialis transeat in rem judicatam, crimen efficiatur notorium, & Reus, sive per exceptionem nullitatis, sive injustitiæ, audiri ampliùs non possit.

23 Controversia hæc *die* 11. *Martii* 1689. sub titulo *Faventina Successionis super Confiscatione coram Card. Caccia*, relata fuit *in Sac. Rota*, quæ cum distinctione illam resolvit, quòd scilicet, vel agitur de admissione defensionum ad absolvendum Reum, seu condemnandum illum, & in hoc casu verificatur obstaculum dd. Constitutionum, vel sermo est de impedienda exequutione sententiæ contumacialis, notoriè nullæ, & hæc notorietas patet ex eisdem actis, & in hoc casu verior, ma-

24 gisque communis opinio sit, quòd sententia non sit exequibilis, & contra illam opponi possint, & passim admittantur notoriæ nullitates, ex Processu resultantes, absque ulla alia extrinseca probatione, ut videre est in, §. *Non obstant, & duobus sequentibus*, & concordant *Cohell. ad Bullar. Bon. regim. capitul.* 29. *numero* 24. *& Chartar. de Exequut. sentent. cap. Bannit. capit. final. numero* 143. *& sequentib.*

25 Dixi *post sententiam declaratoriam*, quod intellige intra decennium à die, quo lata fuit, nam hoc tempore elapso, & incorporatione non sequuta, præscriptum remanet Jus Fisci, & non est ampliùs confiscationi locus, ut articulo maturè discurso, firmavit eadem *Rota in dec.* 756. *& decis.* 822. *coram Emer. jun. & in eadem causa Faventina successionis* 11. *Martii* 1689. §. *Placuit cor. Card. Caccia*. In qua ulteriùs firmatur, quòd, quando

26 non agitur de tollendo obstaculum Pontificiarum Constitutionum ad effectum criminalem, puta ad absolvendum, vel admittendum Reum ad novas defensiones, sed solùm agitur de recognitione nullitatum, quæ opponuntur ad impediendam exequutionem sententiæ confiscationis, in hoc casu nulla requiritur specialis commissio, sed Sacra Rota vigore suarum ordinariarum facultatum id possit explere.

27 Observa hic *cum Rot. in Burgen. Archipresbyteratus de Birbisco* 20. *Januarii* 1706. §. 1. *in fin. coram R. P. D. Ansald.* quòd, comparente Reo infra annum contuma-

28 ciæ, hæc taliter resolvitur, ut negocium, tamquàm à principio, noviter examinandum sit, & concordant adducti per *Raynaud. tom.* 4. *capitul.* 24. *supplet.* 2. *numero* 149.

29 Observa 2. quòd in Statu Ecclesiastico *ex Constit.* 24. *seu ultima Sixti IV.* affines, & consanguinei Reorum compellantur ad redimenda bona, criminaliter condemnatorum, iisque non extantibus, ad id coguntur Com-

30 munitates; Et per eamdem Constitutionem, §. 4. Parentes filiorum condemnatorum viventes tenentur ad persolvendam Fisco integram eorumdem filiorum legitimam.

31 Observa 3. *cum Bordon. in Manual. Sancti Offic. sect.* 48. *num.* 42. Librorum prohibitionem esse quamdam speciem confiscationis, per quam scilicet librorum dominium aufertur ab illorum Dominis, & transfertur in Fiscum S. Officii.

32 Multa sunt bonorum genera, quæ in confiscatione non comprehenduntur, &

33 I. Excipiuntur ab illa bona alienari prohibita, vel fideicommisso subjecta *Auth. Res quæ, Cod. Comm. de Leg.* cum aliis apud *Peregr. de Jur. Fisc. lib.* 5. *tit. de Public. bon. num.* 98. Hoc tamen intellige quoad proprietatem, & perpetuam Fisci utilitatem, quia, durante vita delin-

34 quentis, quoad usumfructum, eidem debitum, validè confiscantur, adveniente tamen morte ejusdem, remanent libera hæredibus, & successoribus *leg. Statuit*, §. *Cornelius ff. de Jur. Fisci, & leg. Cum Patre*, §. *Hæreditatem, ff. de Legat.* 2. *Pereg. de Jur. Fisci lib.* 5. *tit.* 1. *num.* 67, *Fusar.*

35 *de Substit. quæst.* 529. *num.* 3. *& Conciol. verb. Confiscatio, resol.* 15. *per tot*. Nisi in fideicommisso in casu alienationis, vel delicti, adsit expressa prohibitio, ne in illis suc-

36 cedere possit Fiscus, tunc enim, nec bona, nec ususfructus eorumdem in vita delinquentis ad Fiscum pertinebunt *Farinac.* relatis concordantibus, *quæstion.* 15. *à numer.* 34. *Conciol. verb. Confiscatio, resol.* 6. *per totum, & Card. de Luc. de Regalib. disc.* 160. *per totum* ubi plures distinguit casus, in quibus talis prohibitio locum habet, vel non, & *de Fideic. discurs.* 160. *num.* 7. *& seqq.*

37 II. Excipiuntur bona dotalia uxoris, quæ propter mariti delictum minimè confiscantur, etiam si Reus esset criminis læsæ Majestatis *leg. Quisquis*, §. *Uxores, Cod. ad leg. Jul. Majest.* & *leg. Si qui, Cod. de Bon. proscript.* latè *Conciol. verb. Confiscatio, resol.* 4. *per totum*. Non enim

38 uxor aliquid pro marito debet *l. Ob Maritorum, & tot. tit. Cod. Ne Uxor pro Marit.* Neque ex mariti delictis uxoris conditio in bonis suis deterior fieri debet, *leg.* 1. *Codic. Ad Leg. Julia de Vi public. Leg.* 1. *Codic. de Privileg. Fisc. Massin. de Confiscation. bon. quæst.* 31. *in princip.*

39 III. Excipiuntur bona emphyteutica Ecclesiastica *Surd. decis.* 254. *per totum & Sabell. in Prax. universal. verb. Confiscatio, num.* 16. quia hæc ad extraneos hæredes non transeunt, ea autem, quæ non transeunt in hæredem extraneum, nec etiam in Fiscum transire possunt, quia

40 iste in bonis confiscatis habetur loco hæredis extranei *leg.* 2. *Cod. Ad leg. Jul. de Vi public. & leg. Eorum, Cod. Ad leg. Jul. Majest.* cum turba Doctorum *apud Farinac. cit. quæst.* 15. *num.* 50. *& seqq.* ubi *num.* 56. id limitat in confiscatione, quæ fit à Judice Ecclesiastico, quia tunc emphyteusis etiam Ecclesiastica confiscabitur.

41 IV. Excipiuntur bona feudalia, quæ per delictum possidentis devolvuntur ad ipsius agnatum, vel ad dominum directum, quia ea in feudum concessit *Clar. in Prax.* §. *Feudum quæst.* 84. *& Boss.* pariter *in Prax. tit. de Bon. public. num.* 53.

42 V. Excipiuntur bona posita extra territorium confiscantis; Pro plena tamen hujus limitationis notitia videndus

dendus *Farinac.* plures casus distinguens *in quæst.21.nu.65 & pluribus seqq. Raynaud. tom.1. cap.2. §.1. num.58.* & celebre votum Cardinalis Castaldi, impressum *in par.14. recen.* post ultimam decisionem, quod novissimè sequuta fuit *Sac. Rot. in Rom. Pecuniar. super Juramento in litem 11. Maii 1699. §. Innegabiliter coram R.P.D. Muto*, & Nos aliqua diximus supra *lib. 2. tit. 1. num. 155. & seqq.* 43

44 VI. Excipiuntur in Urbe Loca Montium, ob eorum amplissima privilegia, à diversis Summis Pontificibus eis concessa, cum unica limitatione, & exceptione casus 45 læsæ Majestatis, ut exornando eadem privilegia, observant *Farin. cons.9. per tot. lib.3. Noguerol. alleg.12. nu. 135. & seqq. Guazzin. de Confiscat. conclus.13. ampliat. 25.num.5. & seqq. Card. de Luc. de Locis Mont. cap.5. num.18. & seqq. & R.P.D. Ansald. de Comm. & Mercat. discurs.95. num.43.*

46 VII. Excipiuntur bona futura, & post sententiam à delinquente acquisita *leg. Si mandavero, §. Is cui, ff. Mandat.* ibi *Publicatis bonis, quidquid postea acquiritur non sequitur Fiscum, & leg. Certa forma, Cod. de Jur. Fisci lib. 10. cap. Felicis, §. Verum de Pœn.* cum aliis apud *Farinac. qu.25. num.138.* Proindeque, si bannito, cui fuerunt confiscata bona, deferatur hæreditas, sive 47 ab intestato, sive ex testamento, vel etiam aliquod legatum, ista non acquiruntur Fisco *leg. Si quis 25. §. Si quis planè, ff. de Acquir. heredit. & leg. Metallo, ff. de His, quæ pro non script. haben. & Rot. apud Set. de Offic. Locum. post cap.12. num. 6.* ubi illam assignat ratio48 nem, quia nostri temporis banniti perdunt solùm ea Jura, quæ ipsis ex lege municipali, non autem Jure communi competunt.

49 An autem in confiscatione comprehendatur Juspatronatus, delinquenti competens, Si illa sequatur authoritate Judicis Laici, negativè respondet *Rota coram Zarat. decis.37. in fin. & coram Cocc. decis.352.* quas referunt, & sequuntur *Adden. ad Pamphil. decis.22. nu.11. Berthac. vot. dec. 3. per tot. & Card. de Luc. de Jurep. disc.38. num.3. & per tot.* ubi distinguit egregiè casum, 50 in quo Fiscus succedat ratione publicationis bonorum, ab alio casu, quo succedat ob defectum proximiorum, materiam suo more doctissimè pertractando, & mediantibus distinctionibus enucleando.

51 Quid dicendum de Pensione, Cum distinctione respondet *Ganbar. de Author. Leg. à Later. lib.6. nu.723. & seqq.* relatus à *Card. de Luc. de Pens. disc.49. nu.7.* quod scilicet, aut agitur de Pensione merè temporali, & illa venit sub bonorum omnium confiscatione, ad commodum Fisci, aut verò agitur de pensione Ecclesiastica, & id non habeat locum, sed illa extinguitur, & Ecclesia libertatem acquirat. Quod tamen *Rot. coram* 52 *Cerr. dec. 753. num.8.* declarat, id esse intelligendum, quando Clericus in sententia privatus fuit pensione, vel quando agitur de delicto, inducente vacationem pensionis ipso jure, & absque ullo facto hominis, aliàs secus.

53 VIII. Demum excipi possunt in Urbe redditus illi, seu emolumenta officiorum vacabilium, distincta à massa, seu redditibus certis eorumdem Officiorum, quæ non competunt, neque dari solent illis, qui sunt Domini, seu Reservatarii Officiorum, sed Titularibus, seu illis, sub quorum nomine eadem Officia cantant, quosvè Prin54 ceps pro suis Officialibus recognoscit, ut, pro veritate consultus, respondit *Mauritius Giribaldus à Rot. in dec. 405. num.1. dec.415. eod. n. p. 19. rec.* meritò appellatus 55 excellens Causarum Patronus, & inter Romanæ Curiæ Procuratores ordine, & virtute primarius, *in Voto edito in Nullius Bonorum 12. Aprilis 1677. inter DD. Petrum, & Dominicum Riccardum de Fonthiis* ibi

56 *Existima autem, dd. officiaturas, & Congregationes, non fuisse, nec esse communicandas, quia sola massa reputatur inter fructus Officiorum, & solita est percipi à Reservatariis, & aliis, ad quos Officia spectant, Congregationes autem, & officiaturæ sunt regaliæ Titularium habentium Officia in eorum personis, qui soli recognoscuntur à Papa pro Officialibus, & tanquam tales percipiunt Congregationes, & officiaturas, ad quas eliguntur per extractionem ex bussola, pro præsentia in Cancellaria, pro tempore Congregationis, Et ideò istæ regaliæ sunt emolumenta merè personalia, idest debita Titularibus pro d. præsentia, & respectivè pro Officiaturarum exercitio, à quibus propterea, non solùm excluduntur illi, ad quos Officia pertinent, quales sunt Reservatarii, habentes Officiorum dispositionem, sed illi etiam, qui habent Officia in eorum personis, si sint absentes à Curia, qui non alia ratione excludi possunt, nisi ex prædicta, quòd sunt emolumenta debita Officialibus pro præsentia, & consequenter personalia.*

57 Ex quo sequitur, nullum habere fundamentum prætensionem dd. Reservatariorum habendi integraliter dd. emolumenta, vel saltem illorum medietatem, quia non agitur de re ipsis debita, sed Officialibus, unde id prætendere, idem est, ac velle res alienas, quod opponitur 10. Decalogi Præcepto.

58 Sequitur etiam, non posse eosdem Reservatarios impedire eisdem Officialibus consequutionem dd. emolumentorum, injungendo eorumdem Officiorum vacabilium Depositario, & Capellano, ut pro se ipsis retineant dd. emolumenta, cum verificatione illius Hispanici proverbii. *Haze come el perro dell' hortelano, que ni come las verzas, ni las deja comer à los otros*, quia iidem Capellanus, & Depositarius non possunt proprio marte non recognoscere pro Officiali eum, quem Prin59 ceps, uti talem, in Officii translatione, solemniter, & publicè acceptavit, & recognovit, atque uti talis in Listis quolibet mense describitur, esseque declaratio contraria facto, quæ non attenditur, quæque ex sola Listæ pervolutione apparet insubsistens.

60 Sed quia, non omnes dd. Officiales, seu Titulares has Juris propositiones sciunt, & ex alia parte non est eis expediens litem pro tenui summa suscipere, nè verificetur id, quod legitur *in princip. decis. 222. par. 15. recen.* ibi *Lite major est quæstio, & de modico, non modicè dubitavi &c.* Ultra, quod Titulares, ut plurimum sunt personæ notæ, & amicæ Reservatariis, ideò non solent in hac parte in forensibus Tribunalibus similes controversiæ audiri.

61 Adversùs tamen talem innovationem de facto, cum consensu Capellani, de cujus interesse agebatur, promotam, requisitus ego pro veritate de mense Februarii 1705. juridicum dedi Responsum, effectu subsequuto, cum damno Reservatarii, quòd talis Titularis instaret coram Officialibus Datariæ pro mutatione sui nominis: Non enim est in arbitrio Reservatarii, invito Officiali, uti suo nomine, etiam si nullum ipsius Of62 ficialis verificetur damnum, sive præjudicium, eodem prorsus modo, quo nemo potest uti re aliena, invito domino, etiamsi nullum dominus sentiat præjudicium, juxta notoria principia, & licèt sub dominio, seu reservatione Officii cadat etiam facultas implorandi à Principe, ut, Titulari etiam invito, Officium alteri vendi possit, quod solet in literis patentibus exprimi, & notat *Card. de Luc. de Regal. disc.1. numer. 3. vers. Nihilominus, & discur. 7. numero 7. &* 8. Hoc verum est ad excludendum ab eodem Titulari omnem dominii titulum, ut benè advertit *idem Cardinal de Luca d. discur. 7. numero 8. de Regal.* non autem ad concludendam in Reservatario exorbitantem facultatem, ut uti possit nomine alieno, invito domino.

63 Dixi *cum damno Reservatarii*, quia convictus iste ab hujusmodi rationibus, fecit mutare nomen Titularis, prævia solutione scutorum 90. circiter pro nova expeditione, & sic exbursavit de proprio unica vice illam summam, quam absque ullo, vel minimo suo præjudicio in multorum annorum decursu lucrari poterat Officialis: Effectus sunt isti illius modi operandi, quem vulgus vocat *Impegno*.

64 Postquam Fiscus bonorum delinquentis possessionem accepit, loco hæredis habetur *Lege Tutoris, Codice Ad Leg. Julian. de vi publica*, consequenter autem uti talis tenetur de delictis bonis delinquentis satisfacere creditoribus; Confiscatio enim semper intelligitur facta cum oneribus, ad quæ condemnatus tenebatur *Lege Ex facto, ff. Ad Sacra Congregation. Trebell. & Leg. Papinianus, Parag. Meminisse, ff. de Inofficio. testament.* cum aliis apud *Guazzin. de Confiscation. conclus. 23. per totum*, ubi conclusionem hanc multipliciter ampliat, & limitat, & *Carleval. de Judic. libr. 1. titul. 2. disputatione 1. numero 50.* ubi, quòd ita servatum fuit anno 1610. in Provincia Betica, vulgò *Estremadura* de mandato Philippi III. contra Motos, ab eadem expulsos, quorum bona omnia 65 stabilia confiscata fuerunt.

Adver-

66 Advertendum est hic, quòd in illis casibus, in quibus intrat confiscatio, Si Pater delinquens tres, vel ultra filios habeat, ejus bona non debent confiscari, sed integraliter servanda sunt filiis ex benignitate *D. Adriani*, de qua in *leg. final.* §. *Si plures*, *ff. de Bon. damnat.* & apud *Thesaur. dec.* 104. *num.* 7. *Merlin. de Legit. lib.* 3. *tit.* 1. *qu.* 19. *num.* 4. *& seqq. Farin. quæst.* 24. *num.* 39. *& seqq. & Conciol. alleg. forens.* 81. *per tot. & resol. Crim. verb. Confisc. resol.* 7. *per tot.* 67 ubi hanc declarationem multipliciter ampliat, & limitat; Existentia enim filiorum adeò favorabilis reputatur, ut aliquando ipsemet Pater ex illorum consideratione à morte fuerit liberatus, ut de *Sergio Galba* narrant *Valer. Maxim. lib.* 8. *cap.* 2. *Tiraquell. de Pœn. temper. caus.* 26. *& Chartar. de Pœn. Innocent. art.* 3. *n.* 488. & latè *Set. de Offic. Locumt. cap.* 21. *num.* 7. *& seqq.* ubi refert, ita pluries decisum à Sacra Consulta, cujus resolutiones *num.* 10. ait 68 magnam habere authoritatem, cùm Principem ipsum repræsentet, quod admittunt etiam *Gratian. discept. forens.* 739. *num.* 20. *Card. de Luc. de Benef. disc.* 73. *num.* 3. *in fin. & num.* 4. *& Rot. dec.* 360. *num.* 7. *par.* 15. *rec.* An autem Secretarius ejusdem Tribunalis, qui solet esse unus ex qualificatis Prælatis Romanæ Curiæ, votum habeat in causarum decisionibus, latè disputat *Rayn. tom.* 2. *ad cap.* 19. *supplet.* 2. *per tot.* ubi, quòd de Jure votum non habet, sed de consuetudine servatur, quòd votum det immediatè post votum Ponentis, ut in *n.* 41. In antecedenti verò *num.* 131. ejusdem *cap.* 19. advertetat, votare pariter in causis criminalibus, 69 nedum Advocatum Fiscalem, sed etiam Procuratorem Fiscalem, eorum vota computando pro uno, sed de mandato *san. me. Innoc. XI.* ablatum fuisse votum eidem Procuratori Fiscali.

70 Advertendum 2. Quòd commodans Equum ad bonum finem, si deinde commodatarius eo utatur ad introducendas, vel extrahendas res prohibitas, tunc in confiscatione rerum furtivè introductarum, non venit d. Equus, Jure communi attento, rationibus adductis à *Gandin. in tract. Malefic. rub. de Reb. non asportand. num.* 2. *& Basilic. dec.* 37. *num.* 1. *&* 2. ubi, quòd datur domino juramentum ad 71 probandam ignorantiam usus ejusdem Equi. Dixi, *jure communi attento*, quia si adessent municipales leges, & Statuta, demandantia confiscationem animalium, cujuscum- 72 que ea sint, illa servanda sunt, & dominus haberet solum regressum contra asportantem, ita *Mexia de Tax. Pœn. concl.* 1. *n.* 16. relatus à *Basil. d. dec.* 38. *n.* 1.

73 Advertendum 3. Thesaurum, (hoc est vetus depositio pecuniæ, cujus non extat memoria, juxta *text. in leg. Nunquam*, §. *Thesaurus*, *ff. de Acquir. rer. dom.* & animadversa per *Jacob. Bornit. de Ærar. lib.* 3. *cap.* 9. *Carol. Homagen. de Jur. public. cap.* 47. *num.* 4. *& Rot. dec.* 257. *numer.* 2. *coram Manzaned.*) ad Fiscum spectare, ubicumque inveniatur, sive scilicet in locis publicis, sive in privatis, ac etiam in proprio agro, de consuetudine generali totius Orbis, de 74 qua testantur *Scacc. de Comm. & Camb.* §. 1. *quæst.* 7. *part.* 2. *ampliat.* 19. *sub num.* 82. *vers. Cæterum*, *de Angel. de Delict. par.* 1. *cap.* 81. *num.* 4. *& seqq. Jacob. Vander. Graz. Syntag. Jur. publ. cap.* 47. *num.* 7. *& Dian. tom.* 6. *tract.* 6. *resolut. ultim. in fine*, *& Card. de Luc. de Regal. disc.* 147. *num.* 8. *& seqq.* ubi, quòd proinde docet experientia, similem in- 75 ventionem esse potiùs fortunæ maleficium, quàm beneficium, quoties unum de duobus extremis non concurrat, vel scilicet omnimodæ publicitatis, mediante Superiorum 76 licentia, de qua infra, vel ubi cum nimia cautela, ac impenetrabili occultatione inventio sequatur. Dummodò non inveniatur in Ecclesia, quia tunc, ad illam spectare advertunt *Mastril. de Magistr. lib.* 3. *cap.* 10. *numer.* 327. *Farin. de Var. Crim. quæst.* 104. *num.* 3. *& Dian. tom.* 6. *tract.* 6. *resol.* 12. ubi reprobat *Harprect. Instit. lib.* 2. §. *Thesaurus* 39. *num.* 9. putantem illum pro medietate spectare ad 77 Fiscum, *& Caramuel. in Theolog. moral. lib.* 2. *numero* 308. asserentem spectare ad inventorem; Quando tamen perquisitio fit cum licentia Principis, juxta praxim totius 78 Orbis, de qua testantur *Ripoll. de Regal. cap.* 16. *numer.* 15. *& seq. & Card. de Luc. eod. tit. discur.* 147. *numer.* 7. tunc solet concedi Inventori aliqua pars *de Pont. de Potest. Proreg. tit. de Thesaur. num.* 1. *fol.* 158. Quæ licentiæ quotidiè conceduntur in Urbe, absque eo, quòd numquam effectum fuerint sortitæ, referentibus Cameræ Apostolicæ Secreta- 79 riis, & Cancellariis, per quorum Officia expediuntur, & in quorum Libris registrantur. Expediri solent per Notarium viarum, & impensa licentia est L. 2. 90. Hoc est L. 1. 50. pro recognitione loci facienda per antiquarium L. 1. 10. pro sigillo Camerarii, & B. 30. pro mercede Notarii, quæ durat per decennium, sed quolibet anno confirmari debet, & solvuntur pro confirmatione obul. 60. monetæ. Communiter autem insanas appellant Doctores artes illas aliquorum, cupientium ex superstitiosis observationibus, & magicis operationibus, Thesaurum invenire, ut videre est *apud Grilland. de Sortileg. lib.* 2. §. *Tertio quæro num.* 12. *& de Angel. de Delict. par.* 1. *cap.* 81. *in fine*, qui asserunt, numquam vidisse, legisse, nec audisse, quemquam ex Negromantiam exercentibus, Magis, & Sortilegis thesaurum invenisse, licèt plures viderint huic operi incum- 80 bentes, qui post multos labores, & diabolicas observantias nil, nisi terram invenerunt.

Urseya Institut. Crimin.

81 Dixi *de consuetudine generali totius Orbis*, quia jure communi attento in §. *Thesauros*, *Instit. de Rer. divis. & in leg. unic. Cod. de Thesaur. lib.* 10. Vel thesaurus casu, aut industria inventus est in fundo proprio, & est inventoris; Vel casu inventus est in fundo alieno, & inter inventorem, & dominum fundi æqualiter dividendus est, vel inventus ex industria in fundo alieno, & integer ad 82 dominum fundi spectat, vel demum inventus est arte magica, & ad Fiscum pertinet, ut notant *Dian. tom.* 6. *tract.* 6. *resol.* 1. *& seqq. Caram. in Theol. moral. lib.* 2. *numer.* 209. *& Dicastil. de Just. & Jur. lib.* 2. *tract.* 2. *disputat.* 9. *dub.* 15. *num.* 407.

83 Quid autem dicendum in casu, quo sciens in fundo, vel domo latere thesaurum, illum, vel istam à domino, id ignorante, emat pro currenti pretio, *Hurtad. de Just. & Jur. disput.* 1. *diffic.* 35. putat, id fieri non posse, quia fundus, vel domus pluris valent cum thesauro latente; Verùm, post turbam Doctorum, contrarium probant *Berlicc. par.* 2. *conclus.* 66. *numer.* 5. *& Sixtin. de Regal. lib.* 2. *cap.* 21. *numer.* 43. *& seqq.* Quia justum pretium non sumitur præcisè ab eo, quòd res intrinsecè valet, sed ex com- 84 muni hominum æstimatione, quæ nullatenus augetur ex re, latente in fundo, vel domo, juxta exemplum, quod solet afferri de Pharmacopola peritissimo, agnoscente utilem aliquam herbam in fasciculo, publicè exposito ad pabulum equorum, quem potest emere pro currenti pretio; Illa enim major utilitas, quæ nota est soli emptori, non auget apud homines rei æstimationem, quæ est immedia- 85 ta regula, & mensura pretii justi, & humani: *Diana* tamen *tom.* 6. *tract.* 6. *res.* 6. *per tot.* admittendo *num.* 4. *in fine*, hac sententiam esse tutam in conscientia, in ea residet opinione, ut dividendus sit thesaurus inter emptorem, & venditorem, quia, si iste scivisset existentiam thesauri in 86 suo fundo, non vendidisse, præcisa eadem scientia, quæ sententia mihi etiam æqua nimis videtur, illamque *Conan. lib.* 3. *Comm. Jur. cap.* 4. *numer.* 4. sequuturum affirmavit, si Judex esset similis controversiæ.

87 Advertendum 4. Quòd statuæ, & lapides, absconditi in agris, æquiparantur thesauris, itaut disposita circa thesauros, dicantur pariter disposita circa easdem statuas, & lapides *l. Numquam vers. Thesaurus*, *ff. de Acquir. rer. domin.* ex quo *Rot. coram Manzaned. dec.* 257. *per tot.* du- 88 plata *apud Farinac. cons. Crimin. tom.* 2. *dec.* 359. firmavit, statuas, repertas ab emphyteuta in fundo emphyteutico, ad ipsum spectare, non autem ad dominum directum, eo 89 quia ad eumdem emphyteutam, non verò ad dominum directum spectat thesaurus, in fundo emphyteutico repertus, juxta communem opinionem in eadem *decisione numer.* 10. latissimè comprobatam, ubi reprobat *Valasc. de Jur. emphyt. par.* 1. *q.* 16. *Navar. in Manual. c.* 17. *n.* 163. *& Bor- 90 gnin. dec.* 15. *n.* 1. *par.* 3. contrarium sustinentes, asserens, priorem opinionem esse magis communem, & à Rota amplexam; Eamdem verò *dec.* 257. *Manzaned.* sequitur *Card. 91 de Luc. de Regal. disc.* 147. *num.* 6. advertens, illam esse usu receptam iu Urbe, ubi magis quàm in aliis Mundi Civitatibus similes excavationes fiunt, ex quo antiqua triumphatrix 92 Roma, adeò statuis, aliisque manufactis operibus ditata, tota sub solo est; *Num.* autem 24. sequendo *dec.* 1453. *nu.* 6. *& per totam coram Seraphin.* probat, idem dicendum esse respectu effossionis arenæ, ad ædificandam aptæ, vulgò *Pozzolana*, quod scilicet spectat ad dominum utilem, non verò di- 93 rectum, remanente solùm eidem domino directo actione ad quanti interest, fundum ob similes effossiones deteriorem fieri.

TITULUS VII.

De Pœnis augendis, vel minuendis, seu temperandis.

1 Pœnas aliquando augeri, & excerbari, aliquando diminui, & temperari convenit, *Brugiot. Instit. Crim. lib. 4. tit. 17. n. 1. & seqq.* ideò quando id ad praxim sit reducendum videamus. In facti tamen contingentia recurrendum erit *ad Tiraquellum*, qui integrum edidit tractatum *de Pœnis Legum, & Consuetudinum, Statutorumque temperandis, aut remittendis*.

3 Non posse autem, sine justa causa, Judicem pœnas augere, vel minuere, indubitati Juris est, quia non debet esse severior, vel clementior lege, ut observant *Capyc. Latr. dec. 177. n. 30. Ball. tract. Crim. lib. 4. q. 5. num. 24. & seqq. Conciol. verb. Pœn. resol. 13. per tot. & Paulus Girland. de Relax. Carcer. q. 6. n. 1.*

4 Causæ verò, ex quibus Reorum pœnæ augeri possunt, reducuntur omnes, vel ad consuetudinem delinquendi, vel ad frequentiam delictorum.

5 Quoad delinquendi consuetudinem, hæc operatur, ut graviùs puniendus sit Reus, quia consuetudinem delinquendi habens, dicitur magis deliberato animo, & iniquiori voluntate delinquere, *leg. 3. Cod. de Episc. aud. & leg. Capitalium, §. Solent, & §. Grassatores, ff. de Pœn.* cum aliis apud *Far. q. 23. n. 1. Ray. lib. 1. §. 1. n. 11. & Amen. de Delict. & Pœn. tit. 1. proem. §. 2. n. 21.*

6 In hac siquidem parte condolendum utique est cum *Clar. in Prax. verb. Blasphemia num. 3. & Abavo de Reatib. quæst. 7. num. 303.* quòd hoc non procedat in crimine blasphemiæ, in quo propter eamdem consuetudinem pœna minuitur potiùs, quàm augeatur, sive, quia, si omnes blasphemi severè punirentur, pauci superessent, ut non benè inquit *Bellon. consil. 69. numer. 6.* seu veriùs ob defectum Religionis, & justitiæ, ut egregiè advertit *Luc. de Penn. in leg. Omnes Cod. de Delation. lib. 10.* quem refert, & sequitur *Rayn. tom. 1. cap. 1. §. 1. num. 9. & seqq.*

8 Ad hoc autem, ut quis consuetudinem delinquendi habere dicatur, sufficiunt duo actus, juxta *Gloss. in can. Ita Nos 25. qu. 2.* & hæc augumentatio pœnæ propter consuetudinem delinquendi, augeri etiam potest usque ad mortem, ut in specie de Furto vidimus supra *lib. 2. tit. 8. numer. 202.* Nam licèt pro unico furto, quamvis magno, non imponatur pœna mortis, si tamen reiteretur pro tertia vice, seu pro tribus furtis, quamvis parvis, pœna mortis infligi potest.

10 Quo verò ad frequentiam delictorum, ob illam Judex, præcipuè si supremus sit, pœnas augere debet, ad hoc, ut majorum pœnarum metu delinquentes faciliùs à delictis abstineant, ut tradunt *Caball. Resol. Crim. cas. 99. num. 60. cent. 1. Conciol. verb. Pœna resol. 11. per tot. & de Rub. de valid. legal. cap. 35. num. 56.* Præsertim, si agatur de delictis enormibus, & impiis, ut de eo, quod committitur à scelestis hominibus mediante gladio tonsorio, seu novaculo, faciem virorum, & mulierum deturpantibus, exclamat *Menoch. de Arbitr. cas. 575. num. 4.* asserens, suo tempore nimium frequens esse, utinam autem nostris etiam temporibus, in usu, seu potiùs abusu non esset, & *Menochium* sequitur *Conciol. verb. Pœna resol. 11. n. 2.* ubi, quòd rectè, & sanctè facerent Principes pœnas augendo, ad homines coercendos ab hoc verè impio delicto, & *Basil. dec. 44. nu. 18.* ubi, quòd inferens vulnus in facie pœna mortis puniri potest, & *Zacch. quæst. medicoleg. tom. 2. lib. 9. tit. 10. quæst. 5. numer. 32. & seq.* ubi, quòd cicatricis deformitas, & qualitas pendet à partis nobilitate, à magnitudine, & profunditate, & ab aliis considerationibus, inferendo exinde, quòd, cæteris paribus, turpissima censenda sit cicatrix in naso, quia ea pars in homine dicitur pulchritudinis modulatrix, deindè cicatrix in oculis, tertio in ore, labiis, malisque, quartò in fronte, mento, gula, & collo, observando etiam *numer. 35.* inter cicatrices faciei connumerari etiam vestigia ex Variolis contracta, ex quibus tantoperè aliquorum facies deturpantur, ut ex pulcherrimis evadant turpissimæ, ex quo, nedum ipsius faciei nitorem, & venustatem adimunt, sed etiam genarum mollitiem, & levitatem, cutem duram, & callosam relinquendo.

17 Causæ autem, ex quibus Reorum pœnæ diminui, & temperari possunt, sunt in duplici differentia; Aliæ enim sunt generales, & comprehendunt omnia delicta, omnesque delinquentes, aliæ verò speciales, & restrictæ ad circumstantias personarum, temporis, & similia.

18 Generales sunt ignorantia, vis, & metus; Istæ enim, cùm libertatem tollant, vel minuant, juxta doctrinam, *D. Thom. 1. 2. q. 6.* excludunt per consequens dolum, sine quo delictum, vel omninò excluditur, vel multum minuitur, *Passer. in Trib. Regul. q. 18. art. 2. n. 23.* Licèt enim etiam sola culpa puniatur, tamen in delictis regulariter requiritur dolus, & ubi dolus abest, ibi, & delicti pœna locum habere non videtur, sed & omninò minuenda, & temperanda, *leg. 1. C. ad leg. Cornel. de Sicar. leg. qui injuriæ, ff. de Furt.* cum aliis apud *Far. q. 82. inspect. 1. n. 12. & 66. & ferè per tot. & inspect. 2.* pariter *per tot. & Passer. in Trib. Regul. qu. 28. per tot.*

20 Speciales verò causæ quamplures numerantur à Doctoribus, &

I. Est credulitas, & opinio non delinquendi, cùm scilicet aliquis delinquendo credit, se non delinquere, sed licitè agere *leg. Igitur vers. Et generaliter* ibi *justis rationibus ductus, ff. de Liber. caus. & in leg. Clam possidere*, ibi: *aut aliqua ratione, bona fide &c. ff. de Aquir. possess. Far. qu. 90. inspect. 1. 2. & 3. per tot.*

22 II. Est iracundia, regula enim est, quòd delictum, ira commissum, mitiùs punitur *leg. 2. Cod. de Abolit. leg. Aut facta, §. Causa quis, ff. de Pœn. can. Si quis iratus*, ibique *Gloss. 2. qu. 3. & can. 15. 11. q. 3. Farin. q. 91. per tot.* latè *Conciol. verb. Iracundia resol. unic. per tot.* ubi *num. 6.* quòd cum à Jure non reperiatur definitum tempus, quo calor iracundiæ durare dicatur, id remittitur Judicis arbitrio *Tiraquel. de Pœn. temper. caus. 1. & 2.* ubi *causa 4.* amorem pariter, cùm sit quædam furoris species, inter causas minuendi pœnas numerat, & *Conciol. verb. Delictum resol. 12. per tot.* ubi, quòd hæc conclusio procedit in omnibus delictis, in quibus semper amoris causa delinquens mitiùs punitur, & *Rayn. tom. 3. cap. 31. §. 4. n. 22. in fine. Bertachin. vot. dec. 147. per tot.* ubi *nu. 16.* videtur conclusionem restringere ad amorem licitum *ex resolutione Congregationis criminalis Gubernii Urbis 13. Octobris 1692.* vel ad amorem conjunctum cum furore, vel potenti insania; Circa quod multa occurrunt consideranda, & tu Lector cum majori otio cogita.

26 III. Est ætas delinquentis, sive hæc tenella, & imbecillis sit, ut in pueris, sive ingravescens, ut in senibus, *leg. Ferè in omnibus, ff. de Reg. Jur.* ex quo fit, ut senes, & minores delinquendo minùs puniri consueverint, ut latissimè prosequitur *Far. q. 92. per tot. Tiraquel. de Pœn. temper. caus. 7. & 8. Passer. in Trib. Regul. quæst. 28. art. 2. nu. 23. & seqq. Card. de Luc. in disc. edito in Firmana Homicidii*, & impresso post *Conflict. Leg. & ration.* ubi, quòd hoc procedit in minoribus infra annum 20. constitutis, & comprehensis nomine puerorum, non autem in minoribus, excedentibus annum 20. & *Conciol. alleg. 86. per tot.* ubi de adolescente annorum decem, & septem cum dimidio, refertque pluries ita decisum. Imò si agatur de verbis injuriosis, levibus ictibus manus, seu pugnis, in Urbe ex resolutione Sacræ Consultæ anni 1600. non debet contra eosdem pueros procedi teste *Zaul. tom. 1. lib. 4. rub. 20. nu. 18.* ibi. *A Sac. Consulta anno 1600. determinatum fuisse, che per parole ingiuriose, e pugni fra Donne, e Putti non si dia a loro molestia alcuna; Che per parole ingiuriose, e pugni fra Uomini, similmente la Corte non proceda, nè si dia a loro molestia alcuna, quando sia fra essi seguita la pace.*

29 Inter Puerorum delicta annumerari solet illud se denudandi in fluminibus, quod omnibus indistinctè prohibitum est ob magnam inhonestatem, ex ea resultantem ad *Text. in leg. Cum supra, C. de Re milit.* & animadversa ibidem *per Jo. de Platea, & Rovit. in Pragmat. 3. de Injur. nu. 2. Tiraquell. leg. Connub. 4. n. 34. Ludov. Zuccol. nelle consideration. polit. e moral. orat. 33. & Solorzan. de Jur. Ind. lib. 1. c. 34. n. 60. & seq.* Indeque singulis annis in Urbe, tempore æstivo, renovari solent similia Edicta, nedum ob prædictam inhonestatem, sed ad evitandum etiam periculum submersionis, juxta casus, qui nimis frequenter, etiam in Viris audiuntur.

31 Aliquando tamen, sive ob delicti atrocitatem, sive ad aliorum terrorem, etiam cum Pueris practicatur talis, qualis rigor, ut in Urbe vidimus de Ordine Sacræ Congregationis SS. Inquisitionis practicari die 11. Martii 1703. demandando, Puerum illum, qui paucis antea diebus in Ecclesia S. Mariæ in Vallicella tempore 40. horarum excla-

exclamare cœperat, & timorem incutere ob futuros Terræmotus, permanere ante fores ejusdem Ecclesiæ cum inscriptione ante pectus. *Per avere malitiosamente spaventate le Genti con minaccie di Terremoti*.

34 Quoad Senes verò, in Civilibus gaudent etiam multis privilegiis, & signanter, quòd pro debito carcerari nequeant, eo quia ratione æqultatis, & pietatis solet eis concedi à Principe septuagenaria, juxta magistralem *decis.* 51. *apud Albic. de Inconst. in Judic.* ubi respondetur contrariis authoritatibus, & signanter *dec. Rom. Camb.* 10. *Decembris* 1691. *cor. Ursino*, & firmatur, id procedere, etiamsi agatur de debito, munito obligatione Camerali, sive quia requiritur ad hunc effectum specialis, & expressa renunciatio eidem beneficio, sive quia eidem, utpote concesso misericordiæ causa, necnon propter ætatem, & reverentiam personæ, renunciari non potest, ut advertunt *Zacch. de Oblig. Camer. quæst.* 28. *num.* 3. *Camuncul. dec.* 41. *num.* 49. *& seq. Calvin. de Æquit. lib.* 1. *cap.* 95. *à numer.* 24. *& Spadazz. in Theatr. Viduil. disquis.* 44. *num.* 60. vide *Rotam in Foroliviem. Juris offerendi* 18. *Junii* 1710. §. *Ex facto coram Ansaldo*.

38 In Signatura autem Gratiæ diei 20. Septembris 1701. SS. D. N. CLEMENS XI. *in una Civitatis Castelli Septuagenariæ Ponente R. P. D. de Augustinis*, concessit quidem gratiam ejusdem Septuagenariæ sed, *facta indicatione bonorum, ac præstito consensu illorum subhastationi, & dummodo debita non sint dolosa, nec contracta post septuagesimum annum*.

39 IV. Est Ebrietas *can. Sanè*, ibique *Gloss. verb. Venia, & can. Inebriaverunt* 25. *quæst.* 1. *leg. Omne delictum*, §. *Per vinum, ff. de Re milit.* Nam omne delictum, quamvis grave, & atrox, durante ebrietate commissum, non ordinaria pœna, sed extraordinaria, & mitiori punitur, *Farinac. quæst.* 93. *per tot. & Tiraquell. de Pœn. temper. caus.* 6. *per tot.* ubi eam assignat rationem, quòd ebrius habetur, ac si esset absens, & latè *Conciol. verb. Ebrietas resolut.* 1. *per tot.*

41 V. Est Loci consuetudo. *Gloss. in cap. Sanè Verb. Antiqua de Tempor. ordinat.* & in *cap. Flagitia*, §. *Omnes* 32. *quæst.* 6. *& in cap. Cum venerabilis, Verb. Migrasse, de Consuetudin. Farinac. quæst.* 95. *per tot. & Passer. in Trib. Regul. quæst.* 28. *artic.* 1. *numer.* 42. *& seqq.* ubi, quòd hoc est verum de consuetudine contra Jus positivum, secus verò, si adversetur Juri naturali, vel Divino, Tunc enim, quantò est usus antiquior, tantò est pejor, nec excusat juxta *Text. in can. Quæ contra mores, & seqq.* 8. *dist.*

43 VI. Est multitudo certorum delinquentium, nam multitudo facit minuere pœnam, ratione adducta *à Tit. Liv. lib.* 8. *de secund. bell. Punic.* relato *à Cohell. ad Bull. bonon. regim. cap.* 14. *numer.* 67. cum istis verbis, *quia causa, & origo omnis furoris penes Authores est, multitudo autem contagione insanit*, præsertim ubi agitur de pœna mortis, nè multorum strages sequatur, *can. Ut constitueretur*, ibique *Gloss. verb. Strages* 50. *dist. can. Commessationes*, ibique *Gloss. Verb. Multitudo* 44. *dist. cap. Latores*, ibique *Gloss. Verb. Multitudinem de Cleric. excomm. ministran. c. Dilectus il secondo* ibique *Gloss. Verb. Multitudo, de Simon. Farin. qu.* 96. *à num.* 1. *Passer. in Trib. Regul. qu.* 28. *artic.* 2. *num.* 54. ubi, quòd 40. homines ad hunc effectum dicuntur constituere multitudinem, *& Conciol. Verb. Pœna resol.* 10. *per tot.* In his enim casibus ad obviandum stragi Populorum, detrahendum est aliquid severitati, *Tiraquell. de Pœn. temper. caus.* 47. *num.* 1. *& seqq. & Conciol. Verb. Pœna resol.* 10. *num.* 1.

47 Meliùs enim est propter misericordiam rationem reddere quàm propter crudelitatem, Indeque crudelitatis summæ notatur *Rosus Florentinus*, qui referentibus *Socc. in cap. Qualiter, & quando il* 2. *de Accusat. & Boss. in Prax. crim. tit. de Offic. corrupt. n.* 36. in Civitate Veronæ inquisivit omnes Fratres S. Francisci, eo quia ob avaritiam interfecerunt quemdam Cremonensem, eorum hospitem, & cum non potuisset authorem tanti sceleris reperire, omnes dictos Fratres numero quinquaginta suspendi fecit ab eorum Olitore, minùs culpabili, de qua etiam sævitia mentionem faciunt *Giurb. cons.* 6. *n.* 66. *& Conciol. Verb. Pœna resolut.* 10. *n.* 2. Illam tamen acriter impugnat ad tuendum honorem propriæ Religionis *P. Amen. in sua Prax. crim. tit.* 20. *Verb. Patronus*, §. 8. *nu.* 119. *& seqq.* ubi conatur probare, hanc esse meram fabellam ex inverisimilitudine, & aliis animadversionibus, ibidem relatis.

50 VIII. Est Incertitudo delinquentium, nam quando *in Ursaye Institut. Crimin.* *subitanea rixa* delictum commissum fuit, & ignoratur certus Reus, omnes absolvuntur à pœna ordinaria, & extraordinaria pœna tantùm arbitrio Judicis plectuntur, *Paul. Ghirland. de Relax. Carc. quæst.* 6. *per tot. Farinac. quæst.* 96. *num.* 14. *Conciol. resol. crim. Verb. Homicid. resolut.* 6. *num.* 1. *& seqq. & Calvin. de Æquit. lib.* 2. *cap.* 130. *numer.* 11. *& seqq.* Ratio est, quia, stante incertitudine meliùs est nocentem absolvere, quàm innocentem condemnare, *leg. Absentem, ff. de Pœn. Marsil. consil. crimin.* 24. *numer.* 7. *&* 8. *Gaill. observat.* 109. *in princip. lib.* 2. *& de Bell. tract. crim. lib.* 3. *cas.* 1. *num.* 76. & rationem adducit, *Soph. apud Strob. serm.* 44. his verbis. *Si peccandum sit, magis injustè reum absolvere, quàm innocentem injustè perdere debet, illud enim peccatum est, hoc verò impietas*, quæ omnia ad rigidos etiam Confessores extendit *S. Jo. Chrysost.* Si ipse Author est Operis imperfect. supra Euang. Div. Matt. ibi *Si erramus, modicam pœnitentiam imponentes, nonne meliùs est propter misericordiam rationem dare, quàm propter crudelitatem, ubi enim Pater familias largus est, dispensator non debet esse tenax, si Deus benignus est, ut quid Sacerdos ejus austerus?* quem refert, & latissimè exornat *P. Bartol. de Pensier. Sacr. tit. Supplica d'un Peccatore penitente vers. E non sarà verso il fin. f. mihi* 145. & benè etiam *Card. Pallav. nell' Istor. del Concil. lib.* 12. *c.* 14. *n.* 16. ibi *& in dubbi gli conviene inchinarsi alla parte più mite, a fine di non accrescere difficoltà ad un Sacramento sì necessario, e sì arduo, oltre che gran parte della satisfazione è un così fatto rossore d'accusar se medesimo, ed aprir quella circostanza, la quale tal' ora è di più vergogna, che la sostanza dello stesso peccato.*

57 Dixi in *subitanea rixa*, quia si homicidium commissum sit ex proposito, tunc nulla habita ratione incertitudinis vulnerantis, omnes delinquentes ordinaria pœna tenentur *Gob. consult.* 85. *n.* 8. *& seq. Conciol. verb. Homicidium resolut.* 6. *num.* 8. ubi, quòd hoc procedit, sive unus, sive omnes vulneraverint, & sive omnia vulnera lethalia fuerint, sive unum tantùm. Ex principali verò conclusione benè inferunt *Ciarlin. contr.* 151. 17. *& Pignatell.* 53. *num.* 23. *tom.* 2. quòd attenta incertitudine circa qualitatem homicidii proditorii, omnes rei gaudere debeant Ecclesiastica immunitate; Si enim ob eamdem incertitudinem nemo ex delinquentibus ordinaria pœna puniri posset, multò minùs privandi sunt Ecclesiastica immunitate, ad quem effectum homicida debet esse certus, ad terminos notissimæ Bullæ Gregorianæ.

59 IX. Est sexus fragilitas, Regula enim est, quòd mulieres non tam graviter puniuntur, quàm mares, & in pœnis infligendis sexus rationem habendam esse, probat *Text. in c. Sicut dignum*, ibique *Gloss. Verb. Sexus de Homicid.* & latè *Tiraquel. de Pœn. temper. caus.* 9. *per tot. & Farin. quæst.* 98. pariter *per tot. Passer. in Trib. Regul. qu.* 28. *artic.* 2. *num.* 60. ubi hoc multipliciter limitat, & benè declarat, *& Peschuvitz de Jure & privileg. nobil. post tract. de Repræsal. sub num.* 27.

61 X. Est rusticitas personæ delinquentis, ea ratione, quia Rusticus præsumitur delinquere ex simplicitate, *leg. Si quis id quod*, §. 1. *Verb. vel Rusticitate, ff. de Jurisd. omn. Jud. Farin. quæst.* 98. *à num.* 19. *Tiraquell. de pœnit. temper. caus.* 10. *&* 11. *& Passer. in Trib. Regul. quæst.* 28. *artic.* 2. *n.* 59. *& Rayn. tom.* 2. *ad c.* 18. §. 7. *num.* 29. loquens in terminis criminis falsi.

Hac occasione, nota hic cum *Monacell. in formul. to.* 2. *tit.* 15. *formul.* 3. *numer.* 2. simplicitatem esse multiplicem, quarum una vocatur Columbina, & est illa, quam Christus Salvator nos docuit dicendo: *Estote prudentes, sicut Serpentes, & simplices, sicut Columbæ. Matth.* 10. Alia opponitur duplicitati, de qua sermo est, *Eccles.* 2. ibi -- *vel duplici corde* -- alia est simplicitas Juris, quæ segnities, seu inertia appellatur *in leg.* 3. §. *final. ff. de suspect. Tutor.* alia est simplicitas sexus, ut in Mulieribus, & alia demum est simplicitas erroris, ut in Rusticis, de qua locuti fuimus, & quæ apta est pœnas minuere.

63 XI. Est præstantia, & nobilitas personæ delinquentis, nam nobiles, & digniores mitiùs puniri convenit, quàm ignobiles, minúsque dignos, *leg. Pedius*, §. 1. *& leg. finali ff. de Incend. ruin. & naufr.* ibique *Gloss. Verb. Conditione leg. Aut damnum*, §. *In ministerium, ff. de Pœn. leg. Sacrilegii*, §. 1. *ff. ad leg. Jul. Peculat. leg. Annonam*, §. *Pœna, de Sepulchr. violat. cap. fin. de Pœn. & cap. Pastoralis, de Offic. Delegat. Farin. quæst.* 98. *à n.* 93. *Passer. in Trib. Regul. quæst.* 28. *art.* 2. *num.* 56. ubi hanc conclusionem limitat in 64

octo casibus, *& Zaul. lib. 4. rub. 1. n. 51. & seq.* ubi refert illos versus *Torquati Tassi cant. 5. ottava* 36.

Non die chi regna, nel castigo con tutti esser eguale,
Varia l'istesso error ne gradi vari,
E sol l'egualità giusta è co' pari.

65 Hac occasione observa, justitiam dividi ad nostrum effectum in distributivam, & commutativam; Distributiva justitia ea est, qua mediante, distribuuntur pœnæ delinquentibus, vel præmia dignis habito respectu personarum, earumque meritorum, ac demeritorum, in 66 qua consideratur proportio geometrica, & pœna formaliter, hoc est respectu doloris, non materialiter, seu respectu numeri percussionum, propter quam, ratione ejusdem delicti, Rei nobilis, & plebejus non æqualiter puniendi sunt, *Peschuvitz. in discursu de Jur. & Privileg. nobil.* impresso *post tract. de Repræsal. numer.* 27. Justitia 67 verò commutativa ea est, qua distribuuntur pœnæ delinquentibus, nulla habita consideratione qualitatis personarum, in qua consideratur pœna materialiter, non formaliter, cum proportione numerica, seu arithmetica, non au-68 tem geometrica, *Ptolem. Instit. crim. par. 1. lib. 1. tit. 1. de Justit. & Jur. fol. mihi* 10.

69 Principalem verò conclusionem limita in illis casibus, in quibus nobilitas delictum auget, puta in crimine læsæ 70 majestatis. Nam quò major in Principem est obligatio, & fides, eò severior fidei violatæ vindicta imponitur, *Peschuvitz. de Jur. & privil. Nobil. n.* 44. ubi *n. 1. in medio* obser-71 vat, nobilem dici à noscendo, eo quia illius nomen notum, & clarum sit in Republica, omissis sententiis aliorum, quorum aliqui asserunt, quòd nobilis dicatur quasi non vilis, vel quasi nobis lis, eo quia nobiles superciliosο 72 fastu turgidi, nil, nisi rixas, & lites spirent, per ea, quæ advertunt *Bald. in leg. Per adoptionem, n. 3. ff. de Adopt. & Vivius opin. comm. contr. commun. lib. 2. opin. 87. n.* 26. Limita 2. in pœnis pecuniariis, in quibus nobiles magis puniun-73 tur, quàm plebeii, juxta *Gloss. in Can. Non cogantur 3. distinct.* 41.

74 XII. Est insignis peritia delinquentis, nam propter excellens ejus artificium, & eximiam industriam, vel in totum ei pœna remittitur, quia excellens, & unicus in arte non debet mori, *leg. Ad bestias, ff. de Pœn.* & rationem adducit *P. Segner. nel Crist. instruit. par. 2. rag. 11. nu. 6. quando un artefice è singolare ne suoi lavori, ancorche per altro meritasse la morte, gli si perdona, per non privare il Mondo di quel vantaggio, che gli proviene da si belle Opere.* 75 Vel saltem mitiùs puniendus est, ut tradunt *Farin. quæst. 98. à num. 134. Passerin. in Trib. Regul. quæst. 28. art. 2. numer.* 57. ubi, quòd peritia debet esse in re commendabili, nec procederet conclusio in excellenti, & famoso Fure, *Pignatel. consult. 13. num. 9. tom. 9. & Scann. de Visit. Carc. lib. 1. cap. 2. n. 4. & seqq.* ubi *num.* 10. refert miseratione dignissimum casum *Accursii*, quæ refert etiam *Paul. Freherus in tract. vir. erudit. claror. impresso Norimbergæ anno 1688. to.* 76 2. *folio* 682. qui dum Bononiæ ducebatur ad Tribunal Justitiæ, alta voce exclamabat, *Ad bestias*, intelligendo dispositionem *dictæ legis*, quæ ad sui favorem militabat, 77 Magistratus autem credentes, se bestias vocari, eum quantò citiùs mori fecerunt. Ludens autem circa suum nomen in *leg. Facta, §. Sub conditione Verb. Conditio est, ff. ad Se-*78 *nat. Consult. Trebell.* lepidè dixit, appellatum fuisse Accursium, eò quia in Jure Civili vacillantibus, atque laborantibus opportunè accurrit, ut notat *D. Gravin. in Opuscul. de Ortu, & Progress. Jur. Civil. fol.* 224. Circa quod 79 dubitare videtur, *Alciat. lib. 9. Parerg. cap. ultim.* asserens, id ei non videri admodum verisimile. Imò idem *Alciatus lib. 2. Parerg. cap.* 28. credit, verba illa *d. leg. ad bestias*, 80 *sed si ejus roboris, vel artificii sint, ut dignius Populo Romano exhiberi possint, Principem consulere debent*, non de pœnæ alleviatione esse intelligenda, sed de traductione ad subeundam eamdem pœnam in Urbe, Circa quod tu lector cogita.

Non sic autem evenit *famosissimo Criminalistæ Farinacio*, de quo toties mentionem fecimus in nostris institutionibus, isti enim ob ejus peritiam, & excellentem scientiam pepercit *Clemens VIII.* sed Cardinali Salviato, pro ipso gratiam imploranti, respondit, *Farina ista bona est, vel pollis et potius, sed non saccus, cui illa includitur bonus est, [illegible], ac turpis*, ut referunt *Mezzamic. in vit. Cardin. [illegible] cap. 8. fol. 73. Mandos. in Bibliothec. Roman. vers. [illegible] Farinacius, & Jan. Niccius Erythræus, seu Joan. Victor. de Rubeis in Pinacoth. lib. 1. fol. 238. in ordine numer.* 132. *& Caferr. in Synthem. Vetustat. ad diem 30. Octobris*, ubi, quòd idem Author ita doctè, expeditè, & feliciter 81 scripsit, ut ex remotissimis Orbis Terræ Locis plures, non tam Urbis visendæ, quàm ejus cognoscendi gratia, Romam venirent, quod *de Livio* dixisse *D. Hieronymum*, refert ibidem *Caferrius*, & patet ex ejusdem Epistola ad Pau- 82 linum, impressa in principio Bibliæ ibi -- *Quos ad sui contemplationem Roma non traxerat, unius hominis fama perduxit*, & indicat *P. Segner. nella Pred. 10. al n. 9. in fin.* 83

XIII. Est mutatio Religionis, & status; Nam si quis, 84 post delictum commissum, ingressus fuerit Religionem, patrati delicti pœnam ampliùs luere non debebit, *Farin. qu. 8. nu. 104. & qu. 98. nu.* 144. Vel, si quis Judæus factus fuerit Christi fidelis, pro delictis ante baptismum commissis 85 minimè puniri poterit, *Far. q. 98. à n. 145.* & vidimus *supra lib. 3. tit. 5. n.* 83.

XIV. Est constitutio proprii filii in carceribus, facta per 86 Patrem, nam tunc regulariter non pœna ordinaria, sed extraordinaria, & mitior arbitrio Judicis est imponenda, *leg. Milites, §. Ad desertorem*, ubi *Gloss. Verb. Desertorem, ff. de Re milit. Far. q. 89. à n.* 264.

XV. Est diuturnitas temporis, lapsi à die commissi de- 87 licti, nam ex hoc capite minuenda est pœna, & delinquens extraordinariè puniendus, *leg. Si diuturno, ff. de Pœn. Farin. quæst. 10. num.* 84. Diuturnitas autem temporis in hoc casu erit respectu lapsus annorum decem, vel saltem octo *Farin. quæst. 10. n.* 68. Quòd si lapsus temporis sit 88 major, tunc nullo modo erit puniendus Reus, per lapsum enim annorum, viginti extingui omne delictum, probant *Guazzin. ad Defens. Reor. defens. 2. cap. 2. in princ. Conciol. Verb. Delictum resol. 7. per tot. & Antonell. de Tempor. legal. lib. 2. cap. 82. in princ.* & Rota in *Senogallien. Canonicatus, de Luchis* 23. *Junii* 1718. §. *Minoris coram Aldrovando*. Hæc tamen vera sunt in delictis, quæ temporis momento perpetrantur, veluti stuprum, homicidium, & similia, quia, si agatur de aliis delictis successivis, nempe de matrimonio, scienter contracto in gradu prohibito, vel hæresi &c. eò graviùs puniendus est Reus, quò diutius in il- 89 lis permanserit, *cap. Non debet, de Consanguinit. & Affinitat. & Tiraq. de Pœn. tempor. caus. 29. n.* 3.

XVI. Est numerus filiorum; Mitius enim agendum est 90 cum eo, qui plures habet filios, & hoc attento eorumdem filiorum favore, *leg. unic. §. Si plures, ff. de Portion. quæ Liber. damnat. conced.* cum aliis apud *Tiraquel. de Pœn. tempor. caus.* 26. & vidimus supra *tit. 6. n. 56. & 57.*

Quod verum intellige de filiis veris, seu legitimis, & na- 91 turalibus, non autem de allectis per fictionem in alicujus familiam, qui modus frequenter practicari etiam solet cum Religiosis, qui, justis de causis, eorum Superioribus, benè visis, affiliantur aliquando Conventibus, seu Mona- 92 steriis, diversis ab illis, in quibus professionem emiserunt, quæ professio operatur veram filiationem.

Ad hoc autem, ut valida sit hujusmodi affiliatio, tria concurrere debent, Licentia scilicet Superioris; Consen- 93 sus Religiosorum illius Conventus, cujus erat filius; Et similis consensus Religiosorum alterius Conventus, in quo fit affiliatio, ut notat *Fontan. ad Constit. Ord. Prædic. verb. Affiliationes n.* 4.

Circa consensus Conventus à quo, nota hìc, quòd ille dispensatus fuit quatuor Religiosis Conventualibus 24. Aprilis 1705. qui affiliati fuerunt Conventui S. Mariæ Gratiarum Albani, cum sequenti tamen Clausula. *Ita tamen, ut omnia bona, & eleemosyna ab omnibus quomodocumque hucusque acquisita primo Conventui incorporata intelligantur.*

Ut plurimum verò in controversiam deduci solent in 94 Sac. Cong. Episcop. & Regul. similes affiliationes ab illis Religiosis, veris quidem filiis illius Conventus, in quo fiunt, sed in aliis Conventibus Religionis, à Superioribus legitimè collocatis, prætendendo, ad eamdem affiliationem concurrere debere ipsorum, etiam absentium votum. 95 Verùm Sac. Cong. talem prætensionem reiicere semper solet, *quando non constat de præmeditatione, & fraude Superiorum*, illos data opera mittentium ad alios Conventus, & meritò, quia alias duplex haberent votum, unum in 96 Conventu, in quo reperiuntur, & aliud in illo, cujus sunt filii, adversùs magistralem, *Gloss. in cap. 2. verb. Ipsorum, de Testib. in 6.* quam totum Mundum ad hoc proban- 97 dum allegare, advertunt *Abb. in cap. Cum injuncto n. 10. & Fagnan. num. 52. de Testib.* Et rationem assignat *Donat. Rer. Regular. tom. 4. tract. 5. quæst. 3. numer.* 12. advertens, ho- 98 mine

mine Conventus, non venire singulares personas, illius filios, alibi dispersas, & in diversis Conventibus collocatas, sed Religiosos illos, qui dictum Conventum, & Communitatem tempore affiliationis componunt, & constituunt, & Partibus acerrimè informantibus, resolvit *Sacr. Congreg. Episc. in Eugubina 29. Martii, & 27. Aprilis 1703. Ponente Eminentiss. Tanara*, in qua, nedum admissa fuit pro valida aggregatio P. Pagnini ad Monasterium S. Petri Eugubii, Congreg. Olivetanæ, sed ulteriùs, in concursu verorum filiorum ejusdem Monasterii, prælationem obtinuit ad Abbatiam, tunc vacantem, non obstante, quòd aggregatio facta fuisset cum solo consensu, & præsentia duorum, ex 14. Religiosis, veris filiis ejusdem Monasterii, quorum 12. tempore aggregationis, moram faciebant in aliis Monasteriis Religionis, *Et in Neapolitana Affiliationis 11. Aprilis 1704 ad relationem Eminentiss. Gabrielli*, in cujus terminis major pars Religiosorum Conventus S. Antonii, extra Portam Medinam Neapolis, Ordinis Minorum Conventualium S. Francisci, cui facta fuit affiliatio P. Mag. Bonaventuræ de Nicolao, moram faciebat in diversis Conventibus Religionis.

Dixi, *quando non constat de præmeditatione, & fraude Superiorum*, quia istæ nemini patrocinari debent, & quatenus de illis constet, annullandæ sunt affiliationes, cum omnibus illarum dependentibus, annexis, & connexis.

In dubio autem omnis interpretatio adversùs talem fraudem, & dolum sumenda est; Si enim in nullo genere personarum præsumuntur, multò minus præsumi debent respectu personarum Religiosarum, ut post *Textum in leg. Dolum, ff. de Dol.* observat *Rot. in decision. 512. num. 3. & dec. 808. num. 21. par. 18. rec. & in Romana Pecuniaria super exhibitione 31. Januarii 1695. §. Elicuitur coram R. P. D. Mut. & vidimus supra lib. 1. tit. 1. num. 29.* Et practicavit *Sac. Congreg. Episc. in cit. Eugubina*, cujus circumstantiæ illam aliqualiter suadebant, dum ex 14. filiis Monasterii, duo solùm decrepiti & ferè desperatæ salutis, affiliationis tempore in ipso reperiebantur; *Et in dicta Neapolitana 11. Aprilis 1704* in qua eadem Sacra Congregatio, nedum attendere noluit affectatas attestationes, & depositiones aliquorum Religiosorum, sed nec etiam Relationem P. Procuratoris Generalis circa prætensas violentias, & metum, quibus asserebatur procurata affiliatio.

Solet pariter eadem *Sacr. Congreg. Episc.* præ oculis habere bonas qualitates Religiosi affiliati, quo casu, etiamsi aliqua concurrat nullitas, vel solemnitatis defectus, solet illas sanare, vel per seipsam, quando illius facultates ad id se extendunt, vel rescribere ad D. Secretarium cum Sanctissimo pro sanatione, quando agitur de defectu, qui Summi Pontificis authoritate sanari, & suppleri debet, ut loquendo in terminis electionis, & testando de stylo Apostolicæ Sedis observat *Card. de Luc. de Regular. disc. 1. num. 94. & 95. disc. 2. num. 2. disc. 3. num. 5. disc. 11. num. 12. & disc. 53. num. 4.* & practicavit *Sacr. Congreg. Episc. in Quiten. 24. Aprilis 1693. Ponente Eminentiss. Nigrono* mediante rescripto, *Cum Sanctissimo pro sanatione Capituli cum omnibus inde sequutis*, confirmato *die 21. Augusti ejusdem anni ad relationem Eminentissimi Mariscotti*.

XVII. Est voluntaria, & spontanea criminis confessio antequam Reus de illo convictus sit, *leg. 1. C. Ne Tutor. vel Cur. Vectig. conduc. & Tiraqu. de Pœn. tempor. caus. 30. num. 1.* ubi *num. 2.* quòd interdum omninò parcitur spontè confitenti *Calvin. de Æquit. lib. 3. cap. 300. per totum* ubi, quòd id non procedit, quando Reus priùs negavit delictum, quod postea spontè fatetur, & *Zaul. lib. 4. rubr. 26. num. 1.* Quæ omnia practicantur, etiam in Tribunali Sanctiss. Inquisitionis, coram quo spontè comparentes, & antequam ex testibus, vel legitimis indiciis fuerint de eorum criminibus convicti, nedum mitiùs solent puniri, sed multoties cum solis pœnitentiis salutaribus dimitti, ut observat *Menghin. nella Prat. del Sant. Offic. part. 4. tit. Modo di ricevere la depositione di un' Eretico spontè comparente*, & ibidem *Pasqualon. in adnot.*

XVIII. Sumitur ex magnis meritis, & beneficiis, in Rempublicam collatis, vel ab ipso delinquente, vel ab ejus majoribus, & conjunctis, nisi agatur de delicto atrocissimo *leg. 2. §. Cum Appius, ff. de Origin. Jurib. Clar. in Prax. qu. 60. num. 23. & Passer. in Trib. Regul. quæst. 28. art. 2. numer. 58. Nicol. in Floscul. verb. Pœna sub num. 19. Azaved. lib. 8. Recopil. tit. 21. leg. 1. num. 54 Tiraquell. de Pœn. temper. caus. 49. num. 13. & seq. & Rayn. tom. 2. cap. 21. §. 1. num. 204. & Pignat. consf. 13. nu. 2. tom. 9.*

XIX. Ex anteacta vita, quando scilicet Reus vitam immunem ab omni crimine ante duxit *leg. Omnes, & L. Desertorum, §. Is qui, ff. de Re milit. Rayn. tom. 2. ad cap. 18. §. 7. num. 55.*

TITULUS VIII.

De Sententia, Gratia, & Abolitionibus.

Sententia dicitur à sentiendo; Judex enim secundùm id, quòd sentit, proferre sententiam debet *Leg. Sicuti, §. Sed si quæritur, ff. Si servitut. vendicat. Marant. de Ordin. Judic. part. 6. princip. numero 3. & Brugiot. Institut. Crimin. libr. 4. titul. 19. numero 2. & seqq.* Est autem sententia *definitio Judicantis, controversiæ finem imponens, mediante absolutione, vel condemnatione Ridolph. in Prax. par. 3. cap. 2. num. 45.* Cujus definitionis verba cùm sint nimis clara, majori explicatione non egent.

Dividitur sententia in definitivam, & interloquutoriam *Guidop. dec. 12. num. 6. & Brugiot. Institut. crimin. lib. 4. tit. 19. numer. 4. & seqq.* Definitiva est illa, quæ principali controversiæ, servatis omnibus servandis, finem imponit; Interloquutoria verò illa, quæ fertur inter principium, & finem causæ, circa incidentia, vel emergentia illius *Ridolph. in Prax. par. 3. cap. 3. num. 47 & 102.* ubi *numero 105.* tresdecim enumerat differentias inter Sententias definitivam, & inter loquutoriam, quas ponit etiam *Marant. de Ord. Judic. 3. par. sext. part. princip. action. 1. num. 3. & seqq.* Cùmque eadem incidentia, & emergentia plura esse possint, plures pariter in eadem causa ferri possunt interloquutoriæ sententiæ *Cappuc. in Prax. part. 2. capit. 7. articul. 1. numero 2. & seqq.*

Subdividitur sententia definitiva in condemnatoriam, & absolutoriam. Condemnatoria est illa, quæ mediante, Reus condemnatur ad luendas pœnas, delicto correspondentes, ad quem effectum juxta monitum *Pellegr. in Prax. crimin. part. 4. sect. 16. num. 1. & seqq.* Judex præoculis habere debet, & diligenter ponderare causæ merita, & omnes delicti circumstantias, nec non ad illius prolationem devenire ex solo zelo Justitiæ, ipsiusque amore, & inclinatione, non autem ex odio, cupiditate, avaritia, vel alia animi passione, ne sententia iniquissima dicatur, conformisque sit illi Pilati, contra Dom. Nostr. Jes. Christum, cujus tenorem per extensum refert *Nicol. in Floscul. Verb. Judicium, numer 1. in fine.*

Absolutoria verò sententia illa est, qua mediante, prætensus Reus à delicto, quod ei imputabatur, absolvitur, quod quatuor modis potest contingere. I. Ex capite innocentiæ. II. Ex hactenus deductis in processus Reum absolvendo ab observatione judicii, ob ineptitudinem libelli, vel accusationis. III. Ex defectu probationum indiciorum, & IV. Vigore transactionis, seu compositionis *Pellegr. in Prax. crimin. part. 4. section. 17. numero 1.*

Circa efficaciam, & importantiam absolutionis ex hactenus deductis vide Rotam in Bovinen. Archidiaconatus 27. Junii 1712. & 2. Junii 1713. coram Scotto, ubi latè impressa apud Monacell. *tom. 4. formul. decis. 13. & 14.*

Ex quibus primus dumtaxat modus importat veram, & propriam absolutionem, & taliter absolutus ampliùs molestari nequit pro eodem delicto, juxta regulam *Text. in leg. Licet, §. In factum, ff. Naut. Caup. & Stabul.* de qua *Farinac. quæst. 4. num. 1. & seqq. Giurb. cons. 53. num. 17. & 18. & Ursell. conclus. legal. 12. num. 1. & seqq.* Imò, quòd absolutus ex capite innocentiæ, dicatur magis innocens, quàm si non fuisset accusatus, notabiliter advertit *Cassiodor. lib. 4. epist. 44.* dicens *Sanctitatis Vestra animus non gravetur, nec se fallacibus verbis doleat accusatum, quia multò major est opinio purgata, quàm si desinentibus querelis non fuerit impetita.* Secus autem, si senten-

sententia uno ex aliis modis prolata sit, quia tunc infamiam, ex illa resultantem, nullatenùs tollit *Pignatell. consult.* 155. *tom.* 4. ubi ex hac regula benè infert quòd non debeantur distributiones Canonico carcerato, quando uno ex dictis tribus capitibus fuit absolutus.

Circa quod vide apud *Monacell. tom.*1. *tit.*2. *formul.*6. *numero* 16. *fol.* 44. ubi multos citat. Et cum cujus authoritate processit *Sacra Congregat. Concilii in Ripana Punctaturarum* 17. *Martii* 1714. vide *Lauretana Distributionum* 19. *Settembris* 1722. *Congreg. Concilii*.

Ultra quod in his terminis, novis supervenientibus indiciis, potest Reus iterum molestari, etiam ab eodem Judice *Sperel. dec.* 134. *num.*65. *& Conciol. verb. Absolutio resol.*1. *num.*2. Multòque magis ab alio Judice, puta delicti, domicilii &c. meliores habente probationes contra Reum, taliter absolutum, cujus manus ligatæ non fuerunt à dicta qualificata sententia alterius Judicis *Clar. in Prax.* §. *fin. quæst.* 57. *num.*2. *& Conciol. verb. Absolutio resol.*4. *num.*7.

Eodem pariter modo, nedum potest, sed debet Judex procedere contra Reum, non obstante transactione, seu compositione cum Parte offensa, nè crimina, præsertim atrocia, impunita remaneant *Pellegr. in Prax. Crimin. part.* 4. *section.* 10. *& Zaul. tomo* 1. *libr.* 4. *rubric.* 29. *numero* 3. ubi de consuetudine, nedum totius Italiæ, sed totius ferè Orbis, & *Mastril. decis.* 207. *numer.* 2. *& seqq.*

Dixi *crimina atrocia*, quia, si agatur de levibus, vel de iis, in quibus non potest procedi, nisi ad querelam Partis, superveniens remissio ejusdem omnem tollit Processum, & accusatus venit absolvendus *Farinac. quæst.*4. *num.*34. *Mastril. dec.*207. *num.*9. *& Rev. Zaul.* qui dum hæc imprimuntur meritissimè Vicegerentis Officium in Urbe cum laude exercet ad *Stat. Favent. t.*1. *lib.*4. *rubr.*29. *num.*6.

Nota hìc *ex Rayn. tom.* 3. *cap.* 32. *supplet.* 2. 19. quòd relaxatio cum cautione de se repræsentando, facta causa cognita, absolutionem importat eodem modo ac absolutio ex hactenus deductis, vel ex quo non fuit repertus culpabilis, ubi testatur, quemdam Eminentissimum Judicem, hoc non potuisse percipere.

Nota 2. quòd licèt regulariter non soleant Judices directè absolvere Reos ex capite innocentiæ, sed ut plurimum, tamquam repertos non culpabiles, ut observant adducti *per Rot. in dec.*267. *numer.* 11. *& seqq. par.* 12. *recen.* Ea forsan ratione, quia idem sit, aliquem esse innocentem, ac repertum non culpabilem. Quando tamen de eadem accusati innocentia clarè constat, ipsum ex eodem innocentiæ capite absolvere omni jure tenentur neque arbitrium in hac parte habent aliter pronunciandi, quia absolvere, vel condemnare debent Reos ad formam, & tenorem probationum, quæ resultant ex Processu, & ita, post acerrimam Causæ discussionem, practicatum *fuit die* 29. *Aprilis* 1705. *à Congregatione particulari* deputata à SS. D. N. CLEMENTE XI. in Causa P. Mag. Thomæ Ricii Carmelitæ, per inauditam summamque calumniam accusati, & processati de furto sacrilego.

Similem sententiam ex capite Innocentiæ, quam pronunciavit san. mem. Pius IV. favore Cardinalis Moron. die 13. Martii 1560. vide apud *Card. Pallavicin. nell' Istoria del Concil. lib.* 14. *cap.* 15. *num.* 3. *vide Guazzin. ad defens. Reor. defens.* 2. *capit.* 7. *num.*12. *Farinac. de heres. quæst.* 185. *num.* 173. *Albin. de Inconst. in Judic. Fid. par.* 1. *cap.*25. *num.* 113. Atque ità servatum fuit favore Hieronymi Alphani à Congreg. Crimin. Gubernii Almæ Urbis. *In Perusina falsæ Monetæ* 26. *Novembris* 1711.

Pro sententiæ validitate, licèt in civilibus nullatenus requiratur, quòd in illa exprimat Judex causas, ex quibus ad sententiandum movetur *c. Sicut, de Sent. & re jud. & l. Præses, Cod. de Sent.*

In criminalibus tamen contrarium observatur in praxi ut advertunt *Clar. in Prax. quæstion.* 93. *numer.* 2. *& Guazzin. ad Defensor. Reorum defensor.* 35. *capitulo* 5. *numero* 2. ubi testatur de Stylo Curiæ Romanæ.

Requiritur præterea, ut priùs scribatur, & postea verbaliter proferatur, & recitetur, juxta *Text. in c. fin. de Sent. & re jud. in* 6. *& leg.* 2. *&* 3. *Cod. de Sent. ex brevic. recit.* Sed in praxi ferè in tota Italia, nec unum, nec alterum observatur, teste *Clar. in Prax. quæst.*93. *num.*2. Ulteriùs requiritur, quòd illa non feratur de nocte, sed de die *c. Consuluit, de Offic. & potest. Judic. deleg.* ubi *Gonzal. num.* 5. *Polet. lib.* 1. *Historiar. cap.*11. *Rip. de Nocturn. tempor. cap.* 134. *numer.* 7. *&* 18. *Anton. de Temp. legal. lib.*4. *cap.* 9. *numer.* 2. *& Brugiot. Instit. Crimin. lib.* 4. *tit.* 19. *numer.* 26. Præcipuè quando æquè benè ferri potest de die, nullumque adest publicum aut privatum ex dilatione præjudicium, juxta animadversionem *Senec. lib.*3. *de Ira c.*18. ibi *Quid instabat? quod periculum, aut privatum, vel publicum una vox minabatur? quantulum fuit lucem expectare &c. quod tam inauditum, quàm nocturnum supplicium*, quem refert, & sequitur *Gonzal. ubi supra num.*5.

Alia requisita pro validitate sententiæ in criminalibus latè enumerant *Pellegr. in Prax. Crimin. part.*4. *sect.* 16. *& sect.*17. *per tot. & Passer. in Trib. Regul. quæst.*29. *art.* 3. *per totum* ubi undecim explicat & exornat requisita ad hoc, ut sententia valida sit, & *Brugiot. Inst. Crimin. lib.*4. *tit.*19. *num.*8. *& seqq.*

In civilibus alter datur modus terminandi causas, præter illum sententiæ, & consistit in promulgatione Laudi, vigore compromissi; quod solent facere Partes in personam benè visam, ut plurimum cum amplissimis clausulis ad hoc, ut vim habeat obligandi compromittentes ad illius observantiam; Verum tamen est, quòd, asserente se gravato uno ex compromittentibus, ut notat egregiè *Rot. in Romana Concordiæ* 15. *Junii* 1696. *in princip. cor. Rev. Molines*, usque adhuc nulla potuit à DD. adinveniri cautela, tollens remedium reductionis ejusdem laudi ad arbitrium boni Viri, itaut loco amputandi lites, eas potiùs reddat compromissum longiores, & concedente lege tres instantias, idem compromissum producat quartam, quod observat etiam *Card. de Luc. de Judic. disc.* 11. *num.* 4. Et de reductione ad arbitrium boni Viri Laudi, à Partibus emologati loquitur *Andreol. contr.* 284. *num.* 2. Et de reductione pariter ad arbitrium boni Viri illius laudi, cui jurisjurandi Religio firmitatem addidit, *est decis.*49. *num.* 10. *coram Pamphil.* ibique *Adden. num.*15. Et de utroque *eadem Rota in Romana, seu Januen. Laudi* 26. *Februarii* 1698. §. *Scribentes coram Eminentiss. de la Tremoille.*

Adverte hìc, quòd si Judici ex privata scientia notum sit, Titium non occidisse Cajum, puta, quia ipsemet viderit Sempronium occisorem, & ex actis, & testibus eidem constet, Reum occisionis esse Titium, sequi debet in judicando probationes judiciales, non autem privatam, scientiam *D. Thom.* 2. 2. *quæst.*67. *art.*2. & latè *Passer. in Trib. Regul. qu.*28. *art.*2. *num.*34. *& seqq.* ea ratione, quia quod non est in actis dicitur esse extra Mundum, & Judex secundùm acta, & probata judicare tenetur, juxta communia axiomata. Benè verùm est, quòd ante sententiæ prolationem tenetur facere quantum in se est, pro liberando eum, qui ex actis constat esse Reum, & revera talis non est, vel scilicet monendo accusatorem, & testes vel istos repellendo à testificando ex aliquo defectu, vel etiam ex minima inhabilitate, vel diligentissimè interrogare, signanter de facti circumstantiis, & similia alia faciendo, quæ docet *Passer. in Trib. Regul. quæst.*29. *art.*2. *num.*36. *& seqq.* ubi *num.*40. *vers. Quartò*, quòd potest etjam, dummodò sine scandalo fieri possit, carcerum Januam apertam relinquere, ad hoc, ut innocens aufugiat quod admittit *Sanchez. de Matrim. lib.*7. *disp.* 37. *sub nu.* 13. Vide *Monac. in Formul. tom.*2. *tit.*5. *formul.*11. *nu.*14. Ego autem in his circumstantiis sequendo monitum *Valasc. de Judic. perfect. rub.*14. *annot.*3. *& Card. de Luc. de Judic. disc.* 22. *num.* 3. à judicando omninò abstinerem. Principem rogando pro deputatione alterius Judicis, coram quo testimonium ferrem de innocentia prætensi Rei ad evitandum ea, quæ parum absuit evenisse *Raynaldo*, ipso referente in *tom.* 3. *ad cap.*34. §. 12. *num.* 19. ubi, quòd anno 1675. quando erat Judex Criminalis in Civitate Bononiæ condemnavit in pœnam mortis quinque prætensos Reos, qui tales ex Processu apparebant, & ex accidenti dilata exequutione sententiæ, reperti deinde fuerunt innocentes, & veri Rei laqueo suspensi. Alia similia exempla usque ad 42. refert *Oldephop. in append. ad obser. crimin. & Scann. de Visit. Carc. lib.* 2. §.7. *cap.* 1. *per tot.* Atque in Civitate Ravennæ, adest lapis, positus in honorem cujusdam nobilis de Amaduccis, qui confessus delictum, quod ab alio perpetratum fuisse constitit, fuit miserè capite plexus, & de S. Conrado in Breviario Franciscanorum ad diem 19. Februarii, & *à Franc. de Remoral. consult.* 13. *num.* 3. refertur, quòd cum aliquando vena-

venationis causa, cui multùm deditus erat, jussisset incendi vepres, ubi feræ latebant, ignis, ultra quàm voluit, dilatatus, proximos agros fœdo vastavit incendio, pro quo, tamquam Reus, homo infimæ plebis vi tormentorum confessus, ad supplicium ducebatur, tunc verò Conradus, conscientia excitatus, innocentem homunculum de carnificis manibus eripuit, seque ignis authorem confessus, divenditis omnibus bonis, Dominis illata damna compensavit.

36 Quæ omnia vera sunt, etiam in Principe Supremo, non enim Jus habet contra vitam subditorum, nisi adsint testes, deponentes de delictis, ut latè probat *Card. de Lug. de Just. & Jur. disput.37. sect.5. per totum Ant. Guill. Eth. in Palestr. Aulice juridic. exerc.31. vers. Id doctè*, ubi, quòd ita, consultus à Præside Bononiæ, respondit Azo, *& Rayn. tomo 1. observ. proem. §.6. nu.80.*

37 ubi, quòd cum Henricus II. Galliæ Rex, quemdam delinquentem, in capitali crimine à se deprehensum, ad rogum duci juberet, Anna Mormorantius modestè restitit, dicens, neminem damnari posse, nisi sceleris convictum, cùm verò Rex jurejurando testaretur, se illum in scelere nefario deprehendisse, suaserunt Consiliarii, ut judicium, & supplicium in noctem differretur, nè Populus rei novitate turbaretur, qua nocte Reus, jussu Regis, in flumen demersus est.

38 Adverte 2. quòd Judex Criminalis secretam omninò tenere debet sententiam ante prolationem, juxta *text. in leg. Ubi falsi, Cod. Ad leg. Corn. de Fals.* Si enim omnia acta judicialia secretò tractanda sunt, ut advertit *Decian. lib. 7. capitul. 17. numero 25.* multò magis id procedit in sententiis, & aliter faciens Judex puniri potest, ut probat *Amenus de Delict. & Pœn. titul. 5. §.6 numero 11.* ubi *numero 12. ex Boss. in Prax. crim. tit. de Carcer. fidejuss. Comm. numero 30. & seqq.* observat,

39 eamdem obligationem habere etiam Senatores circa ea, quæ in Senatu discutiuntur, & refert, quemdam Senatorem Cæsenensem capite fuisse truncatum, eo quòd revelaverat sententiam, conclusam quidem in Senatu, sed non adhuc publicatam.

40 Adverte 3. quòd in criminalibus sententiæ nunquam dicuntur conformes, nisi in omnibus concordent quoad pœnam, in illa contentam, unde, si una condemnet Reum ad triremes, per quinquennium, alia verò per triennium, nullatenus dicuntur conformes, nec etiam in triennio *de Luc. ad Ventrigl. tit. de sent. conform. adn.*

41 *unic. numero 61.* Dixi *in Criminalibus*, quia in Civilibus id non procedit, sed dicuntur conformes in eo, in quo concordant *Rota decis.519. numero 1. parte 18. recentior.*

42 Adverte 4. quòd licèt permissum sit ex Summi Pontificis dispensatione Prælatis, & aliis Ecclesiasticis Superioribus, sententiam in causis sanguinis, in certis casibus proferre, non tamen possunt executioni sententiæ se immiscere, absque irregularitatis incursu, minùsque consilium, vel præsentiam præstare eidem executioni *cap. Ex literis, de Excessib. Prælat. & Pignatell. consult. 19. numero 1. tom.7.* ubi *ex Fælin. in cap. Si quando num .3. de Rescript. & Joann. de Lignan. in cap. Sententiam in fin. Nè Cler. vel Monach.* observat casum, qui evenit

43 Hostiensi, Legato in Civitate Bononiæ, Cùm enim quidam Reus, capitali pœna condemnatus, petiisset, & obtinuisset admitti ad ipsius præsentiam, prætextu

44 ei revelandi aliquid arduum, comperto, quòd nihil ardui dicebat, turbatus Legatus, dixit *suspendio necetur*. Illo autem clamante, vultis esse irregulares, respondit Legatus, *maledictus, qui te docuit*, eum-

45 que remissum ad carcerem, postea liberavit. Refert pariter alium similem casum ex eodem *Fælin. ubi supra*, in quo ob scandalum populi quis fuit liberatus à pœna mortis. Jusserat enim Joannes Papa XIII. quemdam no-

46 bilem Romanum capite plecti, at ille multùm exclamabat, quòd Papa esset irregularis; cùmque Populus de Pontificis irregularitate scandalizaretur, jussu Papæ liberatus fuit.

47 Nullam tamen incurrunt irregularitatem personæ Ecclesiasticæ, absque ulla Pontificis dispensatione, vel intervenientes tamquam Principis Consiliarii in conditione Legum, imponentium pœnam mortis, vel ipsimet easdem leges condentes ubi temporalem habent jurisdictionem, & ratio est, quia Conditores legum, illorum-

48 que Consiliarii, per legum promulgationem, non intendunt homines occidere, sed pœnarum timore à malis, & delictis illos arcere, ut observant *Bellett. Disquisit. Clericor. part. 1. titul. de Disciplin. Clericor. Paragrafo 5. numero 25. Rota decision. 172. numero 20. & seqq. par.9. recent.*

49 Adverte 5. quòd irregularitas nullatenus incurritur à Clerico, exercente criminale aliquod officium, seu Judicaturas, si sævis se non immisceat, & in causis sanguinis judicium non proferat; Ex sola enim assumptione ejusdem officii, & judicaturæ, talis irregularitas nullatenus contracta dicitur, ut, re maturè perpensa, rece-

50 dendo à resolutis *die 3. Martii 1703.* respondit Sacr. Congregat. Concil. *in Sancti Severini Irregularitatis 2. Junii ejusdem anni 1703. libr. 58. Decr. fol.413.*

51 Ex qua resolutione insubsistentia apparent fundamenta *decisionum 69. & 216. coram Cels.* in quibus firmatur, quòd per solam assumptionem militiæ sæcularis, pensio irrevocabiliter amittatur, etiamsi Clericus sævis non se immisceat, & postea habitum reassumat, ut in specie, eisdem decisionibus respondendo, observat *Card. de Luc. de Pension. disc. 46. per totum* & signanter *numero 8. & 15.* ubi, quòd reproposita eadem causa coram Albergato, sensus erat recedendi, qui tamen non fuit propalatus ob reverentiam dd. decisionum, & alterius coram Verospio, quodque à pluribus Rotæ Auditoribus percepit, recessum sequi debuisse, nisi mors collitigantis finem posuisset controversiæ.

52 Adverte 6. Tribunal S. Rotæ non esse solitum se ingerere in cognitione sententiarum criminalium, ut pluries protestatum fuit. & signanter *in decis.513. num.14. par.18. rec.* ubi alii allegantur.

53 Adverte 7. prætextu æquitatis non scriptæ, in concursu legis claræ, & contractus literalis, non esse locum sententiæ, innixæ eidem æquitati, quæ in hoc casu vocatur potiùs duplex iniquitas *à Conciol. alleg. 50. numer. 38. & 39. Andreol. contr. 92. numer. 17. in fin. & Gob. consult.97. numero 40.* ubi, quòd Judex sequi debet æquitatem legis, non proprii capitis, nè, contra admittentes talem æquitatem, deprecari contingat id,

54 quod de Parlamento, & magno Consilio refert *Franc. Marc. decis.3. in fine part.1.* nempè, *ab illius æquitate, & expedienti liberet nos Deus, & Gratian. discept. for. 639. num.25. & seqq.* ubi *numero 27.* quòd quidam Amicus blandè redarguit Judicem illum, qui sententiam æ-

55 quam voluit dare, præoculis nimirum habendo æquitatem, asserendo fuisse equam, sed sine diphtongo,

56 Cum quo coincidit lepida illa responsio Bulgari Federico Cæsari, qui incedens medius inter eumdem Bulgarum, & Martinum, ejus æmulum, eosdem interrogavit, cujus nam esset merum imperium? Martinus solius Cæsaris respondit, Bulgarus verò, non Cæsaris tantùm, sed, & Præsidum Provinciarum: Gratior autem fuit Imperatori assentatio Martini, cui proinde equum donavit; Cùmque Martinus in sua permaneret opinione ambigua illo ludo solitus erat dicere, ipsum æquum dixisse, equum verò abduxisse Martinum; Quod factum referentes *Card. Baron. anno 1158. ante finem, & Pac. Jordan. var. lucubr. tom.3. tit. de Jurisd. num.10.* observant, eumdem Martinum nihil veri unquam dixisse, fuisseque taliter obstinatum, & cervicosum, in substi-

57 nendis ejus opinionibus, quamvis erroneis, & singularibus, ut quod semel dixisset, omni conatu tueri perseveraverit, adeòut in vulgare proverbium ejus durities apud Juris Consultos in hanc usque diem pertransierit, ut Martinum appellent, qui suæ ipsius sententiæ singulari, pertinaci studio adhæreat.

58 Omnia hæc, quæ de æquitate diximus, multò magis procedunt circa Testamentorum interpretationes, in quibus prætextu æquitatis, & verisimilis voluntatis non est ab illorum clara lectura recedendum, ut recedendo à resolutis *die 1. Julii 1697.* magistraliter respondit *Rot. in Romana, seu Januen. Legati 5. Maii 1698. per totam coram R. P. D. Tremoille*, & signanter in, §. *Quia æquitas*, in quibus decisionibus plenissimè æquitatis materia enucleatur.

59 Si autem quæras hìc, in quibus casibus causa criminalis civili præjudicet, vel è contra, Respondeo, regulam esse, quòd si causa civilis priùs intentata sit, vel è contra, & una est alteri præjudicialis, vel, quando ambo causæ non se compatiuntur ad invicem, sive una sit civilis, & altera criminalis, sive ambo civiles, vel etjam ambo criminales, supersedendum est in ea, quæ no-

60 vissimo loco fuit introducta, *Farinac. consil. crimin. 21 num. 1.*

*num.*1. *lib.*1. ibique pleniſſimè *Adden. litera, Cod. Verſ. Non eſt, Prat. reſp. crimin.* 14. *num.*3. *& ſeqq. Guazz. ad Defenſ. Reor. defenſ.*1. *cap.* 24. *numero* 3. *Adden ad Pamphil. deciſ.*6. *numero* 5. *Rot. dec.*98. *per totum coram Put. lib.*1. *& deciſ.* 123. *numer.*3. *& ſeqq. coram Cocin. & deciſ.* 320. *numero* 1. *&* 3. *deciſ.* 370. *numero* 1. *par.* 19. *recen. & apud Antonell. de Jur. Clericor. deciſ.* 40. *numero* 7.

61 Quod eſt adeò verum, ut criminale Judicium, poſt introductam cauſam coram Judice civili intentatum, non ſolùm ſilere debeat, ſed, tamquam attentatum ſit revocandum *Adden. ad Pamphil. d. deciſ.* 6. *numero* 5. *Verſ. Imo, & Rot. deci.* 208. *numero* 2. *&* 3. *cor. Celſ. & dec.* 493. *per totum coram Royas, & dec.*29. *numer.*1 62 *par.* 16. *recen.* Ratio eſt, quia, ſi ambæ cauſæ eodem tempore coram diverſis Judicibus cognoſcerentur, poſſet dari ſententia contra ſententiam, ut obſervat *Ridolphin. in Prax. part.* 3. *capitul.* 1. *numer.*111. & firmavit *Rot. deciſ.* 174. *numero* 3. *part.* 9. *recen. & dec.*370. *num.*19. *par.* 19. *rec.*

63 Ex triplici autem fonte manare poteſt, quòd una cauſa ſit alteri præjudicialis. I. Quando ſententia lata in in uno Judicio parit exceptionem rei judicatæ in alio *Via in Summ. Jur. Canon. lib.* 3. *tit.* 1. *de Judic. civil. & crim. verſ. Praeminentia Adden. ad Farin. conſil.*21. *lit. D. lib.* 1. *Vermigl. conſ.* 154. *numero* 3. *Guazzin. ad Defenſ. Reor. defenſ.* 1. *cap.* 24. *numero* 25. *Adden. ad Gregor. dec.* 470. *numer.* 17. ubi, quòd non eſt neceſſe, 64 quòd in effectu, & revera pariat, ſed ſufficit, quòd poſſit parere exceptionem rei judicatæ in alia, quod firmavit etiam *Rot. coram Burat. dec.* 415. *num.* 1. *& coram Dunoz. jun. deciſ.* 785. *numero* 5. *& coram Caval. dec.* 343. *num.*1. *& in par.* 19. *recen. deciſ.* 370. *numero* 20. ubi, quòd ſufficit ſola poſſibilitas præjudicii, II. Quando una cauſa reſpicit legitimationem perſonarum, & in ea obiicitur aliquid, quod agentem ab actione repellit, puta, quando contra Actorem opponitur de excommu-65 nicatione, ut exemplificant *Adden. ad Farin. & Guaz. in locis proximè citatis, & Cravet. inter Conſ. Crimin. diverſ. conſ.* 74. *numero* 5. *lib.* 2. Vel quando in cauſa civili petitur exequutio alicujus inſtrumenti, & in criminalibus prætendatur uſurarium, priùs enim videndum eſt, an ſit validum, vel uſurarium, juxta caſum *dec.*444 *coram Millin.* III. Quando is, contra quem intentatur cauſa, privatur omni ſuo Jure, juxta exemplum *Anch.* 66 *in conſ.*62. *numero* 1. de eo, qui prohibuit teſtatori facere teſtamentum, tunc ſiquidem, quia per talem prohibitionem privatur hæres hæreditate, ideò cauſa petitionis hæreditatis dicitur præjudicialis, & *Ancharan.* ſequuntur *Adden. ad Farinacius conſultat.* 21. *liter. D. libr.* 1. *& Guazzin. ad Defenſ.* 1. *capitul.* 24. *numero* 28.

67 Limitatur 1. dicta regula, ut non procedat quando cauſa poſterior criminalis intentatur à Fiſco ex officio, quia, etiam ſi civili præjudicet, & poſt introductam cauſam civilem judicium inſtituatur, adhuc Fiſcus poterit ſemper illam incipere, & deinde Pars Fiſco adhærere *Guazzin. ad Defenſ. Reor. defenſ.* 1. *cap.* 24. *num.*7. Dummodò cauſa à Fiſco, uti tertio intentata, proveniat ex diverſo capite, ſeu fonte, ſecus verò, ſi idem ſit fons, eademque origo cauſæ à Fiſco, & à Parte intentatæ *Vermigl. conſ.*156. *num.*8. cum concordantibus ibid. allegatis.

68 Limitatur 2. quando in cauſa civili agitur de uno titulo, & in criminali de alio, ſeu quando ambæ cauſæ à diverſis factis ſortiuntur originem *Rot. deciſ.*6. *num.*1 *coram Pamphil.* ubi *Adden. eodem num.* concordantes cumulat.

69 Limitatur 3. quando deficit aliquod extremum ad connexionem, ſeu dependentiam unius cauſæ ab alia requiſitum, quæ communiter aſſignati ſolent tria; Quod ſcilicet ſint eædem perſonæ.

70 Quòd in utraque cauſa unum, & idem petatur; quodque unum, & idem ſit jus, & cauſa petendi *Mar. Ant. var. reſ. lib.*3. *capitul.* 1. *numero* 3. ubi de defectu identitatis perſonarum *Tondut. de Præv. judic. par.* 2. *capit.* 12. *num.*35. *& capit.*14. *num.*17. *& ſeqq. & Rot. in Rom. Fideicom. de Incoron.* 24. *Aprilis* 1682. §. *Non enim coram Rondin.*

71 Limitatur 4. ut in cauſa civili procedi poſſit uſque ad ſententiam definitivam excluſivè, non obſtante Judicio introducto in criminalibus *Mar. Ant. var. Reſ. lib.* 3. *reſ.*1. *num.*3. Non dicitur tamen ad hujuſmodi effectum introductum judicium criminale per ſolam accuſationem 72 ſeu querelam, ſed requiritur tranſmiſſio citationis, & monitorii, *Rota* adducens concordantes, in *deciſ.* 274. *numer.*8. *& ſeqq. par.*9. *& deciſ.* 370. *numer.* 13. *par.*19. *recen.*

73 Procedunt hæc omnia, Jure communi attento, & ſcindendo à ſpeciali commiſſione Papæ; Si enim iſte reſcribat, *Conſtito, quòd cauſa civilis ſit præjudicialis criminali; procedat Judex Civilis*, tunc, ſive cauſa civilis intentata ſit ante, ſive poſt criminalem, conſtito de 74 præjudicialitate, Judex criminalis ligatas haber manus, & ulteriùs procedere in cauſa non poteſt *Ridolph. in Prax. par.* 3. *cap.*1. *numero* 102. *Rot. coram Millin. deciſ.* 444. *numero* 4. *& coram Coccin. dec.*123. *num.* 3. 21. *&* 31. *& in par.* 19. *rec. dec.*270. *num.* 14 ubi concordantes allegantur.

75 Circa *Gratiam delictorum* regula eſt, quod illam ſolus Princeps facere poteſt, *leg. Ad beſtias, ff. de Pœn.* cum turba Doctorum apud *Peregr. de Jur. Fiſc. lib.*5. *tit.* 2. *numero* 2. *Jodoc. in Prax. Crim. cap.*147. *num.*1. ubi contra facilitatem ad illa deveniendi invehit ibi, *Quandoquidem remiſſiones, ſeu Gratiæ multùm, proh dolor, hoc calamitoſo, & infelici ſæculo in uſu ſint, ac frequentius, quàm par eſt, ubique Locorum practicentur, Eſcalon. in Gazophilac. Reg. Perubic. lib.*1. *cap.*7. *caſ.*4. *num.*1. *&* 4 76 ubi, quòd ad delinquendum à Superioribus invitantur homines quando per paucam monetam ſit eis gratia de delictis *Monacell. in formul. tomo* 4. *fol.*56. *numer.* 187. ubi quòd poteſt illam facere Epiſcopus, & quidem etiam Laicis in delictis mixti fori, & *Rayn. tom.* 1. §. 7. *proem. num.*18. ubi, quòd Princeps non debet eſſe facilis ad gratias, & remiſſiones, quia poſitus eſt pro adminiſtratione Juſtitiæ; Accedente tamen juſtiſſima cauſa & firma effulgente ſpe emendationis Rei, validè, & 77 juſtè deveniunt Principes ad conceſſiones earumdem gratiarum, juxta *text. in leg. Nemo, Cod. de Epiſcop. Audient.* ſed iſtis deficientibus, mortaliter peccare, obſervant *Roland. conſ.* 18. *numero* 11. *& ſeqq. lib.*2. *Vic. ad Pragm. Sard. lib.*1. *tit.*18. *cap.*12. *num.*3. *& Rayn. tom.*1. §. 7. *proem. num.* 16. ubi, quòd pro cauſa legitima nullatenus attenditur defectus pecuniæ in Principis ærario, quod adverterant priùs *Creſp. obſervat.* 5. *num.*193. 203. *& ſeqq. & Joan. de Saacr. ad Conſuet. Catalon. fol.*586 *num.* 70. *& ſeqq.* Deſervire autem pro eadem legitima cauſa, Principis cognitionem, & dilectionem Rei, 78 quando hæc ortum non habet ab affectione carnali, ſed à virtute, & aliis qualitatibus ejuſdem, notabiliter advertit *Barbat. in c. Niſi ſpecialis num.*2. *& ſeqq. & num.*9 *de Offic. Legat.* quem refert, & ſequitur *Rayn. tom.*1. §.7. *proem. num.* 34. *in fine*, & concordat *Tiraquell. de Pœn. temperand. cauſ.*16. *per totum*. Quæ ſi procedunt in gratiis pro delictis commiſſis, multò magis locum ſibi vindicant circa alias gratuitas, quæ à mera Principis voluntate de-79 pendent, ne alias cognitio illa perſonæ, illiuſque bonarum qualitatum, quæ ſufficiens cauſa reputatur pro obtinenda gratia delictorum, ac ſi magnum eſſet delictum, operetur, ut in concurſu aliorum, cæteris paribus, poſtponatur cognitus, & æquè idoneus.

Nota hic ex *Lotter. de re benef. lib.*2. *quæſt.*9. *numer.* 10. quòd duplex datur gratia, *generalis videlicet, ſeu abſoluta*, quæ nimirum pendet à mero arbitrio Superioris, & alia ſpecialis, quæ dicitur debita ex juſtitia, non quòd non poſſit per ſuperiorem denegari abſolutè, & præcisè; Sed quòd non poſſit denegari citra quamdam injuriam petentis, & quia denegans dicatur facere injuſtitiam.

80 Semel conceſſa gratia à Principe, ſervanda eſt, itaut Reus de aliquo delicto aggratiatus, nedum non poſſit ampliùs pro illo moleſtari *leg.*1. *& tot. tit. Cod. de Sent. paſſ. & reſtitut.* cum aliis apud *Farinac. quæſt.* 6. *numer.* 1. ſed nec etiam de complicibus, tanquam teſtis interrogari *Bajard. ad Clar. quæſt.*21. *num.* 26. *& Set. de Offic. Locumt. cap.*24. *num.*7. *& ſeqq. & per totum*. Quod limita in caſu 81 ſubreptionis, vel obreptionis, quia tunc gratia nullatenus ſuffragatur *Far. conſ.*41. *nu.* 5. ubi quòd hæc eſt communis opinio *Clar. in Prax. quæſt.*59. *ſub, num.*9. ubi, quòd plures gratiati decapitati fuerunt, ex quo gratiæ fuerant ſubreptitiæ, & latè *Rayn. tom.*1. §.7. *proem. numer.* 19. *& ſeqq.* ubi hoc ſublimitat in 7. caſibus. I. *nempe* Quando 82 intervenit geminatum Principis reſcriptum, quod facit præſumere Principis enixam, & pluſquam diſpoſitam ad gratificandum voluntatem *Anton. de Ball. var. lib.*4. *qu.* 10.

io. *n*. 6. II. Quando gratia est facta motu proprio, & ad nullius petitionem *Mastril. de Indult. c.* 28. *nu.* 7. III. Quando gratia est generalis, & ad instar Indulti *Vincent. de Ann. sing.* 239. IV. Quando delictum, pro quo fuit impetrata gratia, est prorsus dissimile à primo, puta, si 83 homicidæ fiat gratia de furto, *Par. in add. ad q.* 6. *n.* 60. V. Quando impetrans gratiam, de aliis delictis non erat condemnatus, ex quo de delicto, cujus non extat plena probatio, fieri non debeat mentio *Gomez. de Delict. c.* 5. *n.* 9. VI. Quando pœna delicti non est capitalis, prout est secunda, de qua obtinetur gratia *Anton. de Ball.* 84 *var. lib.* 4. *q.* 10. *n.* 5. VII. demum, quando in loco extat stylus, seu consuetudo omittendi specificationem aliorum delictorum *Bursat. cons.* 177. *n.* 12. *& seqq. lib.* 2. Quo stylo, seu consuetudine non concurrentibus, nedum necessaria est expressio omnium delictorum præcedentium, 85 sed etiam illorum qualitatum, & circumstantiarum, ex adductis *per Menoch. de Arbitr. cas.* 203. *Mastril. de Indul. gener. c.* 28. *n.* 6. *de Angel. de Delict. c.* 64. *nu.* 37. *& Set. de Offic. Locumt. c.* 24. *n.* 17. *& seqq.*

Multæ reperiuntur in Urbe Confraternitates, quæ à diversis summis Pontificibus privilegia habent obtinendi gratiam semel in anno, & ut plurimum recurrente die festivitatis illius Sancti, sub cujus denominatione erectæ fuerunt, liberandi aliquem damnatum ad mortem, & signanter illa S. Joannis Decollati Nationis Florentinæ. Quibus tamen nimium rarò id concedi solet, ut experientia notum est. Dictæ verò societati S. Joannis Decollati, utpote multa incommoda supportanti occasione administrationis justitiæ, aliquando indulgeri id solet, ut non sine magna difficultate, attenta qualitate delicti falsificationis monetæ anno 1711. die 29. Augusti practicatum fuit cum duabus fœminis Antonia q. Salvatoris Sicula, & Dorothea Rosa qu. Petri Philipponi Panormitana postquam socii ejusdem Criminis falsificationis monetæ, Furca suspensi fuerunt paucis diebus antea, nempe Carmine Antoni de Flore Rhegien. in Calabria, & Simone q. Antonii Pacini Viterbien.

86 *Abolitio* demum definitur *actionis instituta peremptio, seu absolutio à Jodoc. in Prax. Crim. c.* 146. *n.* 2. ubi, quòd tribus modis fit, generaliter nimirum, specialiter, & legaliter, de quibus *Gloss. in can. Prohibentur Verb. Abolitione* 2. *qu.* 1. latè *Decian. lib.* 3. *c.* 35. *& Amen. de Delict. & pæn. tit.* 1. *Proem. n.* 4. *& seqq.* ubi, inter exempla abolitionis generalis, refert Indultum pro Apostatis, ultimo loco benignè concessum à *f. m. Inn. XII.*

87 Abolitio generalis fit à Principe ob publicas causas, puta insignem victoriam partam, filii nativitatem, festivam Populi gratulationem, Templi consecrationem, lætum ingressum in Civitatem *Placentin. Tract. Crim. tit.* 4. *num.* 5. Sub qua generali abolitione non veniunt crimina atrocissima, puta assassinium, proditorium, &c. 88 *Farin. q.* 123. *nu.* 72. *Giurb. cons. Crim.* 22. *n.* 18. *& Conciol. verb. Impunitas resol.* 3. *n.* 1. *&* 2. Specialis abolitio, seu privata, fit ab accusatore, illam privatim à Principe, vel à Judice petendo. Legalis demum est illa, 89 quæ conceditur à lege, quando scilicet accusator mortuus est, vel aliqua justa causa impeditus, itaut in accusatione procedere non possit, *leg. Aut privatim, ff. ad* 90 *S. C. Turpil. & Placent. tract. Crim. tit.* 4. *num.* 5. Hoc autem casu finita est accusatio quoad accusantem, non tamen proinde Reus liberatus est, quin possit rursus ab alio accusari, *can. Prohibentur vers. ab alio* 2. *qu.* 1. *leg.* 1. *Cod. si Reus, vel Accusat. mort. fuer. & leg. Defuncto*, §. 1. *ff. de Publ. Jud.*

91 Nota hic, pro obtinenda favorabili sententia, & pro causarum decisionibus, etiam circa modum puniendi, allegari posse Sacræ Scripturæ authoritatem, *Gloss. in Auth. ut Judices sine quoque suffrag. fiant in Præfat. verb. Eloquiorum lit. V.* ibi: *Nota argumentum, quod possunt Divinæ authoritates in Causis allegari, tamquam Testes, Barbat. in cap. Quæsitum numer.* 45. *de Offic. delegat. Decian. in Apolog.* impress. *post tom.* 3. *respons. cap.* 22. *numer.* 92. *& seqq.* ubi, quòd in Sac. Scriptura latet archetipus boni, 92 & æqui, atque ab illa, velut à perpetuo lumine, & perenni fonte, desumuntur humanarum legum scintillæ, & derivantur tituli totius civilis politicæ, *& Rayn. to.* 3. *cap.* 34. §. 12. *num.* 28. ubi, quòd ad dictum effectum anno 1688. allegavit *Lib. Josu.* 7. 19. *& seqq.* Ea autem quæ respiciunt irrogationem pœnarum, contenta in veteri lege, non obligare, nisi ab habente potestatem legis condendæ confirmata fuerint, aliis adductis, probat *Urseya Institut. Crimin. Gob. consult.* 38. *num.* 31. *& seqq.*

Nota II. allegari etiam posse libros damnati Authoris, 93 non tamquam authorizabiles, sed uti rationabiles *Barbos. in cap. Damnamus num.* 10. *de Summ. Trin. & Fide Cath. Alphons. de Castr. de Just. Hæretic. punit. cap.* 17. *vers. Quidam Bordon. in Man. S. Offic. sect.* 28. *qu.* 16. *num.* 57. *& Albert. de Hæretic. qu.* 12. *num.* 13. Quod verum intellige de Authoribus Catholicis, quia permissum non est hæreticos passim ci- 94 tare, ut colligitur ex Indice librorum prohibitorum *verb. Mauro Orbini Raguseo*, ubi dicitur, *Usquequò prodeat deletis Hæreticorum nominibus, qui passim citantur*, & advertit *Bordon. in Manual. S. Offic. sect.* 48. *num.* 57.

Quod comprobari etiam potest *ex Card. Sfondrato, qui* 95 *in sua Innocen. Vindic.* §. 5. *pag.* 38. honorificam fecit mentionem Authoris, alioquin ab Ecclesia meritò damnati, nempè *Fr. Natalis ab Alex. & ex Card. Bellarmin.* qui in libro *de Scriptor. Eccles. in fin. Chronologiæ* citat Historiam *Benedicti* 96 *Aretii*, cum illo tamen addito, *quem citamus, quia alios non habemus.*

Imò idem Author in d. Chronologia anno 1590. citat Joannem Calvinum ad probandos errores Libertinorum, & *P. Segner. nella Predic.* 38. *nu.* 6. ubi loquendo de Seneca ait — *Poco rileva, se non sia buono il Maestro, quando è utile il documento*, & *Rota in Firmana Jurisdictionis* 13. *Martii* 1702. §. *Pariformiter ubi cum* laude allegavit *Salgad. de Reg. protect. impressa apud Prosper. de Territ. Separ. decis.* 18. *num.* 12.

Imò ad ornamentum, & corroborationem posse etiam al- 97 legari legales doctrinas, ab aliis DD. reprobatas, observat *Corn. cons.* 7. *num.* 1. *lib.* 4. *Soccin. Jun. cons.* 93. *num.* 62. *lib.* 3. *Gozzadin. cons.* 28. *num.* 32. *& Rot. dec.* 8. *num.* 7. *par.* 15. *rec.* Dummodò ad rem faciant, & non applice- 98 tur illis lepidum dictum *Sperell. in d.* 138. *num.* 57. quòd scilicet allegentur ad ornatum Urbis, vel id quòd scriptum reliquit *D. Hieron. epist.* 61. *ad Pammach. post* 99 *princip.* nempè *Benè scripsit, sed nihil ad causam faciens.*

Non tamen benè allegantur Authores, qui Repertoria composuerunt, præsumuntur enim in illis fuisse loquutos causa indicationis, non autem doctrinæ, ut pro responsione 100 *ad Bertacchinum, & Millis* in eorum *Repertoriis* advertit *Rot. coram Cocc. dec.* 1859. *nu.* 138. & pro responsione *ad Sabell. Casareg. ad Stat. Jan. tit. de Success. ab intest. in princ. verb. Masculi liberi n.* 61. *fol.* 148. & pro responsione ad *Vener. in Exam. Episcop. Sperell. dec. ult. sub n.* 9. *in princ. Constant. ad Stat. Urb. tom.* 2. *annot.* 63. *art.* 2. *num.* 259. *fol.* 587.

Nota III. posse pariter allegari, nedum discursus illos, pro 101 veritate editos, qui impressi sunt inter Opera alicujus Doctoris *Rot. in dec.* 1326. *num.* 13. *cor. Emer. jun.* ubi de authoritate allegationis *Didaci de Cea* impressæ inter *Pontific. Constitut.* recollectas per *P. Joan. à Neapol.* Sed etiam si impressi non sint *Fagn. in cap. Cùm venissent num.* 73. *& seq. de Judic.* ubi, quòd in tantùm manuscripta non allegantur frequenter, 102 in quantùm non ita facilè multiplicantur, sicut impressa, & etiam, quia non solent in manuscriptis citari, nisi clariores 103 Doctores. *Num.* 74. damnando abusum indistinctè allegandi omnes Authores ibi *mirum vero est, quàm parvo delectu hoc sæculo allegentur Doctores, quot quot Typis fuerunt excussi, etiam ad decisionem causarum, quasi imprimendi licentia æqualem infundat omnibus authoritatem. Rota* loquens de discursu pro veritate edito à Cardinal Sacripante tempore, quo ei in Studii eram Adjutor, *in Avenionen. Dotationis* 19. *Junii* 1684. §. *Impotentia vers. Et tamen data fuit ad partes egre-* 104 *gia Juris Consultatio per celebrem Advocatum, & inter Primarios Urbis, ejusdem fideicommissi exclusionem omnimodè in sensu veritatis comprobantem cor. Albergato, & in Ariminen. Legitimi* 13. *Martii* 1699. §. *Constito coram Reverendiss. Molines*, ubi de alio discursu pro veritate edito à Card. de Luca, inter ejus Opera nullatenus impresso. Allegavit pariter Rota Disceptationem *Cardin. Corradini, & Advocati Riccii, dec.* 18. §. 1. *apud D. Prosper. de Territ. separ. dec.* 13. *num.* 28. *& seqq. apud Constant.* ubi de responso *R. P. D. Severoli.*

Verum tamen est, quòd sive impressi sint, sive non 105 similes discursus, attendi non solent, quando illius Authores scripserunt pro illo Officio, seu Dignitate, quam in vita obtinuerunt, ut pro responsione ad authoritatem *Bertrandi*, observavit *Rot. in Carpentoraten. Jurisdict.* 11. *Maii* 1699. §. *Absque eo coram R. P. D. Lancetta*, & pro responsione *ad Capon. in Surrentina manutentionis* 4. *Maji* 1695. *& ce-*

& coram Scotto. Pro responsione *ad Marf. Card. de Luc. de credit. disc.* 154. *n.* 3.

106 Vel quando scripserunt, uti Advocati in aliqua causa, ut pro responsione *ad Lotterium* firmavit *Rot. in dec.* 99. *in fine par.* 10. *recent.* Magna siquidem vis est præoccupatæ opinionis, ut notavit *D. Joan. Chrysostom. in epist.* 1. *ad Corinth. homil. seu orat.* 7. *post medium*. Quod ego verum intelligerem, quando Advocati non se declarant, scripsisse in 107 sensu veritatis; quia tunc nullum adesse videtur probabile fundamentum eis denegandi fidem, ut videmus in Operibus *Card. de Luca*, *& R. P. D. Ansaldi*, quæ quotidiè citantur, etiam in illis discursibus, in quibus uti Advocati scripserunt.

108 Demum notandum est hic, Theologorum dicta in his, quæ pertinent ad legales controversias, in nihilo attendenda esse, eo quia in eisdem materiis nullatenus possunt se 109 ingerere, ex adductis per *Rotam in dec.* 26. *num.* 17. *& seqq. apud Antonell. de Jurib. Cleric.* ut in specie advertunt *Cardin. de Luca*, *de Usur. discur.* 1. *numer.* 6. *& de Regular.* 110 *discur.* 1. *numer.* 3. ubi, quòd semper in se ipso, & in aliis laudavit vulgare dicterium *Ne sutor ultra crepidam*, *& Cardin. de Albic. in disceptat. Juris Cardinal. in eorum titul. discept.* 2. *in principio*; Imò quòd non multum defe-111 rendum sit ipsismet Scriptoribus legalibus, qui nullam, vel modicam Fori notitiam habentes, omnia scripserunt in abstracto, & ex sola librorum revolutione, observat 112 *Cardin. de Luca*, *de Regal. disc.* 147. *numer.* 2. ubi, quòd forenses disputationes nimis aperiunt intellectum, & frequenter detegunt nigrum id, quod primo aspectu videbatur album, & è contra, itaut appositè scripserit, *Gobat. in Epistol. ad Lectorem suæ Theologiæ*. *Practica sit pluris, quàm tota scientia Juris*.

113 Nota 5. non esse de facili allegandas authoritates illorum Doctorum, quorum scripta non reperiuntur, nè videatur studiosè citasse authores illos, qui legi non possunt, ne de mendacio facilè argui possit, vel ne possit cognosci, an lo-114 cus ille, quem citat, apprimè conveniat casui, de quo agitur *Decian. in Apolog. impress. post* 3. *volum. Respons. c.* 22. *n.* 116. ubi *n. seq.* idem probat, quando agitur de Authoribus 115 modicæ authoritatis, qui non possunt consulenti illam fidem præstare, quam ipsi non habent, id solùm limitando in casu, in quo non reperiantur alii magis classici; utilius enim est aliquem pro sua opinione allegare, quisquis is fue-116 rit, quàm nullum habere contestem, ut observat *Card. Bellarm. sup. hoc tit. n.* 96.

117 Nota 6. allegari etiam posse authoritates Historicorum, quibus omnis præstanda est fides; si sint antiqui, & classici, juxta *Text. in leg.* 1. *ff. de Offic. Præfect. Pretor*, & observant *Mascard. de Probat. conclus.* 287. *n.* 1. *Rota dec.* 505. *n.* 1. *cor. Dunoz. Jun. & dec.* 679. *n.* 9. *&* 10. *par.* 18. *& dec.* 196. *n.* 4. *par.* 19. *rec.* & aliæ authoritates, quas adduximus *in Differt. Histor. leg. de Vit. Commun.* §. 4. *num.* 2. quibus addimus *Melchior. Can. lib.* 11. *de loc. Theol. c.* 3. *& Rot. dec.* 353. *n.* 23. *& seqq. par.* 15. *rec. & in Terracinen. Cathedralitatis* 23. *Junii* 1702. §. 11. *cor. Reverendiss. Molines*, *& in Castellana validitatis Concordiæ*, *seu bipartita* 4. *Febr.* 1705. §. 4. *cor. eodem*, ubi Sac. Rota denegavit remissoriam, 118 eo motivo, quia probari poterat per Historicos id, quod probari prætendebatur per Testes.

Diximus, *si sint antiqui*, *& classici*, quia, si agatur de historiis impressis post litem motam, illæ nullatenus atten-119 duntur, ut pro responsione ad *Horatium Avicennam Urbinaten.* observat, *Rota in dec.* 17. *num.* 15. *& seqq. coram Arguel. & in dec.* 539. *n.* 7. *par.* 19. *rec.* ubi de moderno Historico Andrea Antonello *& dec.* 124. *numer.* 34. *post Constan. ad Stat. Urb.*

120 Prout etiam non procederet conclusio in casu, quo evidens esset, & communiter inter alios Historicos receptum contrarium, ut exemplificari potest in *Benvenuto de Imola nel Commentar. in Dante impress. Pisauri à Christophoro Berardo fol. mihi* 167. *à terg.* ubi loquendo de perfido Mahumete, ait: *Questo peccatore era Maometto, il quale fu Scismatico della Santa Chiesa in questo modo, fiano lo predecesso Cardenale di Roma, e Savio, e Scritturato in servigio della Fede Christiana, andò à predicarla in Africa, e fu si gratioso, che quasi tutte quelle parti ridusse a Christianità, e quando egli andò di là, li fu promesso per li Cardenali, se Dio fa altro inanzi, che tu venghi del nostro Segnore Messere lo Papa, Noi faremo te, Anzi che ello tornasse lo Papa morì, e li Cardenali fecero un altro, come costui lo seppe, si sdegnò, e cominciò a predicare tutto il contrario a quella Gente; In fine egli si dusse a pestifera fede de Saraceni, ch' e morte dell' Anime di quelli, che la credono; Odendo lo Papa tale conversione, mandò per esso, costui mai nò volle venire, fu scommunicato, e fu Scismatico, e ribello della Chiesa. Morì correndo l' anno del nostro Segnore* 621. *a mezzo Luglio*, Quod est evi-121 denter falsum, & chimericum, ex communi Historicorum sensu, ex adductis *à Rayl. in Dict. histor. in Vita Mahumet. fol.* 198. *in gloss. lit. X. & Macr. in Hierolex. Verb. Nicolaitæ*, *Thyrsum Gonzalez*, *olim Jesuitarum meritissimum Generalem*, *& profundissimum*, *& doctissimum Theologum in Demonstrat. contra Mahumet. & Pat. Segner. nell' Incredul. senza scusa par.* 2. *cap.* 13. *numer.* 3. *& seqq.* Itaut nec confutationem mereatur, juxta auream sententiam *Div.* 122 *Athanas.* relati *à P. Sebast. à S. Paulo Carmelit. in Appendic. ad Motiv. Jur.* §. 11. *n.* 86. *in fin. fol. mihi* 23. ibi *Nimis* 123 *falsa non sunt refellenda*, *nè habita fuisse credibilia videantur*. Nevè eo vilitatis intellectum reducamus, ut ipsismet hominum deliriis respondere cogamur, ut in simili observavit *Cafareg. ad Statut. Jan. fol.* 429. *num.* 1. *seu resolut.* 8. 124 Vide ad hunc effectum omninò *Constitutionem* 197. Urbani 8. in qua latissimè determinatur, quando, & quomodo danda sit fides Historicis, & aliis Authoribus in eorum libris, & scriptis.

125 Nota demum, posse etiam allegari testimonia, & authoritatem Philosophorum, ac Poetarum, juxta plura exempla, quæ recognosci possunt in utroque Jure, ut de Jure Canonico videre est in *can. Satyra* 1. *distinct.* 2. ubi de Horatio, Juvenale & Persio, *& in can. Legimus*, *de Consecr. dist.* 5. ubi habetur relatio ad versum illum Horatii,

Sperne voluptates, *nocet empta dolore voluptas*,

126 & in quo pro optima medicina podagræ assignantur pauperes cibi, & parca mensa, asserendo, multos articulari morbo, & podagræ humoribus laborantes, proscriptione 127 bonorum, ad simplicem mensam, & pauperes cibos redactos, convaluisse, *& in cap. Cum omnibus*, *de Constit.* ubi de 128 authoritate Catonis, ex animadversis ibidem *per Gonzal. lit. I. Verb. Sapientis*, *& in cap. Forum*, §. *Jurgium*, *ff. de Verb. signif.* ubi de authoritate Virgilii. Et de Jure Civili *in leg. Aut facta*, §. *Quantitas in fine*, *ff. de Pæn.* ubi de Poetarum Principe, & in *leg.* 39. *ff. Eod.* ubi de Cicerone, & *in leg. Proponebatur*, §. *Quod si quis*, *ff. de Judic.* ubi de authoritate Philosophorum in genere, & *in leg. Legatas*, §. *Peco-* 129 *ribus*, *ff. de Legat.* 3. ubi de Homero, de quo pariter *in leg. Non facile*, *ff. de Gradib. Affinitat. & leg.* 1. *ff. de Mort. caus. donat. & in leg. Si Uxor.* 13. §. 1. *ff. ad leg. Jul. de Adult. & in leg.* 1. §. *de Contrah. emp.* & advertunt *Gonzal. in cap. Cum omnes num.* 10. *de Constit. & Zaul. to.* 1. *lib.* 1. *rubr.* 18. *num.* 6. *&* 7.

130 Cujus conclusionis ratio, seu congruentia desumi potest ex iis, quæ scripserunt *D. Aug. lib.* 2. *de Civ. Dei cap.* 14. ibi *Veritas ubicumque est*, *Domini nostri est*, *& proinde à Gentilibus*, *tamquam ab injustis possessoribus*, *in usum nostrum vindicanda est*, *& lib.* 2. *de Doctrin. Christian.* ibi *Philosophi*, *qui vocantur*, *si qua fortè vera*, *& fidei nostræ accommodata dixerunt*, *non solum formidanda non sunt*, *sed ab eis*, *tamquam injustè possessoribus in usum nostrum vindicanda*, *S. Joan. Damasc. lib.* 4. *de Fide cap.* 18. ibi *Quod si quid*, *in quo utilitatis quidpiam insit*, *ab exteris Authoribus sumere possimus*, *quo minus id faciamus nihil vetat*; Neque in allegationibus hujusmodi, & aliis legalibus Operibus, & Scripturis, insistendum adeò est in Grammaticæ regulis, ut inserviendo elegantiori sermoni, nascatur obscuritas *Decian. in Apolog.* impressa *post tertium volum. Respons. cap.* 22. *numer.* 42. ubi, quòd redundans verborum luxuries, & nimium 131 affectata in sermone diligentia, authoritati Scribentis detrahit, & fidem minuit, quòdque si in aliquo deficere debet Jurisconsultus, meliùs est, ut peccet, proferendo solecismos, & barbarismos, quàm absurda argumenta subtiliter, & per phrases adducendo, ex quo primum di-132 catur esse vitium incompti, secundum verò pravi Jurisconsulti; & loquendo de Lectoribus *Caccialup. de Mod. Studen. in utroque Jur. docum.* 2. *post princip.* ubi, quòd Lector non 133 debet esse in sua lectione pomposus, sed potiùs utilis, & fidelis, & plus veritati, quàm truffis, & ornamento verborum inhærens.

Ultra quod, ut ad rem advertit, *Card. de Luc. ad Concil. disc.* 1. *n.* 7. legalia, & forensia meliùs explicantur cum propria plana explanatione, quàm cum Grammaticorum phrasibus, & figuris, & illam adducit congruam rationem, quòd Grammatica est aliarum scientiarum famula, non autem domina; Unde pro dominarum respectivè diversa qualitate, varium, atque cuilibet magis adaptatum servitium, seu

seu famulatum præstare debet; Imò *in Conflictu Leg. & Ration. obser. 20. per tot.* benè probat, expedire Reipublicæ, Leges, Constitutiones, Edicta, Sententias, Decreta, aliaque acta judicialia, contractus, testamenta, & similia, potiùs materna, & vulgari, quàm Latina lingua tractari, & confici debere, adhoc, ut obligans se ad aliquid, & contractus faciens, à semetipso sciat, & intelligat vim, & efficaciam verborum propriæ obligationis, Et de Testium depositionibus, quòd scribi debeant idiomate illo, quo à testibus proferuntur; probat *Pignat. consult. 56. per tot. tom. 6.* ubi, postquam *ex Cicer. lib. 5. Tuscul. quæst.* præmiserat, surdos esse omnes in linguis, quas non intelligunt, *ex Alberic. Gentil. de Legat. lib. 3. cap. 7.* advertit, omnium rectè sentientium judicio receptum, illum mittendum esse Legatum, qui peritia ejus idiomatis, ad quem mittitur, habeat, quòd comprobari potest ex illo *Apost. 1. ad Corint. 14. 11. Si nesciero virtutem vocis, ero ei, cui loquor, barbarus, & qui loquitur mihi barbarus*, relati à *Gonz. in cap. Quoniam num. 4. de Offic. Jud. ordin.* egregiè *Rota dec. 130. num. 3. par. 10. rec.* Gratior prætereà illi erit, quod ab exteris etiam adhibeatur, & majori attentione audiet, quàm si per Interpretem loqueretur, quia vis illa movendi affectus, quæ in dicentis loquutione consistit, si per Interpretem reddatur, lentescit. Tantum siquidem interpretationes nativo cedunt sermoni, quantùm tabula picta corpori effigiato, quod experimur quotidiè in Libris, in diversa idiomata translatis, in quibus semper minùs emicat vis, & energia verborum, quàm in prima compositione, seu idiomate scribentis. Arduum enim est, ut quæ in alia lingua benè dicta sunt, eumdem decorem in translatione conservent, *S. Hieron. Epist. 101. ad Pammach.* ibi *Habet omnis lingua quadam propria locutionum genera, quæ cum in aliam transferuntur, videntur absurda*, *Can. Indignum 13. dist. 38.* Idque comprobari ulteriùs potest ex animadversione, *Gloss. in leg. Judices C. de Sentent. & interloc. omn. Judic.* asserentis, sententias inter Latinos, proferendas esse lingua latina, inter Græcos verò lingua Græca, ad hoc, ut intelligantur. Circa verò testium depositiones in causis Beatificationis, & Canonizationis Sanctorum, quòd debeant recipi, & scribi eodemmet sermone, & idiomate, quibus proferuntur ab ipsismet testibus, adest decretum *Sac. Cong. Rit. sub die 6. Februarii 1652.* relatum per extensum *à Matt. de Canoniz. Sanctor. par. 5. n. 3. n. 5.* ubi improbatur contrarius usus, illas dictandi Latino sermone.

Quoad difficultatem addiscendi exteras linguas, negari non potest, quòd major verificetur respectu unius, quàm alterius, puta respectu linguarum matricium, quales sunt, exempli gratia, Sinica, Syriaca, Hebraica, Græca, Latina, Germanica &c. quàm subalternarum, seu filialium, ut sunt Italica, Hispanica, & Gallica respectu linguæ Latinæ: Anglica, Flandrica, Hollandrica, Danica &c. respectu linguæ Germanicæ. Cæterùm ad illas faciliùs addiscendum, generaliter præsupponendum est, in addiscere volente, firmum adesse desiderium in illis proficiendi, ex quo deinde sequitur magna voluptas in progressu, à qua labor, & tædium diminuuntur, juxta Theutonicum illud axioma.

> *Lust, und lieb zu einem ding.*
> *Macht alle muhe, und arbeit gering.*

Plura autem de exterarum Linguarum utilitate vide apud *Gomez*, eruditè de illis disserentem, in *Reg. de Idiom. in Grat. expect. q. 1. fol. mihi 434.*

Neque illas addiscere volens debet sibi præfigere pro termino talem, qualem profectum, sed ea attentione, & intentione studere, ac si perfectissimè loqui vellet, juxta celebre illud consilium Tay Zum, Sinensium Imperatoris, relatum *à Couplet in Tabul. Cronolog. Monarch. Sinic. fol. 58. Medium ut attingas, summum pete, excides medio, si collimaris dumtaxat in medio.* Qui *P. Coupl. in Scient. Sinic. lib. 3. fol. 55. §. 2.* pro alio diligenti magistro, in qualibet re addiscenda, non absre, paupertatem assignavit, referendo dictum illud Confusii, *magistra paupertate doctus, multa calleo.*

Nota hic, quòd stante paupertate Partis, & peritia Defensorum in aliquo idiomate, non solet Sacra Rota illam gravare ad traducendum Processum, sed permittit, illum poni in actis in illo idiomate, in quo fuit compositus, ut observavit *Coccin. annot. 129. per tot.* & firmavit *Rot. Ursaye Institut. Crimin. in dec. 85. n. 6. & seqq. apud Urceol. de Transact.* ubi, quòd in istis casibus per æquipollens satisfieri solet necessitati traductionis, mediante scilicet latina exhibitione partium ad rem facientium, quam exhibet Defensor, pollens idiomate, quo Processus est compositus. Vide Rot. in Leodien. matrimonii 28. Aprilis 1713. §. Sed priusquam coram Falconerio.

Dixi, *attenta paupertate Partis &c.* quia, si illæ sint divites, & Defensores non habeant congruam peritiam, tunc nisi priùs interpretetur integer Processus, non solent S. Rotæ Auditores Causas referre, ut patet *ex dec. 313. in fine Coccin.* quam sequitur *apud Urceol. d. decis. 85. nn. 6.*

Nota 2. in refectione expensarum, venire pariter illas Interpretum, pro explendo examine testium, sive fiat in Partibus, sive in Curia: Vocantur enim judiciales, & vivæ, & regulantur ad instar expensarum Advocati, & Procuratoris, ut, re maturè discussa, firmavit *Rota in Forosempronien. Testamenti super Expensis 6. Aprilis 1699. per tot. coram Em. de la Tremoil.* impressa apud *Card. de Luc. in Mantiss. decis. 27. lib. 15. de Judic. fol. mihi 204.* ubi, quòd ita pluriès à Rota practicatum fuit, & quoties appellatum fuit ab excessiva, ex d. motivo taxationis expensarum Interpretum, negativè semper respondit, *& in, §. finali* noluit attendere quamdam contrariam attestationem Secretarii Collegii Patronorum Sacri Palat. Apostolici.

Nota 3. non esse solitos causarum Patronos in Urbe propriis expensis, causas prosequi, quando Principales sunt absentes, ut advertit *Tarquinius Urbanus vot. 7. numero 97. post decis. Remboldi* ibi, *Causæ repropositio sequi non potuit, quia Principalis amplius non fuit in Curia:* Unde jocosè quidem, sed nimis significativè in similibus circumstantiis respondere solent Curiales Judicibus, quando instant pro Causarum propositionibus, *Principalis non est in Curia*, idem significans, ac non adsunt in promptu expensæ necessariæ.

Demum adverte hic, quòd *Card. de Luc. de Testam. discurs. 22. numero 8.* non sine fundamento reprehendit quemdam Calabrum, qui ex humore malenconico, volendo in Calabria Hetruscè loqui, fuit causa dispendiosæ litis, in Sacra Rota disputatæ, ut vidère *est in decis. 310. & decis. 350. part. 10. recen.* dum loco nominandi quamdam Societatem SS. Sacramenti, juxta illius proprium nomen, illam appellabat Redemptoris.

TITULUS IX.

De Appellationibus.

Postquàm Judex sententiam protulit, solet interponi appellatio ad Judicem superiorem, cum suppositò, quòd adsit gravamen, à quo sublevamen petitur ab alio Judice, undè *Bald. in leg. unica numer. 6. vers. Et nota, Cod. Si de moment. possess. fuer. appel.* quem retuli in discursu, edito in *Herbipolen.* impresso *post Antonell. de Jurib. Clericor. fol. 22. num. 6.* appellationem vocat theriacam contra Judicum venenum, quod est etiam de mente *Prat. respons. crimin. 4.* ubi etiam, quòd dicitur æmula sententiæ vide *Donat. Rer. regul. tom. 1. tract. 11. de Appellat. quæst. 45. numer. 4.* ubi ad rem. Meritò proinde aliqua de Appellatione breviter subnectimus, cujus opportunitatem inter tria bona, quæ sperare potest Reus, enumeravit *P. Segner. nel Crist. Instru. p. 3. ration. 22. sub num. 7.* dicens — *Tre sono li maggiori vantaggi, che possi sperare un Reo, un appellatione opportuna, un Giudice benigno, una sentenza favorevole.*

Tripliciter autem sumi potest appellatio, latissimè scilicet, latè, & strictè; seu propriè. Latissimè accepta quamcumque vocationem significat. Latè quamlibet provocationem ad judicium, sive judicialem, sive extrajudicialem. Propriè demum, seu strictè, solam judicialem appellationem denotat *Scacc. de Appel. qu. 1. numero 3.*

In hoc ultimo sensu accepta, definitur *Provocatio ad majorem Judicem, ratione gravaminis illati, vel inferendi Brugiot. Instit. Crim. lib. 4. tit. 19. n. 39.*

Dicitur *provocatio* loco generis, latiùs enim se habet, quàm appellatio, comprehenditque omnem actum, per quem imploratur Judicis officium, vel auxilium, & continet etiam appellationem, tam judicialem, quàm extrajudicialem *Pellegr. in Prax. par. 3. sect. 1. n. 2.*

Dicitur ad *majorem Judicem*, ad denotandum, quòd ad-

pellatio non debet interponi ad æqualem, minusque ad inferiorem Judicem, quia Judex appellationis debet confirmare, vel revocare gesta in prima instantia: Superior autem debet corrigere, quod fecit inferior, non au- 10 tem è converso *Joan. Ferrar. de Appellat. lib. 2. c. 5. nu. 138.* ubi, quòd ratio naturalis dictat, appellandum esse ab infe- 11 riore ad superiorem. Et hoc est adeò verum, ut nec etiam per pactum conveniri possit, minùsque per consuetudinem introduci, ut appelletur ad æqualem, vel minorem Judicem, rationibus, adductis per *Scacc. de Appellat. qu. 1. num. 8. & 9.*

12 Ex quo infertur, quòd à sententia Papæ non licet ad Generale Concilium appellare, sive illud præsens sit, sive futurum, juxta *Constitutionem literalem Pii II. la 5. tom. 1. Bullar. nov. Passer. in Trib. Regul. quæst. 32. artic. unic. numer. 5. & Guarner. de Ecclesiast. militar. lib. 4. per tot.* & signanter *cap. 15. & Amen. de Delict. & Pœn. tit. 2. §. 3. num. 5. & 6.* ubi, quòd asserens, licitum esse à Papa appellare 13 ad futurum Concilium, habetur pro hæretico formali in sententia *D. Anton. part. 3. tit. 24. cap. 2. §. Quoniam Jacobat. de Concil. lib. 10. numer. 66. & seqq. & Mart. de Jurisd. part. 3. cap. 17. in fine*, Ratio est, quia Concilium, sive præsens, sive futurum, inferius est Papæ, ut, omissis innumeris Theologorum, & Canonistarum authoritatibus, 14 quæ de facili possent cumulari, videre est *in Bulla Cœnæ excom. 2.* & sancivit *f. m. Alex. VIII.* die 8. *Decembris* 1690. *propos. 29.*

15 Infertur 2. Quòd in illis Regionibus in quibus ex laudabili consuetudine, à Judicibus Laicis primæ instantiæ, appellatur ad Judicem Ecclesiasticum in causis profanis, sive civilibus (quam consuetudinem exstare Leodii, patet ex juramento, præstari solito ab illius Episcopis, registrato *ab Eminentiss. D. meo Cardinali Sacripante in Defens. Jurisdiction. Ecclesiastic. cap. 1. numer. 4.*) Tunc in 16 casu ulterioris appellationis, non ad Judicem Laicum, sed ad Ecclesiasticum appellandum est, ad evitandum inconveniens, nè Judex inferior corrigat, & emendet judicatum Superioris, cùm quilibet Judex laicus inferior sit cuicumque Judici Ecclesiastico, ut latissimè probat idem *Emin. D. Cardin. Sacripantes per tot. d. Tractat.* & signanter *cap. 5. n. 12. & 13.*

17 Dicitur demum *ratione gravaminis illati, vel inferendi*, ad denotandum, quòd, non solùm potest appellari à gravamine, jam illato in præjudicium condemnati, verùm etiam à gravamine futuro, veluti à comminata tortura, vel simili *Pelleg. in Prax. par. 3. sect. 1. n. 10.*

18 Principalis divisio appellationis est, quòd una sit judicialis, alia extrajudicialis. Judicialis est provocatio iniquæ sententiæ, jam prolatæ, querelam continens; Extrajudicialis verò, quæ fit extra judicium à verisimiliter futuro gravamine *Passer. in Trib. Regul. q. 32. art. unic. n. 3.*

19 Inter multas verò differentias, quas latè enumerat *Scacc. de Appellat. qu. 1. à nu. 32.* inter appellationem judicialem, & extrajudicialem, illa consideratione digna est, quòd in appellatione judiciali, necesse est, ut præcesserit gravamen, ex causa vera, & legitima præexistente; In appellatione autem extrajudiciali sat est, quòd sit verisimilis, & probabilis *Passer. in Trib. Regul. qu. 32. art. unic. num. 3.* ubi *sub num. 6.* quòd potest hæc appellatio extrajudicialis fie- 20 ri coram honestis viris, sive isti laici sint, sive Clerici, sive pauperes, sive divites, *& Amen. de Delict. & Pœn. tit. 2. §. 1. num. 29.* ubi, quòd in his casibus, appellans coram honestis viris, petere ab ipsis debet Apostolos testimoniales, qui ex charitatis præcepto illos concedere tenentur, de qua appellatione coram probis, & honestis viris, mentio ha- 21 betur *in dec. 1272. in relat. facti post med. coram Emerix. junior.* quæ concernit divisionem bonorum DD. Fratrum de Ginettis.

22 Adeò autem supremo Principi adhæret jus appellationes admittendi à gravaminibus inferiorum Judicum, ut ab eo nullatenus tolli possit, ex adductis per *Rot. in decis. 21. numer. 16. & 17. apud Novar. in Summ. Bullar.* ita ut, etiam si idem supremus Princeps privilegium concedat, ut non possit ad ipsum, sed debeat ad alium Judicem, vel Magistratum appellari, adhuc appellationem recipere, & admittere potest, eodem privilegio non obstante *cap. Dudum, de Præbend. in 6.* & latè *Card. de Albic. de Inconst. in Judic. qu. 42.* 23 *per tot.* ubi, quòd hæc quæstio ultimo loco acerrimè disputata fuit in Tribunali Sanctissimæ Inquisitionis, tempore 24 *san. mem. Innoc. XI.* Et quòd non admittatur, neque consuetudo in contrarium, firmavit *Rot. in dec. 148. num. 8. par. 16. rec.*

25 In omnibus causis, quamvis gravibus, sive civilibus, sive criminalibus, regulariter appellare permissum est; Appellatio enim est species defensionis, quæ omnibus competit *cap. Ut debitus, de Appell.* & latè *Guazz. ad Defens. Reor. def. 36. c. 3. per tot.* De consuetudine tamen in criminalibus ad effectum suspensivum, & quoad pœnas, corporis afflictivas, ista denegatur, ut de praxi, & consuetudine totius Orbis, 26 testantur *Scacc. de Judic. lib. 1. c. 97. num. 91. & Guazzin. ad Defens. Reor. defens. 38. cap. 4. sub n. 1.* Et de consuetudine totius Italiæ *Cabal. resol. Crim. cas. 110. n. 17. & Amen. de Delict. & Pæn. tit. 2. §. 3. nu. 3.* In Urbe verò, & Statu Ecclesiastico adsunt diversæ Summorum Pontificum Constitutiones, id præscribentes, in quarum exequutionem criminalis sententia executioni demandatur, sive agatur de pœnis capitalibus, sive etiam de aliis pœnis, corporis afflictivis, puta 27 triremium, ictuum funis, relegationis, exilii &c. *Guazzin. ad Defens. Reor. defens. 36. cap. 4. per tot.* ubi *num. 3.* testatur de praxi Signaturæ Gratiæ, & Justitiæ, quòdque illa incœpit tempore B. Pii V. occasione belli navalis contra Turcas, eo quia tunc Sedes Apostolica indigebat hominibus ad remigandum, & postea, ob severitatem, & acerbitatem temporum, continuavit dictus stylus, & usque ad præsentem diem perseverat.

28 Eodem, imò majori cum rigore, iste stylus practicatur quoad pœnas capitales, dum, post sententiam, vix datur Reis tempus consulendi indigentiis animæ, ex quo postquam benè de sero comederunt, & de nocte meliùs dormire putant, denuntiatur Reis ultimum terribilium, de mane diei sequentis irremisibiliter exequutioni demandandum. Quam consuetudinem, in aliquibus vigentem Locis, lautam sternendi cœnam miseris condemnatis, tamquam impropriam, benè reprobat *Set. de Offic. Locumt. c. 12. nu. 10.* observando *nu. 13.* Justitiæ executorem, seu Carnificem, lucrari vestes, zonam, & anulos 29 damnatorum usque ad valorem scut. 5. quòd advertetant priùs *Luc. de Penn. in l. 1. vers. & nota, C. Nequis l. invit. lib. 11. Paris de Put. de Syndic. verb. Manivolius c. 7. n. 2. & Oter. de Offic. Reip. c. 22. n.* & latè *Zacch. de Salar. q. 60. per tot.* ubi, quòd si damnatus habeat in 30 digitis gemmam valoris considerabilis, vel Chirographum magnæ pecuniæ apud se, ista non spectant ad Carnificem, quia non continentur nomine Panniculariorum, quæ ad ipsum loco mercedis spectant, & antecedenti *qu. 59.* latè disseruerat de Salario, debito birruariis, tam 31 à publico, seu Principe, quàm à privatis, hoc est à carceratis pro aliquo crimine, vel debito.

32 Quid autem faciendum in casu, quo non reperiatur adeò vilis persona, quæ ministerium hoc spontè velit exercere, Respondeo, cogendum esse unum ex carceratis, qui, vel sit ad mortem, vel triremes condemnatus, ut sequendo *Bart. in l. 2. n. 10. ff. de Public. Judic.* advertit *Set. de Offic. Locumt. c. 12. n. 14.* ubi *n. 16.* quòd in illis Civitatibus, in quibus talis minister non retinetur, conducitur expensis R. C. ex alia viciniori Civitate, in qua adsit, Quòdque, ut Reus fustige- 33 tur, vel ad supplicium ducatur, potest capi asinus, vel currus cujuslibet, sed reficiendum est Domino damnum, quod comprobat etiam *Paris de Put. de Syndic. verb. Captura c. 7. per tot.* de quo videndus *Jodoc. in Prax. c. 152.* pariter *per tot.*

34 Observa hic cum *Avendan. ad leg. Taur. leg. 9. glos. 9. n. 9. & Franc. de Remoral. consult. 24. num. 1. & seqq.* apud Hispanos extare legem, demandantem, ut maritus, accusans uxorem de adulterio, quatenus uxor, & adulter damnentur ad mortem ipse maritus debeat carnificis officio fungi, & refert *idem Frances* ubi supra casum, in 35 quo in actu executionis, deprecatus maritus ad parcendum uxori, & adultero, semper recusavit. Verùm ad Confessarii suasiones, & petitionem adstantium, tamdem inductus, ut saltem alta voce recitasset Orationem Dominicalem pro damnatis ad mortem, quando pervenit 36 ad verba illa, *dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris*, Populus exclamavit *dimisit, dimisit*, & consentientibus Justitiæ Ministris, plurimi ascenderunt patibulum, & damnatos liberarunt.

37 Dixi *ad effectum suspensivum, & quoad pœnas corporis afflictivas*, quia quoad effectum devolutivum, & circa pœnas pecuniarias, admittitur utique appellatio, facto tamen actuali deposito, vel data cautione de solvendo in casu succumbentiæ, juxta *Const. 128. Pii IV. & 190. B. Pii V. in Bullar. nov. tom. 2.* de quibus latè *Guazzin. ad Defens. Reor. defens. 36. cap. 4. & seqq. Farin. qu. 101. nu. 8. & seqq. & Amen. de Delict. & Pœn. tit. 2. §. 3. num. 3.*

Licèt

38 Licèt verò Fiscus intentionem in Jure fundatam habeat appellandi à quacumque sententia *leg. Illud la 2. ff. de Appellat. Peregr. de Jur. Fisc. lib. 7. tit. 4. sub num. 1.* De generali pariter consuetudine nostræ Italiæ nunquam appellat, testibus *Sperell. decis. 65. nu. 6. Guazzin. ad Defens. Reor. defens. 36. tit. 14. num. 2. & seqq. & Rayn. tom. 3. cap. 32. §. 4. num. 224. & in supplet. 2. per tot.* ubi materiam latissimè examinat. Quando autem adest Instigator, sive secretus, si-

39 ve publicus, tunc, præstita per ipsum cautione de reficiendis expensis, tam primæ, quàm ulterioris instantiæ, ad appellandum admittitur *Farin. qu. 101. num. 32. & Conciol. verb. Appellatio res. 2. nu. 1.*

40 Nota hic, notitiam proximæ mortis in Reis aliquando mirabiles producere effectus, mutando illos, & transformando de Juvenibus in senes, juxta casum relatum *à Scench. Observat. medic. lib. 1. de Capil. fol. 2. & Matt. de Canoniz. Sanct. par. 3. cap. 23. num. 2.* de nobili illo juvene, qui in Aula Cæsarea virginem stupravit; Ex notitia siquidem proximæ mortis ità immutatus fuit, ut sequenti die, cùm

41 pro Tribunali consisteret, à nemine eorum, cum quibus familiaritèr vixerat, nec ab ipsomet Cæsare agnosci potuerit, itaut attonitus Imperator, ex vindicta in commiserationem animum deflexit, culpam illi, & ereptæ pudicitiæ crimen, condonando, & generalitèr *P. Segner. nella Predic. 35. num. 3. post princip. e nel Christ. instr. part. 2. ragion. 17. n. 9.*

42 Adverte 2. quòd in illis causis civilibus, in quibus datur appellatio, appellans intra 30. dies redire debere pro Apostolis, aliàs causa habetur pro deserta, & sententia transit in judicatum *c. Ab eo, de Appell. in 6. & Rot. dec. 40. num. 1. cor. Ottbob.* ubi, quòd hoc est verum in Judicibus ordinariis, & ab eis deputatis, etiamsi vacet Apostolica Se-

43 des, & computantur etiam dies novendiales, quibus fiunt exequiæ pro defuncto Pontifice quia Jurisdictio talium Judicum tempore Sedis vacantis non expirat, juxta *Glos. in Clemen. Ne' Romani §. Eo tamen verb. Expirare de Elect.* & tempus petitionis Apostolorum est actus

44 extra judicialis, currens de momento ad momentum, & quidem etiam die, in honorem Dei feriato, juxta *Text. in cap. Cordi, de Appellat. in 6.* & animadversa *per Franch. in d. cap. Ab eo §. Illud tamen n. 6. de Appell. in 6.* ubi *Gemin. num. 5.*

TITULUS X. ET ULTIMUS.

De Processu Criminali.

1 Partes Criminalis Processus octo communitèr assignantur à Criminalistis, I. nempè. Querela, seu accusatio offensi, II. Probatio delicti in genere III. Probatio ejusdem in specie, IV. Examen, seu Constitutum Rei, V. Legitimatio Processus, VI. Publicatio ejusdem, VII. Terminus ad faciendas defensiones, & VIII. demum Prolatio sententiæ.

2 Quoad querelam offensi, seu accusationem, videri possunt ea, quæ diximus suprà *li. 1. tit. 4. & 5.* & latiùs explicat *Pellegr. in Prax. Crim. p. 4. sect. 3. per tot.* ubi à *num. 95.*

3 diversas ponit formulas accusandi; Advertendo hic duntaxat, quòd Judex non debet secretum tenere accusatorem, sed illum in principio Processus aperire, nè præjudicium generetur Fisco quoad examen primi testis, quia, non dato aperto accusatore, primus testis, qui reperitur examinatus, habetur pro accusatore, & proinde nullam facit probationem *Andreol. contr. 345. num. 1. Capyc. Latr. dec. 179.*

4 *num. 17. & Conciol. alleg. forens. 89. n. 40.* Quod est verum, etiam si processerit Judex per formulam illam *Devenit ad aures*; Adhuc enim idem resultat effectus, nisi individuet Judex accusatorem *Cyriac. contr. 482. per tot. Conciol. verb. Accusatio resol. 10. num. 2. & Set. de Offic. Locumt. cap. 17.*

5 *nu. 11.* Circa probationem delicti in genere, est distinguendum, nam, vel istud est facti permanentis, puta vulneris &c. vel transeuntis, ut est injuria verbalis, primo casu corpus delicti probandum est per ocularem inspectionem Judicis, facta cum notario, & testibus, necnon interventu Peritorum, secundo verò modo facienda est per testes, qui fuerunt delicto præsentes, vel de auditu à testibus præsentibus.

6 Probatio delicti in specie fieri debet, vel depositione saltem duorum testium de visu, vel ex indiciis, & præsumptionibus vehementibus, Cum hac tamen differentia, quod si fiat primo modo, dicitur probatio concludens, & plena secus autem secundo modo; Ex indiciis enim, & præ-

Ursaye Institut. Crimin.

sumptionibus, quantumcumque vehementibus, nunquam resultat probatio plena, & talis, ut sit locus pœnæ ordina- 7 riæ, sed solùm extraordinariæ.

Rei examen, seu Constitutum, præsupponit, illum esse 8 in carceribus, quo casu sequi debet cùm omni attentione, & diligentia, circa quod integros edidere tractatus *Ambrosinus, Chartarius*, & alii, & latè paritèr discurrit. *Pellegr. in Prax. p. 4. sect. 9. per tot.* ubi *à n. 18.* ponit diversas formulas hujusmodi interrogatoriorum, & à *num. 70.* alias formulas recognitionis ejusdem Rei, adhibendas in casu, quo 9 neget, se esse talem; Circa quam in *Arsenali Sacro, seu nella Prattica del Sant'Officio p. 2. fol. 173. & seq. ex P. Ottavio de Orestis*, Ordinis Prædicatorum, olim Commissarii Sancti Officii in Urbe Socio, ponitur modus recognoscendi Reum per ejus effigiem, qui videtur parum tutus, & innumeris deceptionibus, & fallaciis subjectus.

Diligentèr nota hic *ex Cosp. nel Giudic. Crimin. part. 3. cap. 40. ante finem*, non esse bonam praxim differre examen 10 Reorum, à Satellitibus carceratorum, *Perchè il tardare ad esaminare li Rei si deve fare con quelli, che si costituiscono spontaneamente, acciò si scordino dell' imbeccata, ma li catturati si devono esaminar subito, per non dar loro tempo di pensare à ripieghi, & ad altri, à somministrarli loro.*

Si autem Reus non sit in fortiis Curiæ, sed contra ipsum, 11 tamquam contumacem, formetur Processus, tunc, omisso hoc examine, proceditur ad illius condemnationem, quæ in Statu Ecclesiastico ad hoc, ut valida sit quatuor præcedere debent. I. Inquisitio, cum narrativa delicti, & omnium ejus circumstantiarum. II. Notificatio, facienda Reo, in domo solitæ, & ultimæ habitationis, 12 cum termino quinque dierum ad comparendum, seque exculpandum III. Publicatio Banni, seu intimatio, facienda in solitis Locis, cum alio termino quinque dierum, & IV. Citatio ad sententiam pro prima die juridica, immedia- 13 tè sequenti ferenda, juxta dispositionem Constitutionis Barberinæ, cum declarationibus Card. Sacchetti, impressis post *Zuff. de Legitim. Process.*

Processus legitimatio, de qua latè *Brugiot. Institut. Crim.* 14 *libr. 4. tit. 15. per tot. Rayn. tom. 3. cap. 34. supplet. 4. num. 7. & seqq. & Zuffus*, qui circa illam integrum edidit Tractatum, omninò necessaria est, ad hoc, ut Judex possit contra Reum procedere, Quinque autem modis id solet 15 ad praxim reduci. I. Per repetitionem testium, in processu informativo secretò examinatorum, qui recognoscere debent priorem depositionem, illamque confirmare, & quatenus in substantialibus contrarientur priori depo- 16 sitioni, subjiciuntur torturæ, ad videndum, in quo dicto persistant, vel à quo fuerint subornati *Conciol. Verb. Testium miscellanea resol. 3. num. 2. & 3. & Scial. in Prax. torq. Reos cap. 14. n. 25.*

Ad hunc autem effectum citatur Reus ad dandum inter- 17 rogatoria, eique præfigitur congruus terminus, quo transacto, & dd. interrogatoriis non datis, examinantur iterum testes sine illis II. Per eorumdem testium confrontationem cum Reo III. Per declarationem, quòd Reus vult habere testes examinatos pro informatione Curiæ, 18 pro ritè, & rectè examinatis, juxta formulam, quam registrant *Zuff. de Legitim. Process. qu. 162. num. 6. & Rayn. tom. 3. ad c. 34. supplet. 4. n. 167.* circa quam praxis Status Ecclesiastici est, quòd ad id coguntur Rei antequam nota sint eis testium dicta. In Urbe verò contrarium servatur, & meritò, nimis enim durum videtur cogere Reum ad faciendam dictam sibi præjudicialissimam decla- 19 rationem; antequam sciat quid contra ipsum deposuerint.

Imò boni Defensores non solent esse faciles ad consu- 20 lendum Clientibus, ut faciant d. declarationem, teste *Prat. respons. crim. 18. num. 8. & seq.* IV. Per Reorum veram, & realem confessionem, sive spontaneam, sive in tormentis emanatam, & extra tormenta ratificatam, & V. demum per confessionem fictam, resultantem ex contumacia Rei absentis, quæ licèt ex se delictum non probet, deservit tamen pro valido, & urgenti adminiculo ejusdem, ex 21 firmatis per *Rot. in dec. 236. num. 9. & seqq. par. 5. rec. & in Rom. Reintegr. 25. Jan. 1700. §. Eoq; certiùs cor. R. P. D. Scotto.*

Circa quem modum legitimandi diligentèr adverte hic, non sufficere, quòd Reus se declaret, velle habere testes pro ritè, & rectè examinatis, nisi addat ulteriùs, *prout habuit.* Priora enim verba, tanquam futurum tempus de- 22 notantia, non possunt processum de præsenti legitimare *Honded. cons. 161. num. 33. lib. 1. Conciol. verb. Testes* 23

quoad examen numer. 19. *& Zuff. de Legitim. Process. consult.* 174. Quod limitant *Rayn. tom.* 3. *ad cap.* 34. *supplet.* 4. *numer.* 222. *& seqq. & D. Franciscus de Gambis Fisci Procurator Generalis in Scriptura*, ibidem impressa *à numer.* 224. 24 quando ex aliis verbis protestationis clarè patet voluntas Rei de præsenti, velle habere testes pro ritè, & rectè examinatis.

25 Circa fictam verò confessionem, est etiam advertendum, quòd, sponte comparente Reo contumace intra annum, stabilitum in Apostolicis Constit. *f. m. Pii IV. & B. Pii V.* illa prorsùs evanescit, & non potest Judex statim devenire ad recognitionem personæ, & successivè ad publica- 26 nem processus, cum termino ad dicendum, quare sententia exequi non debet, ut practicatur cum carceratis, sed est ei concedenda testium repetitio, ut, re maturè discussa, probat *Magliabeccus apud Set. de Offic. Locumten. in fin.* ubi, declarando contrarium tenens, observat, illos loqui 27 de admissione ad novas defensiones per viam gratiæ à Principe obtentæ, non autem ex præscripto legis, seu Apostolicarum Constitutionum. Dixi *intra annum &c.* 28 quia si compareat post annum, vel à satellitibus intra annum capiatur, tunc non, nisi ex speciali Principis gratia, ad novas defensiones admitti debet, ut probat *Set. de Offic. Locumten. cap.* 19. *num.* 1. *& per tot.*

29 Quoad processus publicationem, omninò necessariam, rationibus adductis à *Majoran. in Opoprax. crim. lib.* 2. *cap.* 5. *numer.* 1. *& seqq.* duplex occurrere potest inspectio, Vel enim formatus fuit contra Reos absentes, vel contra præsentes.

30 Si contra Reos absentes, tunc non publicatur Processus, neque datur Parti copia, sed contra illum devenitur ad declarationem incursus pœnarum, & ad sententiam condemnatoriam, juxta praxim totius Orbis, de qua testatur *Clar. in Prax. qu.* 49. *num.* 6. *& qu.* 61. *num.* 4. *Vers. Ego ut verum.*

31 Si contra Reos præsentes, tunc omninò necessaria est, & si omitteretur, Processus esset insanabiliter nullus, nec Reus posset condemnari, eo quia tolleretur ei facultas se defendendi. *Guazzin. ad Defensor. Reor. defens.* 35. *cap.* 2. *numer.* 4. *& Ambros. de Proces. inform. lib.* 3. *cap.* 1. *num.* 5. *& seqq.*

32 Praxis hujusmodi publicationis talis est; *Dominus sedens pro Tribunali, acceptatis &c. examen dimisit, & mandavit, ipsum Reum poni ad largam, cum termino trium dierum, ad faciendas suas defensiones, & copiam Processus decrevit, habitis tamen prius testibus pro ritè, & rectè examinatis, salvis exceptionibus, & repetitionibus &c. & sine præjudicio ulterioris Processus, & examinis, omni meliori modo &c.*

33 Dicitur, *Reum poni ad largam*, quia, dum fabricatur Processus informativus, Reus detinetur in carceribus secretis, Unde mandatur poni ad largam, ut possit suas procurare defensiones, suosque Advocatum, & Procuratorem alloqui. Hoc tamen non procedit in criminibus atrocissimis, in quibus, quando adsunt indicia gravia contra 34 Reum, ei permittuntur quidem defensores, sed in secretis carceribus detento, cum facultate alloquendi suos Defensores dumtaxat, ut loquendo de crimine proditorii, probat *Rayn. Observ. crimin. tom.* 1. *ad cap.* 2. *supplet.* 2. *per tot.* ubi *num.* 26. quòd plenis votis quinque Cardinalium, & 35 septem Prælatorum, *ita resolvit Sacra Consulta* 24. *Julii* 1693. Dicitur *cum termino trium dierum*, quia tot dies de stylo assignari solent, quamvis ex justa causa possit aliquando longior, vel brevior dari terminus, *Chartar. de Interrog. Reor. lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 7. Dicitur, *& copiam Proces-* 36 *sus decrevit*, quia Judex ad aliud non tenetur, quàm ad dictam copiam decernendam, quamve suis sumptibus illam à Notario causæ procurare debet Reus, *Clar. in Prax. §. fin. qu.* 49. *num.* 4. Nisi Reus sit persona miserabilis, tunc enim Judex madare debet, ut gratis ei ipsum originalostendatur, juxta Motum proprium *Pauli IV*, de quo *Chartar. de Interrog. Reor. dict. lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 54. *&* 55. Et nisi agatur de Processu nimium voluminoso, quo casu, saltem ex æquitate, solet Reis concedi sola illa pars, quæ contra ipsos facit, ut ultimo loco de anno 1699. practicavit *Sac. Cong. Episc. & Regul.* ad favorem Fratrum de Fransonis in una *Comen.*

37 Dicitur *habitis priùs testibus pro ritè, & rectè receptis, & legitimè examinatis.* Nam non tenetur Judex dare Processus copiam, nisi iste perfectè completus, & legitimatus fuerit. Dicitur *salvis exceptionibus, & repetitionibus*, sci- 38 licet Jure repetendi, & hæc clausula salutaris apponitur ad favorem Reorum, ut scilicet ipse Reus declarans, se velle habere testes pro ritè examinatis, possit deinde contra illorum personas, & dicta opponere quidquid voluerit, illosque super suis interrogatoriis, quatenus opus sit, reperi facere *Ambros. de Proces. inform. lib.* 3. *cap.* 28. *num.* 57.

Dicitur denique *sine præjudicio ulterioris processus, & examinis*, quæ clausula ponitur ad favorem Fisci, ad hoc, ut 39 semper, & quandocumque sibi reservatum maneat Jus, alios testes examinandi, & alia Jura, & probationes ad sui favorem deducendi.

Assignatio termini ad faciendas defensiones solet ter 40 replicari; Aut verò Reus recusat illas facere, & boni, atque oculari Judices ex officio solent aliquem doctum, & probatum Defensorem deputare, ad hoc ut semper appareat, Reum non fuisse indefensum condemnatum. Aut probationes facere vult, & istæ innumeræ sunt, plenè relatæ *à Guazzin. & Novellio* in eorum Tractatibus ad Defensio- 41 nem Reorum: Omnes tamen epilogari possunt ad quatuor capita principalia, I. Quando Reus absolutè negat crimina, sibi objecta, II. Quando negat esse delictum id, quòd dixit, vel fecit, III. Quando dato, & concesso, quòd id, quod fecit, sit delictum, adducit tamen pro se excusationes, illud diminuentes; Et IV. Quando dat de nullitate Processus, ut benè distinguit *Decian. lib.* 5. *cap.* 37. *num.* 1. *&* 2.

Ex hac defensionum divisione patet, quòd super omni- 42 bus Judicii criminalis partibus, & aliis, contra Reorum personas deductis, potest habere locum defensio; Potest namque ista proponi circa defectum Jurisdictionis in personam Judicis, circa factum non punibile, circa inquisitionem, circa accusationem, circa corpus delicti, circa capturam, circa privilegia carceratorum, circa citationem, circa transmissionem monitorii, vel Commissarii, circa examen testium, circa subtractionem probationum, circa testium torturam, circa Reorum examen, circa formationem Processus informativi, circa publicatio- 43 nem processus offensivi, circa excarcerandum Reum à secretioribus ad largos carceres, circa decernendam copiam Processus, & traditionem ejusdem, circa repetitionem testium, circa renunciationes defensionum, circa convictionem, aut confessionem Rei, circa torturam inferendam, vel jam illatam, circa condemnationem, circa hanc, vel illam pœnam infligendam, & circa plura alia, quæ videri possunt apud citatos *Novellium, & Guazzin. in* 44 *eorum Tractatibus ad Defens. Reor. & Passer. in Trib. Regul. qu.* 25. *art.* 2. *per tot.* ubi de defensione ex defectu copiæ Processus, *& art.* 7. ubi ex non probato delicto, *& artic.* 8. ubi ex eo, quòd factum non sit delictum, *& artic.* 9. ubi ex eo, quòd delictum non sit punibile, *& art.* 10. ubi ex eo, quod perierit instantia, *& art.* 11. ubi de exceptione litis finitæ.

Publicato Processu, datoque Reis termino competen- 45 ti ad se defendendum, si factis per eosdem defensionibus, atque oppositis exceptionibus, ea, quæ contra illos militabant, non fuerint in Processu defensionis civiliter purgata, sed adhuc in suo robore maneant, & Processus offensivus elisus non fuerit, tunc, quia debent purgari criminaliter, devenitur contra Reum, vel confessum, vel convictum ad sententiam, juxta ea, quæ latè diximus *supra tit.* 8.

Hæc autem dicta sint pro brevi notitia criminalis modi 46 procedendi, qui enim latiùs materiam videre desiderat, consulere poterit illam ex professo, & ex proprio instituto, practicè tractantes *Passer. in Trib. Regul. à fol.* 453. *Sgroy. in Luc. Prælator. Megal. in Prax. Crim. Canon. Jodoc. in Prax. Crim. Amen. in Formul. Crim. practic. illustrat. Carol. Anton. de Ros. de Decret. Blanc. in Prax. Crim. Canon. Carol. Anton. de Luc. in Prax. Crim. Nicol. Carbon. in Practic. Practicar. Sarn. in Prax. Crim. Car. de Luc. in Prax. Crim. Ray. observ. Crim. Majoran. in Opoprax. Crim. & Set. de Offic. Locumt. c.* 22, & innumeros alios ab istis citatos.

Iste est modus procedendi in criminalibus ser. ser. Alium 47 verò procedendi ex abrupto, seu more belli, quem odiosum, mirabilem, & terribilem vocant *Chartar. de Execut. Sent. capt. Bandit. in præfat. num.* 23. *Ball. tract. Crim. qu.* 10 *n.* 7. *& seqq. & Rocc. de Offic. rubr. de Official. com. gener. rub.* 15. *num.* 50. consistentem in hoc, quòd attentis notorietate, atrocitate, & sævitia delictorum, nullus servetur ordo, sed absque solemnitatibus ordinariis, in Judiciis criminalibus servari solitis, sola facti veritate inspecta, 48 procedatur, latè explicant *Joan. Grand. Bell. de Exul. Scaglion. alleg.* 1. *Burg. de Modo proceden. ex abrupt. Cavalc. de Branch. Reg. part.* 2. *à Ponte de Potest. Proreg. tit.* 1. §. 4.

ſeq. num.1. & Polic. de Præmin. Regiar. Audient. tit.9. per tot. ubi latè explicat delicta illa, in quibus modus iſte procedendi locum habet, vel non.

49 Nullus pariter ſervatur ordo in Repræſaliis, ut obſervat *Faber. in Cod. lib.11. tit.9. defin. 1. ſub num.6.* quas pignorationes rerum, & perſonarum, ad injurias ulciſcendas vocant *Barboſ. in auth. Sed omnino, num.3. Cod. Ne Uxor pro Marit. Zaul. tom.1. lib.7. rubr.23. num.13.* ubi, quòd in Gallia vocantur *Droict de marque*; Atque, ad ſimilitudinem

50 juſti belli, à Principe, non recognoſcente ſuperiorem, indicuntur adversùs res, & homines illius Loci, vel Territorii, in quo denegata fuit juſtitiæ exhibitio, ut poſt *D. Auguſtin. quæſt.10. in Joſue*, relat. *in can. Dominus noſter 23. qu. 2.* obſervant *Scann. de Viſit. Carcer. lib.3. cap.13. n.8. fol.388 & Rocc. Selectar. interpr. cap.180. num.15.*

51 Inventæ autem fuerunt ad inſtar Androlepſiæ Græcorum, quæ jus erat pignorandorum hominum, quando cædes aliqua patrata erat, & occiſor, qui effugerat, non reddebatur à Civitate illa, in quam ſe receperat, quo caſu pro uno male-

52 factore licitum erat tres homines ejuſdem Civitatis capere, & retinere, quouſque Reum redderent, ex animadverſis per *Peſchuuitz. de Repræſal. cap.1. num.50.* ubi priùs *num.16.* illas definiverat, ut ſcilicet ſint *detentio rei, vel hominis innocentis illius Provinciæ, in qua juſtitia apprehendenti denegata eſt pro juris, & debiti ſui liquidi; & probati, ad quod aliter per-*

53 *veniri nequit, conſervatione, à Magiſtratu ſuo permiſſa, & uſu Populorum approbata*, quam definitionem ſequitur *Gaill. de Pignor. obſer.2. & Colleg. Argentor. ad titul. ff. de Vi privat. theſ.11. Coſt. de Remed. ſubſid. remed. 17. num.11. Ayala de Bell. lib.1. cap.4. num.1. Fritſchius Exercit. var. Jur. publ. quæſt.2. exercit. 13. mem.5. in princip. & Pilaia dec.12. num. 129. lib.1.*

54 Ultra Principis authoritatem, requiritur etiam pro illorum ſubſiſtentia concurſus juſtæ cauſæ, nec non abeſſe debet nocendi cupiditas, & ulciſcendi crudelitas, ex allegatis per *Gob. conſult.104. num.13.* ubi, quòd ulteriùs præcedere debet

55 aliqua monitio, ſeu requiſitio, quod priùs adverterant *Bartol. in tract. de Repræſal. qu.1. ſub num.3. & Guidopap. dec.32. nu.1. in fin.*

56 Caſus demum, in quibus illæ locum non habent, ſive, quia agatur de Militibus, vel de Scholaribus, vel de Mulieribus, vel de Oratoribus, vel de Officialibus, vel de Clericis, & ſimilibus, vide apud *Cobell. ad Bull. Bon. regim. cap.12. nu.33. & ſeqq. Dian. tom.9. tract.2. reſol.16. num.12. Pignat. conſult.449. & conſul.452. t.1. Zaul. t.2. lib.7. rub.24. nu.64. & ſeqq. Rocc. ſelect. Interp. c.180. nu.23. & ſeqq. Peſchuvitz. de Repræſal. cap.8. anu.11. & R. P. D. Anſal. de Comm. & Merc. diſ.10. per totum.*

Nota hìc, quòd Clerici Conjugati ſunt exempti à repræſaliis pro debitis Communitatis, quando in eis verificantur requiſita S. Congreg. Immun. diei 13. Martii 1706.

57 Et hìc ſit terminus noſtrarum Inſtitutionum Criminalium Nolui enim quidquid hac de re ſparſim apud Authores inveni, aut quidquid, ſive uſus, ſive abuſus noſtro calamo latiùs poterat ſuppeditare, hìc adducere, quadraginta Titulorum capita tantùm attigiſſe; Studioſorumque perveſtigandi aviditatem utcumque exacuiſſe, contentus. Sicut enim in pretio venaticos canes, qui prædam, quam apprehendere non valent, oſtendunt ſic apud ingenioſum Lectorem gratiam habet qui difficultates latentes, vel dubia quædam indicat, quam ipſe poſſet ingenii proprii cauſa, ſolùmque aſſequatur. Licèt autem plura potuiſſent omitti, dicta tamen fuerunt ad meram, & ſolam Tyronum inſtructionem, qui aliàs de facili arenantur, ut obſervat *Raynaud. Obſer. Crimin. tomo 1. ad capitul. 1. ſuppletit. 3. numero 26. verſ. Et licèt.*

ADDI-

ADDITIONES

Inter Imprimendum Omissæ.

Adde Lib. I. *tit.* 10. *Num.* 193. *in medio, ante verba Dixi, sive ex consuetudine &c.*

58 NOn sic autem respectu Sacramenti Confirmationis, quia illud in eadem Basilica conferri non potest per Eminentissimum Archipresbyterum, nisi ejusdem Ministris, non quibuscumque, & quomodocumque 59 ab illa dependentibus, sed actu dumtaxat eidem Basilicæ inservientibus, ut resolvit *S. C. Conc. in Rom.* 4. *Jul.* 1648. *lib.* 18. *Decr. fol.* 491. cum successiva approbatione f. m. Inn. X.

Adde Lib. 2. *tit.* 5. *post num.* 350.

60 Aliam similem inventionem vide *apud Torr. tom.* 3. *Var. Jur. defin.* 42. *per totam*, ubi de sclopo, parvis glandulis onusto, posito in loco, per quem transire solebat nocturnus fur, ad colligendos pulchros flores à quodam insigni Viridario, tali artificio cum filo æneo accommodato, ut contra ingredientem, pedibus eumdem filum prementem, exoneraretur, ut sequutum fuit in illo casu, dum idem fur lethaliter in pectore vulneratus, paulò post miserè obiit: Referens, Authorem ejusdem artificii, quia nobilem, & septuagenarium, fuisse punitum sola relegatione ad arbitrium: Sub- 61 dens verò, quòd, quatenus Reus fuisset inferioris conditionis, potuisset puniri pœna exilii decennalis: Ea forsan ratione, quia delictum furti florum leve est, & sola pœna extraordinaria puniendum, *ut videbimus infra hoc eodem lib. tit.* 8. *nu.* 200. Et propterea Furem in his circumstantiis occidere, magna videatur impietas, juxta id, quod de occidentibus pulices lepidè cecinit insignis Poeta, dicens.

Tu morsu me lædis, egoque tibi infero mortem
Culpa tua, non nego, levis est, pœna gravis.

Adde lib. 2. *tit.* 6. *num.* 190. *in fine.*

62 Verùm, nec etiam prudentissimum æquè, ac legale hoc temperamentum, sufficiens demonstravit experientia, dum vix promulgata d. sanctione, seu Pragmatica, illam statim eludere cæperunt Campsores, cum evidenti falsitate, alterando nimirum quantitatem summæ cambiandæ E. G. (& est casus practicatus, sequutus die 21. Augusti 1706. personæ mihi probè notæ.) Volens iste dicta die permutare, seu cambiare scut. 60. monetæ Romanæ pro Civitate Neapolis, accessit ad unum ex primæ classis Urbis Campsoribus, eique, mediante cedula Banci S. Spiritus, consignavit dictam summam scut. 60. Facto computo cambii ab uno ex ejus ministris consignatæ fuerunt eidem cambiales literæ, directæ mercatori Neapolitano, ad hoc, ut ibidem *à vista* solveret duc. 89. gr. 40. pro valore, recepto in Urbe in sc. 61. 66 & cum expressione, quòd cambium fuerat regulatum ad rationem duc. 45. pro centenario: Non vidit statim dd. literas ille, qui cambium procuravit, sed per viam, curiositate motus, illas legendo, invenit d. errorem in juliis sexdecim, & b. sex in damnum Campsoris, & propterea statim rediit, eidem dicendo, Domine mi, ego non consignavi V. D. nisi scuta 60. & tuus minister erravit, apponendo scut. 61. 66. nolo eum tua jactura meas cambiare pecunias, nec volo locuples fieri cum tuo præjudicio; Ecce dd. julios 16. cum b. sex Respondit Campsor, non adest error aliquis, quia, & ego, & minister meus probè scimus, quod V. D. non dedit mihi, nisi scut. 60. sed apposita fuit d. major expressio ad finem cujusdam novissimæ Pragmaticæ: In substantia nihil aliud volens significare, quàm fuisse appositam ad eludendam vim, & efficaciam ejusdem Pragmaticæ, hoc est ad regulandum cambium ad rationem duc. 49. pro centenario, non autem 45. ad summum, ut præscribitur in d. Pragmatica, ut patet operanti, cum regula aurea, seu trium, quia, si 100. scuta Romana dant duc. 149. monetæ Regni, scut. 60. dant ad unguem dd. duc. 89. b. 40.

63 In hoc operandi modo, negari non potest, adesse evidentem falsitatem, omni jure punibilem, quia adest immutatio veritatis, dolo malo procurata, in Tertii præjudicium, juxta definitionem falsitatis, traditam supra *lib.* 2. *tit.* 6. *num.* 1. *& seqq.* De immutatione veritatis dubitari non potest, quia factum aliter exponitur in Literis cambii, ac in rei veritate fit. Dolus malus emicat ex fine eludendi d. Pragmaticam sanctionem, & lucrandi illud plus, quod ab ea non est permissum: Et Tertii præjudicium palpatur manibus, quia Neapolitanorum negotii gestores, & alii Administratores, rerum eorumdem, in Urbe commorantes, possunt facilitate maxima sibi appropriare illud plus, quod alteratur à Campsoribus, 64 dum habent d. claram assertionem, ad eorum favorem, quod permutaverint, seu cambiaverint, ut in d. casu, scut. 61. 66. eo tempore, quo permutata, seu cambiata non fuerunt, nisi scut. 60. Unde tu Lector cogita, quia non agitur de mendacio jocoso, sed de falsitate, involvente peccatum, & delictum.

Adde Lib. 3. *tit.* 1. *num.* 15.

Idemque dicendum de Sanctis antiqui Testamenti, ratio- 65 nibus, adductis in fundatissimo Voto, impresso *apud Torr. Var. qu. t.* 3. *par.* 2. *Miscell. tit.* 12. *dec.* 12. emissum occasione aperitionis Ecclesiolæ in honorem S. Job in Civitate Albani. Cùm enim aperitioni ejusdem impedimenta apposuisset Suf- 66 fraganeus ejusdem Civitatis, proposita Causa *in Sac. Rituum Congregatione die* 22. *Junii* 1680. prodiit rescriptum, *Removenda esse impedimenta*; Cùmque tali resolutioni non acquie- 67 sceret idem Suffraganeus, reproposita causa *die* 31. *Augusti ejusdem anni*, rescriptum fuit, *In Decisis, & amplius causa non proponatur.* Vide *Dand. de suspect. de heres. cap.* 2. *sect.* 7. *sub sect. unic. nu.* 47. *fol.* 258.

Adde Lib. 3. *tit.* 2. *num.* 31.

Duo, ex Responsis hic indicatis, impressa ultimo loco 68 fuerunt *apud Torr. Var. Jur. quæst. tom.* 3. *quæst.* 45. *&* 46. Addens idem Author *d. quæst.* 45. *post num.* 88. *Vers. Quamobrem fol.* 60. quod cum ann. 1681. uti Præpositus super Officio Jurisdictionis revideret *lib.* 4. *consult. Mans.* in quo post *consult.* 332. aderat inserta Scriptura D. Fantoni, de qua mentionem 69 fecimus *Lib.* 3. *tit.* 2. *nu.* 46. noluit permittere illius impressionem, effectu subsequuto, dum suo Voto unanimi sensu adhæserunt alii Revisores.

Adde Lib. 3. *tit.* 7. *num.* 22.

Quod limita cum *Rot. in Ferrarien. Pecuniaria* 26. *April.* 70 1700. §. *In hac, & per tot. coram Olmo*, quando pretii diminutio, vel augumentum conventum fuit, non respectu solius anticipationis, vel posticipationis temporis, sed habito respectu ad alias facti circumstantias, justum, legitimum- 71 que titulum præseferentes, ad inducendam justi pretii diminutionem, vel augumentum, juxta doctrinam *D. Thom. in Opusc.* 73. *dub.* 8. Observans *Sac. Rota in* §. *finali*, in hunc sensum convenisse insigniores Universitates Orbis Catholici, ac primi ordinis Theologos Urbis, nec non Pœnitentiarios S. Petri, quibus Pœnitentiariis eadem Rota deferre solet 72 in his materiis ut patet *ex dec.* 160. *n.* 16. *&* 25. *p.* 4. *to.* 2. *rec.* in qua post *nu.* 37. registratum fuit per extensum Votum eorumdem Pœnitentiariorum, indicatum etiam, & sequutum in *Romana, seu Limana Cambiorum* 1. *Julii* 1699. §. *Verùm cer. R. P. D. Ansal.* In qua decisione *Ferrarien.* ad excludendam 73 usurariam labem duas alias consideravit S. Rota circumstantias, primam, deductam ex publicitate actus *in* §. *Emergit.* ex quo fœneratores non solent publicè illicitos contractus inire, 74 secundam verò *in* §. *Descendit* ex nobilitate, & ingenuitate contrahentis, quæ multùm attenduntur ad elidendam usuræ suspicionem.

Adde Lib. 3. *tit.* 10. *n.* 48. *in fine.*

Nota hìc, Hebraicam linguam adeò ad pronunciandum 75 esse difficilem, ut Sanctus Hieronymus, in illa peritissimus, superfluitatem dentium sibi limare fecerit, ad illam rectè pro-

pronunciandum, ut observant Historici illi, quos referunt, & sequuntur *Gonzal. in cap. Ex parte, num. 10. in fine de Corpor. vitiat. & Maiol. de Irregular. lib. 1. cap. 14.*

Adde lib. 4. tit. 3. num. 75.

76 *Torr. lib. 3. Var. Jur. defin. tit. 13. defin. 38. per tot.* referens ita decisum, & amplians *n. 6.* in Nobili, jurisdictionem habente in Vassallos, cui competit etiam be-
77 neficium *Deducto ne egeat Matth. de Regim. Reg. Val. lib. 1. cap. 3. §. 4. n. 14.* vide *dec. 985. & 1026. cor. Emer. jun.* ubi quòd competit etiam Socero convento à Genero.

Adde lib. 4. tit. 4. num. 60.

78 *Torr. l. 3. Var. Iur. definit. tit. 13. definit. 33.* ubi de laborante morbo sontico, comitiali, seu caduco: ea ratio-
79 ne, quia, si ille superveniat Reo tempore, quo in tormentis reperitur, mori facilè posset.

Adde lib. 4. tit. 6. post num. 26.

80 Vigore quarum decisionum, à me allegatarum in una *Lucana Laudi* de anno 1704. favore Illustrissimorum DD. Fratrum de Podiis, in causa, quam habebant cum Illustrissimo D. Paulo Bertolino, doctus æquè, ac integerrimus Judex Compromissarius, D. Advocatus Sinibaldus, revocavit sententiam DD. Bricchii, & Bonfinii, antecedentium Judicum Compromissariorum, declarando eumdem à Judicem compromissarium, non obstare eisdem DD. Fratribus de Podio confiscationem, seu manum Principis, tam ex defectu incorporationis bonorum, de quibus agebatur, quàm ex aliis motivis, latiùs à me deductis: In qua causa suo more, claritate, & brevitate commendabili, pro veritate requisitus, elaboratissimum edidit Responsum R. P. D. meus Fatinellus de Fatinellis, dum hæc imprimuntur R. C. A. Clericus, cui subscripserunt quatuor alii doctissimi Romanæ Curiæ Prælati, inter quos, immortalis memoriæ Vir, Gabriel Philippuccius, cujus nomen nulla unquam delebit oblivio, ob constantissimam refuta- 81 tionem, seu renunciationem amplissimæ Cardinalitiæ Dignitatis, qui infirmatus fuit ex illo læto nuncio, ex quo alii convalescere solent, quando reperiuntur ægroti ut de *B. Andrea Corsino ait P. Segn. nella predicatione 27. sub num. 10.*

Sepultus fuit in Basilica S. Joannis in Laterano in Nobili Sepulchro sequenti inscriptione.

D. O. M.

Gabrieli Philippuccio
Patritio Maceratæ
Hujus Basilicæ Canonico
Divini, humanique Juris scientissimi
qui post varios honorum gradus
A Clem. XI. Pont. Max.
Sacr. Purpur. Cardinalium
Collegio adscriptus
Delatam ultro Dignitatem
Singulari Christianæ modestiæ exemplo
Recusavit
Franciscus de Vico V. S. R. ejusdem
Basilicæ Canonicus
Avunculo benè de se merito
Posuit
Vixit annis 76. obiit 1706.

De recusat. ejusdem Card. Philippucc. vide Gruther. de Arte benè desiderandi in fine, seu fol. 576. ubi refert Preces ab eodem porrectas Clementi XI. necnon votum Card. de Carpineto pro non acceptatione earumdem.

PROPOSITIONES DAMNATÆ,

De quibus frequens habetur mentio in his quatuor Criminalium Institutionum Libris.

Propositiones damnatæ à f. m. ALEXANDRO VII. die 24. Septembris 1665.

1 HOmo nullo unquam vitæ suæ tempore tenetur elicere actum Fidei, Spei, & Charitatis ex vi præceptorum Divinorum, ad eas virtutes pertinentium.

2 Vir Equestris, ad duellum provocatus, potest illud acceptare, nè timiditatis notam apud alios incurrat.

3 Sententia, asserens Bullam Cœnæ solùm prohibere absolutionem hæresis, & aliorum criminum, quando publica sunt, & id non derogare facultatem Tridentini, in qua de occultis criminibus sermo est, Anno 1629. 18. Julii in Consistorio Sac. Congreg. Eminentiss. Cardinalium visa, & tolerata est.

4 Prælati Regulares possunt in foro conscientiæ absolvere quoscumque sæculares ab hæresi occulta, & ab excommunicatione, propter eam incursa.

5 Quamvis evidenter tibi constet, Petrum esse hæreticum, non teneris denunciare, si probare non possis.

6 Confessarius, qui in Sacramentali Confessione tribuit Pœnitenti chartam, postea legendam, in qua ad Venerem incitat, non censetur sollicitasse in Confessione, & proinde non est denunciandus.

7 Modus evadendi obligationem denunciandæ sollicitationis est, si Sollicitatus confiteatur cum Sollicitante, hic potest ipsum absolvere, absque onere denunciandi.

8 Duplicatum stipendium potest Sacerdos pro eadem Missa licitè accipere, applicando petenti partem etiam specialissimam fructus, ipsimet celebranti correspondentem, idque post Decretum Urbani VIII.

9 Post Decretum Urbani potest Sacerdos, cui Missæ celebrandæ traduntur, per alium satisfacere, collato illi minori stipendio, alia parte stipendii sibi retenta.

10 Non est contra justitiam pro pluribus Sacrificiis stipendium accipere, & Sacrificium unum offerre; Neque etiam est contra fidelitatem, etiamsi promittam promissione, etiam juramento firmata danti stipendium, quòd pro nullo alio offeram.

11 Peccata in confessione omissa, seu oblita ob instans periculum vitæ, aut ob aliam causam, non tenemur in sequenti confessione exprimere.

12 Mendicantes possunt absolvere à casibus, Episcopis reservatis, non obtenta ad id Episcoporum facultate.

13 Satisfacit præcepto annuæ confessionis, qui confitetur Regulari Episcopo præsentato, sed ab eo injustè reprobato.

14 Qui facit confessionem voluntariè nullam, satisfacit præcepto Ecclesiæ.

15 Pœnitens propria authoritate substituere sibi alium potest, qui loco ipsius pœnitentiam adimpleat.

16 Qui beneficium curatum habent, possunt sibi eligere Confessarium simplicem Sacerdotem, non approbatum ab Ordinario.

17 Est licitum Religioso, vel Clerico, calumniatorem, gravia crimina de se, vel de sua Religione spargere minantem, occidere, quando alius modus defendendi non suppetit, uti suppetere non videtur, si calumniator sit paratus, vel ipsi Religioso, vel ejus Religioni publicè, & coram gravissimis Viris prædicta impingere, nisi occidatur.

18 Li-

18 Licet interficere falsum accusatorem, falsos testes, ac etiam Judicem, à quo iniqua certò imminet sententia, si alia via non potest innocens damnum evitare.

19 Non peccat Maritus occidens propria authoritate Uxorem, in adulterio deprehensam.

20 Restitutio à Pio V. imposita Beneficiatis non recitantibus, non debetur in conscientia ante sententiam declaratoriam Judicis, eo quòd sit pœna.

21 Habens Cappellaniam collativam, aut quodvis aliud Beneficium Ecclesiasticum, si studio literarum vacet, satisfacit suæ obligationi, si officium per alium recitet.

22 Non est contra justitiam, beneficia Ecclesiastica non conferre gratis, quia Collator conferens illa beneficia Ecclesiastica, pecunia interveniente, non exigit illam pro collatione beneficii, sed veluti pro emolumento temporali, quod tibi conferre non tenebatur.

23 Frangens jejunium Ecclesiæ, ad quod tenetur, non peccat mortaliter, nisi ex contemptu, vel inobedientia hoc faciat puta, quia non vult se subjicere præcepto.

24 Mollities, Sodomia, & Bestialitas sunt peccata ejusdem speciei infimæ, ideoque sufficit dicere in Confessione, se procurasse pollutionem.

25 Qui habuit copulam cum soluta, satisfacit confessionis præcepto, dicens, commisi cum soluta grave peccatum contra castitatem, non explicando copulam.

26 Quando litigantes habent pro se opiniones æquè probabiles, potest Judex pecuniam accipere proferenda sententia in favorem unius præ alio.

27 Si Liber sit alicujus junioris, & moderni, debet opinio censeri probabilis, dum non constet, rejectam esse à Sede Apostolica, tanquam improbabilem.

28 Populus non peccat, etiamsi absque ulla causa non recipiat legem, à Principe promulgatam.

Propositiones damnatæ ab eodem s. m. ALEXANDRO VII. die 18. Martii 1666.

1 IN die jejunii qui sæpiusmodi cum quid comedit, etsi notabilem quantitatem in fine comederit, non frangit jejunium.

2 Omnes Officiales, qui in Republica corporaliter laborant, sunt excusati ab obligatione jejunii, nec debent se certificare, an labor sit compatibilis cum jejunio.

3 Excusantur absolutè à præcepto jejunii omnes illi, qui iter agunt equitando utcumque iter agant, etiamsi iter necessarium non sit, & etiamsi iter unius diei conficiant.

4 Non est evidens, quòd consuetudo non comedendi ova, & lacticinia in Quadragesima obliget.

5 Restitutio fructuum ob omissionem horarum suppleri potest per quascumque eleemosynas, quas antea Beneficiarius de fructibus sui beneficii fecerit.

6 In die Palmarum recitans Officium Paschale, satisfacit præcepto.

7 Unico Officio potest quis satisfacere duplici præcepto pro die præsenti, & crastino.

8 Regulares possunt in foro conscientiæ uti privilegiis suis, quæ sunt expressè revocata per Conc. Trid.

9 Indulgentiæ concessæ Regularibus, & revocatæ à Paulo V. hodiè sunt revalidatæ.

10 Mandatum Tridentini, factum Sacerdoti, sacrificanti ex necessitate cum peccato mortali, confitendi quamprimum, est consilium, non præceptum.

11 Illa particula, *quamprimum*, intelligitur cùm Sacerdos suo tempore confitebitur.

12 Est probabilis opinio, quæ dicit, esse tantùm veniale osculum, habitum ob delectationem carnalem, & sensibilem, quæ ex osculo oritur, secluso periculo consensus ulterioris, & pollutionis.

13 Non est obligandus concubinarius ad ejiciendam concubinam, si hæc nimis utilis esset ad oblectamentum concubinarii, vulgo, *regalo*, dum deficiente illa nimis ægrè ageret vitam, & aliæ epulæ tædio magno concubinarium afficerent, & alia famula nimis difficilè inveniretur.

14 Licitum est mutuanti aliquid ultra sortem exigere, si se obliget ad non repetendam sortem usque ad certum tempus.

15 Annuum legatum, pro anima relictum, non durat plusquam decem annos.

16 Quoad forum conscientiæ, Reo correcto, ejusque contumacia cessante cessant censuræ.

17 Libri prohibiti, donec expurgentur, possunt retineri, usque dum adhibita diligentia corrigantur.

Propositiones damnatæ à s. m. INNOCENTIO XI. die 2. Martii 1679.

1 NOn est illicitum in Sacramentis conferendis sequi opinionem probabilem de valore Sacramenti, relicta tutiore nisi vetet lex, conventio, aut periculum gravis damni incurrendi. Hinc sententia probabili tantùm utendum non est in collatione Baptismi, Ordinis Sacerdotalis, aut Episcopalis.

2 Probabiliter existimo, Judicem posse judicare juxta opinionem, etiam minùs probabilem.

3 Generatim dum probabilitate sive intrinseca, sive extrinseca, quantumvis tenui, modò probabilitatis finibus non exeatur, confisi, aliquid agimus, semper prudenter agimus.

4 Ab infidelitate excusabitur Infidelis, non credens, ductus opinione minùs probabili.

5 An peccet mortaliter, qui actum dilectionis Dei semel tantùm in vita eliceret, condemnare non audemus.

6 Probabile est, nè singulis quidem rigorosè quinquenniis per se obligare præceptum Charitatis erga Deum.

7 Tunc solùm obligat, quando tenemur justificari, & non habemus aliam viam, qua justificari possumus.

8 Comedere, & bibere usque ad satietatem ob solam voluptatem non est peccatum, modò non obsit valetudini, quia licitè potest appetitus naturalis suis actibus frui.

9 Opus conjugii, ob solam voluptatem exercitum omni penitus caret culpa, ac defectu veniali.

10 Non tenemur proximum diligere actu interno, & formali.

11 Præcepto proximum diligendi satisfacere possumus per solos actus externos.

12 Vix in sæcularibus invenies, & in Regibus superfluum statui, & ita vix aliquis tenetur ad eleemosynam, quando tenetur tantùm ex superfluo statui.

13 Si cum debita moderatione facias, potes absque peccato mortali de vita alicujus tristari, & de illius morte naturali gaudere, illam inefficaci affectu petere, & desiderare, non quidem ex displicentia personæ, sed ob aliquod temporale emolumentum.

14 Licitum est absoluto desiderio cupere mortem Patris, non quidem, ut malum Patris sed ut bonum cupientis quia nimirum ei obventura est pinguis hæreditas.

15 Licitum est Filio gaudere de parricidio Parentis, à se in ebrietate perpetrato, propter ingentes divitias indè ex hæreditate consecutas.

16 Fides non censetur cadere sub præcepto speciale, & secundùm se.

17 Satis est, actum fidei semel in vita elicere.

18 Si à potestate publica quis interrogetur, fidem ingenuè confiteri, ut Deo, & fidei gloriosum consulo, tacere, ut peccaminosum per se, non damno.

19 Voluntas non potest efficere, ut assensus fidei in seipso sit magis firmus, quàm mereatur pondus rationum, ad assensum impellentium.

20 Hinc potest quis prudenter repudiare assensum, quem habebat supernaturalem.

21 Assensus fidei supernaturalis, & utilis ad salutem, stat cum notitia solùm probabili revelationis, imò cum formidine, qua quis formidet, nè non sit locutus Deus.

22 Non nisi Fides unius Dei necessaria videtur, necessitate medii, non autem explicita Remuneratoris.

23 Fides latè dicta ex testimonio Creaturarum, similivè motivo ad justificationem sufficit.

24 Vocare Deum in testem mendacii levis, non est tanta irreverentia, propter quam velit, aut possit damnare hominem.

25 Cum causa licitum est jurare sine animo jurandi, sive res sit levis, sive gravis.

26 Si quis, vel solus, vel coram aliis, sive interrogatus, sive propria sponte, sive recreationis causa, sive quocumque alio fine juret, se non fecisse aliquid, quod revera fecit, intelligendo intra se aliquid aliud, quod non fecit, vel aliam viam, ab ea, in qua fecit, vel quodvis aliud additum verum, revera non mentitur, nec est perjurus.

27 Causa justa utendi his amphibologiis est quoties id necessarium, aut utile est ad salutem corporis, honorem, res familiares tuendas, vel ad quemlibet alium virtutis actum, ita ut veritatis occultatio censeatur tunc expediens, & studiosa.

28 Qui mediante commendatione, vel munere ad Magistra-

gistratum, vel Officium publicum promotus est, poterit cum restrictione mentali præstare juramentum, quod de mandato Regis à similibus solet exigi, non habito respectu ad intentionem exigentis; quia non tenetur fateri crimen occultum.

29 Urgens metus gravis est causa justa Sacramentorum administrationem simulandi.

30 Fas est viro honorato occidere invasorem, qui nititur calumniam inferre, si aliter hæc ignominia vitari nequit. Idem quoque dicendum, si quis impingat alapam, vel fuste percutiat, & post impactam alapam, vel ictum fustis fugiat.

31 Regulariter occidere possum furem pro conservatione unius aurei.

32 Non solùm licitum est defendere defensione occisiva, quæ actu possidemus, sed etiam, ad quæ jus inchoatum habemus, & quæ nos possessuros speramus.

33 Licitum est, tam hæredi, quàm Legatario contra injustè impedientem, nè hæreditas adeatur, vel legata solvantur, se taliter defendere, sicut & jus habenti in Cathedram; vel Præbendam contra eorum possessionem injustè impedientem.

34 Licet procurare abortum ante animationem fœtus, nè Puella, deprehensa gravida, occidatur, aut infametur.

35 Videtur probabile, omnem fœtum, quamdiù in utero est, carere anima rationali; & tunc primùm incipere eamdem habere cùm paritur, ac consequenter dicendum erit, in nullo abortu homicidium committi.

36 Permissum est furari, non solùm in extrema necessitate, sed etiam in gravi.

37 Famuli, & famulæ domesticæ possunt occultè heris suis surripere ad compensandam operam suam, quam majorem judicant salario, quod recipiunt.

38 Non tenetur quis sub pœna peccati mortalis restituere, quod ablatum est per pauca furta, quantumcumque sit magna summa totalis.

39 Qui alium movet, aut inducit ad inferendum grave damnum Tertio, non tenetur ad restitutionem istius damni illati.

40 Contractus Mohatra licitus est, etiam respectu ejusdem personæ, & cum contractu retrovenditionis præviè inito, cùm intentione lucri.

41 Cùm numerata pecunia pretiosior sit numeranda, & nullus sit, qui non majoris faciat pecuniam præsentem, quàm futuram, potest creditor aliquid ultra sortem à mutuatario exigere, & eo titulo ab usura excusari.

42 Usura non est, dum ultra sortem, aliquid exigitur, tanquam ex benevolentia, & gratitudine debitum, sed solùm, si exigatur tanquam ex justitia debitum.

43 Quidni nonnisi veniale sit detrahentis authoritatem magnam, sibi noxiam, falso crimine elidere.

44 Probabile est, non peccare mortaliter, qui imponit falsum crimen alicui, ut suam justitiam, & honorem defendat; & si hoc non sit probabile, vix ulla erit opinio probabilis in Theologia.

45 Dare temporale pro spirituali non est simonia, quando temporale non datur tanquam pretium, sed duntaxat tanquam motivum conferendi, vel efficiendi spirituale, Vel etiam, quando temporale sit solum gratuita compensatio pro spirituali, aut è contrà.

46 Et id quoque locum habet, etiamsi temporale sit principale motivum dandi spirituale; Imò etiam si sit finis ipsius rei spiritualis, sic ut illud pluris æstimetur, quàm res spiritualis.

47 Cùm dixit Concilium Tridentinum, eos alienis peccatis communicantes, mortaliter peccare, qui nisi quos digniores, & Ecclesiæ magis utiles, ipsi judicaverint, ad Ecclesias promovent, Concilium, vel primò videtur per hoc *digniores*, non aliud significare velle, nisi dignitatem eligendorum, sumpto comparativo pro positivo; Vel secundò loquutione minus propria, ponit digniores, ut excludat indignos, non verò dignos; Vel tandem loquitur tertiò, quando fit concursus.

48 Tam clarum videtur, fornicationem secundùm se nullam involvere malitiam, & solum esse malam, quia interdicta, ut contrarium omninò rationi dissonum videatur.

49 Mollities jure naturæ prohibita non est, unde si Deus eam non interdixisset, sæpè esset bona, & aliquando obligatoria sub mortali.

50 Copula cum conjugata, consentiente marito, non est adulterium, adeòque sufficit in confessione dicere, se esse fornicatum.

51 Famulus, qui submissis humeris scienter adjuvat herum suum ascendere per fenestras, ad stuprandam virginem, & multoties eidem subservit deferendo scalam; aperiendo januam, aut quid simile cooperando, non peccat mortaliter, si id faciat metu notabilis detrimenti, puta, nè à Domino malè tractetur, nè torvis oculis aspiciatur, nè domo expellatur.

52 Præceptum servandi festa non obligat sub mortali, seposito scandalo, si absit contemptus.

53 Satisfacit præcepto Ecclesiæ de audiendo Sacro, qui duas ejus partes, imò quatuor simul, à diversis celebrantibus audit.

54 Qui non potest recitare Matutinum, & Laudes, potest autem reliquas Horas, ad nihil tenetur, quia major pars trahit ad se minorem.

55 Præcepto Communionis annuæ satisfit per sacrilegam Domini manducationem.

56 Frequens Confessio, & Communio, etiam in his, qui Gentiliter vivunt, est nota prædestinationis.

57 Probabile est sufficere attritionem naturalem, modò honestam.

58 Non tenemur Confessario interroganti fateri peccati alicujus consuetudinem.

59 Licet Sacramentaliter absolvere dimidiatè tantùm confessos, ratione magni concursus pœnitentium, qualis v. g. potest contingere in die magnæ alicujus festivitatis, aut Indulgentiæ.

60 Pœnitenti, habenti consuetudinem peccandi contra Legem Dei, Naturæ, aut Ecclesiæ, & si emendationis spes nulla appareat, nec est neganda, nec differenda absolutio, dummodò ore proferat, se dolere, & proponere emendationem.

61 Potest aliquando absolvi, qui in proxima occasione peccandi versatur, quam potest, & non vult omittere, quinimò directè, & ex proposito quærit, aut ei se ingerit.

62 Proxima occasio peccandi non est fugienda, quando causa aliqua utilis, aut honesta non fugiendi occurrit.

63 Licitum est quærere directè occasionem proximam peccandi pro bono spirituali, vel temporali nostro, vel proximi.

64 Absolutionis capax est homo, quantumvis laboret ignorantia Mysteriorum Fidei, & etiamsi per negligentiam, etiam culpabilem, nesciat Mysterium Sanctissimæ Trinitatis, & Incarnationis D. N. J. C.

65 Sufficit illa mysteria semel credidisse.

Propositiones damnatæ à f. m. ALEXANDRO VIII. die 24. Augusti 1690.

1 Bonitas objectiva consistit in convenientia objecti cum natura rationali, formalis verò in conformitate actus in regula morum. Ad hoc sufficit, ut actus moralis tendat in finem ultimum interpretativè. Hunc homo non tenetur amare, neque in principio, neque in decursu vitæ suæ moralis.

2 Peccatum philosophicum, seu morale, est actus humanus, disconveniens naturæ rationali, & rectæ rationi. Theologicum verò, & mortale, est trangressio libera Divinæ Legis. Philosophicum, quantumvis grave in illo, qui Deum, vel ignorat, vel de Deo actu non cogitat, est grave peccatum, sed non est offensa Dei, neque peccatum mortale, dissolvens amicitiam Dei, neque æterna pœna dignum.

Propositiones damnatæ ab eodem f. m. ALEXANDRO VIII. die 8. Decembris 1690.

1 In statu naturæ lapsæ ad peccatum formale, & demeritum sufficit illa libertas, qua voluntarium, ac liberum fuit in causa sua, peccato originali, & voluntate Adami peccantis.

2 Tametsi detur ignorantia invincibilis jure naturæ, hæc in statu naturæ lapsæ operantem ex ipsa non excusat à peccato formali.

3 Non licet sequi opinionem, vel inter probabiles probabilissimam.

4 Dedit semetipsum pro nobis oblationem Deo, non pro solis electis, sed pro omnibus, & solis Fidelibus.

5 Pagani, Judæi, Hæretici, aliique hujus generis, nullum omninò accipiunt à Jesu Christo influxum, adeòque hinc rectè inferes, in illis esse voluntatem nudam, & inermem, sine omni gratia sufficienti.

6 Gra-

6 Gratia sufficiens statui nostro, non tam utilis, quàm perniciosa est, sic ut proindè meritò possimus petere, à gratia sufficienti libera nos Domine.

7 Omnis humana actio deliberata, est Dei dilectio, vel Mundi, si Dei, Charitas Patris est, si Mundi, concupiscentia carnis, hoc est mala est.

8 Necesse est, Infidelem in omni opere peccare.

9 Revera peccat, qui odio habet peccatum, merè ob ejus turpitudinem, & disconvenientiam cum natura rationali, sine ullo ad Deum offensum respectu.

10 Intentio, qua quis detestatur malum, & prosequitur bonum, merè ut cœlestem obtineat gloriam, non est recta, nec Deo placens.

11 Omne, quod non est ex fide Christiana supernaturali, quæ dilectionem operatur, peccatum est.

12 Quando in magnis peccatoribus deficit omnis amor, deficit etiam Fides, & etiamsi videantur credere, non est Fides Divina, sed humana.

13 Quisquis, etiam æternæ mercedis intuitu, Deo famulatur, charitate si caruerit, vitio non caret, quoties intuitu licèt beatitudinis operatur.

14 Timor gehennæ non est supernaturalis.

15 Attritio, quæ gehennæ, & pœnarum metu concipitur, sine dilectione benevolentiæ Dei propter se, non est bonus motus, ac supernaturalis.

16 Ordinem præmittendi satisfactionem absolutionis induxit, non politia, aut institutio Ecclesiæ, sed ipsa Christi lex, & præscriptio, natura rei idipsum quodammodò dictante.

17 Per illam praxim mox absolvendi, ordo pœnitentiæ est inversus.

18 Consuetudo moderna quoad administrationem Sacramenti pœnitentiæ, etiamsi eam plurimorum hominum substentet authoritas, & multi temporis diuturnitas confirmet, nihilominus ab Ecclesia non habetur pro usu, sed abusu.

19 Homo debet agere tota vita pœnitentiam pro peccato originali.

20 Confessiones apud Religiosos factæ, pleræque, vel sacrilegæ sunt, vel invalidæ.

21 Parochianus potest suspicari de Mendicantibus, qui eleemosynis communibus vivunt, de imponenda nimis levi, & incongrua pœnitentia, seu satisfactione, ob quæstum, seu lucrum subsidii temporalis.

22 Sacrilegi sunt judicandi, qui jus ad Communionem percipiendam prætendunt, antequam condignam de delictis suis pœnitentiam egerint.

23 Similiter arcendi sunt à Sacra Communione, quibus nondum inest amor Dei purissimus, & omnis mixtionis expers.

24 Oblatio in Templo, quæ fiebat à B. V. Maria in die Purificationis suæ per duos pullos Columbarum, unum in holocaustum, & alterum pro peccatis, sufficienter testantur, quòd indiguerit purificatione, & quòd Filius, qui offerebatur etiam macula Matris maculatus esset, secundùm verba legis.

25 Dei Patris sedentis simulacrum nefas est Christiano in Templo collocare.

26 Laus, quæ defertur Mariæ, ut Mariæ, vana est.

27 Valuit aliquando Baptismus, collatus, In nomine Patris &c. prætermissis illis, Ego te baptizo.

28 Valet Baptismus, collatus à Ministro, qui omnem ritum externum, formamque baptizandi observat, intus verò in corde suo apud se resolvit; Non intendo facere, quod facit Ecclesia.

29 Futilis, & toties convulsa fuit assertio de Pontificis Romani supra Concilium Oecumenicum authoritate, atque Fidei quæstionibus decernendis infallibilitate.

30 Ubi quis invenerit doctrinam in Augustino clarè fundatam, illam absolutè potest tenere, & docere, non respiciendo ad ullam Pontificis Bullam.

31 Bulla Urbani Octavi, *In eminenti*, est subreptitia.

Alias propositiones damnatas à successoribus Romanis Pontificibus vide *apud Zerbi in fin. Gemmæ Episcopalis*, ubi registravit etiam propositiones Molinos, damnatas ab Innocentio XI.

Plura sunt, sat scio, quibus corrigendis, propter occupationes nostras, pares esse non potuimus, sed ubi diligentia nostra defuit, Lectorum acumen, & humanitas benignè supplebunt.

F I N I S.

INDEX

INDEX
RERUM, ET MATERIARUM NOTABILIUM
Quæ in hoc Opere continentur

Prior numerus Librum, Secundus Titulum, tertius verò Tituli numerum indicat.

A

Ursaya Instit ut. Crimin.

Petrus

Eſt

C

Quando

CIR-

Filii.

Rares

CO-

DÆ-

D

DELI-

Ut Re-

E

Cada-

Pecunia

Pro-

F

Con-

FRA-

GRYL-

Ut plu-

I

Sacri-

INNO-

A Per-

K

L

Mono-

LOCA

M

Rei-

Filia

Appel.

No-

N

O

OBRE-

Pro-

Exebun-

PATIEN-

PHY-

PRÆ-

Q

R

S

Pro-

T

Regina

V

VICTOR,

necnon

V. *Ut*

X

Z

F I N I S.